IVLII CLARI ALEXANDRINI IVRECONSVLTI

In ſupremo Italicarum rerum Conſilio

PHILIPPI REGIS HISPA. CONSILIARII MEDIOLANENSIS PROVINCIÆ REGENTIS,

Sententiarum Receptarum, Liber Quintus:

In quo Iudicii criminalis Tractatus vniuerſus, in §§. xx. ſecundum ordinem alphabeticum diſtributus, continetur.

Quibus nouiſſimè acceſſerunt Paraphraſes, ſiue Annotationes,

D. HIERONYMI GIACHARII LVGIENSIS IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI.

Item eiuſdem Conſilia, ſeu Reſponſa duo. Primum, de Syndicatu: Alterum, de moneta Marchiſana, ſtudio ſingulari conſcripta.

Summariis Quæſtionum, necnon Indice rerum locupletiſſimo appoſitis.



CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Altobellum Salicatium, M D LXXXIX.

37 31 A 1

SERENISSIMO ALPHONSO II. DVCI FERRARIAE, MVTINAE, REGII, &c. MARCHIONI ESTENSI, &c.

Hieronymus Giacharus S. D.

ARISTOTELES in libris de Moribus ad Nicomachum, docuit in donando quatuor pręcipue eſſe conſideranda, a quo, cui, quid, & quando detur. Quæ omnia ſi ſimul conueniant, & ab honeſto latam, quod aiunt, vnguem, non recedant, illud liberale munus appellari proprie voluit. Meum hoc nempe ad te munus (abſit arrogantiæ ſuſpitio) tale iuſto æquoq; Iudici viſū iri haud dubito. Age, videamus a Quo? a ſubdito addictiſsimo. Cui? Sereniſsimo Principi meo. Quid? Paraphraſes, Annotationesq́;, ad Quintum hunc librum Iulij Clari, vniuerſam criminalium materiam, Praxim, atq; punitionem videlicet, principaliori loco, meo quidem iudicio, inter

4. Eth.

Modernos claudentem. Quando hoſce agelli mei primos prouentus more Aegyptiaco, domino meo Principi meritiſsimo, atq; etiam imitando Authorem ipſum, qui opus hoc principale ſuum, Sereniſſimo, Potentiſsimoq; Regi ſuo dicauit, & ego meo, meum. Accipe igitur, ò optime Princeps, munus hoc meum, quod equidem tuorum meritorum comparatione exiguum eſſe non ignoro. Maius pro viribus me daturum tibi fore propterea polliceor; nempe ſi id feceris, ſicut fructus, qui in loco aprico Solis calore maturantur, odore ac ſapore cæteros antecedunt, & præ aliis clarificantur, ita mea ſcripta tuis radiis, tuaq; authoritate illuſtrata. Accipe inquam illa humanitate, qua Artaxerſes ille Perſarum Rex, qui ab ignoto manus aqua refertas eidemq; porrectas, fertur libenti animo accepiſſe. Accipere enim conſuéuerat non minus hilari fronte gratóque animo parua, quàm magna dona, tanta erat illius Regia Maieſtas. Ita & tua talis atque tanta eſt liberalitas, atque benignitas, quòd virtutibus prędítos foueas, protegaſque. Vale.

SERENISSIMO
POTENTISSIMOQVE
PHILIPPO AVSTRIO

Regi Hiſpan. Neapol. Sicil. Sardin. Balear. Noui orbis, &c. Duci Mediolani, &c. Comiti Flandriæ, Burgundiæ, &c. Domino ſuo.

IVLIVS CLARVS S.D.

SOLENT, qui veteri more, atq; inſtituto libros, quos edunt, alijs nuncupant, duobus præcipuè niti, quorum alterum in operis ipſius ratione verſatur, alterum ad laudes eius pertinet, cui liber eſt inſcriptus. Ego verò de opere ipſo pauca præfatus, eam partem, quæ ad laudationem tuam ſpectat, tacitus præterire conſtitui: ne, quod homini eloquentiſſimo longa oratione, imò verò iuſto volumine exequi difficile eſſet, id ego breui hac epiſtola concludere voluiſſe videar. quis enim eſt, PHILIPPE *Rex Regum maxime, qui de te verba facturus, commemorare vniuerſa, ne*

dum ſingula perſequi oratione facile poßit? Primùm, ſi generis claritatem, nobilitatemq; maiorum tuorum is ſibi laudandam proponat: tot me hercule illi occurrent Reges, tot Imperatores: vt nuda eorum nomina, ne dum egregia facta, recenſet vix longo queat temporis interuallo. vnus Pater tuus, KAROLVS MAXIMVS, qui (vt cæteros homines præteream) & rerum geſtarum magnitudine, et virtutum gloria, non modò eorum, qui hoc ſæculo fuerunt, Imperatorum, ſed etiam omnem antiquitatis memoriam ſuperauit, doctißimũ quemq;, ac facundißimum à dicendo deterrebit. Deinde, ſi amplitudinem imperij tui deſcribere aggreſſus fuerit, non minor erit labor, tot regna, tot vrbes, uel potius tot orbes, qui nutu, ac ditione tua gubernantur, dinumerare, Hiſpaniam, parentem uirorum fortium, altricem equorum generoſorum: eandem magnitudinem paſtionis, et excellentia rerum, quæ exportantur, nulli ſecundam, Neapolitanum Regnum optimum, ac fertile, bonis omnibus affluens, Siciliam, vbertate agrorum, ac varietate fructuum fœcũdam, Mediolanenſem prouinciam, florem Italiæ, orbis delicias, Flandriam, adiacentesq; regiones: inſignium oppidorum multitudine, artificio, et mercatura nobiles, Indiam illam, quæ trans Oceanum eſt, auri et argenti feracißimam, in qua tot planè Reges tuo parent Imperio, quot

hacte-

hactenus victricia tua ſigna conſpexerunt. Prætereo, quas in Africa urbes, quæ oppida poſſides: mitto portus, inſulas, littora, maria. Ad hæc, ſi idem ad enarranda corporis bona, quibus aliis omnibus excellis, orationem ſuam conuerterit, quanto, quæſo, tempore explicabit, quæ formæ dignitas, quæ oris pulchritudo, quæ compoſitio membrorum, quæ coloris ſuauitas? Prætereà, ſi ad animi uirtutes recenſendas acceſſerit, an non pondere rerum preſſus, neq; initium, neq; finem dicendi inueniet? Quis enim antiquorum regum te liberalitate ſuperauit? quis fortitudine æquauit? quis res magnas & excelſas maiore animi amplitudine, aut ſplendore adminiſtrauit? quis iuſtius Remp. rexit? quis religionem, quis pietatẽ ſanctiùs coluit? quis hoſtibus clementiùs pepercit? ad quem unquam non modò regem, ſed magiſtratũ, quàm ad te, faciliores aditus priuatorum fuerunt? cuius unquã tanta fuit in dicendo grauitas? tanta in oratione maieſtas? Poſtremò, ſi res bello, paceque fortiter, ac fœliciter geſtas, exornandas ſuſceperit: quem ſibi terminum laudandi conſtituet? dicturus, quas leges condideris, quos magiſtratus conſtitueris, quot bella confeceris, quas hoſtium copias pugnando deleueris, quot oppida expugnaris, quas uictis leges dederis, quot ſocios et amicos præſenti ope, claßibus & exercitibus ex hoſtium faucibus eripueris, quot ui atque armis in paternam ditionem reſtitueris, quot populos

 iiſdem

iiſdem armis ab hæreticorum impia labe ad veram religionem reuocaueris. Sed aliter, atque initio inſtitui, facio, qui in tuarum laudum patentiſsimum campum, à me ſumma ratione præteritum, planè imprudens, atq. cõſilii mei immemor, ingredior. adeò me uirtutum tuarum amor, atq. admiratio tenet, ut nihil mihi vnquam dulcius ſit, aut ſuauius quàm de te loqui, aut ſcribere. Contra verò id, de quo dicere inſtitueram, mihi hoc loco omittendum eſſe video, nempe vt de toto opere Sententiarum receptarum, deq; hac ipſa operis parte, quæ nunc tuis auſpiciis prodit in lucem conſilii mei rationem tibi exponerem. vereor enim, ne longiore, quàm par ſit, epiſtola tibi ſim moleſtus, inter maximas iſtas tuas occupationes: quibus implicatus, vt Atlas humeris cœlum, ita orbem ipſe Chriſtianum religione ac virtute tua ſuſtines. Quare multò ſatius fuerit ea, quæ hac de re tibi dicenda erant, ocioſo lectori enarrare. Interea tamen DEVM precabor, vt te, Rex omnium Regum maxime, Victoriis ac Triumphis ornet, nobisq; & vniuerſæ Reipub. diu ſeruet incolumem. Vale.

IVLIVS

IVLIVS CLARVS LECTORI S. D.

EXISTIMAVI aliquando amice lector, poſſe me,& promiſſo meo,& expectationi tuę ſatisfacere; hoc eſt, totos, atque integros ſeptem hoſce Sententiarum libros edere, in lucemque proferre: quod quidem ego, dum eorum fragmenta quædam publicarem, pollicitus eram me breui præſtaturum. ſed, quoniam plerunque fit, vt, quæ magis optamus, ea difficilius conſequamur; quotidie aliud ex alio impedimentum non modò moram attulit properanti, ſed penè ſpem etiam omnem eripuit mihi rei conficiendæ. Primùm quidem, opere toto iam ita diſpoſito, vt nihil ei deeſſe videretur, niſi vt locorum numeros percurrens, extremam illi manum adderem, in Mediolanenſem Senatum PHILIPPI Regis iuſſu cooptatus, in maximis illis, moleſtiſſimiſque negociis hęc ſtudia intermittere ſum coactus, totumq; me ad remp. transferre. Tertio tandem anno pòſt, quàm Senator fueram creatus, cùm opus ipſum ſeneſcere, nouoſque quotidie eiuſdem argumenti libros, à doctiſſimis viris conſcriptos, in lucem prodire viderem, mihi amplius cunctandum non eſſe ratus ſtatui aliquid mihi de ſomno detrahere; &, quod interdiu per aſſiduas occupationes non licebat, nocturnis horis conſequi. Ira factum eſt, vt intra paucos mēſes particulam quandam abſoluerem, quæ ad feudalem materiam pertinet. hęc cùm in manus ſtudioſorum perueniſſet, non omnino diſplicuiſſe viſa eſt. Hortantibus igitur amicis, præcipuè vero Atrebatenſi Epiſcopo, viro ampliſſimo, quem ob egregias virtutes, ſingularemq; in rebus agendis prudentiā, Pius eius nominis IIII. Pont. Max. ſumma cum totius Chriſtianæ reip. lætitia in ampliſſimum Cardinalium collegium cooptauit: eo; inquam, non modò auctore, ſed propè impulſore, paulò pòſt alias quaſdam particulas,

de

de Teſtamentis, de Donationibus, de iure Emphyteutico publicandas curaui. Sumpſi deinde in manus quintam totius operis partem: in qua de variis, ac diuerſis criminibus, eorumq; pœnis agitur; prætereaque explicatur, quemadmodum puniendorum maleficiorum iudicia exercenda ſint, quam vt emendare cœpi: idem PHILIPPVS Rex me ex Senatore Præſidem Quæſtorũ extraordinariorum, Præfectum annonæ, ac Curatorem aquarũ publi. conſtituit: quarum rerũ procuratio adeò me implicarum, conſtrictumq; tenebat, vt vix quidquã ocii ſupereſſet ad aliquid agẽdum. Quidquid tamen dabatur temporis, id omne in his ſtudiis conſumebam. erat autem iam in eo ſtatu quintus liber hic, vt propediem edi poſſe videretur. cùm ecce, dum quoſdam neotericorum criminales tractatus, quos practicas appellant, legendos mihi propono, repentè affertur nuncius, me iuſſu PHILIPPI Regis in Hiſpaniam acciri, atque in ſupremum Italicarum rerũ conſilium cooptari. Tum vero abieci propè ſpem omnem operis abſoluendi. videbam enim, non modò multos annos me patria abeſſe oportere; ſed etiam eam eſſe huius magiſtratus conditionẽ, vt à Regis curia nunquam diſcedere liceat; ſed, quocunque ipſe eat, illò eundum ſit, In hoc autem vitæ genere, quod à perpetua quadam peregrinatione non ita multùm differre mihi videtur, quis eſt, qui credat aliquem ſtudiis vacare poſſe? & præſertim iuris ciuilis, quæ non niſi ſumma animi, corporiſve quiete, nec ſine magna librorum copia tractari poſſe ignorat nemo: quorum librorum vt mihi erat ſatis lauta ſupellex; ita ad eam circumferendam neque paruo labore, neque exiguo ſumptu opus fuiſſet. Hunc tamen quintum librum, iam penè, vt dixi, abſolutum, vt ſeponerem, nulla me potuit difficultas adducere: ſed mecum in Hiſpaniam delatum, non ita quidem, vt cœperam, diligenter, ſed vtcunque potui, emendaui; permiſique, vt in manus ſtudioſorũ exiret. Reliquos ſex libros, cùm me aliquando corrigere poſſe planè deſperem, in arcam coniectos, perpetuo carceri mancipaui. nihil iam eſt, quòd eos à me quiſquam efflagitet; aut (quod nonnulli aiunt) tanquam ex pollicitatione coram iudice mecũ agat, vt eos in lucem proferam. Mihi plus, quàm aliis, dolendum eſt; cui ſine fructu perit tot vigiliis ac laboribus inſtitutum, ac congeſtum opus. alii in tanta voluminum multitudine, ac copia,

pia,

pia, paruam iacturam faciunt paucorum librorum, neque adeò præclarorum, vt qui illos non legat, damni aliquid facere videatur; præſertim cùm paucis abhinc annis eodem argumento communes doctorum ſententias in vnum volumen redegerint viri doctiſſimi, quos ego ſemper honoris cauſa nomino, Villalobos, Turzanius, Viuius, Ioan. Baptiſta Hiſpanus; & fortaſſe aliquot etiam alii, quorum commentarii hactenus in manus meas non peruenerunt. horum lectione deſiderium ſuum explere facilè poterunt ſtudioſi, &, quos ex meis ſcriptis fructus ſperabant, ex illis vberiores & præſtantiores percipere. Ego verò, humaniſſime lector, tametſi culpa omnino carere non videtur, qui id pollicetur, quod præſtare non poteſt; non tamen mihi opus eſſe arbitror, à te veniam petere, aut, mihi vt ignoſcas, poſtulare. nō enim mea ignauia ceſſatum eſt. qui autem, quantum in ſe erat, fecit, omni ſe prorſus crimine liberauit. Regis voluntati parendum fuit: relinquenda non modò ſtudia; ſed etiam carendum Italia, patria, domo, vxore, atq; liberis: peragranda Hiſpania, Gallia, Flandria. quid facerem? Huius ego rei, in qua nullū erratum meum agnoſco, ſi à te impunitatem mihi dari poſtulem, vtique videbor alienam culpam deprecari. Tu verò hanc, quantulacunque eſt, operis partem læta fronte accipe, boniq; conſule. inhumaniter certè facit, qui, quòd minus accipit, quàm vellet, amico id, quod poteſt, danti gratiam non habet. Ego quidem eo animo ad ſcribendum acceſſi, vt ſtudioſis prodeſſem potius, quàm vt ſcribendo laudem illuſtrarem meam: ſi ſuſceptus labor reipub. nō inutilis eſt futurus, ſatis præclarè mecum actum puto. Habes igitur, amice lector, hoc in libro criminalium rerū materiam hoc ordine diſpoſitam. Primo libri paragrapho præmittuntur nonnulla, quę ad terminorum (ita noſtro vocabulo appellamus) intelligentiam pertinent. Subſequuntur breues de inſignioribus aliquot delictis tractatus, ſingulis paragraphis alphabetico ordine collocati. Poſtremo loco poſita eſt Practica criminalis, in qua de criminalium iudiciorū forma diſſeruimus. Vale: neque quidquam ampliùs de hiſce libris expecta; ſed, ſi quid fortè aliquando prodierit, id in lucro deputa. iterum vale.

TOTVM

TOTVM opus Sententiarum receptarum in VII. libros à nobis diuiſum eſt.

Eorum primus eſt de legibus, ac conſtitutionibus: in quo tum præmiſsis ijs, quæ generaliter ad leges ac ſtatuta condenda, ſiue interpretanda pertinent, ſingulis ſtatutis diuerſas quæſtiones applicauimus: tum nonnulla non ſpernẽda de conſuetudine ſubiecimus.

Secundus liber eſt de iure perſonarum: in quo non ſolum de ipſo ſtatu hominum, ſed etiam de ſingulorum officiis ac dignitatibus tractatur.

Tertius ſucceſsionum, & vltimarum voluntatum materiam complectitur, cuius particula eſt §. Teſtamentum, iam pridem in lucem editus.

Quartus verò contractus omnes explicat: ex quo excerpti ſunt tractatus de Feudis, de Donationibus, de iure Emphyteutico: quos iam ante aliquot annos publicauimus.

Quintus maleficia continet: in quorum calce de criminum ipſorum proceſsibus conficiendis, ac delinquentium pœnis ſatis accuratè diſſeruimus: quem librum integrum, atque abſolutum typis excudendum nunc primùm curauimus.

Sextus liber is eſt, quo tota ciuilium iudiciorum tela continetur.

Septimus verò ac poſtremus non libri tantùm, ſed indicis etiam loco eſſe poteſt: in quem congeſsimus quicquid ſuperiorum librorum materiæ haud ſatis conuenire videbatur: ſuis quoque locis inſeruimus alphabetico ordine capita rerum, quæ præcedentibus libris tractata ſunt: ita vt quiuis vel imperitus ſtatim, quæ res, quo operis loco, quo ſcilicet libro, paragrapho, quæſtione, verſiculo poſita ſit, facillimè reperire poſsit.

INDEX

INDEX RERVM ATQVE VERBORVM MEMORABILIVM

Locupletiſſimus.

In quo obſeruandum, B. literam, paginam verſam denotare.

ABiuratio. Abiurãs hæreſim euitat pœnam ignis, §. Hęreſis, ver. ſed quæro, car. 24.
Et an ſit nihilominus cõdemnãdus ad perpetuos carceres, ibi.
Et an poſſit hæc etiã pœna commutari. ibi.
Et an per iudicem laicum, §. fi. q. 96. ver. quæro etiam. 232. b,
Et an abiurans euitet pœnã confiſcationis bonorum, §. Hæreſis, ver. ſed quæro, 24. b.
Et uſque ad quod tempus permiſſa ſit abiuratio, §. Hęreſis, ver. ſed uſque ad, ibi.
Abolitio. Abolitio generalis, ſiue decretũ gratioſum, an trahatur ad delicta futura, § fi. q. 59. uer. Succeſſiue quæro, 168. b, col. 1.
Et an delicta commiſſa ſub ſpe ipſius decreti, ibi. ver. Fortius dico, ibi.
Et an ad crimen falſi, ibi. uerſi. In huiuſmodi, ibi. col. ij.
Et an proſit carceratis, & iam cõdemnatis, ibi. uer. ſcias etiam.
Abolitio quæ ſit propter deſiſtentiam accuſatoris an impediat, quominus iudex in cauſa procedere poſſit, § fina. q. 51. ver. Sed quid ſi accuſator, 149. b, columna ii.
Et an eo caſu opus ſit noua inſtantia, §. fi. q. 58. ver. & ſcias, 162. b, col. 1.
Et an obſtante huiuſmodi abolitione poſſit adhuc aliquis tertius accuſare, ibi. ver. ſed pone, col. ii.
Abolitione ſecuta per mortem accuſatoris, an poſſint eius hæredes accuſationem ipſam proſequi, §. fi. q. 51. uer. pariter etiam, 149. b, col. 1.
Et an eo caſu poſſit iudex proceſſum pficere.
Et an poſſit aliquis alius accuſationem ipſam proſequi, ibi. uerſi. quinimo.
Abortis. Abortum procurans an ſit pœna mortis puniendus, §. fi. q. 68. uer. Abortum, 191. b, col. 1.
Et quid ſi partus non erat animatus, ibidem.
Abſens non poteſt de iure communi diffinitiue condemnari, § fi. q. 44. in princ. 135. b, col. ii.
Et quid ſi crimen nõ ſit liquidatum, ibidem.
Et an contra abſentem recipi poſſint teſtes ad perpetuam rei memoriam, ibidem.
Et an debeant eius bona annotari, 136. co. 1. poſt princip.
Et quid de cõſuetudine obſeruetur, ibi. ver. ſed hodie, 136. col. 1. vide infra, Contumax.
Abſentia an poſſit per procuratorem allegari, § fi. q. 32. ver. Hæc autem, infi. c. 112. b, col. 2. & uer. prędicta aũt, 114. col. 1.
Abſentia multiplex eſt, §. fi. q. 34. in princ. 116. b, col. ij.
Et quid ſi nõ allegetur in ſpecie aliqua cauſa abſentię, ibid. ver. ſed pone, 117. col. 1.
Et an allegans abſentiam teneatur eam probare, ibi. verſic. ſed nunquid. b, colum. 1.
Abſolutio. Accuſatore non probante reus eſt abſoluendus, §. fina. quęſtio. 62. in principio, 176. columna ſecunda.
Et quæ ſit forma, & effectus huiuſmodi abſo-

abſolutionis,ibi.uerſi.Forma autem, b, col.ii.
Abſolutus ſemel de crimine non debet pro eo ulterius moleſtari, §.fina.q.57.in prin.160.col.1.
Et quid ſi fuit abſolutus, non quia crimen non commiſerit, ſed quia non fuerit probatum,ibi.uer.Sed hęc quidem,b, col.1.
Et in dubio ex qua cauſa præſumatur abſolutus,ibi.uerſicu.Sed hic quęro, 106.col.ij.
Et quid ſi fuit abſolutus rebus ſic ſtantibus,§.fi.q.62.uer. Forma autem,176. col.ij.
Et an tertius, qui primam accuſationē ignorauit, poſſit non obſtante abſolutione iterum accuſare, §.fin.q.57. verſicu.ſed pone,160.columna ſecunda.
Et quid ſi primus accuſator præuaricatus fuit,ibi.uer.Vlterius quæro,b,colum. j.
Et quid ſi proceſſum fuit per inquiſitionem,ibi.uer.procedunt etiam, ea.
Et quid de iure canonico,ibi.uerſic.ſed hæc quidem.b,col.1.
Et quid ſi ſecuta fuerit abſolutio p uiā diſpenſationis, ibi.uer.Habet etiam, col.ii.
Et quid ſi ſecuta fuerit in foro pœnitētiali,ibi. uer. ſed nunquid,b,columna ii.
Et an abſolutio ſecuta in foro eccleſiaſtico profit coram iudice laico, ibid. uerſ.ſed hic occurrit,161.b,columna prima.
Abſolutus de crimine an poſſit accuſatorem ſuum reaccuſare,§ fi.qō.14.uer. quartus eſt caſus.81.col.1.
Accuſatio quid ſit,§.fi.q.12.in prin.7.b,colum.1.
Et an ſit remedium ordinarium, § fi.q. 3.Debes autem,& verſi.ſed certe.63. colum. 1.
Et an ſit actio,vel officium iudicis, §.fi. q.12.uer.item quęro,ſit.75. b, col.1.
Accuſationis forma quæ ſit,ibi,uer.Quæro quæ ſit, col.ii.
Accuſatio an debeat fieri in ſcriptis, ibid.
Et quę in ea requirantur,ibi.uer.præterea,b, col.ii.
Et an ſi omittant,accuſatio ſit ipſo iure nulla,ibid.uerſi.Dixi exprimendum, 76. columna prima.
Et an locus notorius debeat per cōfines deſignari,ibid.ver.ſed pone,columna ſecunda.
Et an dies ſit exprimendus in accuſatione,ibi.uer. dixi etiam, columna prima b.
Et quid ſi dies expreſſus non probetur, ibi.uer.ſed quid ſi accuſator,b.col.ii.
Accuſator an teneatur ſe inſcribere ad pęnam talionis,ibi.uer.Dixi quoque,& verſicu.De iure autem, 77.columna 1.ii.
Et quæ ſit forma inſcriptionis, ibi.uerſ. Forma autem.col.1.
Et an de conſuetudine in ſcripto obſeruetur,ibi.uer. Cæterum.
Et quid de iure canonico, ibi.uerſ.ſcias tamen,col.ij.
Accuſans de adulterio an teneať ſe inſcribere,ad pęnam talionis,ibi.uer.item quæro,75.b,col.1.
Et an mulier teneatur ſe inſcribere,ibi. uer.Quęro etiam,77.b, col.1.
Cōcluſio libelli an in accuſatione requiratur,ibi.uer.Vltimo quæro,d, columna 1.
Plures an poſſint eundem in vno libello accuſare,§ fin.q.13. in prin.columna prima.
Et an pluries poſſint ſimul accuſari,ibi. uer.quæro nunc,d,col.1.
Et an vnus poſſit de pluribus criminibus eodem tempore accuſari,§.fin.queſ. 16.uerſ.Quæro nunquid,83. columna 2.
Et an ſeparatim,§. fin. q.13.uerſic.item quęro,78 col.1.
Et an ſuperſedendum ſit in uno donec ſuper alio cognitum ſit, ibi.
Accuſare poſſunt omnes, qui à iure prohibiti non reperiūtur,§ fi.q. 14.in prin. 78.b, columna 1.
Et quid ſi ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequatur,ibi.uer.Volo etiam, 79. col. 1.
Accuſatus de crimine an poſſit accuſatorem ſuum, uel alium accuſare, ibid. uer.tertius eſt caſus.80.col.1.
Et an poſſit illum ciuiliter reconuenire, §.fi.q.ii. uer.Aut quęris,62.columna prima.
Accuſati nomen inter reos receptum quādo dicatur,§.fi.quæſtio.14. uerſiculo,

Sed

Sed hic incidenter,80.b,col.2.

Accuſare an quis poſſit nomine alieno, ibidem, verſiculo, Item, quæro, 81. b, col 2.

Accuſatus infamis an poſſit contra accuſatorem infamiæ exceptionem oppone re.§ fina.quæſt.15.verſicu. Sed quæro.82.b,col.1.

Accuſatore minus idoneo exiſtente, ſi pars non opponat, an proceſſus ualeat, ibidem verſiculo, Sed pone. b, columna 1.

Quis in accuſando præferendus, ſit, ibidem, verſiculo, Succeſſiue quæro, colum.2.

Accuſari an poſſit qui pro delicto pœnitentiam fecit §.fin quæſtio.16. verſiculo, Item quæro, b col.2.

Accuſare de priuato crimine an poſſit ille, cuius non intereſt.§.fi.quæſtio.17. in princ.84.col.1.

Et quid ſi pro tali crimine priuato impoſita ſit pœna pecuniaria fiſco applicanda, ibidem, verſicu. Sed quid ſi pro aliquo, col.2.

Quomodo de iure communi in iudicio accuſationis ſit procedendum.§.finali, quæſtio.18.in princip.84.b, columna 1.

Accuſator an teneatur fideiubere de lite proſequenda, & pro expenſis, ibidem, verſi. Eodem etiam, & uerſiculo, Tenetur etiam,85.col.1.

Et an teneatur iurare de calumnia, ibi. ver. Dicit etiam b,col.1.

Et an teneatur ſimul cum accuſato carceres ingredi, verſi. Quando deinde. b,col 1.

Accuſatori an ſit danda copia proceſſus, §. fina.quæſt.49.verſi. Danda eſt autem, 146 col.2.

Accuſatio criminalis tollitur ſpacio viginti annorum,§.fin.quæſtio.51.in prin. 148 b,col 1.

Et ſi delictum ſit reiterabile, quando incipiat illud tempus currere, ibidem, col 2.

Accuſatore mortuo an extinguatur iudicium criminale.§.fin.quæſt.51. uerſiculo, Pariter etiam, 149. b, columna 1.

Et an ipſius hæredes, uel alius uolens accuſare ſit admittẽdus, uel poſſit iudex proceſſum proſequi, Vide ſupra Abolitio.

Accuſatio mortuo ceſſat criminale iudicium,§. fina.q.51.uerſi. Quæro nunc. 149.b,col.2.

Et quid in criminibus exceptis, ibidem, uerſiculo, Sunt tamen.b, columna ſecunda.

Et quid in crimine hæreſis, §. Hæreſis, verſiculo, Item de crimine 25.b, colum.1.

Et quid in crimine læſæ Maieſtatis.§.læſæ Maieſtatis, verſiculo, Item licet.b, col.1.

Et quid ſi agatur de pœna amiſſionis bonorum, vel alia pecuniaria, §. fina. quæſtio.51.verſicu. Scias etiam, 149. b.col.2.

Et an eo caſu requiratur, ꝙ ante mortem rei ſecuta fuerit declaratio criminis, ibi.

Et an accuſati mortui cadauer poſſit decapitari, vel ſuſpendi, Vide infra, Cadauer.

Et an hæres teneatur ex delicto defuncti, vide infra. Hæres.

Accuſator, qui accuſationem non probat, an ſit in expenſis condemnandus, Vide infra, Calumniator.

Accuſare an quis cogi poſſit, Vide infra. Iudex.

Accuſatore non probante reus eſt abſoluẽdus.§.fin.q.62.in princip.176.col.2.

Et quid ſi probatum ſit crimen, ſed non qualitas criminis in accuſatione deducta.§ fin.quæſt.66.verſ.Sed quid ſi pro parte.189.col.1.

Et quid ſi accuſator offerat ſe velle ſtare cum reo in tortura,§ fi.q.63.verſ. Sed quæro.178.col.2.

Et quid ſi offerat probationem per duellum, ibi. ver. Sed quid ſi dicat. Remiſſiue.b,col.1.

Accuſator deſiſtẽs ab accuſatione, qua pœna puniatur,§ fi.quæ.58.ver.& ſcias. 162.b,col.1.

Accuſatio criminalis, & actio ciuilis quando ſimul concurrere poſſint, Vide infra, Actio.

Accuſatio, & inquiſitio an ſimul concurrere poſſint, & an accuſatore ſuperueniente ceſſet iudicium inquiſitionis, Vide infra, inquiſitio.

Acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali.§.fi.q.54.verſiculo,

Item ſi producantur, 155.b, col. 2.

Et quid ſi iudicium ciuile fuerit intentatum ſuper crimine, ibi. verſicu. Et hoc quidem, b, col. 2.

Actio ciuilis, & accuſatio criminalis quando ſimul concurrere poſſint, §. fi. q. 2. in princ. 61.b, col. 1.

Et quid ſi criminalis intẽtetur principaliter, & ciuilis incidenter. ibi. verſi. & hæc quidem, col. 2.

Et an poſt intentatum iudicium criminale actor poſſit intentare iudicium ciuile ex diuerſa cauſa, ibid. ver. Aut quæris, 62. col. 1.

Et an reus conuentus ciuiliter, poſſit cõtra actorem criminaliter agere, ibidem, verſiculo, Sed quæro. b, columna 1.

Et quid econuerſo, an conuentus criminaliter, poſſit contra accuſatorem intentare actionem ciuilem, ibidem. verſiculo, ſed quid econuerſo. columna 2.

Et an abſoluto vno iudicio, ſcilicet ciuili, vel criminali, poſſit deinde agi alia via, ibidem, verſic. Vlterius quęro, ea. b, col. 2.

Quomodo procedatur in delictis per viam actionis, §. fin. quæſt. 19. in prin. 85.b, col. 1.

Admiſſio ad nouas defenſiones per quem concedi poſſit, §. finali, quæſtio. 94. verſiculo, eſt etiam alius, 223. columna 1.

Aduocatus fiſcalis an ſi ſuccumbat in iudicio inquiſitionis, ſit in expenſis condemnandus, §. fin. q. 10. verſ. Sed nun quid, 74. col. 2.

Aduocati reorum an debeant eſſe præſentes eorum examini, §. finali, quæſtio. 45. ver. Quæro etiam, 139.b, col. 1.

Et an quando examinantur in tormentis, §. fi. quæſt. 64. uerſi. Quæro nunc. 183.b, col. 1.

Aduocatus an poſſit patrocinari pro hæretico. Vide infra, Hæreſis.

Adulterium. Accuſatio adulterij multipliciter proponi poteſt, §. Adulterium, circa principium, 3.b, col. 1.

Adulterium quot modis committi poſſit, ibidem, uerſiculo, Tribus autem. columm. ea.

Et an cum meretrice nupta dicatur cõmitti adulterium, ibidem, uerſiculo, Quæro nunquid, col. 2.

Adulterium an ſit crimen priuatum, ibid. uerſi. eſt autem, 4 col. 2.

Adulterium an poſſit probari per teſtes ſingulares, §. fi. q. 53. uer. dixi etiam, 154. col. 2.

Adulterium an poſſit puniri per iudicem eccleſiaſticum. §. fin. q. 37. uerſi. Quæro nunquid.

Adulterij pęna quę ſit, §. Adulterium, uer. Sed quæro. 4. col. 1.

Et an habeat locum in ſponſa, ibi. uerſi. Sed hæc omnia, b. col. 2.

Adulterium pluries cum una committens an dicatur plura adulteria commiſiſſe, ibidem, uerſicu. ſed pone. 5. col. 1.

Adulter in actu adulterii deprehenſus poteſt à patre impune occidi, §. Homicidium, uerſiculo, dixi etiam, car. 34. col. 2.

Et an à marito, ibidem, uerſiculo, Sed quid dicendum. col. ea.

Et quid ſi adulter ſit clericus, ibid.

Et quid ſi in ſponſo per uerba de futuro, ibid.

Et an adulteri occidi poſſint in foro cõſcientiæ, ibidem, uerſicu. ſed hæc quidem. b, col. 1.

Et an pater, uel maritus poſſint alteri mandare, ut adulterum interficiat, ibidem, uerſiculo, dubium eſt, b. colum. 1.

Propter adulteriũ agi poteſt ad ſeparationem tori, §. Adulterium, uerſicu. alia quoque. 5. col. 1.

Et an teneatur eo caſu maritus dotem uxori reſtituere, ibidem, uerſiculo, & ſcias. col. 2.

Et quid ſi deinde compertum fuerit matrimonium fuiſſe nullum, ibidem, uerſiculo, ſed quid ſi aliquis, b. columna 2.

Vxor propter adulterium mittit dotem, ibid. uerſ. & ſcias. col. ea.

Et an in præiudicium patris, uel filiorũ ſuorum, uerſiculo, & hęc quidem, Remiſſiue, 5.b, col. 2.

Et an amittat etiã bona paraphrenalia, ibidem, uerſiculo, adde, quòd, col. 1. b. ead.

Vxor an amittat dotem propter oſculum, ibi. uerſ. Scias etiam, b. col. ead.

Et an facta ſeparatione tori pp adulterium teneatur maritus alere vxorem, ibi.

ibi.uer.Facta autem,b. col.2.

Maritus ſciens vxorem eſſe adulteram, ſi cum ea ſe carnaliter commiſceat, an videatur illi adulterium remiſiſſe,ibi.uer. Caueant etiam,col.ea.

Adulterii exceptio in cauſa ciuili repetitionis dotis quando, & per quos opponi poſſit,ibi. ver. Sed hic quidem.Remiſſiue, col. ea.

Adulterii crimen quinquennio perſcribitur, ibidem, uerſicu. Vnum tamen, colum. eadem.

Adulterium committens cum vxore eius, cum quo pacem fecerat, an dicatur pacem frangere, §.fi.q.47.verſi.Sed quid ſi vnus. 344 b,col.1.

Accuſans de adulterio an teneatur ſe inſcribere, Vide ſupra, Accuſatio.

Super crimine adulterii an poſſit fieri pax ſiue tranſactio, Vide infra. Pax.

Affectus an puniri debeat effectu non ſecuto, § fi q.92.in prin.227.col. ij.

Et quid in atrociſſimis, ibid.verſi.Seias tamen,b,col.1.

Et quid in aſſaſſinio, §.Aſſaſſinium, verſic. Scias etiam, 6.col.1.

Et quid in homicidio,§.Homicidium,ver. Vltimo quęro,37.col.2.

Et quid in beneficio,ibi.ver. Punitur etiã, 29.col.2.

Et quid in ſodomia, §.Sodomia,ver.Quæro nunquid, 52.b, col.1.

Et quid ſi non fuerit deuentum ad actum proximum, §.fi. q.92. uer.Seias etiam, 227.b,col.1.

Affinis in cauſis criminalibus an poſſit teſtificari,§.fi.q.24.uerſic. Quæro modo,97. colum.1.

Alea. Alearum ludus prohibitus eſt,uide infra,Ludus.

Alienatio facta à delinquente poſt delictum, an per fiſcum reſcindi poſſit, uide infra, Bona.

Statutum prohibens bona alienari in forenſem.Vide infra, Statutum.

Amor in delictis an excuſet, §.fi. q.60.uerſi. Eſt, & amor, 170.b,col.2.

Animal irrationale, quod aliquod maleficiũ commiſit, an ſit morti tradendum, §. fi.quæſt.99.uerſi. Quæro etiam,235.b, col.2.

Animus deliberatus ex quibus coniecturis colligi poſſit,§. Homicidium, uerſi. Ex propoſito,28.b,col.2.

Annotatio bonorum quando fieri debeat,Vide infra,Bona.

Antiquitas delicti an proſit delinquenti, §. fi.q.60. verſi. Præterea poteſt. 173.b,columna 1.

Aperiens, & deſigillans literas alienas incidit in crimen falſi, §.Falſum,uer.Aperiens, 11.col.1.

Apoſtata quod modis quis dicatur, §.fi.q.78. uerſi.Apoſtata.204.b,col. 2.

Et an apoſtata admittatur ad pęnitentiã, uel hæreticus, ibi.

Monachus uagabundus, qui tamen non dimittit habitum propriæ religionis an dicatur apoſtata,ibi.

Appellatio in cauſis criminalibus quibus caſibus admittatur.§ fi.q.94.in prin.228.b, col. ij.

Et quid ſi reus ſit confeſſus, & conuictus, ibi. 229. col.1.

Et quid de iure canonico,ibi.

Et quid ſi delictum ſit notorium,ibi.uerſi. Solet etiam,col.ij.

Statutum tollens appellationem in cauſis criminalibus an ualeat,ibi.uer.Cæterſi, colum. ea.

Appellatio unius in cauſis criminalibus an proſit alteri, ibi.uerſi.Quæro nunquid, b,col.1.

In cauſis criminalibus quilibet poteſt pro condemnato appellare ibi.uer. Regulariter, col.ea.

Et an etiam clericus,uerſ.Sed an etiam,columna ea.

Appellatione pendente ſi reus decedat, an ſit locus confiſcationis bonorum, ibid. verſi.Sed pone.col.ea.

Et quid ſi decedat pendente tempore ad appellandum,ibi.uerſi. Sed quid ſi condemnatus, col.ij.

Arbitrium iudicis quid poſſit,§. fi.q.31. ver.

Arbitrio atque balia.107. b, columna ſecunda.

Et an iudex poſſit arbitrari pęnam mortis,Vide infra,Iudex.

Archiepiſcopus delinquens à quo ſit puniendus,§.fi.q.35.uerſi.Vlterius quæro:119. colu.ij.

Et an epiſcopus poſſit puniri archiepiſcopum delinquentem in ſua diæceſi, ibid.

Arma noua, quæ quis uendiderit, aut emerit, fiſco applicantur,§.fi.q.79. uer. Arma noua.208.b,col.1.

b Statutum

Statutum prohibens deferri arma quomodo ſit intelligendum. §.fi. q.82. Statuto ſexto.217 b,col.ij.
Clericus Arma deferens an poſſit per iudicē laicum ſpoliari,& puniri, §. fina quæſt. 36 uerſi. Vlterius quæro, 128.columna prima.
Aſcendentes cum ſchalis de nocte ad domum alterius punitur pęna mortis.§ fi. quæſtio.68. verſi. Aſcendens,192.b, columna t.
Aſcribens ſibi in teſtamento incidit in pœnam falſi.§.Falſum, verſi. Aſcribens,12. col. t.
Et quid in teſtamento nuncupatiuo, ibidem.
Aſſaſſinus proprie quis dicatur,§. Aſſaſſinii, in prin.6.b.col.t.
Et an ad hoc ut quis tanquam aſſaſſinus puniri poſſit, requiratur quòd probatum fuerit occiſum fuiſſe Chriſtianum, ibidem.
Et an Epiſcopus committens aſſaſſinium incidat in pœnas cap. primi, de homi. ibidem uerſi. Quæro nunquid, columna ij.
Aſſaſſinii pęna quæ ſit,ibid.verſi.Sed quæro, col.ea.
Aſſaſſinus an ſit tutus immunitate eccleſiæ,ſi ad eum confugiat, ibi.verſi. Item licet, col. ea.
In crimine Aſſaſſinii minores probationes requiruntur quàm in aliis criminibus,ibi. uer. Præterea, col.ea.
In crimine aſſaſſinii an puniatur affectus etiā nō ſecuto effectu.ibi.ver. Scias etiam,7. col. t.
Clericus Aſſaſſinus an poſſit à iudice laico puniri,§.fi.q.36.uer Item quæro,124.b, col. 1.
Et an hoc caſu requiratur ſolemnis degradatio,ibidem,ver.Sed quæro,124.b,colum.t.
Et an ſententia declarata,ibi. col.2.
Et an talis clericus Aſſaſſinus ſit tradendus curiæ ſeculari non expectata incorrigibilitate,ibi.uer. Quæro etiam,colum. eadem.
Aſſiſtens maleficio an dicatur præſtare auxilium,§ fin.q.90.uerſi. Quæro nunquid, 226.col.1.
Auxilium præſtans maleficio an ſit puniendus eadem pęna principalis, §.fi.q.90.in prin.225.col.5.
Et quid,ſi delictum fuerit animo deliberato patratum, ibi.uerſi.Aut uero.225.b, colum.1.
Et an præſtans auxilium poſt maleficium dicatur proprie Auxiliator, ibidem.
Et an in inquiſitione expreſſe ſit facienda mentio de auxilio, ibi.ver.In hac autē, col.ij.
Et quando ſunt plures duobus, an ſufficiat dicere in inquiſitione, q alter alteri auxilium præſtitit, ibid.uerſi.Item aduerte. col.ea.
Et an requiratur, quòd dicatur in ſpecie, quòd præſtiterint auxilium aſſiſtendo, ibid. verſiculo Aduerte etiam,columna eadem.
Et an priuſquam procedi poſſit de auxilio,neceſſe ſit,quòd conſtet de principali delinquente,ibid. verſicu. Scias etiam, colum.ea.
Et an ſi delinquens aliàs fuiſſe delictum commiſſurus, debeat auxiliator mitius puniri, ibid. uerſi. Item ſcias, 226. columna 1.

Bannitus an poſſit de iure communi impune offendi, §.Homicidium, verſi.Plerunque etiam.34.b,col.ij.
Statutum permittens Bannitum impune offendi an ualeat. Vide infra, Statutum,
Bannitus in contumaciam an dicatur bannitus ex maleficio,§.1.ver Quæro etiam. 36.b, col. 1.
Et an ſit infamis,§.fin.q 71.uerſicu. Quæro nunc,196.b,col.1.
Bannitus an poſſit eſſe teſtis,ibi.uerſi.Præterea quæro,196.b,col. 1.
Bannitus an amittat patriam poteſtatem,ibi. uer. Succeſſiue quæro,col ea.
Bannitus an poſſit teſtari, & capere ex teſtamento,ibi. ver. Sed an poterit,Remiſſiue,col.ea.
Bannitus an efficiatur ſeruus pænæ, ibi. verſi. Vlterius quæro, col.2.
Bannitus ab una ciuitate an cenſeatur etiam bannitus ab aliis cum ea fœderatis, ibidem uerſicu. Quæro modo, eadem columna 2.
Banniti huius temporis an æquiperentur deportatis,uel relegatis,ibi.ver.Dixi autē, colum. ea.
Bannitus frangens fines exilii qua pæna puniatur,

puniatur, ibi. uer. Quęro qua pęna, 197. col. ij.
Bannitus arbitrio iudicis, an eo mortuo, uel ab officio recedēte, ſit liberatus, ibi. ver. Item quæro, b, col. 1.
Bannitus ſemel an iterum poſſit accuſari, & banniri, §. fi q. 16. uer. Sed nunquid, 83. col. ij.
Et an eo caſu poſſit ſe per procuratorem defendere, §. fi. q. 32. uer. Tu ſcis, quod banni tus, 113. col. 2.
Et an ei concedi debeat ſaluus conductus, ibidem.
Bannitus an dicatur uagabundus, §. fin. q. 39. ver. Fui quandoque, 133. col. ij.
Bannitus, & condemnatus, in contumaciā, an ex eo ſolo poterit ſine aliis indiciis torqueri, §. fina. q. 64 uer. Sed nunquid, 180. b, col. 1.
Bannitus, & condemnatus in contumaciam ſi veniat in fortiam officialis, an ſtatim ſit contra eum facienda executio condemnationis, § fi. q. 96 uer. Quæro nunquid, 231. b, col. ij.
Et an eo caſu debeat iudex prius inquirere de ueritate criminis, ibi. uerſic. Sed nunquid, 232. col. 1.
Et quid ſi bannitus uelit contra bannum aliquam exceptionem proponere, ibid. uer. Sed pone, col. ij.
Et an ſit ad nouas defenſiones admittendus, § fi. q. 94. uer. eſt etiam, 230. colum. prima.
Et an poſſit iudex exequi ſententiam contra bannitum, qui per uim conductus fuerit in eius territorium, § fina. q. 69. uerſi. Sed quid ſi bannitus, 232. colum. ſecunda.
Barataria, Vide infra, Iudex.
Bladum emens cauſa reuendendi punitur in 20. aureis, §. fi. q. 80. uer. Bladum emens, 209. col. ij.
Statutum, quòd Blada non conducantur extra territorium, Vide infra, Statutum.
Blaſphemia quid ſit. §. Blaſphemia, in prin. 7. b, col. 2.
Et an dicere, Al diſpetto di Dio, ſit blaſphemia, ibi. uer. Sed nunquid, 8 co. 1.
Blaſphemię pœna quæ ſit, ibi. ver. Sed quæro, col. ea.
Et an in crimine blaſpemiæ admittatur repulſa teſtium, ibi. uer. Reperio etiam, 8. b, col. 1.
Et an blaſphemans per iracundiam excuſetur, ibid. uerſicu. Excuſari, columna eadem.
Et an conſuetudo prouinciæ blaſphemantem excuſet, ibid. verſi. Item poteſt. col. ſecunda.
Bona delinquentis annotari debent, § fina. q. 44. circa prin. 135 b, col. ij.
Et quid de conſuetudine ſeruetur, ibi. uer. Sed hodie, 136. col. 1.
Et an ſi reus intra annum compareat, recuperet bona annotata, ibid. uerſi. Dixi quod, 136. b, col. ij.
Et an eo caſu teneatur probare innocentiā ſuam. ibid. uerſi. Quæro quando, 137. colum. ea.
Bonorum confiſcatio in quibus caſibus locū habeat, § fi. quæſt. 78. circa princip. 204. col. ij.
Et an diſpoſitio auct. bona damnatorum, corrigat iura antiqua, per quę eſt impoſita bonorum confiſcatio, ibid.
Et an diſpoſitio auctēn. bona damnatorum, corrigat diſpoſitionem auctēn. inceſtas, §. inceſtus, verſiculo, Et ſcias, 41. col. 1.
Bona prohibita alienari an ueniant in confiſcatione bonorum, § fi. q. 78. ver. Itē quæro, 205. col. ij.
Et quid ſi non ſit expreſſum fideicommiſſum in caſum alienationis, ibidem.
Et quid ſi prohibitio facta ſit ad tempus, fauore ipſius prohibiti, ibi.
Bona alienata per delinquentem poſt delictū commiſſum an veniant in confiſcatione bonorum. ibid. uerſi. Solet etiam, 206. col. 1.
Et quid ſi fraus interuenit, ibi.
Et quomodo probetur fraus, ibi. ver. fraus autem, col. ij.
Et quid ſi ex eo delicto non ſit impoſita ipſo iure bonorum confiſcatio, ibi. ver. Cæterum, col. ea.
Et quid ſi alienatio facta ſit poſt accuſa. ibi. uer. Et hæc omnia, b, col. 1.
Et quid ſi facta ſit poſt ſententiam, ibidem, ver. Si uerò, col. ea.
Et quid ſi reperiatur precium bonorum uenditorum in bonis confiſcatis, an poſſit emptor moleſtari, ibidem, verſiculo, Contingit aliquando, ead. colum. ſecunda.
Et an in confiſcatione ueniant bona poſt ſenten-

ſententiam acquiſita, ibi. verſi, Vlterius quæro, col. ea.
Et an ſententia confiſcationis trahatur ad bona ſita extra territorium, ibi. ver. Sed hic quæro, 207. col. ij.
Et quid in bonis mobilibus, ibid.
Bona delinquentis, an ſint fiſco tacite hypothecata, ibi. ver. Sed hic incidenter, 208. colum. 1.
Bona uacantia ad fiſcum pertinent, & an, eo caſu teneatur fiſcus legatariis, & creditoribus ſatisfacere, Vide infra Fiſcus.
Bona pro quibus quis tacite accommodat fidem defuncto, de eis reſtituendis alicui incapaci, fiſco applicantur, §. fi. queſt. 76. verſicu. Quando hæres, 208. b, columna ſecunda.

CADAVER delinquentis, qui ante ſententiam uel executionem mortuus eſt, an debeat decapitari, vel ſuſpendi, § fin. q. 51. verſi. ſed hic incidenter, 150. col. 1.
Cadauera damnatorum an poſſint ſepeliri ſine licentia, §. fi. q. 100. in princi. 236. col. 1. b,
Et an poſſint dari medicis ad faciendã anatomiam, ibid. verſic. Quæro nunquid, colum. ea.
Calumniator an ſit in expenſis condemnandus, §. fi q. 62. uerſi. Sed nunquid, circa fi. 176. b, col. 1.
Et an eo ipſo, quod accuſator non probat accuſationem, præſumatur calumniari, ibid. verſiculo, Dixi ſupra 177. columna prima.
Et an iuramentum calumniæ excuſet ab hac præſumptione, ibi. uer. Sed quid ſi accuſator, col. 2.
Et quid ſi reus accuſatorẽ interroget an velit vti querela, ibi.
Et an ſi accuſator habeat pro ſe famam vel alia indicia, excuſetur à calumnia, ibid. ver. Sed pone, col. ea.
Calumniator an poſſit ex eodem proceſſu condemnari, an autem nouo proceſſu opus ſit, ibidem, ver. Sed quęro. 177. b, col. 1.
Aduocatus fiſcalis, denunciator, & inſtigator, an ſint propter calumniam in expenſis condemnandi, Vide in ſuis locis.
Camera fiſcalis, Vide infra, Fiſcus.
Captura an ſtatim contra reum concedi poſſit porrecta accuſatione, an autem legitima debeant indicia præcedere, §. fina. quæſtio. 28. uer. Scias autem, 101. col. 1. *Farinac. q. 27 n. 111*
Capturam an præcedere debeat commiſſio iudicis, ibid. ver. Dictum eſt, 102. colum. ſecunda.
Captura an cõmitti poſſit parti offenſæ, ibi. ver. Solet autem, col. ea.
Familia officialis an poſſit detinendum, ſi reſiſtat impune interficere, §. fi. q. 29. in prin. 102 b, col. 1.
Capiens delinquentem recuperare poteſt à fiſco omne id, quod expendit in capiendo, ibi. ver. Vnum tamen, 103. columna ſecunda.
Delinquent ſi fugiat in aliam iuriſdictionem, an in eo capi poſſit à familia eum inſequente, ibid. verſi. Sed pone, colum. eadem.
Delinquens, qui ad eccleſiam confugit, nõ eſt ab ea uiolenter extrahendus, §. fi. q. 30 in prin. 121. col. 2.
Et quid ſi ſit iuxta eccleſiam per 40. paſſus, ibi. ver. Hinc eſt. 104. col. j.
Et quid ſi auſugerit in palatium epiſcopi, ibi. ver. Scias etiam, col. 2. ea.
Et quid ſi eccleſia nondum ſit conſecrata, ibidem verſiculo, Quæro ſi conſtructa, eadem.
Et quid ſi ſit interdicta, ibi. ver. Idem etiã, 104. colu. ea.
Et quid ſi ſit deſtructa, ibi. verſi. Maius eſt, 104. b, col. 1.
Et quid ſi quis delinquat in una eccleſia & confugiat in aliam, ibidem, uerſiculo, Sed quid ſi aliquis, 105. columna prima, b.
Et quid in oratoriis priuatis, ibid. ver. Sed quid dicendum, 104. b, col. 1.
Et an omnes delinquentes gaudeant hac immunitate, ibi. ver. Quæro nunquid, col. ea.
Et an raptores virginum, ibid.
Et an homicida proditorius, ibi. uerſi. Scias tamen. col. 2.
Et an homicida animo deliberato, ibi. ver. Punctus eſt, 105. col. 1.
Et an ille, qui ex inſidiis alium interfecit, ibi. ver. Hoc autem, col. 2.
Et an fures, ibid. verſicu. Quæro an fures, colu. ea.
Et an illi, qui in eccleſia delinquunt, ibidem,

Farinac. q. 10

ibi.ver.Item quæro,col.ea.
Et an clerici.ibi.ver. Vlterius quæro. 105. col,1.b,
Et an Iudæi,ibi.ver. Præterea quæro.105. b.col.ij.
Et an excommunicati,ibid.verſicu.Quæro etiam.col ea.
Et quid ſi delinquens iam inſequente familia à locis prophanis, in eccleſiam ſe receperit, uerſi. Pone familia. columna eadem.
Et an poſſit iudex ſecularis propria auctoritate delinquentem ab eccleſia extrahere, ibidem verſicu.Quæro nunc.106. col. 1.
Et an poſſit ponere cuſtodes,vt delinquentem in eccleſia,obſiſtat ibi.verſi.Quæro modo. col ea.
Et an immunitas eccleſiæ proſit reis iam condemnatis,ibi.verſi.Scias autem. colum. ij.
Et an delinquens extractus ab eccleſia poſſit puniri corporaliter,ibid.ver. Succeſſiue quæro, col.ea.
Delinquens confugiens ad ſacerdotem portantem ſacram Euchariſtiam an poſſit capi ibi.ver. Vltimo quæro,col.ea.
Delinquens an poſſit extrahi à ſcholis, ibid. verſi. In hoc autem, 107.b, col. 1.
Et antè domibus Cardinalium,ibi.ver.Itē adde.col.ea.
Et an à ſtatutis Principum, ibi.uer.Tertio adde.col.ea.
Clericus an poſſit capi per laicum. Vide infra, Clericus.
Capi reus an poſſit pendente termino citationis,§ fi.q.31.verſi.Vltimo quæro.110. b,col.ij.
Carcer Reus in quibus caſibus ſit in carcerē conijciendus,§.fina.q.46. in prin.140.b, col.ij.
Et quid ſi a carceratione appellet,ibid.ver. Sed quid ſi reus.col.ea.
Carceris fabricatio ad quem pertineat,verſi. Et quoniam.141.col.1.
Cuſtos carceris tenetur ſingulo menſe notā carceratorū iudici deferre,ibi.uer. Scias etiam.col.ea.
Quid facere debeat cuſtos carceris, ſi aliquis ex carceratis moriatur, ibi.verſi. Sed in hoc,col.ea.
Carceratus ſi ex carcere aufugiat, an habeatur pro confeſſo,§.fi. q.21 ver.Tertio autem modo,91.col.2.cum ſeq.
Et quid ſi non erat iuſte detentus, ibi.
Et quid in eo, qui aufugit è carcere priuato,ibi.
Et quid ſi carceratus aufugiat hoſtio exiſtente aperto, ibi 91. b,col. 1.
Et quid ſi poſt fugam ſtatim ad carceres reuertatur, ibi.
Carcer an dicatur ſpecies torturæ, & an confeſſio facta in carcere dicatur extorta metu tormentorum, §. finali. quæſtione 64. verſiculo, Sed an forte.183.colum. ij.
Carcer priuatus prohibitus eſt ſub pœna capitis,§ fi. q.68.ver. Priuatum carcerem 193. col.2.
Et quid ſi captus ſit ex iuſta cauſa, ibi.
Et an Cardinalibus licitum ſit tenere priuatum carcerem,ibi.
Carceratus an poſſit cōtrahere,§.fi.q 46.ver. Plerunque vero, 141.col. ij.
Carceratus in uno loco,an poſſit in alio condemnari,§.fin.q.34.uerſi.De carcerato. 117.col. ij.
Carceris perpetui pœna apud laicos non eſt in uſu, ſed tantum apud eccleſiaſticos, §.fina.q.70.uerſicu.Pœna autem,195.b, colum. 1.
Cardinalis ſi delinquat, Papa eſt eius iudex competens.§.fi.q. 39.uer.quæro etiam 119.col.j.
Papa ſolus an poſſit deponere Cardinalem, ſine conſenſu collegii, ibi.
Cardinalis ſi obuium habeat condemnatū, qui ad ſupplicium ducitur, an poſſit eū liberare,§ fi q 98.uer. Vlterius quæro. 238. col.ij.
Cardinalibus an licitum ſit tenere priuatum carcerem,§ fi.q.68.uer.Priuatum carcerem,193.col.ij.
Cardinalium domus an gaudeant priuilegio, vt in eis capi nemo poſſit,§.fi.q.30. ver. Item adde. 106.b, col j.
Cardinalem offendens an dicatur committere crimen læſæ maieſtatis, §.læſæ maieſtatis, ver. Quæro nunquid. 44.b, colum. ij.
Cardinalem offendens eſt excommunicatus, § fi.q.77.uer. Offendentes, & uer. Percutientes. 202.col. ij.
Contra Cardinales an requiratur maior numerus teſtium,quàm contra alios. §.fi. q.66.uer.Debes etiam, 189.
Carnifex. Iudex an poſſit aliquem cogere vt carnificis officium exerceat. §. fina.

q.99.ver.Sed pone 235.b,col.1.
Caſtrans ſe ipſum, vel caſtrari faciens punitur pœna mortis,§.fi.q.68. ver.caſtrans ſeipſum,191.b, col.2.
Caſus. Homicidium caſu commiſſum quando dicatur, §. Homicidium, verſi. caſu autem,28.col.1.
Caſus quando dicatur ciuilis, & quando criminalis,§.fi.q.j.in prin. & verſi. Quarta igitur,60. col.1. ij.
Et quid ſi agatur ad pœnam extraordinariam,ibi.verſicu.Quintus eſt caſus, 61. colum. 1.
Et quid ſi nulla præcedat accuſatio, ibid. ver. Adde, quod col.ij.
Et quid ſi agatur per uiam exceptionis, §. fina.quæ.19.verſi.Per exceptionem,85. b,col. j.
Cauſæ criminales an poſſint delegari, §.fi. q. 41.in prin.134. col.j.
Cauſa an ſit exponenda in ſententiis criminalibus.§ fi.q.93. verſi. Fuit aliquando, 228 col.2.
Et quid quando iudex minuit pœnam à lege, uel ſtatuto impoſitam,§.fi.q.85.ver. Vlterius quæro, 220.col.j.
Cauſa quęlibet etiam iniuſta excuſat à dolo, & à pœna,§.fi quæſt.uerſi. Et generaliter,
Cauſa an ſit exprimenda in citatione,Vide infra,Citatio.
Cautio iuratoria interponitur, quando reus detentus fideiuſſorem inuenire non poteſt §.fi.q. 46.verſi. Sed quid agendum, 142.col. 1. 133.
Et quomodo probetur, quòd quis non reperit fideiuſſorem, ibid. verſi. Sed quomodo.col.2.
Viri illuſtres an ſint relaxandi abſq; fideiuſſione cum ſola iuratoria cautione, ibid. ver. Scias autem. col ea.
Cautio de non offendendo,Vide infra, Fideiuſſio.
Cedere bonis an poſſit reus in cauſa criminali pecunialiter condemnatus, §.fi. q.95. verſi. Sed pone.231. col.1.
Citatio.Citari debet reus ante omnia in cauſis criminalibus, §.fi. q.31.in prin.107. colum 1.
Et quid ſi princeps procedat contra ſubditum,ibi.ver.Adde,ꝙ col.4.ea.
Et quid in ſententia declaratoria cenſuræ, ibi.ver Item adde, col.ea.
Citatio in cauſis criminalibus an fieri debeat de ſpeciali commiſſione iudicis,ibi.ver. Vnum autem,col.2.
Et an in citatione ſit exprimenda cauſa, propter quam reus citatus,ibi.ver. Quęro nunc,colum. ead.
Et an inſcitatione poſſit apponi pœna,ibid. verſiculo. Item quæro, ead. 107. b, colum.1.
Et an in citatione inſeri debeat totus tenor libelli, ibid. verſi. Quæro nunquid, col. ead.
Citatio qualiter reo intimari debet, ibi. uer. Dictum eſt,109.b,col.1.
Et an ſufficiat, quòd intimetur ad domũ, ibidem.
Et an requiratur, quòd prius facta ſit perquiſitio rei citandi per ciuitatem,ibidẽ, verſiculo, Sed nunquid, 109. b, colum. 2. ead.
Et an ſit reo danda copia citationis, ibid. uer.Scias tamẽ,110.col.1.
Iudex an poſſit citare ſubditum ſuum extra territorium,ibid. uer.Sed hæc quidem, colum. ea.
Et quid ſi degat ſub alio pręſide prouincię, ver. Poſſet forte,col.ea.
Vagabundus quomodo citari debeat,ibi.ver. Sed quid ſi reus. col.ij.
Vnica citatio an in cauſſis criminalibus ſufficiat, ibid. ver. Quæro modo, columna ead.
Citatio peremptoria in criminalibus, an requiratur,ibid. verſi.Sed hic quęro, 110. b, colum.j.
Fiſcus,& accuſator an in cauſis criminalib. citari debeat, ibid., ver. Vlterius quæro, col. ij.
Et an promotor inquiſitionis, ſiue inſtigator,§.fi.q.10.uerſi. Quęro nunquid, 74. colum. ij.
Reus an ſit citandus,quando crimen eſt notorius,§.fi.q.9.uer.Quæro nunquid. 72.b, colum. ij.
Et an regulariter reus ſit citandus, quando contra eum aſſumuntur indicia. §.fi. q.11. uerſi. Item quęro, 74.b,columna ſecunda.
Et an pars offenſa,ibid.uerſi.Sed quid ecõuerſo, 75.col.1.
Reus contumax an ſit citandus ad ſententiã, §.fi.q.44. uerſi. Item quæro, 137.b, col. ſecunda.
Ciuile iudicium quando dicatur, §. fina.quæſtio.j.verſi. Quarta igitur, 60. colum.ij.

Ciuilis actio, Vide ſupra. Actio.
Ciuitas quando delinquere poſſit, & puniri, Vide infra, Vniuerſitas.
Ciuitas exigens ab aliquo pedagia pro rebus ſuis, incidit in pœnam interdicti, §. fina. quæſtio. 76. uerſi. ciuitas, 200. b, colum. prima.
Ciuitas aliquid committens contra Epiſcopum, incidit in pęnam interdicti, ibi. ver. Item ciuitas. col. ea.
Et an requiratur, quod ſit proprius epiſcopus, ibid.
Et an ceſſante detentione epiſcopi, ceſſet interdictum, ibid.
Clauſula, ſuper quibus omnibus, & ſingulis, &c. quid importet, § fina. quæſtione 31. verſicu. Super quibus, car. 109. colum. ſecunda.
Clau ſula.] Quare petit, &c. quid operetur, §. fina. quæſt. xij. ver. Vltimo quæro, 77. b, colum. 1.
Clauſula, ſaluo & reſeruato, &c. quid operetur, § fi. quæſt. 93. verſi. Sed pone. 228. b, colum. 1.
Clericus pro delictis per eum commiſſis nō poteſt puniri niſi à iudice eccleſiaſtico, §. finali. q. 36. in principio, 121. columna ſecunda.
Et an hoc priuilegium ſit de iure diuino ibid. col. ead.
Et an valeat conſuetudo, quòd clerici poſſint conueniri coram laico, ibid. ver. Sed ea retenta, col. ea.
Et an poſſit clericus huic priuilegio renunciare, ibi. verſi. Secundo infertur. colum. eadem.
Clericus citatus à iudice ſeculari, an teneatur comparere, & allegare ſuum priuilegium, ibi. verſi. Eſt autem eadem, 127. b, col. prima.
Clericus an poſſit pro crimine reconueniri coràm iudice laico, ibid. verſi. Et hæc quidem, col. ea.
Clericus illegitime natus an gaudeat fori priuilegio, ibid. verſi. Habet etiam, colum. eadem.
Teſtes debent coram iudice examinari in cauſis criminalibus, §.fina.q. 30.26.in prin. 99.b,col. 1.

Et quid ſi ſint perſonæ egregię,ibi. uerſic. Et aduerte,colum. ij.

Et an iudex poſſit concedere literas ſubſidiales pro eis examinandis, Vide ſupra, Iudex.

Et an princeps poſſit receptionem teſtium alteri committere, Vide ſupra, Princeps.

Citatus ad prohibendum teſtimonium, quis propter legitimum impedimentum non comparuit, & fuit excommunicatus. Vide ſupra, Impedimentum.

De exceptionibus, quæ contra teſtes proponuntur. §. fi. q.53. per totum. 152. colum. 2.

Et an ſi opponantur teſtibus aliqua crimina,opus ſit ſpecificare locum,& tempus commiſſi delicti,ibi.verſ.in hoc autem, col. ea.

Et an opus ſit etiam probare, quòd communi opinione habeatur pro talibus ibid.ver. Sed nunquid,col.ea.

Et an opponens crimina contra teſtes, & ea non probans,teneatur actione iniuriarum, ibidem uerſi. Caueant tamen, col. ea.

Teſtis falſus in uno an probet in aliis,ibi. ver. Sed quæro,b, col. 1.

Et quid ſi teſtis falſum dixerit in non concernentibus ſubſtantiam rei de qua agitur,ibid.verſicu.Scias tamen,colum. ſecunda.

Et quid ſi ipſemet ſibi contradicat, quia ſcilicet aliquando unum, aliquando aliud dixerit, cui dicto ſtandum ſit, ibid. uerſicu. prædicta autem, columna ead.

Et quid ſi primo dixit vnum extra iudicium deinde contrarium in iudicio, ibid.verſicu.primus caſus, 163. columna prima.

Et quid econuerſo, ibi.ver. Secundus eſt, colum.2.

Et quid ſi uno iudicio dicat contrarium eius, quod dixit in alio, ibidem verſiculo, Tertius eſt, 153. b, columna prima.

Et quid ſi in primo dixit nihil ſcire, in ſecundo autem deponit de ueritate rei, verſicu. ſed quid ſi teſtis, columna ead.

Et quid ſi in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas contraria deponat, ibidem uerſicu. Quartus eſt, columna ſecunda.

Et quid ſi primo depoſuit per uerbum credo, ſecundo autem, per uerba aſſertiua ueritatis, ibid. uerſi. Vnum etiam, ead.

Et quid ſi teſtis neget ſe ita depoſuiſſe, vt ſcriptum eſt,ibid.uerſi. Quintus eſt, 154 col. ij.

Et an hoc caſu magis credatur notario vel teſti, ibid. & §. Falſum, uerſiculo,

pone teſtis, 10 b. col. 2.

Teſtes ſingulares an probent in cauſis criminalibus, ibid. verſ. Dixi etiam, car. 13. b, ~~col. 154. col. 1.~~

Et quid ſi agatur de probando in genere aliquem eſſe hæreticum, adulterũ, vel huiuſmodi, ibid. verſic. Et hæc concluſio, b, col. 1.

Et quid epiſcopus faciat ſtatutum, quod crimen vſurarium poſſit probari per teſtes ſingulares, ibid. verſicu. ſed quid ſi epiſcopus, col. 2.

Et quid ſi princeps ſolus teſtificetur contra aliquem, an ei credatur, Vide ſup. Princeps.

Teſtis non reddens cauſam ſcientiæ, in cauſis criminalibus nihil probat, ibi. verſic. præterea dixi, 153. col. 1.

Facto examine ſi reus neget, teſtes ſunt ipſo citato repetendi, §. fina. q. 45. verſi. Cæterum ſi reus, 139. b, columna ſecunda.

Et quid ſi non ſit reus citatus, ſed teſtes cum eo confrontati perſeuerent, ibid. verſic. ſed in propoſito, & ibi aliqua de teſtium confrontatione, eadem, 140. colum. 1.

Teſtes an poſſint poſt publicatas atteſtationes repeti, vel de nouo produci, Vide ſup. Iudex.

Teſtis falſum deponens dicitur falſum committere, §. falſum, 16 teſtis, 10.

Et quid ſi deponat in iudicio contrarium eius, quòd dixerat extra iudicium, ibi. columna ij.

Et quid ſi deponat contrarium eius, quod dixerat in alio iudicio, ibidem columna eadem.

Et quid ſi duo teſtes ſibi ipſi inuicem contradicant, an ſint de falſo puniendi, ibidem uerſiculo, Conuincitur etiam, col. ea.

Teſtium dicta an ſint inter ſe concordanda, vt euitetur falſum, ibi, uerſi. ſcias tamẽ, Remiſſiue. 10. b, col 1.

Teſtis deponens ſuper negatiua eſt ſuſpectus de falſo, ibidem uerſicu. ſolet etiam col. ea.

Teſtis deponens falſum nõ circa factum principale, ſed circa alia extrinſeca, an poſſit puniri de falſo, ibid. uerſicu. ſed quid ſi teſtis, col. ea.

Teſtis quid depoſuit falſum ſine iuramento, an poſſit puniri de falſo, ibid. uerſi. Tu ſcis, colu. ij.

Ad hoc ut Teſtis dicatur falſus an requiratur, quòd probetur illum fuiſſe corruptum pecunia, ibi. uerſi. Quęro nunquid, 11. col. 1.

Et quid econuerſo, an ſufficiat probare quòd teſtis fuit pecunia corruptus, abſque eo, quòd probetur, quod falſum depoſuerit, ibid. uerſi. Sed quid econuerſo, col. ea.

Pœna Teſtis falſi quæ ſit, ibid. uerſi. Pœna autem, col. ij.

Tortura, Iudex ponens aliquem indebite ad torturam eſt capite puniendus. Vide ſupra, Iudex.

Priuſquam deueniatur ad Torturam, debet conſtare de delicto, §. fi. q. 64. uer. Debet autem. 179. b, col. 1.

Tortura non eſt inferenda, ubi pro delicto nõ imponitur pœna corporalis, ibi. ver. pręterea debet, col. ij.

Vbi delictum aliter quàm per Torturã probari poteſt, non eſt reus tormentis ſubijciendus, ibid. uerſicu. Debeat, etiam, colum. ea.

In delictis occultis facilius ſolet ad torturam deueniri, ibidem, uerſicu. Et ideo colum. ea.

Reus conuictus de crimine, an debeat torqueri, vt illud confiteatur, ibid. uerſicu. Scias etiam, 180. col. 1.

Et an ſuper ſociis, & complicibus, ibidem verſi. Veritas eſt, col. ea.

Tortura inferri non debet, niſi pręcedentibus indiciis, ibi. uerſicu. Dixi etiam, colum. ij.

Et quid in atrocibus delictis, ibid.

Et quid ſi reus ſit malæ uocis, & ſolitus delinquere, ibid. uerſic. Sed pone, b, colum. 1.

Et quid ſi ſit bannitus, & condemnatus in contumaciam, ibi. uerſi. ſed nunquid, colu. ea.

Indicia, quæ præcedunt torturam, qualia eſſe debeant, Vide ſupra, Indicium.

Quæ perſonæ torqueri poſſint, §. fina. q. 64. uerſicu. Vbi ſubſint, & aliis ſeq. 181. col. ij.

Et an liber homo, ibi.

Et an perſonæ poſitæ in dignitate, ibi. uer. item quæro, col. 1.

Decreta. Tortura, ſi reus appellet, an ſit ſuperſedendum, ibi. uer. ſed quid agendum, 182. b. col. 1.

Et

Et quid ſi petat ſibi dari copiam indiciorum. ibidem, uerſi. ſed quid ſi ille colu. eadem.

Torquendo non eſt dandum aliquid, quod concedat, aut bibat per 10. horas priuſquam torqueatur. ibid. verſi. Decreta tortura. col. ij.

Si plures ſint torquendi, à quo ſit incipiendum. ibidem, uerſicu. Quæro ſi plures, col. ea.

Iudex an teneatur requirere accuſatorem priuſquam torturã reo inferat. ibi. ver. vbi nihil, 182. b, col. 1.

Torturæ gradus quod ſint, ibi. ver. Nunc de gradus, col. 2.

Tortura adhibenda eſt pro modo indiciorum, ibidem, uerſi. Debet igitur, 183. colum. 2.

Tortura an poſſit inferri die feriato, Vide ſupra, Ferię.

Torqueri non debet reus modis exquiſitis. §. fi. quæſ. 64. uerſiculo, Item debet 183. b, col. 2.

Reus negans, & in tortura perſeuerans, dicitur purgaſſe indicia cõtra eum exiſtentia, ibid. uerſicu. Illata reo, 184. columna prima.

Confeſſio facta in tormentis, an ſufficiat ad condemnandum, Vide ſupra, Confeſſio.

Et ibi plura de Ratificatione ipſius confeſſionis.

Reus an poſſit interrogari de aliis criminibus, de quibus contra eum nulla adſunt indicia, Vide ſupra, Interrogatio.

Tortura ſemel illata, an iterum repeti poſſit, § fi. q 64. verſi. Vltimo uidendum. 185. colu. ij.

Tortura an ſit in vſu pro finali pęna delicti. §. fi. q. 70. uerſi. plerumque etiam, 195. b. col. 1.

Tractatus, An quis poſſit puniri in loco, in quo tractatum fecit de committendo delicto, §. fi. q. 38. uerſi. Vidi aliquando. 129. col. 2.

Transfuga punitur pœna mortis, §. fi. q. 68. verſi. transfuga, 193. b, col. 2.

Et quid in ſeruo, ibid.

Tranſactio in quibus criminibus licita ſit tranſactio, & ad quas perſonas ſpectet ius faciendæ pacis, Vide ſupra, Pax.

Tranſactio an ſit licita ſuper ludo, Vide ſupra Ludus.

Tranſactio vel pax facta cũ offenſo, an faciat indicium, Vide ſupra, Pax.

Trepidatio rei an faciat contra eum indiciũ ad torturam §. fi q. 21. uer. Mendatium, & ſeq. 93. col. 1.

Tregua ſi ab una partium rumpatur, an poſſit ab altera impune frangi. §. fi. q. 47. ver. ſed hic incidenter, 144 col. 1.

Tutor an poſſit facere pacem nomine pupilli, Vide ſupra, Pax.

Tutor cum pupilla ſe commiſcens, qua pœna puniatur, Vide ſupra, Coitus.

Tutor an poſſit accuſare nomine pupilli, §. fi. q. 14. ver. Item quæro, 81. b, col j.

Vacillatio rei an faciat contra eum indicium ad torturam, §. fi. q. 21. ver. Mendacium, & ſequen. 93. col. 1.

Vagabundus ubiq; puniri poteſt, § fi. q 89. verſiculo, Cæterum ſi reus, 133. colum. prima.

Et quis dicatur vagabundus, ibid. ver. ſed hic quæro, col. ea.

Vagabundus quomodo citari debeat, § fina. quæſtio. 31. verſicu. ſed quid ſi reus, 110. colum. ij.

Variatio rei an ſufficiat ad torturam, §. fi q. 21. uerſicu. Mendacium, & ſequen. 93. colum. 1.

Et quid in teſte, Vide ſupra, Teſtis.

Vaſallus an poſſit accuſare dominum, § fi. q. 14. uerſi. ſed quæro, 81. b, col. ij.

Vaſallus committens ſtuprum cum uidua domini, amittit feudum, Vide ſupra, Stuprum.

Vendens rem duobus incidit in falſum, § Falſum, ver. Vendens, 13. col. ij.

Venenum dans alteri punitur vt homicida, §. Homicidium, uerſi. punitur etiam. 29. colum. 2.

Et an puniatur pœna mortis, etiam ſi ille, cui datum eſt uenenum, mortuus non fuerit. ibid.

Venia. Reus petens ueniam delicti coram iudice, an videatur illud fateri, §. fin. q. 49. ver. Sed hic incidenter. 147. col. 1.

Veſtes, Quid faciendum ſit de ueſtibus damnatorum, § fi. q. 100. ver. quæro etiam. 336. b, col. 2.

Vis, Vim publicam uel priuatam committens qua pœna puniatur, §. fina. quæſtio. 83. uerſiculo, Vim publicam, 215. b, col. prima.

Omnes

Omnes coitus per uim commiſſi, grauius puniuntur, §. Fornicatio, ver. Omnes au tem. 19. col. 1.
Vites. Vitium inciſores qua pęna puniantur, §. fi. quæſt. 68. uerſiculo, Vaſtatores, 194. colu. 1.
Vicarius prætoris an poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus, §. fi. quæ. 40. in prin. 133. b, col. 1.
Et an poſſit imponere ultimum ſupplicių, aut membri mutilationem, ibid. ver. ſed nunquid. col. ea.
Vicarius epiſcopi an poſſit de cauſis criminali bus cognoſcere, ibid. verſi. Item quæro, col. ij.
Vidua an propter ſtuprum amittat dotem, & quibus pœnis puniatur, Vide ſupra, Stuprum.
Virginem deflorans qua pęna puniatur, Vide ſupra, Stuprum.
Et quid ſi nondum ſit viripotens, ibidem.
Vniuerſitas vel Collegium an poſſit accuſari, §. fina. q. 16. verſi. Vlterius quæro, 63. b, colum. 1.
Et quomodo dicatur Vniuerſitas, vel Collegium delinquere ibi.
Et quomodo poſſit Vniuerſitas puniri, ibi. verſiculo, Sed quomodo, columna ſecunda.
Vniuerſitas an poſſit excommunicari, §. fin. q. 60. uerſiculo, Allegatur etiam, 173. colum. ij.
Vſura quid ſit, §. Vſura, in prin. 54. columna prima.
Vſura quod modis committatur, ibid. verſic. Committitur. Remiſſiue, columna eadem.
Vſuræ an ſint omni iure prohibitæ, ibid. ver. Sciendum, col. ea.
Et an de iure ciuili, ibid. verſi. Difficultas, colum. ea.
Et an pro uſura poſſit quis criminaliter puniri, ibid. verſi. & ex hoc. b, columna prima.
Caſus, in quibus vſuræ ſunt à Iure permiſſę, ibid. verſi. Caſus autem Remiſſiuè, colum. ij.
Vſurariorum pœna quæ ſit, ibid. ver. Sed quę ro, 55. col. 1.
Iudex an poſſint de iure communi vſuras licite exercere, Vide ſupra, Iudæus.
Vſurarum crimen eſt eccleſiaſticum, §. fi. q. 37. ver. Quæro igitur. 127. col. ij.
vſurarius tenetur reſtituere vſuras, §. vſura, ver Item tenetur, 55. col. ij.
Et an dominum rerum, quas extorſit ex cauſa uſurarum, in illum transferatur, ibi. ver. præterea, colu. ea.
Vſurarius manifeſtus an poſſit teſtari, ibid. verſi. Item vſurarius. Remiſſiue. colum. eadem.
Et an donare cauſa mortis, ibidem, Remiſſiue.
Et quis dicatur uſurarius manifeſtus, ibi. ver. Sed hic quæro, colu. ea.
Vſurarius infames, ibid. verſi. punitur etiam, colum. ea.
Vſurarius quia aliquando exercuit vſuras, poſtea deſiit fœnerari, an adhuc dici poſſit vſurarius, ibid. uerſiculo, Vltimo quæro, col. ij.
Vtens dicto falſi teſtis quomodo puniatur, §. Falſum. verſi. vtens 11. col. ij. Vide ſup. Falſum.
Vtens falſo inſtrumento quomodo puniatur, ibid. b, colum. 1.
Vulnerans aliquem animo deliberato occidendi, an puniatur pœna mortis. § Homicidium, verſiculo Vltimo quæro, 37. colum. ij.
Vulnerans animo tantum vulnerandi, & deinde aſſumens animum occidendi, & occidens, an puniatur de homicidio tantum, an autem etiam de vulneribus, §. fina. q. 84. uerſi. Sed pone. 217. b, colum. ſecunda.
Vulnerans aliquem læthaliter, ſi deinde alius ſuperueniat, qui illum exanimet, an de homicidio teneatur. §. Homicidium, verſiculo, Sed quid ſi reus. 33. b, colum. ſecunda.
Statutum puniens vulnerantem, Vide ſupra, Statutum.
Vulnerati aſſertio an faciat indicium contra vulnerantem ad inquirendum, §. fina. quæſt. 21. verſiculo, Aſſertio vulnerati 90. b, col. 1.
Et an ad capturam, ibi. col. 2.
Et an ad excuſandum à calumnia hæredem, qui accuſationem inſtituit, ibidem.
Et an ad torturam, ibi.
Et an exculpatio vulnerati excuſet reum a tortura. § fi. q. 52. uerſi. Poteſt etiam. 151. b, col. 1.
Si ignoretur quis ex pluribus vulnus intulerit, an omnes ſint abſoluendi, Vide

vide ſupra, Homicidium.

Vxor an teneatur ſequi virum bannitum, §. fi.q.82.ſtatuto ſecundo, uer. Item quęro, 211.b, col.ij.

Vxor an poſſit accuſare de morte mariti.§.fi. q.14.verſi.Præterea dixi.79.b, columna prima.

Vxores plures eodem tempore habens qua pœna puniatur, §. Fornicatio, ver. Dicitur etiam, 18. colu.1. [illegible]

Vxor credens uirum ſuum uita fructum, ſi alium ducat an excuſetur, ibid. uer. ſed pone, colum.2.

Vxor propter adulterium amittit dotem & bona paraphernalia, uide ſupra, Adulterium.

Vxore delinquente, an eius dos confiſcetur, Vide ſupra, Dos.

F I N I S.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ORDO PARAGRAPHORVM,

qui hoc Quinto Libro continentur.

§. PRIMVS, in quo generalia quædam, ad delicto-rum materiam pertinentia, præmittuntur. car. 1.

§. Adulterium. 3

§. Aſſaſſinium. 6

§. Blaſphemia. 7.b.

§. Falſum. 9.b.

§. Fornicatio. 16.b.

§. Furtum. 19.b.

§. Hæreſis. 24.b.

§. Homicidium. 27.

§. Inceſtus. 40.b.

§. Iniuria. 42.

§. Læſæ Maieſtatis. 44.

§. Ludus. 46.b.

§. Parricidium. 47.b.

§. Periurium. 48.

§. Raptus. 49.

§. Sacrilegium. 50.b.

§. Simonia. 51.

§. Sodomia. 52.

§. Stuprum. 53.b.

§. Vſura. 54.

§. Finalis, quo tota criminalium proceſſuum practica diligenter explicatur. 60.

IVLII CLARI SENTENTIARVM LIBER QVINTVS.

§. PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Delicta publica quæ dicantur.*
2 *Et an delicta commiſſa in offenſam Dei, dicantur publica, ver. Item omne.*
3 *Et an commiſſa in offenſam principis, verſ. Præterea etiam.*
4 *Et an accuſatio cuiuslibet falſi inſtrumenti, dicatur publici iudicij, verſ. Sed nunquid.*
5 *Priuata delicta quę dicantur, verſ. Priuata autem.*
6 *Et an de iure canonico ſit aliquod delictum priuatum, verſ. Hæc tamen omnia.*
7 *Delicta quę ſint merè Eccleſiaſtica, merè ſecularia, & quæ communia, verſ. Præmittendum.*
8 *Delicta quæ ſint nominata, & quæ innominata, verſ. Habes etiam.*
9 *Delicta quæ ſint leuia, quę grauia, & quæ atrociſſima, verſ. Sunt etiam.*
10 *Iudex in atrocioribus poteſt iura trāſgredi.*
11 *Delictum, quod committitur faciendo, grauius eſt, quàm illud, quod committitur omittendo, verſ. Eſt etiam.*
12 *Delictum, quod committitur verbo, an dicatur propriè maleficium, ver. Quæro etiā.*
13 *Nunquid contumacia ſit delictum. eo.*
14 *Bannitus ex contumacia an dicatur bannitus ex maleficio, ibid.*
15 *Contumacia habens annexum cōtemptum, dicitur delictum, & poteſt criminaliter puniri, ibid.*

SVPERIORE libro dictum eſt de contractibus, ſequitur nūc, vt de maleficijs videamus. Pro intelligentia autem terminorum præmittendum eſt, delictorum quædam eſſe publica, quædam autem priuata.

1 PVBLICA ſunt † quorum accuſatio vel perſequutio permiſſa eſt cuilibet de populo, & poteſt poni exemplum in crimine læſæ Maieſtatis, Adulterij, Homicidij, Parricidij, Peculatus, Falſi teſtamenti, Vis publicæ vel priuatæ, Ambitus, Repetundarum, Annonæ, quæ omnia pro publicis delictis connumerantur in l. 1. ff. de publ. iudi. Et hæc eſt communis opinio doctorum, vt atteſtatur Ant. Gomez. capitu. 1. delictorum. poſt num. 4.

2 ITEM omne delictum, quod principaliter fit in offenſam Dei, dicitur publicum; & quilibet de populo poteſt accuſare. Ita colligitur ex tex. in l. Manichæos,
3 C. de hæreti. & tenēt communiter doctores, teſte Ant. Gomez. in d. cap. 1. nume. 1. Illud enim, quod fit in offenſam Dei, ad omnium offenſam pertinere videtur, quum ipſe omnium ſit pater & dominus. Et poteſt poni exemplū in blaſphemia, deturpatione Eccleſiarum, vel imagi-

num, & ſimilibus.

3 Præterea etiam † omne delictum commiſſum in offenſam principis, dicitur publicum, & ita tenent communiter doctores, vt dicit Ant. Gomez. in loco præallegato.num.4. Eſt enim & ipſe princeps à Deo poſitus vti pater & dominus ſubditorum. meritò eius offenſa etiam ad omnes eius ſubditos pertinet.

4 Sed nunquid accuſatio † falſi, alterius inſtrumenti quàm teſtamenti, dicenda eſt publici iudicij? Reſpon. Aliqui dixerunt, quòd non, ex quo in d.l.1. ſpecialiter nominatur lex Cornelia de teſta. Contrariam tamen ſententiam, quòd ſcilicet de quocunque inſtrumento falſo fiat accuſatio, dicatur publicum iudicium, tenuit Azo. Et hanc partem tenent glo. & doctores, vt atteſtatur Bart. in d.l.1.num. 2. Et ita communiter teneri atteſtatur Aret. in § Item lex Cornelia, ante num. 1. inſtit. de publi. iudi. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Rubeus conſ. 12. nu.7. quem refert Pra. Conr.fol.401.num.36.

5 Privata autem † delicta ſunt ea, quorum accuſatio vel perſequutio regulariter non permittitur niſi parti læſæ, prout eſt furtum, damnum, iniuria, arborum furtim cæſarum, bonorum raptorum, & huiuſmodi. ita tenent communiter doctores, teſte Anto.Gomez. in d.c.1. num.9. vbi etiam num.6. allegat ſatis elegantem rationem, cur in delictis priuatis quilibet ad accuſandum non admittatur. Et ſcias, quòd hæc differentia eſt maximi effectus in multis. nam regulariter condemnatus de crimine publico efficitur infamis, non autem condemnatus de crimine priuato, vt dicit tex. in l. infamem, ff. de publ. iud. preterquam in nonnullis caſibus, vt ibi. Et dixi infra hoc eo. lib. §. fi. quæſt. 72. verſ. Damnatus. Itẽ in crimine priuato non admittitur ad accuſandũ, niſi ille cuius intereſt, vt ſtatim dixi, quod tamẽ intellige ſecundum ea, quæ dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 17. verſ. Sed quid ſi pro aliquo.

6 Hæc tamen omnia † procedunt de iure ciuili: ſed de iure canonico ſecus eſt. nam ſecundum ius canonicum, omnia crimina ſunt publica, vt tenet glo. c. infames, in verbo Fures, 6. quæſt. 1. Et ita dicunt Canoniſtæ, vt ait Bald. in Rubric. C. qui accuſ. non poſſ. num. 10. in fi. Et dicit Hoſtien. quem refert Anan. in c. ſtatuimus, poſt numerũ 19. de maled. quòd ita communiter dicitur. Et ex hoc infert Prac. Millei fol. 147. nu 32. quod hodie titulus de priuatis delictis nõ eſt in vſu. Et ſecundum hoc pro quolibet crimine priuato poſſet procedi etiam ex officio, & ſic per inquiſitionem, ſaltem ad imponendam pœnam extraordinariam, vt dixi in loco præallegato. Sed certè hæc materia delictorum adeò eſt immutata à ſtatutis & conſuetudinibus locorum, ut hodie vix diſtinguantur publica crimina à priuatis. Nam in regno Neapo. non admittitur aliquis ad accuſandum, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur, ut dicit Maranta in ſuo Speculo fol. 115. nu. 57. 58. & fol. 243. nu. 62. Et ſic uidetur quòd ibi omnia crimina dici poſſint in priuata. Econuerſo in Regno Franciæ nemo poteſt criminaliter accuſare, etiam ſi proſequatur ſuam uel ſuorum iniuriam, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi. quæſtione 3. uerſi. Sed certe. Et ſic ibi nullum crimen eſt publicũ neq; priuatum quoad accuſandum. propterea in hac confuſione tutius eſt adhærere ſtatuto uel conſuetudini, quæ uiget in eo loco, in quo delictum eſt commiſſum, & ſecundum illam declarare, quæ dicantur priuata, & quæ publica delicta.

7 Præmittendum eſt † etiam delictorum aliqua eſſe merè eccleſiaſtica, aliqua merè ſecularia, & aliqua communia. Merè eccleſiaſtica ſunt illa, quorum cognitio reſeruata eſt tantũmmodo iudicibus eccleſiaſticis, *a* etiam ſi commiſſa ſint per laicos, ut eſt crimen hæreſis, & ſymoniæ, ut dixi infra hoc eo. lib. §. Hæreſis, verſic. Hoc crimen, & §. Symonia, ver. Hoc crimen. Mere ſecularia ſunt ea, de quibus ſi à laicis committantur, ſoli iudices ſeculares cognoſcunt, vt eſt homicidium, furtum, & huiuſmodi. Communia *b* autem ſunt ea, de quibus ſi à laicis committantur, vterque iudex cognoſcere poteſt, ſcilicet eccleſiaſticus, & ſecularis, prout eſt adulterium, concubinatus, ſodomia &c. de quibus dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. 37. per totum.

8 Habes etiam, quòd quædam ſunt delicta

delicta nominata, & quædam innomina-
ta. Delicta nominata ſunt q̃ à lege habẽt
particulare nomen iuris, vt eſt Furtum,
Adulterium, & huiuſmodi. nam ex con-
trectatione rei alienę, lex inducit delictũ,
qđ appellauit furtũ, ex concubitu vxoris
alicuius cũ alio viro, facit oriri delictũ, qđ
vocauit adulteriũ. Delicta verò innomi-
nata ſunt, quæ non habent ſpeciale no-
men iuris, ſed tantummodo facti, vt eſt
verberare, percutere, ingredi domũ
alienam, & ſimilia, quæ quidem fieri quã c
doque poſſunt ſine maleficio; quandoq;
vero fiunt cum crimine, & ideo dicuntur
delicta innominata. Sed ea, quæ ſunt no-
minata, non poſſunt fieri ſine maleficio.
ſemper enim furtum, adulterium, ra-
ptus, &c. ſunt maleficia. Et hæc eſt di-
ſtinctio. Bart. in l. nunquam plura, num.
4. ff. de priuatis delictis, quam communi-
ter doctores approbant, vt dicit Blanc. in
prac. crim. fol. 52. nu. 111. Effectum au-
tem huius differentiæ vide apud Bar. ibi.
9 Svnt etiam † delictorum quędam le-
c uia, *c* quædam verò grauia *d* ſeu atrocia,
d & quædam atrociſſima. In hoc autem
non traditur a doctoribus certa regula,
ſed aliqui dicunt ſtãdum eſſe arbitrio iu-
dicis. Et hanc dicit eſſe communem opi.
Alcia. in c. cum non ab homine. poſt nu.
28. de iudi. prout illum refert Villalobos
in ſua collecta communium opi. in litte-
ra D. nu. 56. Alij verò dicunt, quòd ex
qualitate pœnæ, quæ pro delicto imponi-
tur cognoſcitur qualitas & quantitas de
licti. Et ideo tanto grauius delictum iudi
cari debet, quanto grauior pœna pro eo
impoſita reperitur. Et hæc fuit op Bar. in
l. leuia, circa princ. ff. de accuſa. Et hanc
dicit eſſe communem & regularem theo
ricam Soci. conſi. 157. nu. 5. lib. 2. Circa
quod tamen vltra illud elegans conſi-
lium Socin vidẽdum eſt etiam conſi. Bar-
ba. 48. li. 2. & Dec. conſi. 65. Superioribus
diebus ſenatus noſter interrogatus à Se-
reniſſimo Rege, quæ viderentur delicta
atrocia, reſpondit, ſibi videri atrocia hęc
quæ ſequuntur, Rebellionis, læſæ Maie
ſtatis, Homicidij ex propoſito commiſſi,
Falſificationis monetæ, Tertij homici-
dij, ſcilicet commiſſi ab eo, qui alia duo
homicidia prius commiſiſſet, etiam ſi pro
eis condemnatus non fuiſſet. Vulneris il-
lati proditorie cum ſclopo rotato, etiam
ſi mors non ſequatur, Tertiæ tonſatio-
nis ſeu diminiſtionis monetarum, Ra-
ptus virginis honeſtis parentibus ortæ,
etiam ſi copula non ſequatur, vſus vene-
reus cum ſacra virgine in habitu intra
monaſterium degente, Sodomia, Famoſo
rum latronum in vijs graſſatio, & Falſifi-
catio ſigilli principis aut ſenatus. Et hæc
opinio ſenatus placuit Regi noſtro, &
ideo in hac prouincia ſeruanda eſſet pro
c lege. Ego autem dico *e* quòd omnia deli-
cta, pro quibus à lege vel ſtatuto poni-
tur ſimpliciter pœna mortis naturalis
vel ciuilis, ſcilicet triremium perpetuò,
& talis pœna eſt in vſu, vt à iudicibus im-
ponatur & exequatur, dicuntur grauia &
atrocia. Atrociora autem ſiue atrociſſi-
ma dicuntur, pro quibus lex vel ſtatu-
tum imponit pœnam grauiorem, quàm
ſimplicis mortis in ipſo genere mortis. pu
ta quia vult ꝑ talibus delictis reos inſui
culeo, vel igne comburi, vel in fruſtra ſcin
di, vel rotæ inſeri, vel trahi ad caudum
equi, vel huiuſmodi, vt in crimine hære-
ſis, parricidij, aſſaſſinij, latrocinij ad viram
publicam, ſodomiæ, incendiarij, falſæ mo
netę &c. Vel quando addit alias qualita-
tes vltra pœnam mortis, vt quando extẽ
dit pœnam etiam in filios, vt in crimine
læſæ maieſtatis. Vel concedit aliqua ſpe-
cialia aduerſus delinquentes, vt in crimi
ne raptus virginum & mulierum honeſta
rum. Vtilitas autem huius differentiæ
poteſt eſſe maxima: nam plerunque ſtatu
ta concedunt iudicibus latiores habenas
10 in atrocioribus. Quinimò † etiam ſe-
cundum ius cõmune dici ſolet, quòd ple
runque propter enormitatem delicti lici
tum eſt iura tranſgredi, prout ab omni-
bus allegatur tenere Innoc. quãuis id ex
preſſe non dicat in c. 1. de conſtitu. quem
ſequuntur omnes legiſtę & cano. vt dicit
Marſil. in l. 1. in princ nume. 59. ff. ad leg.
Corn. de ſicar. & conſi. 52. num. 16. & in l.
1. in princip. num. 23. ff. de quæſtio. pro-
pter quod dictum Innoc. fuit tempore
Bald. ſuſpẽſus quidam, qui iuxta Papam
dum ingrederetur Peruſium, alium inter
fecerat; fuit enim ſtatim ſuſpenſus contra
formam ſtatuti, vt recenſet Paris Put. de
ſyndi. fol. 288. nu. 19 Illud autem dictum
Innoc. aliqui intelligunt, vt procedat in

unien-

puniendo, non autem in procedendo. in quam ſententiam inclinaſſe Curiam Neap. refert Gramma. voto 34. circa fi. Sed certè apud nos contrarium ſeruatur, nam in enormibus & atrocibus criminibus permittitur iudicibus iura tranſgredi etiam in procedendo, quia ſcilicet deuenitur ad torturam, etiam ſi indicia non ſint in totum ſufficientia, neque probata per teſtes omni exceptione maiores &c. vt de iure uidetur regulariter requiri, & plerunq; etiam non edita copia proceſſus informatiui.

11 Eſt etiã communis regula, q̃ † ſemper
grauius reputatur delictum, quod cõmit-
f titur faciẽdo, *f* quàm illud, qđ cõmittitur
omittẽdo. Ita colligi videtur ex gloſ. in l. ſi mora. in verbo ne facto, ff. ſo matrim. q̃
dicit eſſe cõiter approbatã Alber. in l. præſcriptione. col. 2. verſ. Item ex prædictis. C. ſi cõtra ius, uel vtil. pub. Iaſ. in d. l. pſcriptione, nu. *9*. quẽ refert illuſtris vir, & conſiliarius Regius Dõ Antonius de Padilla in l. tranſigere, poſt nu. 107. C. de tranſact.

g Sed quero, nũquid maleficiũ *g* dicatur
12 etiam † illud delictum, quod cõmittitur
verbo, prout eſt blaſphemia, iniuria uerbalis, & huiuſmodi? Rñ. Bar. in l. aut facta, in prin. nu. 1. ff. de pœnis. tenuit q̃ non, ex quo maleficiũ dr̃ a male faciendo, & ideo non comprehendi maledictum vel ſcriptum; & infert ad ſtatuta, quæ duplicant pœnas maleficiorum commiſſorum de nocte, ut non habeant locũ in blaſphemãtibus, vel dicentibus verba iniurioſa, &c. Et hanc opin. dicit frequẽtius probari Alcia. in l. verbum facere. ff. de ver. ſigni. Cõtrariam uerò ſententiam, ſcilicet, quòd imò etiam delicta, quæ committũtur uerbis dicantur maleficia, tenuit Bald. ſuper Inſt. in tit. de obli. quæ ex delicto. in principio. ubi dicit, q̃ cum quadam vice practicaſſet opin. Bartol. fuit ſibi oppoſitum tẽpore ſyndicatus, & q̃ vix euaſit. Et hãc opin. contra Bart. dicit eſſe communem Alex. in Apoſtil. ad eundem Barto. ibi dicens, q̃ etiam communiter practicatur: quem refert Blanc. in pract. crim. fol. 48. num. 51. Et hæc opin. mihi magis placet, nam, & qui maledicit, malefacit, imò, & qui male cogitat, quandoque etiam dicitur malefacere, & ex mala cogitatione punitur, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi. q. *91*.

Quæro etiam, nunquid contumacia di-
13 catur delictum? Respond. quòd † cõtumacia de per ſe non poteſt proprie dici delictum. Et hanc concluſionem dicit eſſe cõmunem Feli. in c. ex literis, num. 27. de cõſtitut quem refert Foller. in pract. crim. cano. fol. 145. num. 7. Et ex hoc infertur ad ſtatuta loquentia de delictis, ſeu maleficijs, & de condemnatis, ſiue bãnitis ex delictis, vel maleficijs, ut non comprehẽdãt bannitos vel condemnatos ex contumacia, nam ille dicitur damnatus de maleficio, qui fuit præſens, & fecit ſuas defenſiones, & tamen fuit (eis non attentis) condemnatus, non autem ille, qui fuit contumax, & in contumaciam condemnatus. Et ita dicunt communiter doctores, ut ait Bald. conſil. 193. lib. 2. Ita etiam magis communiter concludi atteſtatur Alexand. in l. ſi mora. poſt nume. 13. ff. ſoluto matrimo. quem refert Roland. conſil. 45. nu. *66*. libr. 1. Hanc etiam opinionem dicit eſſe cõmunem Clau. in l. ſi mora. poſt nu. 18. Auguſt. ad Ang. de malef. in uerbo, Qui dominus iudex uidens, num. 26. Alciat. conſil. 362. poſt num. *6*. Sed certe licet hæc opi. ſit communis, credo q̃ cum difficultate poſſet obtineri in practica, nã ſtantibus ſtatutis uel conſuetudine, q̃ contumax habeatur pro præſente & cõfitente,
14 credo q̃ † bãnitus pro delicto in cõtumaciam, poſſit proprie dici bannitus ex maleficio, non enim eo caſu bannitur vel cõdemnatur reus propter cõtumaciam, ſed propter delictum, cuius plena probatio reſultat ex contumacia, tãto magis quia vidémus, quòd communis vſus loquendi ita interpretatur, ut ille dicatur bannitus de maleficio, qui citatus p̱ maleficio non comparet, prout atteſtatur Sali. in rubrica C. de crimin. ſtellio. circa fi. Et ita pluries uidi iudicari: & ego ẽt, ſi caſus cõtingeret, ita iudicarẽ. Scias ẽt, q̃ vbicunq; cõtumacia alicuius haberẽt admixtũ cõtẽptum iudicis, eo caſu talis contumacia
diceret eſſe delictũ, & poſſet ex ea crimi-
h naliter puniri. *h* Ita dicit gl. i l. vni. §. fi. in
gl. magna. in fi. ff. ſi quis iuſdi. nõ optẽ. quã
dicit eſſe communiter approbatã Clau.
15 in d. l. ſi mora, nu. *19*. Cõtẽptus † enim iu-
i dicis dr̃ delictũ, & poteſt puniri. *i* Et hæc
generaliter præmiſſa ſufficiant. nunc de ſingulis criminibus ſpecialiter videamus.

ADDI.

A D D I T I O N E S.

a Iudicibus Eccleſiaſticis.] Intellige parte opponẽte, aliàs Iudex laycus poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali. Vt ſi cognouerit, opponi non poſſit poſt ſententiam ſecundum Anchar conſ. 98. col. 2. verſicu. conſtat enim. quẽ refert, comprobat, ac ſequitur Aymo Craue. conſ. 220. nu. 5. ſed aduerte, quia iſtud non eſt verum principaliter, vt legitur, atq; not. in c. decernimus. & in c. quanto, de iudic.

b Communia] Hic not. quod in caſibus mixti fori iudex ſecularis poteſt ſupplere negligentiam eccleſiaſtici etiam ſi præueniſſet, per Dec. in c. Eccleſia S. M. de cõſti. numero 38.

c Quædam leuia] Hic aduerte, quòd in leuibus criminibus non debent fieri proceſſus, ſed pro practica vi. per Bart. in l. leuia. in fin. col. ff. de accu. & inſcript.

d Grauia.] Adde, quòd grauia delicta, quæ relinquuntur Iudicis arbitrio per Iacob. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2 centur. iij. caſ. 266. per totum. Item, quæ ſint leuia delicta, & quæ grauia, vide remiſſiuè, atq; declara, ut per practicam Carer. poſt num. 179. ubi etiam habes, quibus in caſibus tortura ſit inferenda, & quibus non. Item, quæ dicantur leuia delicta, uide per Boſſi. relatiuè titul. de indi. & conſide. ante torturam num. 93. & per Carer. in practi. pagi. 321. num. 4.

e Ego autem dico.] Ad idem ui. per Lancel. in ſuo prætorio, titulo de inuriantibus, nu. 8. 9. & 11. per totum.

f Faciendo.] Adde etiã & nouiſſime per Oſaſc. deciſ. 71. nu. 38. cum ſeq.

g Maleficiũ.] Obiter hic ſcias, quòd malefici ſunt, qui occidunt aliquem incantationibus, & artibus malis, & ultrcapite puniuntur, ut per pract. Carer. pagi. mihi 66. ſub num. 102. Item de eorum pœnis etiam ex utroq; iure. Itẽ de pœna mathematici, & quis dicatur mathematicus. Item, an Inquiſitor hæreticæ prauitatis cognoſcat contrà ſortilegos, & quando. Item, an Aſtrologus puniatur, & an Aſtrologia ſit prohibita. Itẽ, an hęreticũ ſit credere inclinationes aſtrorum, & an vera ſit ſcientia, & num peccat exercens, ibidem habes plenè. Itẽ ui. in Indice lib. prohib. reg. 9. & fuſius in directorio Inquiſitorum & in Scholijs Peg. & in Reper. Inquiſ.

h Criminaliter puniri.] Hic ſcias, quòd quando contumacia nõ eſt notoria, tunc non poteſt quis mulctari, niſi præmiſſa citatione cõmuni. dixi in collecta mea communi opini. cap. contumacia, nu. 3.

i Et poteſt. (puniri) Poterit etiam carcerari facere iudex non præſtantem ſibi reuerentiam uerbis, uel factis, per Homode. de ſyndica. chart.... nu....

§. Adulterium.

S V M M A R I V M.

1 *Adulterij accuſatio multipliciter proponi poteſt.*
2 *Adulterium quot modis committi poſſit, verſ. Tribus autem.*
3 *Et an cum meretrice nupta dicatur adulterium committi, verſ. Quæro nunquid.*
4 *An adulterium ſit crimen priuatum, verſicu. Eſt autem.*
5 *An in crimine adulterij lata culpa æquiparetur dolo, verſicu. Quæro etiam, Remiſſiuè.*
6 *An poſſit puniri etiam per iudicem Eccleſiaſt. verſ. Hoc crimen. Remiſſiuè.*
7 *Quæ ſit pœna adulterij, verſ Sed quæro.*
8 *An habeat locum in ſponſa, verſicu. Sed hæc omnia.*
9 *Quid in iudeo, ver. Pone, ſtat ſtatutum.*
10 *An pluries cum una adulterium committens, dicatur plura adulteria commiſiſſe, verſ. Sed pone.*
11 *Adulter, in actu adulterij à patre deprehenſus, poteſt impunè occidi, uer. Habes etiã. Remiſſiuè.*
12 *Propter adulterium poteſt agi ad ſeparationem tori, uerſ. Alia quoque.*
13 *Et an teneatur eo caſu maritus uxori dotem reſtituere, uerſ. Et ſcias.*
14 *Et quid ſi deinde compertum fuerit matrimonium fuiſſe nullum, verſicu. Sed quid ſi aliquis.*
Vxor propter adulterium amittit dotem, dic. ver. Et ſcias. d. nu. 13. & verſ. Adde quod. nu. 15. ubi etiam amittit bona parafernalia. Item quòd uxor propter oſculum amittit dotem. nu. 16. verſ Scias etiam.
17 *Vxori ob adulterium ſeparata alimenta a*

niro debentur. verſ. Facta.

18 *Maritus uxorem adulteram cognoſcens ſcienter, adulterium remiſiſſe uidetur. verſic. Caueat.*

19 *Et an in praiudicium patris vel filiorum ſuorum, uerſicu. Et hęc quidem. Remiſſiuè.*

Exceptio adulterij in cauſa ciuili repetitionis dotis, quando, & per quos opponi poſſit. d. ver. Et hec quidem. Remiſſiuè. d. nu. 19.

20 *Crimen adulterij praſcribitur quinquennio verſ. Vnum tamen.*

1 ADVLTERII crimen † multis modis in iudicium deduci poteſt. Quandoque enim maritus accuſat uxorem de adulterio, vt in caſu in quo cõſuluit Bald. cõſi. 310. lib. 1. & Roman. conſi. 451. & Bologni. cõſi. 23. & Gratus conſi. 50. lib. 2. & Mantua conſi. 43. lib. 1. Quandoque econuerſo uxor accuſat uirum de adulterio cũ alia muliere commiſſo, vt in caſu in quo conſuluit Roman. conſi. 167. Quandoque
a maritus accuſat uxorem & adulterum, ut in caſu in quo conſuluit Bald. conſi. 6. lib. 5. & Io. de Amicis conſi. 127. & eſt deciſ. Grammat. 31. & Boer. 297. & ſeq. Quandoque mulier agit ad ſeparationẽ tori, vt in caſu Soci. Iun. conſi. 32. lib. 2.

2 TRIBVS autem † modis adulterium committitur. Primo inter uirum coniugatum & fœminam nuptam: & hoc dicitur duplex adulterium: nam uterque ipſorum uiolat proprium torum & alienum. Secundo inter uirum coniugatum & mulierem ſolutam. Tertio inter uirum ſolutum & mulierem nuptam. Propriè uerò adulterium in uiro eſt, quãdo uiolat alienum torum, licet ipſe non ſit coniugatus; in muliere autem, quando uiolat proprium torum, etiam ſi adulter non ſit matrimonio copulatus. Cæterùm quando vir coniugatus coit cum ſoluta, tunc de iure ciuili neque ex parte viri, neque ex parte mulieris dicitur adulterium. Ideoque non poſſunt puniri ea pœna, qua adulteri puniuntur. Et hæc eſt indubitata doctorum ſententia, vt dicit Roland. conſi. 74. num. 12. lib. 1. Hanc etiam dicit eſſe communem Caccialup. in repe. l. ſi qua illuſtris. nu. 58. C. ad Offi cia. licet dicat, quòd poteſt uxoratus eo caſu puniri pœna ſtupri, quem refert Placa lib. 1. delictorum. c. 41. num. 35. Didac. ſuper 4. decretal. fol. 172. num. 16. in fi. Et quòd talis coitus appelletur ſtuprũ, colligi uidetur ex tex. in l. prima, C. de adulter. Communiter tamen nõ punitur. De iure autem canonico vbicunque maritus uel uxor habeat rem carnalem cum alio, quàm cum proprio coniuge, appellatur adulterium. c. nemo, 32. quæſtione quarta. cum ſimil. Quinimò ſecundum aliquos grauius peccat laicus coniugatus violans torum propriæ uxoris, & ſic aliam mulierem carnaliter cognoſcens, quàm presbyter adulterans. Et ita cõmuniter tenetur, ut dicit Abb. in c. ut clericorum, num. 6. de uita & honeſtate cleric. prout illũ refert Caccialup. in d. l. ſi qua illuſtris, poſt num. 13. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Corſet. in repertorio Abbatis, in uerbo Coniuges. quam tamẽ ego non credo veram: quia licet magnum ſit ſacramentum matrimonij, magnum eſt etiã ſacramentum ſacerdotij. ſed hæc diſputatio in practica parũ vel nihil ualet.

3 QVAERO, nunquid † dicatur committi adulterium cum muliere nupta, quæ tamen ſit meretrix, ſeu inhoneſtæ uitæ? Reſpond. Aut talis meretrix, quæ virum aſſumpſit, ceſſauit a meretricia uita, & honeſte cum uiro uixit: & hoc caſu adulterium, cum ea commiſſũ, poteſt accuſari & puniri. Aut verò poſtquam matrimonium contraxit, perſeuerauit in meretricali uita: & tunc uir, illam carnaliter cognoſcens, non debet aliqua pœna puniri. Et hæc opi. hodie communiter obſeruatur, ut dicit Ang. in l. ſi uxor. §. ſed & in ea, nu. 1. ff. de adulter. & in l. ſi ea. C. de adulter. quem refert Ana. in c. 1. num. 6. de adulter. & Riminal. conſi. 17. num. 20. quod eſt pro maiori parte duplicatum in conſi. 439. num. 23. Quo verò ad ipſam meretricem adulterium committentem Conſi. Neapol. in facti cõtingentia, uidetur ſenſiſſe, quòd in ea ſit punibile, vt per Capit. deciſ. 44. & refert Amad. de ſynd. num. 174. quòd ita ſeruauit i practica D. Baptiſta de Corneto tũc poteſtas Recanati, qui condemnauit publicam meretricem de adulterio, & mortua eſt in carceribus. Sed certo iudicio

meo

mco contraria ſententia verior eſt; quam
etiam ſequi videtur Amad. in loco præal-
lega. nam tex. in d.l. ſi ea, expreſſe dicit,
quòd crimen adulterij in ea ceſſat: &
ideo, ſi caſus contingeret, ita iudicarem.
Quæ autem dicatur meretrix, dixi ſu-
pra lib. 2. §. Meretrix.

4 Est autem hodie † adulterium cri-
men priuatum, nam niſi certis perſonis
b eius accuſatio permittitur. *b* vt eſt tex. in
l. quamuis, la ſeconda. C. de adulter. Et
hanc dicit eſſe ſententiam communiter
per maiores noſtros approbatam, Fulgo.
conſi. 135. poſt num. 2. quam etiam com-
munem appellat Anto. Gomeſ. ſuper l.
80. Tauri, num. 49.

5 Quæro etiam, nunquid † in cri-
mine adulterij lata culpa æquiparetur
dolo? Dixi infra hoc eo. lib. §. fi. quæſtio-
ne 84. verſi. Dixi etiam.

6 Hoc crimen eſt communis fori, ideo
poteſt puniri per iudicem ſecularem, &
c etiam per iudicem eccleſiaſticum, *c* vt di-
xi infra hoc eo. lib. § fi. q. 37. verſi. Quæ-
ro nunquid.

7 Sed quæro, quæ † ſit pœ-
na adulterij ſecundum ius commune?
Reſpond. De iure diuino ſecundum le-
gem Moſaicam, adulterio, tam maſcu-
lo quàm fęminę erat impoſita pœna mor
tis, genus autem mortis erat lapidatio,
Exodi c. 20. Deuter. c. 22. De iure autem
canonico pro adulterio laicus tam maſcu
lus quàm fœmina excommunicatur. c. in
telleximus, de adulter. Prætereaq; fęmi-
na in monaſterium detruditur: & ſi ma-
ritus nolit eam recipere, ibi cogitur toto
tempore vitæ ſuæ permanere, & pœni-
tentiam agere, c. gaudemus. de conuerſ.
coniugat. Et nota, quia iſte eſt vnus ex ca
ſibus, in quibus epiſcopus poteſt punire
laicos, vt dixi in d. quæſtione 37. verſic.
Quæro nunquid. Clericus autem de iure
canonico pro crimine adulterij deponi-
d tur, *d* & vlterius in monaſterium toto
tempore vitę ſuæ detruditur. Ita voluit
expreſſe glo. in c. lator, in glo. 1. 2 quæſtio
ne 7. Et eſt communis opi. vt dicit Gril-
land. de diuer. crim. lib. 3. quæſtione 2. nu.
1. & ſeq. & quęſtione 6. nume. 11. Diaz. in
prac. crim. can. c. 79. quem refert Duenas
Reg. 201. in 2. limitat. Et Prac. Conradi
fol. 384. in 5. limitat. Didac. ſuper quar-
to Decretal. fol. 145. nu. 19. quem refert
Villalob. in ſua collecta communium opi.
in littera C. num. 82. Bermend de concu-
bi. fol. 37. num. 16. Dicebat tamen Alcia-
tus, quòd ſi hodie clerici propter adulte-
rium detruderentur in monaſteria, pauci
eorum ambularent per vias. De iure au-
tẽ ciuili magna eſt varietas inter ſcriben-
tes, an ſecundum ius Digeſtorum adulte
rium puniretur pœna mortis naturalis.
Magis tamen communis opi. videtur eſſe
quòd olim puniretur tantummodo pœ-
na deportationis. Et hanc eſſe commu-
nem opi. atteſtatur Cuman. conſi. 154.
poſt nu. 2. Marſil. in prac. crimin. §. oppor-
tune, num. 40 quem refert Didacus ſuper
quarto Decretal. fol 144. poſt num. 16. Se-
cundum verò ius Codicis omnes conſen-
tiunt, quòd punitur pœna vltimi ſuppli-
c cij. *e* Et eſt tex. in l. quãuis, la ſecunda. C.
de adulte. Et hanc dicit eſſe communem
opi. Alex. conſi 13. poſt num. 3. lib. 7. Cu-
man. in loco præallegato, & hoc tam in
maſculo quàm in fœmina. Hanc etiam di
cit eſſe communem opi. legiſtarum Au-
guſt. ad Ang de maleſic. in uerbo. Che hai
adulterato. num. 44. quem refert Anto-
nius Gomes. ſuper l. 80. Tauri. numero
47. & Prac. Conradi fol. 383. numero 21.
Sed hodie ſecundum ius authenticorum
in fœmina propter ſexus fragilitatem
commutata eſt pœna: virgis enim cædi-
tur, deinde detruditur in monaſterium:
& ſi intra biennium maritus illam ad ſe
non reuocet, ipſa cogitur habitum mo-
nachalem ſuſcipere, & ibi perpetuò per
manere, tex. eſt in auth. ſed hodie, C. de
adulter. Et ita uolunt omnes doctores,
ut dicit Salic. in l. qui ſepulchra. poſt nu.
7. C. de ſepulchro uiola. Et hanc opi. dicit
eſſe communem Imola in l. cum mulier,
poſt num. 18 ff. ſoluto matri quem refert
Nicellus in concord. glo. c. 8. Et reperio,
quòd ſecundum diſpoſitionem illius Au
thentice iudicauit in facti contingentia
Curia Burdegalen. ut refert Boer. deciſi.
297. num. 12. Idem etiam ſeruauit parla-
mentum Pariſienſe in quadã Maria Qua
treliure, & alia adultera, ut refert Papo
lib. 22. tit. 9. Arreſto 1. & 2. Pariter etiam
Curia Neapol. quãdam mulierem ob a-
dulterium detrudi iuſſit ĩ monaſterium,
teſte Grammat. deciſ. 31. In Senatu au-

tem ego nunquam vidi ſeruari hanc pœnam detruſionis in monaſterium, ſed quãdoque mulieres de adulterio conuictæ fuerunt condemnatæ in fuſtigationem & exilium arbitrarium, 10. Februarij, 1558. P. N. Quinimò quædam Margarita China confeſſa adulterium cum inceſtu non fuit niſi biduo virgis cæſã, 20. Martij 1559 P. N. In maſculo autem firma manet diſpoſitio d. l. quamuis, quòd ſcilicet propter adulterium puniatur pœna vltimi ſupplicij. Et ita tenent communiter legiſtæ, ut dicit Imola in c. tuæ, nu. 13. de procurato. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Alex. in d. Conſi. 13. nu. 3. quem refert Roland. in d. conſi. 74. nu. 8. & conſi. 35. num. 3. lib. 2. Auguſti. ad Ang. de malefi. in verbo, Che hai adulterato, ſub num. 44. Afflic. ſuper tertia parte conſtitutionum Regni rubrica. 42. in principio, num. 7. vbi dicit, quòd ita tenẽt omnes doctores, & quòd ita vidit pluries iudicari, ſcilicet, quòd adulteri fuerunt ad mortem condemnati, & ſententiæ fuerunt executæ. quem etiam refert Carer. in prac. crim. fol. 449. nume. 264. in fi. Mitius tamẽ actum fuit per parlamentum Pariſien. cum quodam adultero, qui circa ſanguinem fuit punitus, vt refert Papo in d. Arreſto. 2. licet deinde. Arreſto 4. referat fuiſſe furcis ſuſpenſum quendam famulum, qui cum domina adulterium commiſerat. de quo fit etiam mentio in placitis Galliæ, lib. 12. titu. 6. placito primo. Sed quicquid ſit ſecũdum iuris communis diſpoſitionem, hodie videmus in omnibus fere prouincijs immutatam eſſe pœnam mortis pro adulterio,

f & impoſitam eſſe pœnam pecuniariam. *f* Et ita communiter obſeruari ea ſtatutis Italię atteſtatur Anan. in c. fi. poſt nu. 11. de colluſ. detegen. quem refert Tiraquel. de legibus connub. lege 13. num. 23. Quinimò in Gallia ex cõſuetudine adulteri non puniuntur, vt dicit Io. Fabri. in l. conſuetudinis, col. fi. C. quę ſit longa conſue. & alijs pluribus in locis, quæ refert Boer. in deciſ. 297. num. 26. & deciſ. 317. num. 13. in fi. & Tiraquel. in d. l. 13. num. 24. & Igneus in l. lege Cornelia. §. ex hoc edicto, num. 65. ff. ad Sylle. & Gulielmus de Benedic. in ſecunda parte repe. c. Raynutius. fol. 138. num. 63. Et certè maximè dolendum eſt his temporibus, in quibus paſſim ferè apud omnia tribunalia adulterij impune euadunt, imò de ipſo crimine gloriantur: illi verò, quorum vxores adulteræ ſunt, accuſationem proponere non audent, ne in perpetuam infamiam, ita volente praua conſuetudine, incurrant. Quapropter ego ſemper fui in ſententia, quòd principes huius temporis, qui hoc grauiſſimum crimen ſeueriſſimis legibus non cohercẽt, illaſque exequi non faciunt, grauiſſimè peccent. Et iudicio meo iſte eſt unus ex caſibus, in quibus Chriſtiana reſpublica indigeret reformatione.

8 SED HAEC omnia locum habent in vxore, adulterium cõmittente. Sed quid in ſponſa? Reſponde, quòd etiam cum ſponſa alterius dicitur committi adulterium. ita dicit glo. in c. diſcretionem, in verbo, Reatum adulterij, de eo qui cogno. conſang. uxoris ſuæ. quam glo. tenent omnes, ut atteſtatur Mantua in l. Tranſigere, nu. 52. C. de tranſac. Quod tamẽ intellige ut procedat in ſponſa per uerba de præſenti: nam in ea locum habet pœna adulterij, etiam ſi à uiro cognita adhuc non fuerit: ſecus autem ſi ſit tantummodo ſponſa per uerba de futuro. Et ita tenent communiter doctores, ut atteſtatur Antonius Gomes. ſuper d. l. 80. Tauri, poſt num. 47. verſ. Dubium tamen, faciunt quæ dixi infra hoc eo. lib. §. Homicidium, ver. Sed quid dicẽdum, circa fi.

9 PONE, ſtat ſtatutum in aliqua ciuitate quòd pro adulterio imponit pœnã pecuniariam, vt in multis locis videmus: Quæro, ſi Iudæus in illa ciuitate committat adulterium cũ muliere Chriſtiana, nunquid erit puniendus pœna iuris communis, quæ (vt dixi) eſt pœna mortis, an autem erit puniendus pœna ſtatuti, & ſic pecuniaria? Reſpond. Angel. in conſi. 114. licet primo, & Alex. cõſi. 99. lib. 6. & Barba. conſi. 63. lib. 4. in facti contingentia conſuluerunt, ꝙ debet puniri pœna ſtatuti, non autem pœna mortis. Et hanc op. dicit eſſe communem Bermond. de conc ub. fo. 40. poſt num. 32. & num. 40. Ego uerò in Iudæo committente adulterium cum Iudæa, vtique ſequor opi. Ang. & communem, ex quo de-

bent

bent Iudæi iudicari ſecundum leges, qui bus iudicatur alij de ciuitate, vt dixi ſuprà lib.2.§ Iudæus. Et pœna impoſita à ſtatuto tollit pœnam iuris communis, vt dixi infra hoc eodem lib. § fin.quæſtio. 85.verſ. Debet etiam, Sed in Iudæo committente adulterium cum Chriſtiana, ſecus dicerem, nam coitus Iudæi cũ Chriſtiana etiam ſoluta, & meretrice, eſt punibilis, vt dixi infra hoc eo.lib.§. Fornicatio, verſ. cũ Iudæis. Propterea quum in hoc caſu ſit duplex crimen, debet grauius puniri, quàm diſponat ſtatutum ſimpliciter loquens in adulterio. Ego itaq; huiuſmodi Iudæum cenſerem eſſe ad triremes perpetuò tranſmittendum. vi.Roland.conſi.35. in 2.

10 Sed pone, quòd† ex ſtatuto impoſita ſit pœna pecuniaria, vel etiam corporalis, quæ reiterari poſſit, puta fuſtigationis vel huiuſmodi, nunquid ſi aliquis cum vxore alterius pluries rem carnalem habuerit etiam ex interuallo, dicetur plura adulteria commiſiſſe: & ſic erit pœna multiplicanda, vel reiteranda? Reſpond. quòd licet talis dici poſſit pluries adulterium commiſiſſe, non tamen debet puniri niſi pro vnico adulterio. ita tenet gl.in l. vulgaris, in verbo, Fur erit ff. de furtis. quæ opi. communiter omnium calculis recipitur, vt ait Didacus lib.2. reſolutionum.c. 10. num.8.circa fi. Et ita in facti contingentia conſuluit Bar. conſi.222.

11 Habet etiam† adulterium aliam pœnã. quia ſcilicet ſi adulter fuerit in ipſo actu adulterij deprehenſus, poteſt à patre mulieris impune occidi, vt dixi infra hoc eo.lib. §. Homicidium, verſ. Dixi etiam, & alijs ſeq.

12 Alia quoque eſt pœna† adulterij de iure canonico, nam propter hoc crimen agi poteſt ad ſeparationem tori, nec non & ad dotis & donationis propter nuptias priuationem. Et eſt communis opi. vt dicit Bermond. de concubi.fo.35. poſt num.32. Et hinc colligi poteſt tantam eſſe immanitatem huius criminis, vt licet iure diuino cautum ſit, vt quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, nihilominus ex cauſa adulterij conceditur ipſius matrimonij ſeparatio, vt eſt tex. in c. ex litteris, de diuort. cum ſimil. Quinimò ſi crimen adulterij eſſet notorium, poſſet maritus abſq; aliqua ſententia aut declaratione Epiſcopi vxorẽ adulteram propria auctoritate expellere. Et hanc dicit eſſe communem opi. Barbatia in apoſtil. ad Abba. in c ſi ſub nu.6. de adulter.

13 Et scias, quòd hoc † caſu ſi matrimonium ſeparatur propter adulteriũ commiſſum à viro, tenetur ipſe vxori dotem ſuam reſtituere. Et ita firmant doctores omnes, vt ait Pariſ conſi. 54. nu. 42.lib.4. Si verò ſeparatur propter adulterium commiſſum ab vxore, ipſa amittit dotem, neq; poteſt illam amplius repetere. Et hoc tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, text. eſt in c.plerunque. de donation. inter virum & vxorem, & in l.cum mulier.ff.ſoluto ma ri. Et eſt communis opi. vt dicit Bermond.de concubi-nis, fol.43. poſt nu 42.Bal.Nouell. de dote. in vndecima parte §. hactenus, num. 36.Didac.ſuper 4. Decretal fo.135.num. 2. quem refert Villalobos in ſua collecta communium in littera A. nume. 68. Prac.Conradi fo.384 num.23.Bolognet. in Rubr.C.de edendo, num.29.quem refert Viuius in libro communium opi. fo. 318.verſi.Vxor perdit. Et nota, quòd licet Barto. in l.mulier.§. ſocer, in vltimis uerbis, ff. de adulter, tenuerit, quòd niſi maritus criminaliter accuſet vxorem de adulterio, non lucratur dotem: ueritas tamen eſt in contrarium, quòd ſcilicet etiã ſi eam ciuiliter conuincat de adulterio, lucratur dotem. Et ita contra Barto. eſt cõis opi. vt atteſtatur Alex.conſi.189.nu. 10.lib.6. Apoſtil. ad Bartol.in d.§ ſocer.

14 Sed qvid ſi † aliquis ducat in uxorem aliquam mulierem, quam ſiue propter cõſanguinitatem, ſiue propter aliud legitimum impedimentum non poterat de iure uxorem ducere, & illa commiſerit adulterium. propter quod fuerit priuata dote, deinde matrimonium fuerit declaratum nullum, nunquid poterit mulier dotem ſuam repetere, ex eo quòd ſtante nullitate matrimonii nõ potuerit dici adulterium, & conſequenter neque ipſa dote priuari? Reſpond. quòd non poterit illam repetere. ita tenet glo. in d.c. plerunque. in uerbo, non ualebit. Et eſt communis opi. vt dicit Bal. Nouel. de do

ſe. in vndecima parte, in d. §. hactenus, nu 36. quem refert Didacus ſuper 4. De cretal. fol 135. num. 1. Ant. Gomes. ſuper d l. 80. Tauri, poſt num. 48. verſic. 2. infertur. Bermond in loco præallegato fol. 44. nume. 43. Io. Lupus de dona. inter virum & vxorem §. 36. num. 3. quem refert Villalob. in loco præallegato. Conſiderandus enim eſt, ſtatus matrimonij, qui erat tempore commiſſi criminis, ſaltẽ putatiue, & mala intentio ipſius mulieris, quæ ex nullitate matrimonij deinde declarata excuſari non debet, ſaltem poſtquam iam ſuper ipſa dotis priuatione fuit pronunciatum.

15 Adde, q̃ † propter adulterium vxor non modo amittit dotem, ſed etiam bona parafrenalia. ita tenuit glo. in d. c. plerunque, in verbo Dotalium. Et eſt communis opi. vt atteſtatur Boer deciſ 338. num. 2. Didacus in loco præallegato, nu. 2. Bermond. in loco prællegato fo. 46. nu. 49. Pariter etiam maritus committẽs adulterium, punitur & ipſe in donatione propter nuptias, quam vxor eo caſu lucratur, ita tenet glo in c. 1. in gloſ. prima, vt lite non conteſtata. Et eſt communis opi. vt dicit Bermond. in loco præallegato, num. 56. & ſeq.

16 Scias etiam, quòd mulier amittit dotem g non ſolum propter adulterium, ſed etiam propter ſolum oſculum alteri viro, quàm marito datum, vel quia ille ſibi manus ad mãmillas poſuit. ita tenet Bld. in c. tuæ, num. 4 de procu. Et eſt communis opi. vt dicit Bellon. in Rub. C. de edendo, num. 81. quem refert Didacus in loco præallegato, nu. 3. Quſi enim adulterium ſit difficilis probationis h & oſcula dicantur proxima, & fere immediata præparatoria adulterij; optime ſtatutum eſt, vt mulier eo ipſo, q̃ cõuincitur oſculũ amatori dediſſe, dicatur etiam de adulterio coniuncta. Quod intellige, vt procedat non modò quantũ ad proceſſum ciuilem, ſed etiam ad puniendum eam criminaliter de adulterio. Et hoc dicit eſſe de monte omnium Antonius Gomes. ſuper d. l. 80. Tauri, nume. 50. quam tamen opi. ego non ſequerer in iudicando ad imponendam pœnam ordinariam, & multi etiam contra Bal. tenuerunt, quorum opi. communem eſſe atteſtatur Bero. in Rub. de iu dic. num. 22. quem refert Don Anton. de Padilla in l. tranſigere, nume. 87 de tranſac.

17 Facta autem tori ſeparatione propter vxoris adulterium, tenetur nihilominus maritus i illam alere, Et ita tenent communiter doctores, ut ait Card. Alex. in c. ex parte. col. fi. ver. Sed operæpretiũ. de ſponſalib. Licet enim vxor ſit adultera, non propterea deſinit eſſe vxor, etiam poſt tori ſeparationem, c 2. de diuor. Tenetur etiam maritus caſtitatem ſeruare: aliàs ſi fornicetur, tenetur ipſam vxorem iterum in conſortium admittere: Et eſt communis opi. vt dicit Abb. in d. c. ex literis, num. 11. de diuortijs. Et ad hoc cogi poteſt non ſolùm officio iudicis, ſed etiã ad actionem ipſius vxoris. Et ita communiter tenetur, vt dicit Feli. in c. lator, poſt num. 9. verſi. Limita 2. de re iudicat. Didacus in loco præallegato, num. 5.

18 Caveat etiam maritus, ne ſciens vxorem eſſe adulteram, ſe cum ea carnaliter commiſceat: nam ex eo videtur illi adulterium remiſiſſe. ita tenet gloſ. in c. ſi. in glo. vnica. de adulter. quam dicit eſſe ab omnibus receptam Didacus in loco prællegato, num. 7. Cenſetur enim ex hoc mores ſuos approbaſſe. Quinimò vir, qui rem habet cum vxore adultera, non facta prius pœnitentia, peccat mortaliter, vt nota. in c. coniugio, 32. quæſtione prima. Sed certe adulteri hodie ad hoc non aduertunt. Et male, vt dicit Bertachi. in ſuo repert. in verbo Adulter, nume. 3.

19 Et haec quidem de adulterio criminaliter in iudicium deducto ſufficiant. Cæterum an vxor committens adulteriũ amittat dotem in præiudicium etiam K patris & filiorum ſuorum, K & quandiu hæc exceptio adulterij in dotis repetitione c[illegible] ni poſſit, & contra quas perſonas, & an neceſſe ſit quòd maritus prius iudicium criminale propoſuerit, quum hæc omnia magis iudiciũ ciuile, quàm criminale reſpicere videantur, ſuo loco tractauimus ſupra lib. proximo, §. Dos.

20 Vnum tamen volo vt ſcias, quòd † licet regulariter crimina non præſcribantur minori temporis ſpatio, quàm xx. annorum, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi q. 51. circa

circa principium: nihilominus accuſatio adulterij præſcribitur quinquennio, ut eſt tex. in l. mariti. §. hoc quinquennium, ff de adulter. Et ita in facti contingentia iudicatum fuiſſe refert Papo lib. 24. tit. 2. Arreſto 2. Quod intellige ut procedat in ſimplici adulterio, ſecus autem in adulterio cum inceſtu: illud. n. non præſcribitur minore ſpatio, quàm xx. annorum, prout & cætera crimina, de quibus dixi in loco præallegato.

ADDITIONES.

a Et adulterum.] Aduerte, quòd ſi accuſatus excipiat de lenocinio accuſatoris, & quòd maritus habitauerit cũ vxore poſt commiſſum adulterium, & maritus replicet, quòd accuſatus eſt ſeruus, & ob id quòd exceptionem lenocinij objicere non poteſt: quod prius cognoſcendum eſt de cauſa ſtatus incidenter mota per replicationem, ratione præiudicialitatis: quia ſi pronuntietur accuſatum ſeruum eſſe fruſtra diſputatur de lenocinio: quod ſeruus opponere non poteſt. l. quoniam Alexandrum. C. de adulter. & tradit Craue. multa ſimilia adducens in conſil. 280. col. j. Et circa materiam adulterij, quomodò, & per quem, vel quos intẽdatur eius accuſatio eiuſq; defenſio, vide remiſſiuè per Boſſi. tit. de coitu damna. & ibi. nu 43. Et ſcias quòd adulterium ſiue fornicatio totam cognationem denigrat, per Boſſi. eodem loci nu. 44. Item, ꝙ adulterium maiori dolore affligit virum: quàm mors filij. ibid. nume. 46.

b Permittit.] Et de iure in cauſa adulterij iudex non poteſt procedere ex officio, ut per Lud. Care. in practi. crj. §. Homicidium. 6. nu. 260. Sed hodie poteſt ex ſacri Concilij Trident. diſpoſitione ſeſſ. 24. ca. 8. graue. ſub decre. de refor. matri. ſeruato tamen prius illo ordine.

c Et etiam per Iudicem Eccleſiaſticum.] Et an imponat omnes pœnas, & quando; ꝙ ſic, niſi concurrat inſultus, & violentia, quia tunc cognoſcet laicus, vt per Carer. in pract. cri. §. Homicidium, 6. num. 262.

d Deponitur.] Quid de clerico ſe iactante cõmiſiſſe adulterium, qualiter puniatur? relatiue habes per Carer. in practi. cri. §. Homicidium 6. nu. 243.

e Vltimi ſupplicij.] Et iſta eſt ratio, ob quã etiam millies committens adulterium non patitur niſi vnam pœnam, & non punitur niſi pro vno delicto. Gl. ſingul. in l. vulgaris, in verbo, ſecũdum videtur. ff. de furtis, & tenet Iacobi de S Geor. in l qui cunque, C. de ſer. fugi. nu. 6 7. Et de materia quæro quid de commatre, qualiter cognoſcens puniatur. Vide per practi. Carer. in practi cri §. Adulterium 6. nu. 268.

f Et impoſitam eſſe pœnam pecuniariam.] Hic adde, ꝙ etiam damnatus de crimine adulterij non poteſt eſſe teſtis in iudicio, neq; etiam in teſtamento, ſicuti nec damnatus crimine repetundarum, vt habetur, atq; communiter notatur in l. ſcio quidem, C. de teſtib.

g Amittit dotẽ.] Hic cadit pulcherrima dubitatio de matre, quæ ꝓpter adulterij crimen cõmiſſum dotem perdidit, an a filijs alimenta ſuſcipere debeat. Circa quam vi. & dic vt per Oiaſc. eius deciſio. 124.

h Difficilis probationis] vt in c. tertio loco. & in c. literis. de præſumpt. & tradit Beninten deciſio. 43. nu. 3.

i Illam alere.] Cõtrarium vide per Craue. in conſ. 280. col. 1.

K Filiorum ſuorum.] Quid ſi habeat filios ex primo marito, deinde vxor tranſeat ad ſecundas nuptias, cui applicabitur dos propter adulterium, marito uigore ſtatuti, an filijs? quòd filijs, vide per Fran. Cremẽ. ſing. mihi. 87. Arno. Problema 27. qđ & notandum eſſe inquit Carer. in pract. cri. §. Homicidium 6. nu. 252.

§. Aſſaſsinium.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur aſſaſſinus in materia ca. primi. de homic. in 6.*

Et an ad hoc, vt quis dicatur aſſaſſinus, requiratur, quòd conſtet occiſum fuiſſe Chriſtianum, ibidem.

2 *An epiſcopus aſſaſſinus comprehendatur in diſpoſitione d. c. primi, verſicu. Quæro nunquid.*

3 *Quæ ſit pœna aſſaſſinij, verſi. Sed quæro.*

4 *Et an aſſaſſinus ſit tutus immunitate eccleſiæ, ſi ad eam confugiat, verſicu. Item licet.*

5 *An in crimine aſſaſſinij requirantur plena probationes, vt in alijs criminibus, verſicu.*

5. Præterea quamuis.
6 Et an in hoc crimine puniatur affectus, etiam ſi non ſit ſequutus effectus. verſicu. Scias etiam.
7 Et an clericus aſſaſſinus poſſit puniri à iudice laico, ver. Videndum eſt. Remiſſiuè.

a 1 ASSASSINVS a eſt † ille qui aliquem Chriſtianum occidi pretio mãdat alteri, ſiue infideli, ſiue Chriſtiano. Et hæc eſt cõis opin. ut dicit Are.conſ.163.poſt nu.17.ubi ſubdit, quòd forte etiam ex conſuetudine approbata, quem refert Placa li.1.delictorum, c.19.num.2. & Viuius in lib. cõmunium opi.in uerbo Aſſaſſini omnes. Capic deciſ.155. Grammatic. voto 8. & 9. Et dicit Prac. Conradi fol.237. nume.1. quòd in hoc doctores omnes conueniunt. Exemplum autem poni poteſt in caſibus, in quibus conſuluerunt Bal.conſi.430.lib.2. & conſi.383.lib.5.& Riminal.con.55. & Roland.conſi.24 in primo dubio.li.1.& Grãmat.conſi 44.& conſi.66. & eſt deciſ. Capic.112.& 155. Et ſcias, quòd licet aliqui tenuerint, quòd diſpoſitio c.primi, de homi. in 6. punientis aſſaſſinos, habeat locũ ſolummodo in certo genere hominum, qui appellantur aſſaſſini: tamen in contrarium, ſcilicet quòd imò comprehendat omnes, ut ſupra dixi, eſt communis opi.ut atteſtatur Boſſ. in tit. de mandato ad homicid.num. 16. Bene verum eſt (vt dixi) quòd ad hoc vt quis propriè dicatur aſſaſſinus, & conſequenter in eo loco habeat diſpoſitio d.c.primi, requiritur, quòd ille interfectus eſſet Chriſtianus. ita dicit Io. And. in d.c.1. quem ſequũtur communiter doctores, ut atteſtatur Alexand.conſi.166.in fi.lib.7.& Prac. Carer.fol.290. poſt num.15. Et hæc ſententia eſt omnium conſenſu ſtabilita; ut dicit Placa in d.c.19.nume. 8. Nam ubi agitur de imponenda pœna alicuius ſpecialis cõſtitutionis, requiritur, quòd concurrant omnes qualitates, de quibus in ipſa conſtitutione, ut dixi infra hoc eo.lib.§ fi.q. 85.uerſ.Vbi agitur. Et ſubdit Io. And. propter hoc ſe euaſiſſe quendam imputatum de aſſaſſinio, ex eo quòd in proceſſu non fuerat probata illa qualitas, quòd ille occiſus eſſet Chriſtianus. Et dicit Io. Arno. cautela 25. Vos ſcitis, quòd ipſe ita in facto ſemel iudicauit. Sed certè credo, quòd hęc defenſio apud nos parum prodeſſet, modò ille fuiſſet occiſus in territorio Chriſtianorum. licet enim uere nemo naſcatur Chriſtianus: tamẽ quum à cõmuniter contingentibus infideles non ſint ſoliti inter Chriſtianos conuerſari, ille, qui in territorio Chriſtianorum reperitur habendus eſt pro Chriſtiano, præſertim in hoc tam graui delicto, in quo non eſt ſuper huiuſmodi ſubtilitatibus inſiſtẽdum. Vbi tamẽ reus probaret illum fuiſſe infidelem, tunc utique eſſet ab hoc crimine aſſaſſinij abſoluendus.

b 2 QVÆRO, nunquid etiã epiſcopus, b qui † ſit aſſaſſinus, ſit comprehenſus in diſpoſitione d.c. primi? Reſpond. quòd ſic. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Soci. inter conſi. Curtij ſenioris conſi.20 poſt nume. 43. uerſicu. Omitto poſtremo.

3 SED QVÆRO, quæ † ſit pęna aſſaſſinij? Reſpond. quòd tales ſunt diffidati à c toto populo Chriſtiano, c & poſſunt impune offendi &c. vt eſt tex. in d.c.1. Debet autem aſſaſſinus puniri pęna mortis, & ſecundum aliquos debet trahi ad caudam equi, prout in pluribus locis uſu ac conſuetudine receptum eſſe atteſtatur Soci. quem refert Placa in d.c.19.num.5. dicit tamen Prac.Carer.fo.294. num.35. quòd hodie aſſaſſini per fruſta ſcinduntur, & quòd iudices hac pœnã utuntur propter criminis immanitatem, & ad terrorem aliorum.

4 ITEM LICET aſſaſſinus † confugiat ad eccleſiam, non tamen eſt tutus eius immunitate, de qua dixi infra hoc eo. lib. § fi.q.30. ſed poteſt inde extrahi per quẽcunque iudicem ſecularem. Et hęc eſt crebrior apud oẽs recepta opi. ut dicit Placa.in d.c.19.nu.24.

5 PRÆTEREA quamuis † regulariter in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores: tamen in hoc de d licto d propter eius immanitatem ſufficiunt probabilia argumenta, etiam ad cõ e demnandum. e ita expreſſe dicit tex. in d.c.1. & eſt communis opi. ut dicit Boſſ. in tit.de conuictis, num. 55. & in tit. de indic.nume.201. Quod intellige non ſolum ad condemnandum pœna extraordina-

ria

ria, ſed etiam ad condemnandum pœna corporis afflictiua. Et hoc conſtitutiſſimum eſſe atteſtatur Placa in d. cap. 19. nume.16.

Scias Etiam, quòd quamuis
6 regulariter†ex generali cõſuetudine Italiæ nõ puniatur affectus,niſi ſequatur effectus,vt dixi in d.§.ſi q.92.tamen in crimine aſſaſſinij punitur conatus, etiam ſi effectus ſequutus non fuerit. Et ita in facti contingentia conſuluit Ang. conſil. 14.in q.præmiſſa. Et hoc frequentiſſimo omnium conſenſu receptum eſſe ait Di dac.in repe. cle ſi furioſius, fol.280. verſi. Secundo proponitur. Hãc etiam dicit eſſe frequentiori calculo receptam ſententiam Gonius de imm. Eccl.fol.143.in 15. fall.poſt num. 8. quem refert Placa. in d. c. 19.nu.9. Et ita obſeruatum fuiſſe in facti contingentia per Curiam Neapol. refert Affiic. ſuper prima parte conſtit. Regni, Rub.12.nu.11.in fi.in quodam aſſaſſino,qui cum dardo balliſtę dedit in arzone ſellæ equi illius, quẽ volebat interficere.nec tamen eum offendit;quem refert, & in eandem ſententiam conſuluit Grãmat. voto 9. Idem etiam ſeruauit conſil. Neapol. in caſu cuiuſdam notarij Marci, qui fuit furcis ſuſpẽſus, licet mors vulnerati per aſſaſſinium ſequuta non fuiſſet, teſte Capic.deciſ.155. Notarius Marcus. Idem etiam ſeruatum fuiſſe Mediolani refert Chaſſ.qui tunc ſe dicit fuiſſe Vicarium Capitanei Iuſtitię,ſuper cõſue.Burgun.fol.14.poſt num.7.& fol.44.num.11. licet idem Grammat. voto 8. referat aſſaſſinum non ſequuta more condemnatum fuiſſe in pęnam pecuniariam,de quo etiam mentionem facit idem Grammat. ſuper conſtitu. Regni, fol.14.col. ſecunda,& pariter etiam voto 20.referat aſſaſſinum non ſequuta morte condemnatum fuiſſe ad triremes perpetuò. Et licet forte circa hoc,loquendo ſecundum diſpoſitionem iuris communis, multa dici poſſent: tamen ſtante conſuetudine, & communi doctorum opi.credo, quòd nõ erraret iudex,qui illam in iudicando ſequeretur. nam vt dicit Ang.in l.non ſolum,§. ſi mãdato,num.1.ff.de iniur.licet de iure communi aſſaſſinus non videat̃ teneri in plus quàm mandator, id tamen de conſuetudine non ſeruat̃.Et merito,quia plus delinquit faciens per pecuniam, quàm qui gratis. Inſenatu tamen vidi ſecundum qualitatem facti perſonarum, diuerſimode iudicari,quandoque pœnam ordinariam infligendo, & quandoque mitius puniendo, vt dixi in allegata q.92.verſic. Scias autem. Et ideo putarem hoc eſſe arbitrio iudicis relinquendum.

7 Videndvm eſt etiam†nunquid clericus aſſaſſinus a poſſit per iudicem ſecularem puniri, & an requiratur declaratio, de quibus omnibus dixi infra hoc eod. lib.§ ſi q.36.verſic.Item quæro,& ſeq.

ADDITIONES.

a Aſſaſſinus eſt ille.] Adde, aſſaſſini qui & vnde fluxerint, vt per Iacob.Menochium Tract.de arbit. Iud. caſ.360 nu. 41.pract. Care.fol.285.cum plurib.ſeq. vbi delictũ iſtud plene cum ſuis qualitatibus,atq; pęnis tractat. Item, an ea, quæ dicuntur de aſſaſſinio, locum habeant, vbi quiſpiam iniuriã propriam per ſeipſum vlciſcitur auxilio aliquorum;quos pecunia conduxit. Et an, qui ſpe remunerationis auxilium vlciſcenti tulerunt, dicantur aſſaſſini.Item,& an ex eo,quod promiſſum eis generaliter fuit,& incerte;quod erga eos fieret.Et an ex eo ꝙ principalis ſubminiſtrauit eis expẽſas.Et an ex eo ꝙ principali eis ſcuta paulò ante factũ dedit,vt poſt factum haberent vnde ſe alerẽt,& ſeruarent. Vnde de omnibus ſubtiliter, atque eleganter per Gabriel. Eugubin. in illius conſ.170.per totum. Sed ſcias, quòd aſſaſſinus dicitur, qui ſine pecunia occidit, vt domino placet, vel obediat, ſecũdum Ioan. Andr.in cap.pen. de cleri. non reſi. & per Ang. conſ.14. incip. Nos Carolus, quem vide. & etiam per Carer. in pract. crim.§.homicid. 5.num.5. vbi declarat.

b Epiſcopus.]Item quòd aſſaſſinus amittat omne priuilegium etiam clericale, intantum, quòd aſſaſſinus clericus cognoſcitur, atq; puniatur per Iudicem laicum, habes per Carer.in pract crim.§.Homicidi.5.nu.10. qui nu.ſeq.vſq; ad nu.14.declarat,& probat,conſtito de qualitate aſſaſſinij, & nu.16.dicit non requiri degradationem.

c Diffidati à toto populo Chriſtiano.]Adde, vt in fi.atque etiam per pract. Carer.

fol.

Fol. 228. nu. 9. Item aſſaſſinis interdicta eſt appellatio. Vide. & dic, vt per eundẽ pag. 65. nu. 100. & ſeq.

Et indiſtinctè quòd aſſaſſinus ſit diffidatus ab omni populo, & lege uide in d. c. ſi. atq; per Gram. vot. 8. nu. 2. Et quòd propterea poteſt ubique impunè occidi præcedente declaratione de aſſaſſinio per Boſſi titu. de defen. reor. & defen. impug. nu. 63. & titu. de man. ad homici. nu. 19. 20. 21. & titu de foro compe. nu. 67. vbi de communi oppinione Item aſſaſſinium quando, & quomodò non probetur per ſocios criminis, vi. per Burſat. conſi. 192. Et quòd in iſto delicto non requiratur plena probatio, ſed ſufficiant probabilia argumenta, ultra allegata per authorem in uerſi. Præterea. Adde per Rolan. plene in conſi. 14. nu. 15. lib. 4.

d In hoc delicto.] Item aduerte. ꝙ crimen aſſaſſinii eſt enorme, & atrox, per Rolan. in conſi. 14. nu. 14. volu. 4. Et quod in enormibus licet iura trãſgredi in puniendo non in procedendo; quia in enormibus debent ſolemnitate ſeruari, quæ in aliis criminibus ſeruantur, ut per Gram. Vot. 34 nu. 23. 24. quem refert atque ſequitur Carer. in practi. crimi. ante num. 182. loquens in criminibus exceptis; qui etiam poſt citatos, declarat hoc intelligi in maioribus magiſtratibus, non autem in minoribus. Et qui dicantur maiores magiſtratus, vide per Iaſon. in l. j. C. de precib. Imper. offeren. poſt nu. 8. & adeo verum eſt, quòd in criminibus enormibus, & exceptis, ſint in procedendo ſeruãdæ ſolemnitates, quæ in aliis criminibus ſeruantur, vt ampliatur etiamſi officialis habeat arbitrium, nam non poteſt torquere ſine indiciis. Item etiam ſi Iudex mandaſſet iudici inferiori, ut torqueat etiam nullis indiciis præcedentibus, & de facto: nam non poteſt hoc facere ſed debet procedere iuris ordine ſeruato, & replicare principi. Alias etiam ampliationes, atq; limitationes vi. per eundem Carer. illic per totum, qui nu. ſeq. limitat etiam, niſi in occultis tractatibus, & proditionibus, nam in his promptior eſſe debet iudex ad torturam ob probationis difficultatem, cũ tales tractatus in ſecreto fieri ſoleant.

e Ad condemnandum, Et probant teſtes recepti lite non conteſtata per Carer. vbi ſupra nu. 10.

f Vide etiã per Carer. in practi §. Homicid. 1. nu. 12. 13. 14. & §. v. nu. 8. vbi plenius.

§. Blaſphemia.

SVMMARIVM.

1 *Omnis contumelia in Deum vel ſanctos prolata, eſt blaſphemia.*

2 *Et an dicere, Al diſpetto di Dio, ſit blaſphemia, verſi. Sed nunquid.*

3 *Quæ ſit pæna blaſphemiæ, ver. Sed quæro.*

4 *Et an in crimine blaſphemiæ, admittatur repulſa teſtium, verſi. Reperio etiam.*

5 *Iudæus blaſphemans, an poſſit an puniri per iudicem eccleſiaſticum, verſi. Sed pone.*

6 *Blaſphemans per iracundiam, an excuſetur. verſi. Excuſari. Remiſſiue.*

7 *Et an propter conſuetudinem prouinciæ. verſi. Item poteſt.*

1 OMNE conuitiũ † contumelia, vel maledictum, prolatum in Deum uel ſanctos,
a eſt blaſpemia, *a* ita dicit Bar. in l. item apud labeonem, quam legit cum lege, iniuriarum, §. ſed adijcitur, quem legit cum §. ait prę
* tor, nu. 4. ff. de iniu. Et eſt communis opi. vt dicit Auguſti. ad Ang. de malefi. in verbo, uerba iniurioſa, num. 13. quem refert Prac. Conradi fol. 490. num. 25. Didacus in repe. c. quamuis. fo. 57. nu. 8. de pactis.
b Et poteſt poni exemplum in iudęo, *b* qui dixerat, Naſca il vermo cane al Papa, & à chi il fe Papa, Iddio non poterebbe far che eſſo non foſſe Papa? Et ſe io haueſſi Iddio, il Papa, e'l ueſcouo nelle mani; trarci loro gli occhi. ſuper quo conſuluit Calder. conſ. 2. de iudęo, qui dixit, La uoſtra fede è fede de cazzi, ſuper quo conſuluit Soci. conſi. 119. lib. 3. Et in alio Iudæo, qui dixit, Nol poterebbe fare Iddio, che l'haueſſi ſcambiata io, ſuper quo conſuluit Soc. con. 102. li. 1. & Ale. cõ. 15. li. 3. lit. in alio, qui dixit, Deh aſina di Dio ſup quo cõſuluit Bal. in quodã ſuo cõ. paruo, quod refert Catald. de ſynd. poſt nu. 104. Et in alio, qui dixit, Se Iddio il diceſſe, io direi che'l mẽtiſſe per la gola, ſuper

quo

quo conſuluit Cepolla conſ. 77. Et in eo, qui dixit, Se'l ſe apontaſſe noſtra donna, tu mi renderai quello che m'hai tolto, vt in caſu Corn. conſi. 181. lib. j Scias autem quòd licet Bar. in d. § ait prætor, ſenſerit quòd etiã in homines poſſit dici blaſphemia: tamen hoc non admittit communis vſus loquendi, vt dicit Boſs. in tit. de inquiſitione, poſt num. 131. Et ideo in eo, qui aliquod malum imprecaretur alteri, non haberet locum pęna blaſphemiæ.

Sed nunquid† dicere, Al diſpetto di Dio, eſt blaſphemia? Reſpon. Bal. conſil. 476. lib. 3. tenuit quòd non. Contrarium verò, ſcilicet quòd imò dicatur blaſphemia, iudicauit in facti contingentia Curia Burdegalen. vt per Boer. deciſ. 301. vbi in princ. dicit, quòd hæc opin. eſt verior, tam ſecundum Theologos, quàm ſecundum canoniſtas, & legiſtas. Idem etiam iudicauit conſil. Neapoli. vt atteſtatur Grammat. deciſ. 50. & ſuper conſtitu. Regni. fol. 114. col. 3 quem refert Didacus in loco præallegato, num. 9. Apud nos autem non modò reputatur blaſphemia, ſed etiam cõnumeratur inter atroces, ita declarante. ſenatu, 2. Aug. 1556. B.P. & 14. Iunij. 1550. P.N.

3 Sed quęro, quæ† ſit pęna blaſphemię? Reſpond. de iure diuino eſt pęna mortis, Leuit. c. 24. genus autem mortis erat lapidatio, ut ibi. De iure autem canonico cogitur ad publicam pęnitentiam ante fores Eccleſiæ faciendam, modo & forma poſita in c. 2. de maledi. quæ tamen pœna non habet locum in clericis, ne propter huiuſmodi publicam ſatisfactionem uileſcat clericalis ordinis authoritas Et ita communiter teneri atteſtatur Abb. in d. c. 2. nume. 8. quem refert Simancas de hęret. c. 8. nnme. 12. De iure ciuili, pęna blaſphemiæ eſt pęna mortis, tex. eſt clarus in auth. Vt non luxurientur contra natu. in fi. & ita affirmant, & concludunt doctores, vt dicit Iodoc. in præct. crim. c. 61. nu. 26. Sed hæc pæna licet diuina & humana lege conſtituta fuerit, hodiernis tamen temporibus ob defectum religionis & iuſtitię non ſeruatur, vt dicit Lucas de Penna in l. omnes. col. tertia, ver. 2. quæritur, C. de delator. lib. 10. Et dicit Bald. in l. 2. circa fin. C. de reb. cred. quòd hodie pœna illius auth. de conſuetudine non ſeruatur: prout illum refert Auguſtin. ad Ange de maleſic. in verbo, Verba iniurioſa, poſt nume. 14. relatus & ipſe per Nunium de los corregidores, fol. 153. nume. 14. & per Pract. Conradi. fol. 409. col. ſecunda. Refert etiam Gramma. ſuper conſtit. Regni. fo. 113. col. ſecunda, in fi. Bal tamen in libro meo id non dicit. Dicit etiã Zaſ. conſi. 19. num. 37 lib. 1. quòd hęc pœna de conſuetudinem non ſeruatur, niſi eſſet magna & enormis blaſphemia, quę ex deliberatio, maligno & doloſo propoſito, & ore execrabili ad perničioſum exemlum Dei & hominum proferatur. Et proculdubio ſi omnes blaſphemi decapitarentur, pauci ſupereſſent, qui poſſent blaſphemare, vt dicit Bellon. conſi. 69. num. 6. Sed certe hæc eſt peſſima conſuetudo, & iudicio meo grauiter peccant principes Chriſtiani & eorum magiſtratus, qui hoc crimen ſeueriſſime non puniunt. Et in hoc reſpublica Chriſtiana magna indigeret reformatione. Refert autem Boer. in d. deciſ. 301. quòd quidam pro blaſphemia fuit illam curiam, lingua prius perforata, cõdemnatus ad ignem, & alius decapitatus. Afflic. ſuper tertia parte conſtitut. Regni Rubr. 54 nu. 7 dicit, quòd licèt ex illa conſtitutione imponatur blaſphemis pęna amputationis linguæ, vidit tamen aliquando eis perforari tantum linguam cum ferro. Et hoc ex cauſa. Idem fere iudicauit parlamentnni Delphinale, vt refert Marcus deciſ. 509. Iodoc. in d. c. 61. nume. 17. dicit, quòd de conſuetudine blaſphemans glorioſiſſimam Virginem vel Sanctos, punitur in amputarione linguæ, & vlrerius, exilio, vel alia pœna arbitraria. Et ideo ſeruanda in hoc ſunt ſtatuta, vel conſuerudines locorum. Cęterũ Senatus, cui à conſtitutionibus permittitur pœnas ordinarias plaſphemis impoſitas augere, ſolet, præſertim in atrocibus, plerunque arbitrari graues pęnas, quandoque ictuum funis, vt in Guglielmo Caſaſco, qui dixerat, Ne tu, ne quell'aſino di Chriſto &c. Et quandoque triremiũ. Et recordor quòd quidam Barbinus, qui dixerat. Venga il cancaro à quel traditor di Domenedio, & à quello che l'ha dipinto, & à chi crede che'l ſia da bene, à far pio uer adeſſo; fuit per biennium tranſmiſſus ad triremes. 13. Septembris. 1560. P.N. Et nuſ.

niſi ruſticitas, & ira illum excuſaſſent
fuiſſet laqueo ſuſpenſus. Et quidam An-
tonius Zana propter atroces blaſphe-
mias iuſſus fuit, ſi erat aptus remo, tranſ-
mitti ad triremes perpetuò; ſin minus,
furcis ſuſpendi. 18. April. 1549. P.N.

REPERIO, quòd Paris de Put. de
ſyndicatu, fol. 210. poſt nume. 13. tenuit,
4 quòd † imputatus de blaſphemia, non ſit
admittendus ad probandum contra per-
ſonas teſtium, quia ſcilicet ſint infames,
vel aliàs inhabiles ad teſtificandum, at-
tento, quòd in hoc crimine grauiſſimo,
quod eſt læſæ Maieſtatis diuinæ, admit-
tuntur teſtes etiam inhabiles, prout fit in
crimine læſæ Maieſt. humanæ. Sed certe
hæc deciſio Paridis apud nos non ſerua-
tur, prout, etiam non ſeruatur in ſupre-
mis curiis Franciæ, teſte Boerio in d. de-
ciſ. 301. nu. 11. in fi. Et ideo ſemper admit-
titur imputatus de blaſphemia ad pro-
bandum contra teſtes quicquid vult, pro
ut in alijs criminalibus.

HOC crimen blaſphemiæ eſt commu
nis fori. Et ideo poteſt laicus blaſphemãs
puniri tam per iudicem eccleſiaſticum,
quàm per ſecularem, vt no. in d. cap. 2. de
c maled. c
5 SED pone, quòd † Iudęus blaſphema
d uerit, d nunquid & ipſe poterit puniri per
iudicem eccleſiaſticum? Reſpon. quod non,
ſed debet iudex ſecularis ſuper tali bla-
ſphemia per Iudęum prolata cognoſcere.
Et hanc dicit eſſe communem opi. Alex.
in quodam ſuo conſi. quem refert Socin.
conſi. 119. poſt nu. 26. ver. Vnde ponderan
dum. lib. 4. nam Iudæi ſunt de foro ſecu-
lari, vt dixi infra hoc eo. li. § fi. q. 35. verſ.
Modo quæro. Bene verum eſt, quod ſi iudex
ſecularis eſſet negligens, eo caſu poſſet iu
dex eccleſiaſticus de ipſa blaſphemia co-
gnoſcere, & Iudæum punire. Et ita magis
communiter concludunt doctores, vt di-
cit Alex. con 99. nu. 13. lib. 6. quod con-
ſi, credo eſſe illud, de quo loquitur Soc. in
loco præallegato, prout etiam conſiderat
Marquard. qui illum refert in tract. de Iu
dæis, fol. 83. poſt nu. 5.
6 EXCVSARI poteſt † quandoq; ille,
qui ira motus blaſphemat, vt dixi infra
hoc eo. lib. § fi. q. 60. Eſt etiam ira in ruſti-
co, qui faciendo computa cum domino
ſuo iratus dixit, quod Deus non potuiſſet fa-
cere, quod eſſet debitor tot operarum. Dicit
etiam Bal. in l. accuſationem, num. 11. C.
qui accuſ. non poſſ. quod in ille, qui blaſphe-
mant per laſciuiam & ebrietatem, prout
faciunt Peruſini, non eſt tantum ſcelus,
puniendi tamen ſunt, ſed mitius, vt dixi
e in d. q. 60. verſi. Præterea quæro. e
7 ITEM poteſt † excuſari propter con-
ſuetudinem prouinciæ, non quidem, vt
in totum impunitus euadat, ſed vt non
puniatur pęna ordinaria plaſphemãtibus
impoſita. Nam vt dicit Nunius de los cor
regidores fol. 152. nu. 13. vbi in aliqua pro
uincia eſt frequẽs vſus dicendi, Al diſpet
to di Dio, vel huiuſmodi, licet in effectu
ſint uerba blaſphemiæ, tamen propter
multitudinem hominum ita loquentiũ,
conſuetudo interpretata eſt, vt non pro
blaſphemij, ſed tantum pro ſceleratis &
maledictis iuramẽtis talia verba puniun-
tur, Senatus tamen noſter hoc non ad-
mittit, quinimo plerunque iuſſit reijci
capitula, in quibus quandoq; imputati
de blaſphemia uolebant huiuſmodi con-
ſuetudinem probare, talis enim non con-
ſuetudo, ſed abuſus potius dicendus eſt,
cuius nulla ratio haberi debet.

ADDITIONES.

a Blaſphemia.] Aduerte, quod contrahitur
hæreſis per blaſphemiam, blaſphemando
Deum. & Sãctos, & monitus, eſt incorrigi
bilis, per Lud. Carr. in Tract. hære. nu. 26.
Item, adde quid ſit blaſphemia, quid ma-
ledictio, & quibus pœnis Blaſphemi ple-
ctantur, plenius per Iacob. Menoch. de ar
bitr. iudi. lib. 2. centu. 4 caſ. 375. Vbi quã-
plurima habes exempla plena manu ex-
plicata: & per Vitali. de pœnis blaſphem.
Deum, ac Sanctos. fol. 129. Boſſi. titu. de
inquiſitio. nu. 130. 131. Et hoc delictũ eſt
mixtum, & in eo poteſt procedi tam per
iudicem Eccleſiaſticũ, quam ſecularem,
& punitio vnius non facit, quin alter &
ipſe poſſit ſuam pœnam imponere, caſus
eſt in c. ij. de maledi. ubi Abb. & Dec. niſi
incipiatur à pœna iuris ciuilis, quæ eſt pę
na mortis. Boſſi ibi. nu. 132. Et ſcias, quod
vbi Deo detrahitur aliquid, quod eſt in
Deo, uel attribuitur aliquid Deo, quod
non eſt in Deo, eſt blaſphemia, per Socin.
eod. conſi. 102. poſt nu. 4. Item quando ha

betur

betur turpiter ſermo de Deo & quia ſatis tribuitur ei, quod non eſt, dum obſcæna & impudica verba de eo proferuntur, vt concludit Boſſi. vbi ſupra, ante nume. 132. Et dicit Bal. in l. accuſationem, col. penult. in vlt. verb. C. qui accuſa. non poſſ. quòd ſi quis iuret per membra Chriſti, quòd ſpecies hæreſis eſt. Alibi tamen Bal. dicit in l. vnica. C. ſiquis Imperat. maled. quod idem eſt maledicere Deum, & Deum blaſphemare, ſiue de Deo verba pudibunda proferre, vt refert Iaſ. in §. item ſi quis. num. 6. Inſtit. de actio. Item ſcias, quòd blaſphemare conſuetus non dicitur quis, per bis, aut ter, per Alex. conſ. 72. num. 8. lib. 1. Sed an dici debeant delicta plura ex eo, quòd quis per temporum interuallum pluries blaſphemauerit, ita quòd pro vno tantum puniniri debeat. Et quando dicatur vnum delictum, vel plura, vi. per Cœpol. in conſ. crimin. 76. Sed aduerte duplicem eſſe blaſphemiam, altera dicitur mera, & hæc cadit ſub titu. de blaſphemis, altera verò dicitur hæreticalis: prima articulis fidei non obuiat, ſecunda autem ſic. Vt puta Deum non poſſe poſſibiia facere, & iſta obuiat primo fidei articulo, qui eſt credere in Deum omnipotentem. Et hęc ad Inquiſitionem ſpectat, prima verò non. Vt habetur latè per Locat. in ſuo iudiciali. cap. blaſphemi.

b In Iudæo.] Et in alio iudæo, qui iratus leuauit manus verſus Crucem, & dixit potius vellem eſſe ſuſpenſus, ſicut ille, qui illic pêdet. Et ex illa parte ſtabat tam Crucifixus, quàm ſuſpenſus; qui iudæus fuit côdemnatus, vt alij terreantur in ſcutis quingêtis, vt dicit Hoſti. in ſumma de iudæ. & Sarace. §. & in quibus. col. fin.

c Et tradit Soc. con. 192. dub. vol. 4

d Iudæus blaſphemauit] Pro excuſatione iudæorum á pęna blaſphemię, vide plenè, & in terminis per Alex. eius conſ. 233. lib. 6. con. 771. nu. 2. Ruin. conſ. 145 col. 5. lib. 5. Item ſcias, quòd vbi Eccleſia non haberet temporalem iuriſdictionem in loco, tunc iudæi non puniuntur niſi per Iudicem ſecularem ſecundum Alex. d. conſ. 99. nu. 12.

e Vide Menoch. vbi ſupra num 34.

§.Falſum.

SVMMARIVM

1 *Falſi crimen eſt publicum.*

2 *Falſitas circa multa committi poteſt, verſicu. Sciendum.*

3 *Falſitas circa teſtes multis modis committitur, ver. Et inprimis.*

4 *Subornans teſtes an dicatur falſum committere, ver Subornans.*

Et an credatur teſtibus dicentibus ſe ad preces alicuius falſum depoſuiſſe, ibid.

5 *Producens falſos teſtes, an dicatur falſum committere, verſi. Producens falſos.*

Et an ſtante ſtatuto puniente producentem falſos teſtes, puniri debeat producens vnum tantummodo teſtem falſum, ibidem.

6 *Teſtis falſum deponens dicitur falſum committere. verſi. Teſtis.*

Et quid ſi deponat in iudicio contrarium eius quod prius dixerat extra iudicium, ibidem.

Quid ſi deponat contrarium eius, quod dixerat in alio iudicio, ibid.

7 *Quid ſi duo teſtes inuicem ſibi contradicant, an ſint de falſo puniendi, verſi. Conuincitur etiam.*

8 *An dicta teſtium ſint inter ſe concordanda, vt euitent falſum. verſicu. Scias tamen. Remiſſiuè.*

9 *Teſtis deponens ſuper negatiua eſt ſuſpectus de falſo, verſi. Solet etiam.*

10 *Teſtis deponens falſum, non circa factum principale, ſed circa alia extrinſeca, non poteſt puniri de falſo. verſicu. Sed quid ſi teſtis.*

11 *Si teſtis neget dixiſſe prout ſcriptum reperitur. cui magis credendum ſit notario, an teſti, ver. Pone teſtis.*

12 *Teſtis, qui falſum depoſuit ſine iuramento, an poſſit puniri de falſo, ver. Tu ſcis.*

13 *Ad hoc ut teſtis dicatur falſus, an requiratur, quòd probetur ipſum fuiſſe corruptum, verſi. Quare nunquid.*

14 *Et quid è conuerſo, nunquid ſufficiat probare, quod fuit pecunia corruptus, abſque eo quòd probetur falſum depoſuiſſe, verſi. Sed quid è conuerſo.*

15 *Pœna teſtis falſi quæ ſit, uerſi. Pœna autem.*

16 *Vtens dicto falſi teſtis dicitur falſum committere, verſi. Vtens dicto.*

17 *Fabricans falſum inſtrumentum, dicitur falſum committere, uerſi. fabricans.*

Et quæ ſit pœna notarii fabricantis falſum inſtrumentum, ibid.

18 *Producens falſum inſtrumentum dicitur falſum committere, uerſicu. Producens etiam.*

19 *Vtens falſo inſtrumento ſcienter dicitur falſum committere, verſiculo, Vtens falſo.*

Et quomodo hoc caſu conuinci poſſit de ſcientia, ibid.

Et an puniatur eadem pœna, ac ſi illud fabricaſſet, ibid.

20 *Notarius ponens in inſtrumento, quòd interuenit pretij numeratio, licèt reuera pecunia non fuerint numerata, incidit in pœnam falſi. verſiculo, Notarius autem.*

21 *Notarius ſcribens in inſtrumento, rogauit Titius, ſpopondit Meuius, quum tamen Titius eſſet abſens, incidit in pœnam falſi. verſic. ſic etiam.*

22 *Notarius omittens ponere in inſtrumento ſolẽnitates inquiſitos, rogatus, falſi punitur. verſ. Pariter etiam.*

23 *Notarius conficiens inſtrumentum ſuper re illicita, incidit in pœnam falſi, ver. Adde, quòd Notarius.*

24 *Notarius negans ſe rogatum de inſtrumento, de quo reuera fuit rogatus, punitur pœna falſi, verſiculo, Item Notarius.*

24 *Falſificans litteras Principis, punitur pœna falſi, verſ. ſunt & alij.*

25 *Abradens inſtrumentum, dicitur falſum committere, verſicu. Abradens.*

26 *Aperiens litteras alienas, & illas oſtendens aduerſario, incidit in pœnam falſi. verſicu. Aperiens.*

27 *Aſcribens ſibi legatum in teſtamento alieno, punitur pœna falſi, verſiculo, Aſcribens.*

Et quid in teſtamento nuncupatiuo, ibidem.

28 *Prohibens aliquem teſtari, incidit in crimen falſi, verſiculo, Prohibens aliquem.*

29 *Vendens eandem rem duobus, incidit in pœnam falſi. verſiculo, Vendens eandem.*

30 *Suſpicio falſi pro veritate habetur, verſicu. Trita eſt.*

Et quid ad puniendum criminaliter, ibidem.

31 *Quæ ſit pœna falſi, verſiculo, Sed quæro.*

32 *Falſitatem committens circa teſtes, inſtrumenta, vel acta cauſæ, an cauſam ipſam amittat, verſiculo, Item propter.*

33 *Falſitas an poſſit committi ſine dolo, verſic. Excuſatur.*

34 *Falſum non dicitur id, quod adiuuatur primordio veritatis, verſicu. Præterea excuſatur.*

35 *Falſitas nemini præiudicans, an ſit punibilis, verſ. item excuſatur.*

36 *Index omni ſtudio & interpretatione curare debet vt falſum euitetur, verſiculo, Item debet.*

37 *Falſificans monetam qua pœna puniatur, verſic Dixi etiam.*

38 *Radens aut minuens monetam qua pœna puniatur, verſ. Radens autem.*

Expendens falſam monetam qua pœna puniatur, verſi. Expendens.

a 1 FALSI *a* crimen † grauiſſimum eſt, & propter eius frequẽtiam ſolet à legibus & ſtatutis grauiter puniri, & connumeratur inter publica delicta, non modò ſi agatur de teſtamento falſo, ſed etiam de quocumque alio inſtrumento. Et ideo quilibet de populo, etiam ſi particulariter eius non interſit, poterit de falſo accuſare, dixi ſupra hoc eod. lib. §. 1. verſi. Sed nunquid.

2 SCIENDVM eſt, quòd † falſitas circa multa, & multis modis committi poteſt. Poteſt enim committi circa teſtes, circa inſtrumenta & ſcripturas, circa monetam &c.

3 b ET in primis † quidem circa teſtes poteſt falſitas committi *b* primò ſubornando teſtẽ ad dicendum falſum teſtimonium, ſecundò c producendo in iudicio teſtem falſum, *c* tertiò dicendo falſum teſtimonium, quartò vtendo dicto ipſius teſtis falſi.

d 4 SVBORNANS *d* autẽ † teſtes ad dicendum falſum, dicitur falſum committere, ſicut & ipſe teſtis falſum deponens. Sed nunquid eſt danda fides ipſis teſtibus dicentibus ſe precio alicuius falſum teſtimonium perhibuiſſe? Reſpond. quòd non. Et eſt communis opi. vt dicit Dec. conſi. 189. poſt num. 8. verſi. Primò quia, quem refert Roland. conſi. 16. nume. 7. lib. 1. & Boſſ. in ti. de inquiſitione, num. 42 ſecundum quam in facti contingentia conſuluit Rui. conſil. 146. & 147. lib. 5. & Natta conſil. 298. Sunt enim ſocij criminis, & periuri, meritò non debet eorum dictum, neque etiam ſuffice-

re

re ad inquirendum, iuxta ea quæ dixi infra hoc eo.lib.§.fin.q.21.verſi.Dictum ſocij, & verſi.Scias tamen. Sed quicquid ſit de iure, conſuetudo obſeruat contrarium, quòd ſcilicet creditur huiuſmodi teſtibus ita dicentibus, quoad hoc vt contra eos, à quibus aſſerunt ſe ſubornatos, procedatur ad inquiſitionem, ut atteſtatur Boſſ. in loco præallegato poſt num. 46 & practica eſt, quod confirment eorum dictum in tortura, deinde procedatur contra nominatos. Quinimò idem Boſſ.in ti. de indic. nu. 156. circa fi. dicit, quod creditur etiam ad torturam, modò aliquod aliud adminiculum concurrat. Et ſubdit quod
* ita communiter ſeruatur. Et ita ego etiam multoties vidi ſeruari.

e PRODVCENS *e* falſos teſtes † ſcien-
5 ter, dicitur & ipſe falſum committere, vt declarat Bal.conſi.106.in 2 dubio, li.3.& conſ. 446.lib. 5.Et reperio, quòd Senatus in facti contingentia iuſſit poni ad catenam infamem quendam Blaſium Axcardum, qui produxerat teſtem falſum pro filio ſuo, etiam grauiter vulnerato, 11.Decembris 1543.P. N.Sed pone, ſtat ſtatutum, quod punit producentem falſos teſtes, modò aliquis producit tantummodo unum teſtem falſum, nunquid dicetur incidiſſe in pęnam ſtatuti? Reſpond. quòd ſic. Et ita communiter te-
* netur, ut dicit Iaſ.in l. Gallus, §. quòd ſi is, in ſecunda lectura, nume.2.ff.de libe. & poſthumis. Et ita practicatur, ut dicit Angelus in l prætor. §. homines, in fine. ff. ui bonorum rapt.

6 TESTIS, qui † falſum teſtimonium
f deponit in iudicio *f* dicitur falſum committere, l. 1. ff. de falſis. c. 1.de crimi. falſi, & ſiquidem dolo malo depoſuit contra inno-
g centem *g* punitur tanquam homicida, l. prima, in princ.ff. ad leg. Corn. de Sicar. Et ita in facti cõtingentia Senatus iuſſit furcis ſuſpendi quendam Cerrutum & alium teſtem, qui in cauſa criminali falſum teſtimonium ad offenſam depoſuerant, 27. Sept. 1548.P. N.quod etiã pluries ſeruatum fuiſſe per parlamentum Pariſienſe refert Papo. lib.22.titu.13.Arreſto 1 Non tamen ſemper Senatus ſolet hac ſeueritate uti, ſed quãdoque etiam mitius agitur, prout in quodam Beltramino de Beluardo, qui tranſmiſſus fuit ad triremes per decennium, 30. Ianuarij 1555. D.P. Et Franciſco Pineta qui fuit tantummodo fuſtigatus, 27.Octobris 1558. P.N.Si uerò deponat ad defenſam, incidit in pœnam falſi, quæ eſt deportatio cum publicatione bonorum, ut dixi infra, verſi.Sed quæro. Sed quia hodie (ut ibi dixi) deportatio non eſt in uſu, debet puniri pęna extraordinaria arbitrio iudicis. Et ita in facti contingentia conſuluit Alex.conſi.55.li. 7. Et ſequuta eſt iudicando Curia Neapol. quæ condemnauit ad triremes ad tempus quendam qui falſum depoſuerat ad defenſam, ut refert Grammat. uoto 5. & ſuper conſtitut Regni fol.116. col. 3. ubi in hac materia valde eleganter loquitur. Teſtibus autem falſum deponentibus in cauſſa ciuili quandoque amputatur lingua, plerunque etiam fuſtigantur, ſecundum cauſæ & perſonarum qualitatem. Conuincitur autem teſtis de falſo, in primis, ſi ipſemet fateatur falſum depoſuiſſe: nulla enim maior eſt probatio, quàm proprijs oris confeſſio. Item ſi ipſemet contraria dixerit. Et in hoc propoſito ſcire debes, quòd aut teſtis deponit in iudicio cõ-
h trarium eius, quod dixerat extra iudiciũ. *h* Et tunc non dicitur falſarius, & conſequenter etiam neq; poteſt de falſo puniri. Et eſt communis opi.ut dicit Alex. conſ.74.nu.8. lib.1.Didac.in repe. c.quamuis, fol.55.poſt num.5.uerſi.Sed & ſi quis. Et late dixi infra hoc eo lib § fi.q 35.ver. Primus caſus. Aut verò deponit in uno iudicio contrarium eius quod dixerat in alio iudicio. Et hoc caſu debet puniri tanquam falſarius. Et eſt
* communis opin. ut dicit Camerar. in ſuo conſil. matrimoniali poſito poſt conſil. Zabarel. nume. 3. Aut deponit in uno iudicio contrarium eius quod prius dixerat in eodem iudicio; & pariter puniendus eſt de falſo. Et in hoc omnes conueniunt, ut ait Didac. lib. ſecundo reſolutionum.capit.13.poſt nume. 8. uerſicu. Cæterùm, ibi tertium eſt. Sed in hoc propoſito uidenda ſunt ea quæ dixi in dicta quæſtione 53. ubi diffuſius ſcripſi, & hic non repeto.

7 CONVINCITVR etiam † teſtis de falſo per alios teſtes numero plures, qui contrarium deponant. Sed pone, quòd duo teſtes tantùm inter ſe contradicant, nunquid erunt puniendi de falſo? Reſpon. aliqui tenent quòd ſic. Et hanc dicit eſſe
* communem opi. Areti. conſil. 71. nume. 3. quem refert Boſſ. in titu. de tortura teſtium, nume.35.in titu. de falſis, nu.20.Sed certè ego non credo, quòd hæc opinio ſit neque communis, neque uera; quia ſi

neutri eorum eteditur, quo ad hoc vt pro-
bent ſecundum communem opi. vt dixi ſu-
pra lib. v. § Teſtis, multo minus erit uni cre
dendum contra alium; vt ille puniatur de
falſo. Benè poteſt & debet iudex hoc caſu
ſuper ipſa contrarietate diligenter inquire-
re, quis eorum falſum dixerit. Et etiam ubi
tales teſtes eſſent aliàs ſuſpecti uel malæ
cond. poſſent ſubijci torturæ, prout ſe vidiſ
ſe practicari affirmat Boſſ. in d. tit. de falſis,
num. 24. Quod tamen intelligendum eſt cũ
grano ſalis, ut ſcilicet Iudex priuſquam ad
talem actum torturæ deueniat, diligenter
animaduertat, ne deſtruat intentionẽ fiſci,
vel indebitę lędat ius partis: & uideat, an
dictum vnius ex ipſis teſtibus coadiuuetur
alijs pręſũptionibus: & ſimilia, ĩ quibus uer-
ſabitĩ multũ religio ipſius iudicare debentis.

8 Scias tamen, quòd † dicta teſtium ſunt
inter ſe, quantum fieri poteſt, concordan-
i da, ut euitent falſum, *i* ut dixi in d. § Te-
ſtis. Et hoc non modò ſi plures teſtes inter
ſe contradicant, ſed etiam ſi unus teſtis ui-
deatur ſibi ipſi contrarius.

9 Solet etiam dici, q; † teſtis deponens
K ſuper negatiua eſt ſuſpectus de falſo, *K*
nam regulariter negatiua eſt improbabilis,
ut dixi infra hoc eo. lib. § fi. q. 52. uer. Scias
aũt. Scias tñ, q; teſtis ex eo ſolo, q; deponat
ſuper negatiua, non põt puniri de falſo. Et
* eſt cõmunis opi. ut atteſtatur Boſſ. in tit. de
defenſ. reorum, nu. 34. Quod intellige, niſi
per alias probationes conuincatur falſum
depoſuiſſe; poteſt tamen puniri pœna ex-
l traordinaria *l* ob temerartam aſſertionem.
Et ita tenent communiter ſcribentes, ut di-
dit Cagno. in l. vnica, num. 38. ff. ſi quis iuſ-
di. non obtempera. Scias etiam, quòd in du-
bio uerba teſtis ſunt intelligenda, ut talis
falſitas, quam incurrit teſtis deponens ſuper
negatiua, euitetur. Ita colligitur ex gloſ. in
Liuris gentium, §. quod fere. in uerbo, Con
trarium probetur, ff. de pac. quam dicit eſſe
communiter approbatam Curt. Iun. in d l.
vnica, in princ. num. 9. Faciunt quæ dixi in-
fra uerſi. Item debet.

10 Sed quid ſi † teſtis non depoſuerit fal-
ſum circa factum principale, nec circa qua-
litates ſubſtantiales, ſed circa alia extrinſe-
m ca, *m* nunquid poterit puniri de falſo? Re-
ſpond. quòd non. ita dicit Bal. in l. ſi ex fal-
ſis, circa fi. C. de tranſac. & ita communiter
concluditur, ut dicit Alex. cõſi. 88. num. 19.
li. 5. Poteſt tamen puniri pęna ſtellionatus
ſecundum Iac. Butri. in l. Lucius, ff. de his
qui not. infa. Et idem dicunt omnes docto-
res teſte Marſil. conſ. 70 num. 11.

11 Pone, teſtis † negat ſe dixiſſe, prout no-
tarius ſcripſit, notarius verò aſſerit teſtem
ita dixiſſe, ut ſcriptum eſt: cui magis eſt cre
dendum? Reſpond. quòd regulariter magis
creditur notario, vt dixi infra hoc eo. lib. §.
fi q. 53. verſi. Quintus eſt caſus. Sed quãtum
ad hoc, vt notarius uel teſtis puniantur de
falſo, non creditur neque notario contra te
n ſtem, neque teſti contra notarium. *n* Ita
tenuit Specul. in tit. de teſte, §. j. verſicu. Sed
pone iudex. Et ita concluditur per omnes,
vt dicit Alexand. conſi. 74. num. 12 lib. 1. ita
* etiam cõiter concludi atteſtatur Rimi con-
ſi. 56. nu: 2. Et ita reperio decißum fuiſſe in
facti contingentia per conſil. Neapol. teſte
Capic. deciſ. 94. in cauſa Io Pauli. Dicit au-
tem Prac. Millei. fo. 83. num. 46. quòd ho-
die de conſuetudine ad abundãtiorem cau-
telam iudices ſolent, imò tenentur acta &
proceſſus criminales ſigni ſui, aut chirogra-
phi munimine comprobare unà cum ſcri-
ba ſeu notario. Sed hoc apud nos non ſerua
tur. Bene ſolent quandoque iudices in cau-
ſis arduis facere, quòd teſtes ipſi poſt eo-
rum depoſitionem manu ſua atteſtationes
ſuas ſubſcribant: quod ſatis placet. Hæc au-
tem omnia intellige, ut procedant, quando
in ipſo examine nullus præſens fuiſſet, præ-
ter ipſos notarium & teſtem. Sed ſi ultra no
tarium fuiſſet etiam præſens iudex, tunc
abſolute ſtatur ei, quod reperitur ſcriptum,
quicquid teſtis poſtea dicat.

12 Tu ſcis, quòd † dictum teſtis non probat,
niſi ſit iuratus, ut dixi in d. §. Teſtis. Mo-
dò aliquis dixit teſtimonium non iuratus,
nunquid poterit argui de falſo? Reſpond.
quòd poterit puniri de falſo, perinde ac ſi
iuraſſet, ita dixit Barto. in l. ſi quis legatum,
* nume. 3. & ſeq ff. de falſis. Et eſt communis
opi. ut dicit Alexan. in l. edi, §. cum autem,
num. 7. ff. de edendo, Curt. ſen. in trac. de te
ſtib. concluſ. 15. nume. 34. licet enim teſtis
non iuret, non tamen propterea dicitur
eius diſpoſitio eſſe ſine forma, ut declarat
Bar. ibi, meritò eſt puniendus. Quo ad hoc
tamen an iuramentum ſit de forma, uel ne,
videnda ſunt ea, quæ dixi in d. §. Teſtis. Et
eſt intelligenda hæc concluſio ut procedat,
modò talis falſitas, quam depoſuit teſtis nõ
iuratus, ſit nocibilis: aliàs enim non eſſet
de falſo puniendus, ſaltem pœna ordina-
ria

ria, iuxta ea, quæ dixi infra verſicu. Item
excuſatur.
13 QVÆRO, nunquid ad hoc, vt teſtis di-
catur falſus, ſufficiat probare, quòd dixit
falſum in ſua depoſitione, an aũt debeat
etiam probari, quòd fuerit corruptus? Re
ſpond. quòd ſufficit probare teſtẽ falſum
dixiſſe, abſq; eo, quòd probetur quòd pe
cunia vel alio modo corruptus falſum de
poſuerit. ita dicit glo. in c. licèt cauſam, in
gl. ſecũda, circa med. de probatio. Et hæc
opi. cõmuniter tenetur, vt dicit Imola in
l. Diuus, col. prima, in gl in verbo, Corru-
ptis, ff. de re iudica. Hanc etiam dicit eſſe
communem opi. Soc. Iun. conſ. 40. nu: 9.
lib. 2. Menchiaca controuerſ. vſu frequen
tium, c. 36. num. 10. niſi tamen pars vtrun
que ſimul dixerit, ſcilicet teſtes corru-
ptos falſum dixiſſe: nã eo caſu vtrunq; ꝓ-
bare tenetur, ſecundum communem opi
nionem, vt ibi per Mẽchiac. cui tamẽ hęc
differentia non placet, prout neque etiã
placet mihi. Si verò pars vtrunque ſi-
mul, ſed copulatiuè deduxerit, q a ſcilicet
dixerit teſtes corruptos fuiſſe, & falsũ de
poſuiſſe, eo caſu ſufficit alterum probare.
Et hæc eſt communis opi. vt atteſtantur
ſcribentes in d. l. Diuus. quos refert Men
chiaca in loco præallegato, num. 14.
14 SED quid conuerſo, nunquid † ſufficit
probare, quòd teſtes acceperunt pecuniã
o pro teſtimonio dicendo, o abſque eo, ꝙ
probetur ipſos falſum depoſuiſſe? Reſpõ.
Bar. in l. prima in princ. poſt gl. in verbo,
Aduocationẽ, ff. de falſis, & in d l. Diuus,
num. 7 ff. de re iudicata. tenuit, ꝙ eo ipſo
quòd probatur teſtem accepiſſe pecuniã
ꝓ teſtimonio ferendo, poſſit puniri de fal
ſo. Et hanc opi. dicit ſequi cõmuniter do
ctores Anan. in c. primo, num. 15. de falſis.
Menchiaca controuerſ. vſu frequentium,
c. 36. num. 6. illam etiam dicit eſſe magis
communem Didacus in repe. c. quamuis,
fol. 55. col. tertia, licet dicat illam ſibi non
placere. Idẽ atteſtatur Nunius de los cor
regidores, fol. 238. nu. 18. in fi. Alij dicunt,
quòd ex eo non probaẽ falſitas teſtis quo
ad illum, qui dedit pecuniam. Et ait Dec.
in d. c. licet cauſam, num. 20. de probatio.
& conſ. 189. paulò ante num. 12. quòd ita
tenent cõmuniter doctores, quem refert
Boſſ. in titu de falſis, nume. 168. & in tit.
de oppoſ. contra teſtes, nu. 148. & Viuius
in li. communium opi. fo. 299. verſ. Teſtiũ
ſolã. Ego verò ſic dico. Aut apparet teſtẽ,
qui pecuniã accepit falſum depoſuiſſe. Et
ſuperfluũ eſt quærere, an ſit ꝑꝑ corruptio-
nẽ de falſo conuictus, cũ ſit de falſo teſti-
monio oĩno puniendus. Aut apparet ipſũ
veritatem dixiſſe. Et hoc caſu ego non vi
deo, quomodo poſſit puniri de falſo, ex
quo cõſtat ipſum nõ dixiſſe falsũ. Et ideo
dicerẽ poſſe puniri aliqua pœna extraor-
dinaria, ex quo turpiter accepit pecuniã
pro eo quod tenetur gratis facere & hoc,
niſi accepiſſet pro ſuis expenſis vel operis:
p nam eo caſu potuit licite accipere. p Aut
verò dubitatur, nunquid falſum aut verũ
dixerit. Et eo caſu negari nõ poteſt, quin
ſit valde ſuſpectus, ꝙ falſum dixerit. Et
ideo crederem quòd poſset iudex illũ tor
queri facere ſuper falſitate principalis de
poſitionis, & deinde etiam illum punire
extra ordinem, propterea ꝙ pecuniam
turpiter accepiſſet, vt ſupra dixi.
15 POENA autẽ † teſtis falſum deponẽtis,
de iure canonico eſt in clerico, depoſitio
& detruſio in monaſteriũ. c. ſi epiſcopus,
q 50 diſtinct. De iure ciuili eſt pœna falſi, q
de qua dixi infra verſ. Sed quęro. Item te
ſtis falſus tenẽ verſus partẽ de omni dã-
no contingente propter illud falſum teſti
moniũ, ſecundum regulam, quam tradit
gl. in c. presbyterum, in glo. fin. de homi.
Hoc tñ intellige, vt procedat in foro con-
tentioſo ſecus aũt in foro conſcientiæ: nã
in hoc foro non tenẽ niſi de falſo teſtimo
nio, nõ autem de damno ex illo ſubſequẽ
te. Ita ſingular. dixit Vinc. i c. 1. de cuſtod.
eucha. quem ſequũtur cõmuniter docto
res, vt dicit Corſet. in ſuis ſingul. in ver-
bo Teſtis, uer. ſi aliquis. quod nota, quia
de facili quis reſponderet contrarium.
16 VTENS dicto † falſi teſtis, dicitur falſum
cõmittere. Quod intellige, ſi ſciens teſti-
moniũ eſſe falſum eo vtatur, aliàs ſecus.
Et quia ſcientia eſt difficilis probationis,
ideo inuẽta eſt illa practica, qua quotidie
vtuntur aduocati & procuratores, quia fa
ciunt partẽ, quæ producit teſtem, interro
gari, an velit vti dicto ipſius teſtis, cũ ter-
mino ad deliberandũ. Et ſi in eo termino
r reſpondeat r ſe uelle uti, tunc habetur ꝓ
ſciente, ut dixi infra uer. Vtens falſo. Et
iſtud interrogatorium eſt de conſuetudi-
ne, ut dicit Rimin. conſ. 569. nu. 5. ubi cõ-
ſuluit, ꝙ iudex inquirẽs non poteſt hanc
interrogationem facere. Quod nota.

FABRICANS falſum inſtrumētum dicitur falſum committere. Pœnam autē notarij fabricantis falſum inſtrumentum de iure communi eſt pœna falſi, de qua dixi infra verſ. Sed quæro. De iure autē Lōgobardorum erat pęna amputationis manus dextrę. Et hæc pęna etiā hodie ſeruatur, vt atteſtat Gandi. de malefi. in Rubr. de falſar. nume. 3. quem refert Auguſt. ad Ang. de malefi. in verbo Falſario, poſt nu. 48. & Roland. conſ. 38. nu. 16. li. 1. & ſi. Capic. deciſ. 153. nu. 5. dicat, quòd ille notarius fuit ſuſpenſus propter cōſtitutiones vtriuſque regni, quæ puniunt hoc crimē vltimo ſupplicio. In hoc tamē Ducatu pro prima falſitate, notarij vt plurimū puniūtur citra mortē: ſed ſi plures committāt, igne comburuntur, prout vidi in facti cōtingentia condemnatum ad ignem quendam Antoniū Gayanellum 6. Iuni. 1545. & alium de Aplanis 27. Aug. 1548.

18 PRODVCENS falſum † inſtrumentum dicitur falſum committere, ſi ſciebat illud eſſe falſum.

19 VTENS falſo † inſtrumento dicitur falſum committere. l. maiorem, C. de falſis. Et ita in facti contingentia conſuluit Barbat conſ. 54 maxime nume. 16. & ſeq. li. 3. Scias tamen, quòd ille, qui vtitur falſo inſtrumento, non punitur, s niſi ſciēs illud eſſe falſum eo vſus fuerit. Et quia ſciētia difficile probari poteſt, niſi p coniecturas, vt dixi infra li. 7. §. Probatio, idem in practica inuentus eſt modus ad illam probandam ſaltē pręſumptiue, ſcilicet interrogādo producentem, an velit vti ipſo inſtrumento, cū termino ad reſpondēdum, Et ſi in eo termino reſponderit velle vti, punit de falſo t tanquā ſciēter producēs, vt dixi ſupra verſ. Vtens dicto Et ſcias, q; ſtatuto dicto termino, tenetur clare reſpōdere, & ſine vlla cōditione, vel adiectione, an velit vti vel non. u Et hoc ſiue ſit factum propriū, ſiue alienum, & ſiue poſſit de eo veriſimiliter eſſe inſtructus, ſiue nō. Et hæc eſt cōmunis opin. vt dicit Boſſ. in tit. de falſis, num. 155. Bene verum eſt, q; ſi agatur de facto alieno, de quo nō ſit veriſimiliter inſtructū, iudex debet illi (ſi eā petat) concedere longiorē dilationem ad reſpondēdum, quàm ſi ageretur de facto proprio. Et ita vſu obſeruatur. Scias etiā, quòd ille, qui vtitur falſo inſtrumēto, mitius punit, quam ille, qui illud fabricauit, vel fabricari fecit, nam ſolūmodo punitur pœna relegationis. Et ita cōmuniter tenetur, vt dicit Salic. in l. ſi veteris, nu. 4. C. de fide inſtrum. Fabricans aūt punitur pęna falſi ordinaria, quę eſt deportatio cum publicatione bonorum.

20 NOTARIVS autem x non † modo fabricans falſa inſtrumenta dicitur falſum committere, ſed etiā ſi in inſtrumēto aliquid apponat, quod verum non ſit, puta ſi in inſtrumento mutui apponat verbū, numerauit, quum tamē tempore celebrati cōtractus nulla pecunia fuerit numerata. Et ideo debet puniri de falſo. ita dicit gl. in l. ex cautione, in gl. magna. ff. de pac. q; ſequuntur omnes, vt dicit Alex. in l. prædia, nu. 4. ff. de acqui. poſſ. Hanc etiam dicūt eſſe communem opin. ſcribentes in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. & in ſpecie Iaſ. nu. 48. qui dicit, q; totus mūdus eā ſequitur, & Dec. nu. 33. quē refert Diaz regu. 492. Et licet Bar. in d. l. prædia, nu. 3. poſt Iac. Butr. videatur tenere, q; illud verbū, numerauit, poſſit etiā verificari in actu ficto, illa tamē opi. communiter damnatur, vt dici Alex in ea l. ſingularia, poſt nu. 33. quē refert Dec. ibi, poſt nu. 33. & Foller. in prac. crimi. fol. 162. num. 66. Idem dicit Curt. Iun. in ead. l. ſingularia, nu. 36. Non enim debet notarius conficere inſtrumētū, niſi de his, quæ ſenſu corporis tūc percipit, ſecundū doctri. Bart. in auth. ſi quis in aliquo, circa fi. C. de edendo, quam dicit eſſe communiter approbatam Curt. Iun. in d. l. ſingularia, poſt nu. 36.

21 SIC etiam ſi † notarius ſcripſerit in inſtrumento, rogauit Titius, ſpopondit Meuius, & probetur, q; tempore confecti inſtrumenti Titius erat abſens, y procul dubio incidit in pœnā falſi. ita ſentit Bart. in l. iuriſgentium, §. quod fere. ff. de pac. quē ſequuntur communiter doctores, vt atteſtat Ripa in l. j. in princ. nu. 3. ff. de verbo. obl. Licet enim quis poſſit interrogare, & alius reſpōdere ex interuallo, tamē quū in inſtrumento apponatur locus & tēpus præciſum, non debet notarius (vt dixi) ponere in inſtrumento, niſi ea, quæ percipit ſenſu corporis tempore confecti inſtrumenti, aliàs incidit in crimen falſi. z

22 PARITER etiam † notarius a omittens apponere ſolēnitates requiſitas in inſtrumento, de quo eſt rogatus, incidit in pęnā falſi. Et ita magis communiter tenetur, vt dicit

dicit Com. cõſi 53. in littera G. li. 4. Scias tamẽ, ꝙ propter hoc nõ punitur de falſo, niſi in caſibus à iure expreſſis. Et hæc eſt cõmunis opin. vt dicit Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerb. Falſario, in fi. quem refert Prac. Conradi, fol. 393. nu. 10.

23 Adde, quòd † notarius cõficiẽs inſtrumentũ ſuper re illicita, extra caſus a iure permiſſos, incidit in pœnam falſi. ita tenet Bar. in l. j. ver. Venio ad tertiã, C. de petit. bo. ſubla. lib. 10. cuius opin. ab oĩbus approbatˀ, ut dicit Auguſt. ad Ang. de maleſi. in d. uerbo Falſario, num. 46. quẽ refert Prac. Conradi, fol. 393. nu. 9. in fi.

24 Item notarius † negans ſe eſſe rogatũ de iſtrumẽto, de quo reuera fuit rogatus, punitˀ pœna falſi. ita tenent communiter ſcribẽtes, ut dicit Curt. Iun. ĩ l. quĩ accuſare, poſt num. 12. C. de edẽdo. Quod intellige, niſi notarius eſſet vir bonæ opinionis, & factũ eſſet iã ante lõgo tempore ipſum inſtrumentum, nam eo caſu eſſet excuſandus, quia ex curſu longi tẽporis præſumitur obliuio, ut dixi ĩfra lib. 7. §. Poſſeſſio. Bene uerũ eſt, quòd ſi pars faceret ſtatui notario terminum ad reſpondendũ, an eſſet de eo rogatus, & negaret, dicerem illum non eſſe à pœna falſi excuſandum.

b Sunt etiam alij caſus, b in quibus falſum cõmittitur, puta falſificando litteras
c Papę, Regum c &c. Et nota, quòd clericus committens crimẽ falſi in literis apoſtolicis ſtatim eſt degradandus, & tradẽdus curiæ ſeculari, ut dixi infra §. fi. q. 36. ver. Scias etiam, & uerſi. Videmus etiam.

25 Abradens inſtrumenta, † dicitur falſum cõmittere. Et ſcias, quòd de abraſione facta in literis cõfirmatorijs principis, vel in litteris de iuſtitia, idẽ iudicatur, ꝙ de raſura alicuius inſtrumenti. Et eſt cõmunis opin. vt dicit Afflic. deciſ. 404 poſt nume. 4.

d Aperiens d & † deſigillans e litteras
26 alienas, vt illas oſtẽdat aduerſario, com-
e mittit crimẽ falſi. ita tenet Bar. in l. Titio, num. 3. ff. ad municip. Et eſt cõmunis opi. vt dicit Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerbo Falſario, nu. 10 quem refert Prac. Cõradi, fol. 392. col. 2. in prin.

27 Aſcribens ſibi † legatum in teſtamento alieno, punitˀ pœna l. Cornel. de falſis, quæ eſt deportatio & bonorũ publicatio, l. j. §. fi. ff. ad leg. Corn. de falſis. l. Senatuſcõſulto, C. de his qui ſibi aſcrib. Et hoc ex diſpoſitione Senatuſcõſulti Liboniani, vt ibi. Hoc autem Senatuſconſultũ de plano procedit, quando teſtamẽtum, de quo agitur, fuit confectum in ſcriptis, & ſic per ipſam ſolam ſcripturã poteſt ueritas voluntatis probari, prout etiam aperte loqui videntur uerba ipſius Senatuſconſulti. Sed quid in teſtamẽto nuncupatiuo, quod cõficitur coram teſtibus, propterea ꝙ uidetˀ ceſſare ſuſpicio, ex quo uoluntas poteſt etiam per ipſos teſtes probari? Reſpõd. ꝙ etiam in tali teſtamento locum habet diſpoſitio dicti Senatuſconſulti. Ita tenuit Dy. quẽ cõmuniter doctores ſequuntˀ, ut dicit Bello. conſi. 80 poſt nu. 3. Hanc etiã dicit eſſe cõmunem opi. Boſſ. in tit. de his, qui ſibi aſcribunt, nume. 3. Licèt enim adſint teſtes, quãdo conficitur teſtamentũ, tamen experientia docet, ꝙ quilibet de facili obliuiſcitur, præſertim ea, q̃ ad ipſum non pertinent: ꝑterea ubi quid reperitur ſcriptum in teſtamento, pauci ſunt, qui contra, ipſum teſtamẽtum uelint deponere. Si tamen notarius probaret ꝑ teſtes, quòd teſtator tale legatum ſibi reliquiſſet, credo quòd euitaret pœnam falſi. Et ita intelligo illud quod dicit Anan. ĩ c. accedens, poſt num. 6. de crimi. falſi. dũ atteſtatur cõmuniter teneri, quòd quando eſt tale teſtamentũ nuncupatiuum, quod probatur ꝑ teſtes, nõ tenetur notarius in eo aliquid ſibi aſcribẽs, ſcilicet, ꝙ ſequuta probatione per teſtes, notarius non ſit ex ea cauſa moleſtandus.

f Prohibens f aliquem † teſtari, inci-
28 dit in crimẽ falſi, l. Paulus, ff. de falſis, ut in caſu Corn. cõſi. 56. lib. primo, & cõſ. 84. eod. uol. & conſil. 109. lib ſecundo, & cõſi. 110. lib. quarto, & Calcã. cõſi. 9 t. & Iaſ. cõſi. 31. lib. primo, & Soci. conſi. 105. lib. primo, & Soci. Iun. conſi. 148. lib. ſecundo: & punitur talis prohibẽs pœna extraordinaria arbitrio iudicis. ita tenent cõmuniter doctores, ut dicit Boſſ. in tit. de his, qui ꝓhibẽt aliquem teſtari, num. 1. & ei aufertˀ hæreditas tanquam ab indigno. Scias tamen, quòd ad hoc, ut huiuſmodi pœna locum habeat, duo requirũtur. Primum ꝙ
g defunctus uellet teſtari. g Secũdum, quòd
h fuerit prohibitus teſtari. h Et hoc eſt cõmune dictum, vt atteſtatur Soci. Iun. in d. conſi. 148. num. 1. lib 2.

i Vendens i eandem † rem duobus,
29 incidit in crimẽ falſi i ſi verò alienat duo-

bus alio contractu, quàm venditionis, tātùm pęna ſtellionatus, tex. eſt in l. qui duo bus, ff. de falſis. Sed certè illis iuribus derogatum eſt per generalem conſuetudinē, vt atteſtatur Prac. Pap. in forma libelli, in actione hipothecaria, in verbo, Sub eadē, col. fi. quē refert Prac. Conradi, fol. 397. nume. 22.

30 TRITA eſt cōcluſio apud omnes, † q̃ ſuſpicio falſi pro veritate habetur, & fuit dictum Archid. in c. in memoriā, 19. diſtinct. Scias tamen, quòd hęc concluſio ita ſimpliciter intellecta non eſt vera, imò in contrarium eſt communis opi. vt atteſtatur Gratus, conſi. 60. num. 16. lib. 2. Soci. Iun. conſi. 45. num. 8. lib. tertio, quē refert Herculan. de proban. nega. nu. 131. Eſt igitur diſtinguendum: nam aut loquimur in criminalibus ad puniendum aliquē de falſo, & tunc ad probandam, falſitatem non ſufficiunt coniecturæ neque ſuſpiciones, ſed requiruntur probationes legitimæ & quæ de neceſſitate concludant. Et eſt cōmunis opi. vt dicit Soci. Iun. conſi. 39. nu. 44. & num. 77. li. ſecundo, & conſi. 61. nu. 9. eo. vol. Boſ. in tit. de of. corrup. pecu nu. 14. Aut loquimur in ciuilibus ad elidendā aliquam probationem, & eo caſu vtique talis ſuſpicio falſi pro veritate habe- K tur, *k* & ita intelligendo, illud dictum Archid. eſt communiter approbatū, vt dicit Curt. Iun. conſil. 132. num. 10. & conſil. 166. num. 6.

31 SED Quæro, quæ † ſit pœna falſi? Re l ſpon. q̃ eſt deportatio cum publicatione bonorum: hæc tamen pœna hodie non eſt in vſu, neque imponatur alicui de cōſuetudine, vt dicit Gandi. tit. de falſa. nu. tertio, quē refert Auguſt. de malefi. in verbo Falſario, poſt num. 48. nam (vt ipſe ait) hodie non utimur deportationibus, vt dixi etiam infra hoc eo. li. § fi. quęſt. 67. ver ſi. Deportatio. Et ideo (ſecundū eum) vbi adſūt ſtatuta ſuperinde diſponētia, Imponēda eſt pęna expreſſa in ipſis ſtatutis, vbi verò non ſit à ſtatutis aliqua pęna impoſita, tūc imponenda eſt pęna cōſueta, quaſi hoc arbitrio iudicis relinquat. Et dicit, q̃ ita ſentiūt Iac. de Are. & multi alij do. Vide q̃ dixi ſu verſ. Teſtis falſū, & ver. Pęna aūt. & ver. Fabricās, & in d. ver. Deportati.

32 ITEM Propter † falſitatem commiſſam in cauſa, pars ipſa falſitatem committens cauſam amittit, *m* Et hæc eſt communis opi. vt dicit Boer. dec. 291. nu. 2. q̃ ut illū refert Villalobos in ſua collecta cō munium opi. in littera F num. 4. Tu verò dic, quòd aut commiſſa eſt falſitas circa teſtes, aut inſtrumenta, & hoc caſu nō amittit cauſam. ita dicit Bar. in l. in fraudē, §. quoties, ff. de iure fiſci. Et eſt cōmunis opi. vt dicit Dec. in c cū uenerabilis, num. 21. de excep Boer. in d. deciſ. 291. poſt nume. 2. quem refert Turzan. in ſuis cōmunibus opi c. 81. Aut uerò eſt cōmiſſa falſitas circa acta ipſius cauſę, & tunc cauſā amittit. ita dicit Bar. in loco prælallegato, & ita cōmuniter tenetur, ut ait Dec. in d c. cū venerabilis, poſt nume. 21. Hāc ēt opi. dicit eſſe cōmunē Alexā. in l. Diuus, de re iudi. num. 6. quē refert Didac. in repe. c. quam uis, fol. 56. poſt num. 6. verſi. Item punit. & Prac. Conradi fol. 339. num. 31. Boer. in loco prællegato, ubi etiam ſubdit, quòd ita ſeruatur in practica, quem refert Vantius de nullitatibus, fol 334. num. 141. Ru in. conſi. 15 nu. 3. lib. 5. Et licet aliq tenuerint iſtud tantummodo locū habere quādo cauſa eſt cū fiſco, nihilominus magis communis opi. eſt, quòd habeat locū etiā quando eſt cum priuato, ut atteſtat̄ Ruin. in loco prællegato.

33 EXCVSATVR autem † à crimine & pœna falſi ille, qui non eſt in dolo, nam vera n eſt iuris concluſio, q̃ falſitas ſine dolo *n* committi non poteſt Et eſt cōmunis opi. vt ait Soci. Iun conſi. 39. num. 83. lib. ſecūdo. Faciunt quæ dixi infra hoc eo. lib § fi. q. 84 circa prine.

34 PRÆTEREA excuſatur, quando † illud, quod dicit falſum, adiuuatur primordio veritatis. Eſt enim certa iuris concluſio, quòd non poteſt dici falſum illud, q̃ iuuatur primordiò veritatis, l. cū filius, §. Hæres meus, ff. de leg. ſecūdo. Et hanc cōcluſionem dicit eſſe cōmuniter approbatam Foller. in prac. crim. fol. 183. nu. 35.

35 ITEM Excuſatur, † ſi falſitas nemini præiudicat, nam regulariter nemo incidit in pœnam falſi, niſi falſitas commiſſa ſit in tabulis, quia ſcilicet alicui præiudicet, aut o potuiſſet præiudicare. *o* ita colligitur ex gl. in l. damus, i verbo, Priuatas, C. de falſis, quā ſequūtur communiter doctores, vt dicit Ale. conſ. 145. col. prima, ver. Cōfirmo per id, lib. 6. Et illam gl eſſe ſingularem & cōmuniter approbatā atteſtatur Barb. conſ. 52. nu. 4. lib. 3. Hanc etiam dicit

cit eſſe communẽ opi. Soci. cõſi. 103. nu. 1. & 2 lib. primo, quod eſt duplicatũ in conſi. 185. lib. ſecundo, quẽ refert Didacus in repe. d. c. quãuis, fo. 56. poſt num. 6. verſi. Pęnę verò ſtatutę & prac. Cõradi, fo. 399. poſt num. 34. & Foller. i prac. crim. fo. 346. num. 102. & Viuius in li. communiũ opi. in verbo, Falſitas q́ nemini, & fo. 298. ver. Teſtis falſum, in fin. Turzanus in ſuis cõmunibus opi. c. 80 Plottus in repe. l. ſi quã do, nu. 716. in fi. Et dicit Curt. Iun. de feu. in quarta parte, in prima cauſa amiſsionis feudi, quæſt. 10. quòd hec eſt communis practica, qua aduocati ſępe utuntur. Idẽ dicit Anan. in c. 1. poſt num. 14. de falſis. Et ita reperio ſeruatũ fuiſſe per ſenatum in quodam errore commiſſo per quẽdã Tro uanum notarium, 28. Nouẽbris 1543. P. N. Hinc infertur, quòd quãdo ſcriptura, quæ dicitur falſificata, deficiebat ĩ forma, & circa ſubſtantialia, & ſic erat nulla, neque ex ea poterat alicui præiudiciũ inferri, eo caſu ille, qui in ea falſitatem dicitur commiſiſſe, non poteſt de falſo puniri. ita dicit Bar. in l. ſi quis legatum, num. 2. ff. de falſis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alber. in ſecũda parte ſtatutorum, quęſt. 147. Hanc etiam atteſtatur eſſe cõmunẽ opi Soci. conſi. 104. poſt nume. 3. verſi. Tertius caſus, lib. primo, quem refert Frã. de Mariano inter conſi. crim. diuerſorum cõ ſi. 100. num. 1. lib. ſecũdo. Sic etiam teſtis, cuius depoſitio erat nulla, uel aliàs nemini ꝑiudicare poterat, non põt de falſo puniri. Intellige pœna falſi ordinaria. Sed bene poteſt extra ordinem puniri pœna ſtellionatus. Et ita cõmuniter tenetur, vt dicit Albe. in 2. parte ſtatutorũ. q. 176. Cotta in memoral. in verbo, Mẽdax, circa fin. Hanc &t opi. dicit cõem Gãd. de maleſic. ĩ titu. de Falſar. nu. 21. prout illũ refert Auguſt. ad Ang. de maleſic. in verbo, Falſario nu. 22 Relatus & ipſe ĩ pract. Cõradi. fol. 395. poſt nu. 20. Ego verò ĩ hac materia ſolitus ſum diſtinguere duos caſus. Primus eſt, qñ, ſiue teſtis diceret verũ, ſiue falſum, & ſiue ꝓbaret illud qđ depoſuit, ſiue nõ, in oẽm caſum nõ poterat alicui nocere, &t ſi falſitas deteċta non fuiſſet. Et hoc caſu Bal. in l. ſi. nu. 20. C. ſi ex falſis inſtrũs. tenuit, q̃ talis teſtis inutilis falsũ deponens, puniat de falſo. Sed contrarium cõiter tenet, vt dicit Socin. in d. conſi. 103. nu. 1. li. 1. vbi etiam in fine conſilij dicit hãc opin. cõtra Bald. eſſe communem quaſi omniũ opin. ſubdens nõ eſſe ab ea iudicãdo receđẽdũ. Et ita ꝓcedat gl. in d. l. damus. cũ ſi. Addit Socin in d cõſi. 104. nu. 2. li j. idẽ eſſe dicẽdũ, qñ aliquis cõmitteret falſitatẽ in ſcriptura, quæ de ſe nullam faceret probationẽ, puta ſi quis ĩ libro ſuo ſcriberet aliquem eſſe ſuum debitorem. Et dicit, q̃ Salic. in l. j. nu. 6. C. de ſepulchro viol. q̃ tenuit, quod hoc caſu debeat puniri de falſo, male locutus eſt. & cõtra cõmunẽ opi. Et ita q̃ talis falſitas puniri non poſſit, dicit eſſe communẽ opin Plott in repet. l. ſi qñ, nu. 722. Sed certe, iudicio meo, hoc non trãſit ſine difficultate, quia doct. ĩ hac materia loquentes conſiderant nõ ſolũ q̃ falſitas poſſit nocere eo tpe quo fit, ſed etiam quòd in futurũ ſit apta aliquo caſu nocere, prout nocere põt ſcriptura, vel liber priuatus viri probi, poſt eius mortẽ ꝓducta, iuxta ea quæ dixi infra lib. 7. Propterea ego hoc caſu dicerẽ, quòd aut talis falſum cõmittens, uſus eſt etiam illa re falſificata, puta cã producẽdo in iudicio, vel huiuſmodi, & tunc debeat puniri de falſo, iuxta opinionem Salic. Saltẽ pœna extraordinaria, aliàs autem poſſet teneri opin. Soci. tanquam mitior. Secundus eſt caſus, quando ſcriptura falſificata, uel dictum teſtis falſi poterat alicui præiudicare, ubi falſitas deteċta nõ fuiſſet. Et hoc caſu, aut actus de ſe erat validus ĩ ſubſtãtia, & forma, ſed ĩ alijs deficiebat, & tũc punitur falſarius pœna falſi, ꝑinde ac ſi fuiſſet omnino ualidus, & ita finaliter concludere doctores atteſtatur Marſil. conſil. 70. nume. 12. Aut vero actus peccabat in ſubſtantia, & forma, & hoc caſu, ex quo non poterat nocere, nõ debet puniri pœna falſi ordinaria, ſed extra ordinẽ pœna ſtellionatus. Et ita intelligo doctrinã Bartoli in d. l. ſi quis legatum. & Gand. in loco præallegato. Et in hoc propoſito generaliter cõcludo, quòd licet falſitas non nocibilis non ſit punienda pœna falſi ordinaria, debet tamen puniri pęna extraordinaria ſecundum qualitatem facti, & perſonarum arbitrio iudicis. Et hæc eſt cõmunis opi. vt dicit Plot. in rep. d. l. ſi qñ, poſt nu. 721. An autẽ teſtis non iuratus poſſit argui de falſo, dixi ſupra verſic. Tu ſcis, qđ dictum.

36 Item debet† Iudex omni ſtudio laborare, ut reos à pęna falſi excuſet. & ideo debet, quãtũ fieri poteſt, ſtudere, ut dicta teſtium

teſtium contraria deponentiſi, ad concor
diam reducat, ut dixi ſupra lib. 2. §. Teſtis.
Pariter etiam inſtrũ iuuare debet oĩ in-
terpretatione & diſtinctione, ne falſum iu
dicetur, ut colligĩ ex glo. in l. Iuriſgen-
tium, § quod ferè. in uerbo, Contrarium
probetur, ff. de pac. quã dicit eſſe commu-
niter approbatã Curt. Iun. in l. ſingularia,
poſt num. 36. ff. ſi cert. peta. Hanc etiã di-
cit eſſe cõmunem opi. Cepolla con. crim.
32. uerſi. Et quòd hoc ſit. Faciunt quæ di-
xi ſupra uerſi. Solet etiam.

37 Dixi etiam, quòd † circa monetam po
teſt cõmitti falſitas. Et ſcias, quòd multis
modis poteſt quis falſum cõmittere circa
p monetã. Primo fabricando falſam mone-
tam, ꝑ Secundo adulterando, Tertio di-
minuendo Quarto illam ſic falſificatam,
uel adulteratam, uel diminutã expenden
do. Falſiſitans autẽ monetam Imperato-
q ris ꝗ punitur pœna ignis, ut eſt tex. in l. 2.
C. de falſa moneta. ſecundũ interpretatio
nem quam dicit eſſe cõmunem Viuius in
libro cõmuniũ opi. in uerbo, Monetã falsã
Imperatoris. & Didac. in lib. prac. qſt. fol.
339. nu. 3. In Gallia aũt falſificãtes mone
tã Regis, in aqua feruẽte ſiue bulliẽte ſuf
focant, ut dicit Igneus in repe. §. nõ aliàs,
num. 597. ff. ad Sylle. Falſificans autẽ mo-
netam ciuitatis punitur pœna capitali, ut
eſt tex ĩ l. prima, C. eod. tit. de falſa mone
ta. Illa tamẽ pœna capitalis, nõ eſt intelli
genda de pœna mortis, ſed deportationis.
Et ita intelligunt communiter doctores,
ut atteſtatur Alexand conſi. 121. nume. 1.
lib. ſeptimo. referentes Io. Gloſatorem de
fendiſſe in facti contingentia quẽdã à pœ
na amputationis capitis, qui falſificauerat
monetã cuiuſdam ciuitatis. Hanc etiam
opi. dicit eſſe communem Viuius in loco
præallegato. & Didac. pariter in loco pal-
legato dicit hanc eſſe frequẽtiſſimã iuris
utriuſque interpretationem. Faciũt quæ
dixi infra hoc eod. lib. §. fi. quæſt. 67. circa
princ.

r Radens ꝛ autem, aut † minuens mo-
38 netam aureã, ſi liber eſt, beſtijs ſubjcit;
ſi ſeruus, ultimo ſupplicio punit, l. quicũ-
que. ff. de falſis. Et eſt cõmunis opi. ut di-
cit Viuius in lib. communiũ opi. in uerbo
Monetam radẽs. Didac. in loco præallega
to, num. 5.

s Expendens autem falſam mone-
tam, ſi quidem nummi ſunt plumbei vel
ſtagnei, incidit in pœnã legis Corneliæ de
falſis: ſi verò non apparet, quòd eſſent plũ
bei vel ſtagnei, punitur tantũmodo pœna
extraordinaria iudicis arbitrio. Ita dicit
Bar. ĩ l. lege Cornelia, in princ. ff. ad l. Cor
nel. de falſis, ſubdẽs ſe propter hoc plures
euaſiſſe a pœna legis Corneliæ. Et ita etiã
tenẽt doctores, ut dicit Alex. in d. cõ. 121.
num. 3. lib. 7. vbi in facti contingentia ita
conſuluit. Sali. autẽ in l. 2. num. 6. C. de fal
ſa moneta, tenet indiſtinctè imponendam
eſſe pœnam falſi ordinariam. Et dicit Mar
ſil. in l. qui falſam, num. 64. ff. de falſis, ꝙ
hæc opi. ſeruatur in practica, quem refert
Didac. in loco ꝑallegato, nu. 4. & Viuius
in lib. cõmunium opi. in uerbo, Monetam
falſam ſcienter. Mihi magis placet opinio
Bar. tanquam mitior, & ſecundum illã, ſi
caſus contingeret, conſulerẽ & iudicarẽ.

ADDITIONES.

* De partu ſuppoſito.] Iſte caſus unà cũ ſe
quenti deficit in textu authoris, ideo de
primo vide ꝑ Boſſi. titu. de partu ſuppoſi.
*De ſecũdo ui. per Boſſi. ti. de mutatio. no
mi. & Vitalin. de pœn. mutã. ſibi nomen,
& fuſius ꝑ Iacob. Menoch. tract. de arbitr.
iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 318. Itẽ, in quibus
caſibus poſſit aliquis de falſo puniri ui. ꝑ
Campeg. tract. de Teſtib. ſub regu. 436.
a Falſi.] Adde in quibus caſibus poſſit qs de
falſo puniri per Campeg. de Teſtib. regu.
436. Item adde, ꝙ falſi pœna tenetur, qui
venditorem vel aliũ aliena veſte indutũ
producit ad hoc, vt difficilius cognoſcat,
per Porti. Imolen. conſi. 77. Itẽ mutãs da
tam, falſi pœnam incurrit. Mar. quæſt. 673.
Idem ꝑ Iacobi. de S Georg. in l. 3. in prin.
ff. de teſti. etiam in ſcriptura priuata. Mar.
q. 671. & 739. Et falſitatum pluribus ſpe-
ciebus vtens, quomodo puniatur, vid. per
Cœpol. cri. conſ. 77. nu. 5.
Et nota, ꝙ falſi crimen eſt deteſtabilius
veneficio, & homicidio: quia pèr maculã
falſitatis homo deuenit ad nihilum; quia
dicitur homo ſine fide, & conſciẽtia. vide
per Afflict. deciſ. vlt. ſub nu. 23.
Et inter alia delicta, ꝓpter quæ pôt fie-
ri repudium inter cõiuges, eſt, ſi cõiux ſit
crimine falſitatis cõdemnatus, per Afflic.
d. deciſ. nu. 25.
b Cõmitti. Hic nota, quòd teſtis iuratus ſe
occultãdo ne deponat ueritatem, pôt pu-
niri

uiri de falſo, per Iacobi.de S.Georg.l.argentarius.§.cũ autē,ſub nu.7.ff.de eden.

c Teſtem falſum.]Hic ſcias, quòd ſi accuſatus de homicidio,cõtra quem teſtes depoſuerũt,velit arguere teſtes de falſo, quod queſtio falſi facit ſilere cauſam homicidij, quia ſi pronũtietur teſtes falſum depoſuiſſe,in cõſequens neceſſarium pronũtiatur accuſatum reum homicidam non eſſe.Et idē in alia cauſa; quãdo in ea incidit quæſtio falſ.l.fi.& ibi Bal.C.de fid.inſtrum.l.j. C.qui acc non poſ.vbi Cyn.& habetur p Affli.deciſ.103.Et in propoſito tradit Craue.alia quãplurima deducēs.Et ipſe conſ. 280.col.1.quæ vide inibi.

d Subornãs.]Aduerte, quòd ſubornatio ex multis deprehenditur,vi.per.Craue.in cõſil 6 col.7.& 8.Et ex feſtinãtia oritur ſuſpicio,& præſumptio.ibid.col.9.uer.11.

e Producens.]Hic ſcias,quòd producēs falſos teſtes,vbi condēnatur de falſo,hoc nõ præiudicat teſtibus,& ē conuerſo,licet teſtes condemnētur de falſo, hoc non prçiudicat producēti,ut per Bar.l. Lucius.ff.de infam.Nat.conſ.668.nu.5.

f Deponit in iudicio.]Quid de illo,qui depoſuit falſum in iudicio contra fiſcũ, qua pęna ueniat plectendus, vi.per Ale.conſ. 55.li 7.& Gram.vot.5.nu.1.2.

g Cõtra innocētem.] Adde ad idē per Ale. d.conſi.55.& per Boſſ.tit.de falſis,nu.138. & 169 & de oppoſitio.cõtra teſtes,nu.140. & de homici.nu.15. per tex.in d.l.§.Præterea, vbi late per Hip.Marſi.Et hoc verum ſi depoſuit,in crimine publico,& capitali;quia tunc punitur ſimilitudine ſupplicij, & ſic pœna illa,qua puniretur principalis ſi eſſet verum.per Iaſ.in l.ſi duo patroni,§.Marcellus,nu.5.ff.de iur.iuran.In aliis verò caſibus debet puniri pęna l.Corneliæ de falſis,quæ eſt deportatio cum publicatione bonorum. vt per Iaſ.eodem loci. ſed vi. infra.

h Contrariũ eius,quòd dixerat extra iudicium.]Adde,qua pœna plectendi ſint qui vnum in iudicio,& aliud extra iudicium feſtati ſunt,per Iacob.Menoch.de arbi.iudi.lib.2.centur.4. caſ.312.Item & qui falſum extra capitula depoſuerunt,ibidem. Sed in primo caſu cautela eſt,vt teſtis ipſe reſpondeat,quando ero in iudicio dicã id,quod mihi videbitur,& ſic euadet periculũ,vt docet Bar.in l.eos, num.8.ff. de falſ.qui etiã nu.7.cõſulit ſemper teſte bis examinatio, quòd in ſecundo teſtimonio verba iſta apponat, quòd ipſe teſtis dicit, prout ſibi videbit̃ modo: & ſi apparuerit aliter dixiſſe in alia cauſa,ex nũc corrigit hoc dictum ſecundum, & reducit ad primũ : cum illo tempore melius recordaretur.Et ſequitur Boſſi.tit. de reſpon.a reo faci.nu.3.

Et tene menti, ꝙ talis relatio ad primũ examen facta,per iudicem debet admitti, etiam,quòd illud primum non eſſet ſolēne, & nullitatis uitio ſubiaceret. Vt per Natt.in conſi.537. poſt nu.8.Verſ.demũ. Vbi ita loquitur Bart. vbi ſupra dicit, ac alios ſequaces,qđ & cõfirmat nu.9.& ſeq. Itē,qñ liceat teſti in ſecũda interrogatione ſe ad priorē referre, Vide per Iaco Menoch.de arbitr. iudi.lib.2.cent.2 caſ.109.

i Vt euitent falſum.] Adde,vt falſum euitetur,quòd ſcriptura,quãtum fieri poteſt per diuiſionē,vel deſiunctionem interpretatur,ita per Dec. 189.nu. 5.& per Alex. eius conſ.70.& 74 volu.1.& late per Cœpol.eius crim.cõſi. 21.poſt Bar.Bal.Ang. & Sal.in l.ſcripturę. C.de fal.Item,quãdo verba trahi poſſunt ad falſum,& nõ ad falſum,in dubio fit interpretatio, ꝙ nõ cõtineãt falſum,per Alex. eodem loci verſ.accedit,& conſ.74.nu.110.cũ.in Apoſti.ſed.

K Suſpectus de falſo.]Adde,quod dicit̃ etiã ſuſpectus de falſo,deponens ſe non recordari de his , quæ eodē contex. geſta ſunt per Craue.conſ. 115. nu.11.Item,deponens non vero ſimilis, per eundem ibidē nu.12.& per Boſſi.vbi infra.

l Extraordinaria,] Adde , vt per Craue. in conſ.nu.7.Et quæ dicantur non veriſimilia,Vide per Boſſi.de oppo.con.teſtes.nu. 90.95.96.

m Circa alia extrinſeca.]Adde, & fuſius per Iacob.Menoch.de arbi. iudic li. 2.cent.3, caſ. 307.Item,quando præſumãtur teſtes ſcienter, vel ignoranter falſum dixiſſe teſtimoniũ,vi. per eundē ibidē caſ.ſequēti.

n Teſti contra notarium.] Ita vt Notarius torqueri poſſit, & ita conſultus in terminis,reſpondit Natt.conſ.392. etiam ſi eſſent plures.Vi.ibidē,ſed quid ſi eſsēt plures teſtes , quorum aliquid deponunt ſe quã fuiſſe examinatos.Vide illic.Itē vide per Manſuer.ad prac. Papi.tit.de ſenten. reſciſio.& annulla. Glo.fuerunt unquam pręſentes . & per Cœpol.cri.conſi.121.& per Alex.ſuo conſ.70.lib. 1.

Acce-

o Acceperunt pecuniã pro teſtimonio dicendo.] Adde, quæ pœna ſit aduerſus teſtis q̃ pretium accipiunt, vt teſtimonium ferãt, vel taceant, per Iacob. Menoch de arbitri. iudic. li. 2. centur. 4. caſ. 310. Item, qua pœna plectẽdus ſit probationum occultator, per Menoch. ibi. caſ. ſequen.

p Licite accipere.] Adde, quòd hoc legitꝰ, & no. per Gloſ. & ſcribẽ. in l. quoniam. C. de teſti. in c. ſtatutum. § proferendo de reſcri. in 6.

q Pœna falſi.] Vnde ſi in cauſa criminali, dẽt ſubire illam pœnam, quam de iure pateretur ille, contra quẽ depoſuit, ſi verum eſſet, tex. eſt ſingu. & ibi per Marſ. in l. j. §. præterea, ff. eo. & per Iaſ. in l & ſi legib. nu. ſi. C. ſi cõt ius, vel vtili puli. in l. ſi duo patroni, § Marcellus, nu. 5. de iur. iurã. & vide ſupra in verb. Innocentem, quæ adnotaui. Et adde etiã vidẽdum per Oſaſc. & poſt ab eo relatos in deciſio. 19.

r In termino reſpondeat.] Cautela pro eo, q̃ vtitur falſis teſtibus, vel inſtrumentis, vt nõ teneatꝰ de falſo. vi. poſt Bal. in l. ſi col. ſi. C. ſi ex falſ. inſtru. Cœpol caute. 53. Itẽ, vide per Menoch. de arbitr. iud. caſ. 329. nu. 210. cum ſeq Boſſi. tit. de falſis, nu. 119. & 155. cũ ſeq. vbi loquitur etiam poſt datũ terminum ad deliberate reſpõdendum. Et vbi pars aduerſa ad intertrogata congrue non reſponderit, & conſequenter contumax fuerit, haberi an debeat pro confitente, vel negãte, ſi ſit ſibi contrarius. vi. gl. p. in c. 2. de cõfeſſis, vbi de ratione diuerſitatis. Bar. in l. quæ dotis, ff. ſolu. matr. Butr. & Abb. in c. nõ ne, de præſump. Bar in l. 3. C. quando fiſcus, vel priua. Ruyn. conſil. 115. nu. 10. li. 4. Et quamuis accuſatus de falſo conſulẽdo peritiores excuſetur, iuxta not. in c. falſarios. de fal. & per Salyc. in l. maiorem. C. eod. illud tamen intelligitꝰ, quo ad excuſandum quẽpiam ab errore iuris, nõ autẽ, quãdo eſt dubiũ facti, quia doctorib. conceſſum eſt iura interpretari in ijs, q̃ ſunt iuris, non autem in his, quæ ſunt facti: ita per Ruyn. conſil. 80. nu. 9. 10. eod. lib. 4.

ſ Qui vtitur falſo inſtrumẽto nõ punitꝰ] Quid e cõuerſo, An ille, qui impugnat inſtrumentũ de falſo, & ſuccumbit, perdat illud, quod potuiſſet petere ex illo inſtrumẽto, in teſtamẽto, quod ſic: in alio inſtrumẽto quòd non. vi. per Iacob. de S. Geor. in l. alia cauſa, in ſi. C. de his quibus vt indig. hæred.

Niſi ſciens.] Secus ſi ignorabat per Craue. conſi. 65. col. penulti.

t Punitur de falſo.] Pone, Titius produxit falſum inſtrumentum mutui contra Sempronium. Sempronius produxit falſum inſtrumentum ſolutionis cõtra Titium, an vterque puniatꝰ criminaliter, ex quo vterque contra bonos mores deliquit contra Rẽpublicã, quod ſic, per Bal. in rub. C. de fid. inſtrum. nu. 30. Sed quis iſtorũ perdet cauſam, dic, q̃ ſentẽtia pro reo eſt ferenda qna in pari turpitudine melior eſt conditio poſſidentis per Bal. ibi. vide etiã in l. cum mulier. nu. 2. ff. ſolut. matri pro quo eſt tex. in l. cum par, & ibi Dec. & Cagnol. notant. ff. de regu iur. & facit, quod tradit Dyn. in c. quod ſemel, col. 2. verſi. ſed diſtingue, & verſic. ſequen. de regul. iur. in 6.

u Vel non.] Quid ſi pars producẽs nõ vellet vti, poteſt tamen pars altera vti. Aret. conſil. 141. in princ. Craue. de antiqui. tẽpor. in prima parte, num. 150. Felyn. in cap. de Teſtib. Boſſi. in titul. de publica. proceſſ. & teſti. num. 17. Idem, ſi dicatur, nolo uti. Fiſcus tamen poteſt vti, per Boſſi. titu. de falſis, nu. 127. & 162. & Bart. quæſtio. Iudex maleficiorum. col. 3. & fin.

x Notarius autem.] Quid de Notario, qui mutauit ſignum ſuum? dic, quod falſi pœna tenetur. Gloſſ. in §. Item lege Cornelia. Inſtitu. de public iudic & pro ſingula. poſuit Claraquen. in ſingula. 13. Item Notarij perſona, vbi aliqualiter eſt ſuſpecta, & fama eius non multum bona tunc probatꝰ falſitas contra eum per veriſimiles cõiecturas ut per Craue. eius conſil. 178. colum. 2 in fine. Et contra falſificantem falſum inſtrumentũ poteſt inquiri, & procedi, etiam poſt tempus datum à ſtatuto ad inquirendum de maleficijs, cum falſi crimen intelligatur à ſtatuto exceptũ, ut per Marſ. ſingul. 507.

y Erat abſens.] Hic nota, quòd ſi conſuetudo eſt, ut Notarius in inſtrumẽto ſcribat nomina etiam abſentium, quòd talis conſuetudo excuſat Notarium à pœna falſi p̃ Iacob. de S. Georg. in l. de quibus, nu. 54. ff. de legibus.

z Aliás incidit in crimen falſi] Quid de eo qui facit fieri falſam relationem Notario. Dic, quòd licet nõ dicatur feciſſe fieri falſum inſtrumentum, quòd tamen punitur de

de falſo ex iſto, quia iudici obrepſit non veram relationem oſtendendo, ita per Barto. in conſil. 199. & Boer. deciſio. 235. colum.3.

a Etiam Notarius.] Hic vnum ſcias, quòd Notarius non tenetur exhibere prothucollum de inſtrumento in actis non exhibito, illud de falſo redarguere volenti, vt per Rolan. in conſil. 44. in 1.dubi. volum.1. vbi plenè.

b Alij caſus]Vt in eo, qui mutauit datam inſtrumenti, qui falſi pœnam incurrit, per Mar. quæſt. 673. etiamſi inſtrumentum ſit nullum, per eundem quæſtio.671 nume.2. & q. 239 Item falſitatis author habendus eſt is, qui appoſtillauit & interlineauit ſcripturam, non is, qui tranſumptum fecit. Vide per Mar. q. 702. nume. 1. adde & Ruyn. conſil. 15. in princip. lib. 4. Item, vendens rem duobus in ſolidum falſi pęna tenetur, vbi primus emptor pretium ſoluit, vel illud obtulit venditori antequam venderet ſecundo emptori, per Alexandr. conſil. 86. libro 6. Item falſum committi dans falſam ſchedulam Notario, capitu. licet, de crimi. falſ. & habetur per Alexandr. conſil. 74.numero 13. 77. & 79. in principio. volu. 1. & idem pro Boſſi.titu. de falſ.nume. 100. Item notarius ante aperturam propalans teſtium dicta, tenetur falſi pœna. Bald. in l. finali. colum. penulti. C. de eden. & in l. argentarius. ff. eodem. Item ſigillum accipiens à Domino, & aliquid aliud, quàm quod ſibi Dominus commiſit, ſigillans, tanquam falſarius punitur, per Dec conſil.175. colum. 4. verſicu. 5. Item teſtis iuratus celans veritatem punitur de falſo, per Cæpol. conſil. 60.nume. 56. Item, falſificans librum rationum fidem non facientem, tenetur de falſo.vi. per Natt.conſi. 588. Iaſ. in repeti l. admonendi, colum.49.ſub nume. 134. ff.de iureiuran. Et quid de illo, qui falſam apocam fabricauit. ibid. numero, 99. Item falſi pęna punitur, qui acta appoſtillata deſcribi curauit per Mar.q.743.nume.3.Item falſum incurrit, qui prothocollo, ſeu ſcripturæ alienæ aliquid addit, per Mar. ead. quæſt.nume.4. Item falſum dictans, & præcipiens, vt ſcribatur, falſi pœnam incurrit per Mar. q.702.nume. 2. modo ſcienter dictet rem illicitam. Intellige de ſcriptura publica, at ſecus in priuata, vt per Alexan.conſi.70.col.fi.& conſi. 74. col. fina. lib. 1. Item falſum in literis priuatis committitur, quando tendunt in alterius præiudicium. Mar. d. q 697. nume.4. Item inſtrumentum in ignem proijcens, incidit in falſum, vel celans veritatem, vel ſubtrahendo inſtrumenta, per Boſſi.in tit.de falſis, nume 166. Item, vtens fraudulenter duplici menſura falſi pęnam incurrit, Mar.q.279 Qui verò multa acta combuſſit in perniciem Reipub. vt veritas apparere nequeat, capitali pęna punitur. per Afflict.deciſ.vlti.ſub nume.17 verſicu. 2. Et no. quod falſi crimen eſt deteſtabilius omnibus alijs criminibus Et ideo cōfeſſio falſi incidentur facta nocet confitenti, licèt ſecus in alijs criminibus, ex qua ideo poteſt puniri per Marſi. plenè ſingular.58 .

c Papæ & Regum.] Et quòd falſificans literas Papæ, vel alterius Principis falſi pœna plectatur. vide per Iaſ. in repetitio.l. admonendi, de iur.iuran.ante nume.149 Et falſificans literis delegati Papæ non ita acrius punitur, ſicut falſaſſet literas Papę.per Fely. in cap.2.de reſcrip.verſicu.Stylus Et de falſificante literas Proregis, qui non fuit punitus, ac ſi literas Regis.vi.per Gramma.deciſ. 27.nu.fina.

d Aperiens.]Iſte eſt tex in l.1.§ ſi is, qui ducta, ff.eod. quem tex. ibi ponderat Bart. contra Notarios, Procuratores, uel Aduocatos: qui iura, & inſtrumenta ſuorum clientulorum oſtendunt eorum aduerſarijs, quia incidunt in pęnam falſi. Ad idem per Iacobi. de S.Georg.in l.ſi legatarius, ſub num.3.C. de lega.qui dicit eum, qui ſolum aperit, nec alij oſtendit puniri pęna extraordinaria. Et ad rem adde etiam per eundem Bartol.in l. 2.ff.eodem, atque per Franc. Mar.q.740. & per Iaſ.in repetitio. l.admonendi.num. 150. ff.de iureiur.

Non reſtituens uerò literas, ei cui reſtituere mandatum ſuſceperat, committit falſum, per Barto.in l.Titio.col fin.uer. uenio. ff.ad municipa.& in l.2.C. de falſ.& in l. ſiquis in graui.§. ſi tabulas, ff. ad S. C. Syllanian.

Ad materiam adde, quòd lacerans generaliter, incurrit crimen falſi, & quòd contra comburentem, uel radentem ſcripturam ad celandum ueritatem procedi debet ad torturam, ex quo committit falſitatem; in qua acerrima fieri debet indagatio. Idem de cancellante ſcripturam publicam, quia falſum committit: ex quo ueritatem occultat.

Item lacerans probationes aſſumptas ſuper tali

tali crimine incidit in illud crimen ; de omnibus his habetur per Crauer. in conſil. 6. colum. 3. In verſicu. ſecundum crimen, & in verſicu. tertium crimen. Et laceratio ſubſecuta, declarat, qualis fuerit lacerantis animus in præteritum, & qualis fuerit informationum veritas, per Craue. ibidem col.7 ver.5.& nu.30.

c De ſigillans.] Adde,& è conuerſo; q. ſigillans literas alieno ſigillo abſque expreſſa atteſtatione incidit in pœnam falſi: ſed quando, vide per Franc. Marc. quæſtio. 974 per Bertachi in ſuo Repertor. verb. ſigillatio. 7. Similiter ſcribens literas alieno nomine eo ignorante dicitur falſarius. Felynus in capitu. primo, de magiſtr. poſt numerum 5. Detruncans verò bullas de literis Papalibus, ſiue de alijs, incidit in falſum. Bartol. in l. Paulus. in fine, ff. eodem. Similiter pœna falſi tenetur ſuæ Ciuitatis conſilia reuelantes. Et priuata miniſteria ſui Poteſtatis, vel Præſidis detegentes, per Cæpol. crimi. conſil. 39. numero, 29. Similiter aduocatus, qui per pecuniam falſam ſuſcepit aduocationem, falſi pœna punitur. Gloſ. in l. prima, de Sicar. & ibi per Marſil. numero fina.

Et ad illud, quod ſuperius dixi de aduocato oſtendente iura clientuli ſui parti aduerſæ: qui incurrit pœnam falſi, adde vt per Iaſon. in l. non dubium, numero, 63. C. de legi. Item ſi aduocatus falſam legem adducit, tenetur iudex eam reijcere, aliàs vterque falſi crimine tenetur, per Rip in l. 4 §. hoc autem iudicium. num. 31. ff de dam. infec. Sed aduerte, ne decipiaris, quia præſupponit ſcientiam.

Item fingens ſe Doctorem, qui non eſt, falſi pœna tenetur per Boſſi. in titu. de falſis. numero, 131. quod intellige ſi actum aliquem doctori congruentem fecerit; alias ſi ſe ſimpliciter doctorem appellauerit, extraordinarie ſolum punitur, ita per Corſet. in Repertor. Felyn. Verb. Doctoratum vſurpans. atque per Monchad. ad Crot. tracta de teſtibus nume. 176. cum ſeq. Idem de illo, qui dicit ſe clericum, cum non ſit, per Fely. d. c. 1. de magiſ.

Idem de illo, qui dicit ſe comitem, & facit actus comitis, cum non ſit, debet grauiter puniri citra mortem, per Felynum ibidem.

Item, fingens ſe creditorem mercatoris: vel ſibi non fuiſſe ſolutum in præiudicium aliorum creditorum tenetur pœna falſi per Iacobi. de San. Georg in l. reperita. numero, 2. ff. de fid. inſtrumen. qui numero, 3. idem addit de illo, qui conficit apocam vel ſcripturam ſub nomine alieno, quaſi ille ſcripſerit, qui incidit in pœnam falſi, & numero, 4. ſimiliter de Notario actorum, qui ſcripſit in actis, talem realiter produxiſſe tale inſtrumentum, & alia iura; quæ in rei veritate non fuere producta niſi verbo: incidit in crimen falſi. Item impetrans ſupplicationem alterius nomine punitur arbitrio iudicis vbi ſupra per Felynum. Item citans aliquem fingens ſe nuntium, cum non ſit, punitur ciuiliter, & criminaliter, & ad intereſſe citati, ibidem. Item abradens de literis ſcribentis nomen, & ſuum apponens, punitur, vt falſarius, ibidem. Idem de Notario qui confecit inſtrumentum, & non eſt Notarius, quia tenetur pœna falſi: ſecus ſi erat, & fuit depoſitus, per Boſſi. vbi ſupra: de falſificatoribus verò deſcriptor. atque de iſtorum pœna vi. per Afflict. deciſ. 21. & 24. & per Io. de Ludo. eius deciſ.

Vltimo nota: quòd falſum in iudicio committens poteſt abſque nouo proceſſu puniri, per Ancharan. conſil. 173. columna fina. Item, quòd vbi opponitur falſi exceptio in reſcripto, tunc maior ſeueritas requiritur in inquiſitione: quàm in alia ſcriptura, per Afflictum, deciſio. vltim. numero, 16.

f Prohibens.] Tu adde, & vide fuſius, ac diligentiori ſtudio per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. libro ſecundo, centurio. quarto caſu. 395. vbi explicatum habes quibus pœnis, & quando teſtari impediens, vel teſtamentum prius conditum reuocari, vel compellens hæredem facere afficiatur.

g Vellet teſtari.] Adde per Menoch. vbi ſupra ſub nu. 31.

h Prohibitus teſtari.] Declara, vt non procedat, quando poſt prohibitionem potuit teſtator multoties ad libitum teſtamentum condere aut mutare: quoniam tunc illi, qui iam prohibuerant damnum aliquod ſentire non debent, vt poſt Socy. Iun. in d conſil. 149. nume. 48. declarat Menoch. vbi ſupra nume. 25.

i Vendens.] Quid de eo, qui finxit ſe creditorem mercatoris falliti, cum in veritate debeat, vel fingat ſibi non

fuiſſe

fuiſſe ſolutum:dic quòd ſi hoc faciat in præiudicium aliorum creditorum, quod tenetur pœna falſi, ita per Iacobi. de Sancto Georg. in l. repetita numero 2. ff. de fide inſtrumentorum, quod & eſſe adnotandum ſuperius monui.

K Pro veritate habetur.] Adde, & vide per Mã del. de Alba. conſil. 99. & per Hip. Rimi. con ſil. 58.

l Pœna falſi.] Adde, quæ ſit pœna falſi ex omni iure, & populorum ſanctionibus diligenter explanatum. Item falſitas, quæ nemini noceat, qualiter puniatur. Vide per Iacobũ Menoch. de arbi. iudi. centur. 4. caſu. 306. Et quæ ſit pœna falſi, quando ex officio proceditur, per eundem caſ. 313. Item, qua pœna puniatur falſus teſtis vide per Campeg. tracta. de teſtibus reg. 412. Aduerte, ꝙ ex quo falſitas eſt de criminibus, quæ occulte committuntur, quòd ideò ad probandum falſitatem admittuntur teſtes aliàs inhabiles. l. conſenſu. C. de repud. & habetur per Craue. plenè eius conſil. 56. numero 12. Et in ea Iudex promptior, & facilior eſſe debet ad torturam, per Alex. in conſi. 77. num. 5. lib. 1. Et in illa acerrima indagatio fieri debet, vt tradit Bal. eius conſilio 320. quidam Notarius, lib. 2. & Craue. eo. conſil. col. 5. ſub verſi. ſecundum. Item in illa poteſt iudex eſſe animoſus ad quæſtionem, vt per Boſſi. titulo de iudic. & conſide. ante tor. nume. 200.

m Cauſam amittit.] Quid ſi vtraque pars falſitatem commiſit adinuicem contrariam, dixi ſupra verſicu. Pone. Item an ille, qui ex productone falſi teſtis, debet vigore ſtatuti perdere totam cauſam, dicatur etiam amiſiſſe cauſam ciuilem, vide per Soci. conſilio 60. volu. 4. Quid ſi tutor produxiſſet, an pupillus perdat cauſam, quòd ſic, Pau. Caſtren. in l. Polla. C. de ijs, quibus vt indi.

n Falſitas ſine dolo.] Adde quando falſitas ſine dolo commiſſa dici poſſit, & qua pœna plectatur, per Iacobum Menoch. de arbi. iudi. libro ſecundo. centur. 4. caſu. 309.

o Potuiſſet præiudicare. Adde ut per Iac. Menochium. d. caſ. 306. numero 22. & 30. Alex. eius conſilio. 70. num. 11. & per Natt. eius conſil. 588. numero 15. vbi plene. Sed nunquid teſtis recipiẽs pecuniam, vt falſum teſtificetur, quod tamen non facit, an puniri debeat propter ſolam pecuniæ dationem. vide per Specu. titu de teſte. §. primo. numero 49. Item teſtes probare corruptos an ſufficiat, ſi non oſtendatur eos falſum dixiſſe. ui. per Specu. titul. de ſenten. §. 9. numero 7.

p Fabricando falſam monetam.] Quid de falſificante, uel fabricante monetam reprobatam in loco, in quo falſificat, ut Ferrariæ bagationis. ui. per Alexandr. plene, atque in terminis conſilio 104. libro primo. Affli&c. deciſ. 44. numero 14. & Boſſi. in tract. crim. titu. de falſa moneta. numero 4. ubi dicit ſe per illud conſilium Alex. liberaſſe duos cudentes quadrantes Mediolani. Adde & per Menochium de arbitr. iudi. caſ. 316. numero 20. & quæ ego fuſius adnotaui in libro Adnotatio. mearum, ſuper ſtatu. Ferrar. libro tertio. cap. 129. de pœna facien. falſas monetas.

q Falſificans monetam Imperatoris.] Adde, quod ei denegatur appellatio, ui. per pract. Carer. pag. mihi. 58. ſub numero 94. loquitur in falſificante monetam Regis.

r Radens autem monetam. Adde, quod talis radens & tondens, reducendo monetã ad iuſtum pondus, non dicitur delinquere, neque poteſt puniri, ita per Alciat. in terminis reſpon. 14. tom. 2. libro 7. ubi plene.

ſ Falſam monetam.] Adde, quibus mulctetur pœnis monetas falſas cudens, mutilans, tingens, & expendens, plenè & diligenter explicatum, per Menoch. de arb. iudic. libro 2. centur 4. caſ. 316. Item ſi falſos bagatinos expendiderit quis, qua pœna puniri debeat. Vide per Cœpol. conſil. cri 77. & quæ dicatur falſa moneta. Et quid de expendente monetam ab alio diminutam. Item quid de illo, qui falſitatum pluribus ſpeciebus utitur, ibi.

§.Fornicatio.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio ſimplex an ſit omni iure prohibita.*

2 *Et an cum meretrice. verſi. eo.*

3 *Quę ſit pœna fornicationis, verſi. Sed quæro.*

4 *Clericus notorius fornicator an ſit ipſo iure ſuſpenſus ab officio, verſi. eo. ibi, Clericus.*

Qui

5 *Qui ſint coitus damnati, uerſ. Frequenter.*

6 *Concubinatus an ſit de iure prohibitus. uerſ. Et in primis.*

Et quæ ſit pœna tenentis concubinam, ibid.

Et an poſſit puniri per iudicem ſecularē. ibidē.

Et an tenens eodem tempore duas concubinas, vel vxorem & concubinam ſit infamis ibi.

7 *Plura requiri ad hoc, ut dicatur concubinatus. verſi. Vnum tamen.*

8 *Coitus cum uirgine eſt punibilis, uer. Cum virgine. Remiſſiuè.*

9 *Et quid ſi ſit cum puella nondum uiri potente, verſ. Cum puella Remiſſiuè.*

10 *Coitus cum puero an ſit punibilis, uerſicu. Cum puero. Remiſſiuè.*

11 *Coitus cum nupta an ſit punibilis. verſ. Cum nupta. Remiſſiuè.*

12 *Coitus cum vidua an ſit punibilis, verſ. Cum vidua. Remiſſiuè.*

13 *Coitus cum affine an ſit punibilis, uerſi. Cum affine. Remiſſiuè.*

14 *Coitus cum moniali an ſit punibilis, uer. Cum moniali.*

13 *Mulier coiens cum presbytero, an dicatur committere ſacrilegium, uer. Cum presbytero.*

14 *Vaſallus commiſcens ſe cum domina, an puniatur, uerſi. Cum domina.*

15 *Coitus mulieris cum proprio ſeruo, an ſit punibilis, ver. Mulieris etiam.*

16 *Dominus commiſcens ſe cum ſubdita, an puniatur, uerſi. Cum ſubdita.*

17 *Officialis carnaliter cognoſcens mulierem ſibi ſubditam, an puniatur, ibid.*

18 *Tutor cognoſcens carnaliter pupillam, an puniatur, verſi. Cum pupilla.*

19 *Cuſtos carcerum, cognoſcens carnaliter mulierem carceratam, punitur, uer. Cum carcerata.*

20 *Iudeus cognoſcens carnaliter mulierem Chriſtianam, an ſit pœna mortis puniendus, verſi. Cum Iudæus.*

21 *Chriſtianus, cognoſcens carnaliter iudeam, vel aliam mulierem infidelem, qua pœna puniatur, verſi. Sed quid e conuerſo.*

22 *Coitus cum bruto animali qua pœna puniatur, verſi. Cum animali.*

23 *Coitus cum mortua an ſit punibilis, uer. Cum mortua.*

24 *Mulierum inter ſe concubitus qua pœna puniatur. uerſi. Inter mulieres.*

25 *Raptus qua pœna puniatur, verſi. Raptus. Remiſſiuè.*

26 *Vxores duas, uel duos maritos, uel plures ducere, qua pœna puniatur, ver. Dicitur etiam.*

27 *Et quid ſi vxor credens virum ſuum mortuum eſſe, alium ducat, uer. Sed pone.*

28 *Coitus cum violentia commiſſi grauius ſunt puniendi, uerſi. Omnes autem.*

1 FORNICATIO ſimplex † de iure ciuili non eſt prohibita neque etiam in concubinario ſecundum aliquos, vt dixi infra uer. Et in primis. De iure autem canonico vtique eſt punibilis, quia eo iure prohibitus ſit omnis coitus præter matrimonialem, vt dixi in loco præallegato. De iure etiam diuino fornicatio ſimplex eſt prohibita, adeò quòd eſt proculdubio peccatum mortale. & ita tenent omnes ſancti Theologi, ut atteſtatur Afflic. ſuper prima parte conſtit. Regni, Rubr. prima, nume. 21. Et qui alter diceret uel crederet, eſſet hæreticus, ut dixi infra hoc eo lib. §. Hæreſis circa principium. De iure autem ciuili, vt dixi, ſimplex fornicatio ſiue coitus ſoluti cum ſoluta non eſt punibilis, quinimò neque etiam coniugati cum ſoluta, ut dixi ſupra hoc eo lib. §. Adulterium, circa principium. Hoc autem multo
2 magis locum haberet, ſi talis mulier † ſoluta eſſet meretrix: nam fornicatio vel coitus cū meretrice, non eſt de iure ciuili punibilis. Et hanc opi. dicit eſſe communem Ang. in l. ſi vxor, §. Sed & in ea, nu. 1. ff. de adulter. Et hoc adeò verum eſt, etiam ſi per vim quis ſtuprauerit meretricem, non poteſt puniri, neque etiam crimine iniuriarum, quicquid dixerit Bal. in l. ſi. num. 3. ff. de rerum diuiſ. cuius opi. eſt communiter reprobata, vt dicit Alciat. conſi 469. num. 1. Et hæc quidem concluſio in meretrice non nupta, non habet multum difficultatis. Sed quid ſi ſit nupta? Dixi ſupra hoc eo lib. §. Adulterium, verſi. Sed nunquid. Quæro, etiam quid ſi meretrix ſit carcerata, an illā carnaliter cognoſcens ſit puniēdus? Dixi infra verſi. Cum carcerata.

3 SED Quæro, quæ † ſit pœna fornicationis de iure canonico? Reſpon. In laico eſt pœna arbitraria: in clerico autem variæ fuerunt opiniones inter ſcribentes, nam aliqui tenuerunt, quòd propter ſimplicem fornicationem clericus incurrat pœnam depoſitionis. Et hanc dixit eſſe communem opi. Aret. in c. cum non ab homine. col. decima, de iud. Contrarium autem ſententiam, quòd ſcilicet clericus propter ſimplicem fornicationem non incurrat pœnam depoſitionis, ſed ſolummodo ſuſpenſionis, dicit communiter

teneri

tenerl glo. in c. Maximianus, in verbo, Remoueantur, 81. diſtinctione. quam refert & ſequitur Abbas in cap. ex parte, nume. 1. in fin. de teſtibus. Hanc etiam opin. dicunt eſſe communem ſcribentes in ca. at ſi clerici. de iudi. & in ſpecie Imola, num. 11. & Feli. poſt nume. 14. verſi. Vtrum autem, quem refert Foler. in prac. crimi cano. fol. 221. nu. 6. & Dec. in eo. c. at ſi clerici, num. 36. & Berous, nume. 165. & ſeq. Corſet. in ſuis ſing. in verbo, Fornicatio, verſ. Propter. Sylua de beneficio, fol. 110. num. 7. Duẽñas Reg. 101. in principio. Bermon. de concubi. fol. 251. nume. 10. Boſſ. in titu. de coitu damnato, nume. 10. Et ab hoc opi. tanquam veriori & magis communi nullo modo eſſe in practica recedendum, quam etiam dicit eſſe forenſibus vſibus receptam Menchiaca lib. tertio, de teſta. §. 22. num. 48. & ſeq. Bene uerum eſt, quod pro fornicatione, quæ habet inſignem deformitatem, clericus eſt deponendus. Et eſt communis opi. ut atteſtatur Menchiaca in loco præallegato, poſt nu. 49. Vide quæ dixi ſupra hoc eo. lib. §. Adulterium, verſ. Sed quæro, & infra §. Inceſtus. verſi. Sed quæro, & §. Sodomia, uerſi. Sed quæro, & §. Stuprum, uerſicu. Sed quæro. Cæterum coitus, qui ſit inter clericum & mulierem ſolutam, non eſt neque inceſtus, neque ſacrilegium, ut dixi infra uerſi. Cum presbytero, & infra hoc eo. lib. §. Inceſtus, uerſi. Sed nunquid, ſed ſimplex fornicatio, prout etiam inter laicum ſolutum & ſolu-
4 tam. Clericus † autem notorius fornicator eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio. Et eſt communis opin. vt dicit Abb. in c. cum non liceat, num. 4. de præſcrip.

f In quibus famoſis] Aduerte, quod Aſſeſſores, nõ debent pati aliquem aduocare pro inſignibus furibus & latronibus, quorum periculi ſui neſcia ferunt inſania, vt inquit Bal.Authen.ſed nouo iure, num.11.& in authen.ha[illegible] ita. C ne [illegible]ius pro pat. qui autem dicantur famoſi, & inſignes latrones, & qualiter puniri debeant. Item qualiter intelligatur, quod in his liceat iura tranſgredi. Item qualiter contra eos procedatur, ac ſeruari debeat iuris ordo, & vbi puniendi ſunt, & qualiter, & an dictum eorum faciat indicium contra ſocios, & an poſſint renuntiare defenſionibus ſuis, & ex fama ſola exiſtente, quòd ſit famoſus latro, quis puniatur tanquam famoſus latro. Vide remiſſiuè pleue per pract. Carer. pag.57. colum.1.

g Duo furta.] Sed nunquid pœna mortis imponitur pro notabili furto; quod æquiparatur tribus furtis.ui. pro & contra per Rolan. eius conſil. 51. nume. 43. vol. 1. per Ang.

Ang. de Aret. §. 1. nu. 6. Inſtit. vi bono rapto.

g Ita tenent etiam Bald. in d. Authen. ſed nouo iure num. 5. in conſi. 247 & 358. in v. parte Soci. in conſi. 33 colum. 4. ad fin. lib. 4. refert, & ſequitur Boſſ. titu. de pęn col. 7. verſicu quomodo. Et quando fur fatetur feciſſe plura furta diuerſis temporibus, intelligitur continuatis, ita ut non cenſeantur plura furta, per Iaſ. in l. fructus. ff. ſol. mat. quem referr, ac ſimpliciter ſequitur Boſſ. titu. de furtis, num 17. ſed an confitenti feciſſe plura furta ſit credendum, vide Bald. d. Authen ſed nouo iure. Caſtren. & Ang. in l. certum, in princip. ff. de confeſſ. Gandi. titu de præſump. & indi. dubi poſt num. 6. verſicu. aliud eſt. Ang. de Aret. de maeſ. uerſicu. veſtem. nume. 25. Et omnino per Boſſi. titu. de delic. ſub nume. 15. Et nume. ſeq. ubi declarat, quod nõ in confeſſione nuda, et ſecus in confeſſione, de qua extabat indicium, vel fama.

h Excuſatur.] Et de Mercatore, qui habebat quendam iuuenem ad bancum ſuum, et Dominus dedit ei ducentum ducatos, ut numeraret eos Sẽpronio, & cõuertit in vſus ſuos. vi. omnino per Iaſ. colum. fi. in l. ſi ego. ff. ſi cert. petat. Item, fur quando non ſit conueniendus. vid. per Ange. de Aret. §. quæ de fullone. Inſtit. de oblig. quæ ex deli. naſcun.

i Conſequi non poterat.] Vt in caſu notabili in quo conſuluere Cæpol. in conſ. 26. & Alex. 135. lib. 1. quos ſequitur Iacobi. in l. etiam. C. eod.

c. ad idem vide per Memoch. de recuperand. poſſ. in 1. reme. nu. 284. deinde tres ponit limitationes.

K Item excuſatur.] Ad hoc idem adde, & vide quę dixi ſingul. meis ſing. 52. ſi formato proceſſu, vbi etiam habet quando credendum ſit furi de credulitate, quo ad Domini conſenſum.

l Domeſticum.] Quid de nuntio, qui rem ad alium perferendã intercipit, uel in uſus ſuos conuertit, dic quod committit furtum, ſiue nuntius debeat portare pecuniam ad certam perſonam, vt legi & trad. in l. ſi is cui te. C. furtis, & ſeruo corrup. vbi. vide per Iaco. de S. Georg. Sed quid ſi pecunia nuntio fuerat numerata. Vide per Craue. ſuo con. 244. co. 4. in fi. ver. Poſtremo. Vxor uero & nouerca aliquid accipientes, quando committant furtum, & quando non, & qua actione conueniantur, vide per Iaco. de S. Georg. in l. de his quæ. C. eod.

m Actio furti datur] Sed quot, & quæ actiones dentur contra fures vi. per Ang. de Aret. in §. fina. Inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſcun.

n In caupona, aut naui.] Quid de publicano, dic, quod ſi publicanus prætextu ſui officii rem alienam rapiat, furtum committit, vt legitur atque not. in l. etiam furti actione. C. de furtis.

o Conſignant.] Quid ſi debitor meus obligauit mihi pignori aliquam rem ſuam, & non tradidit, ſed poſtea vendidit eam ſine licentia, quòd furtum committat, eſt text. in l. ſi is, qui rem pignori, in princip. ff. de furtis, quem ad hoc ſingularem eſſe dicit Iacobi. de S. Geor. in l. manifeſtiſſimi. § ſed eſt in ſecundã. C. eo. num fin. Item emens equũ, & illũ capiens propria authoritate ante pretiũ ſolutum, committit furtum. ſimiliter proxenera, qui intrat ſtabulum meũ, & capit equũ meũ, & vendidit; qui tametſi fecerit conditionem meã meliorẽ: puta, quod vendidit pluſquam valeret, tamen tenetur de furto. De iſtis duobus, vide in ſing. meis Sing. 205. Similiter falſus procurator recipiens pecuniã debitam domino, furtum cõmittit, ſed qualiter procedat hoc, vi. per Iacobi. de S. Geor. in l. fi. C. de furtis. ſub nu. 6. & col. . & 4.

§. Hæreſis.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur proprie hæreticus.*

Et quid ſi quis aſſerat fornicationem non eſſe peccatum mortale, ibid.

Quid ſi contendat periurium non eſſe mortale peccatum, ibid.

2 *Quæ requirantur ad hoc ut quis dicatur hæreticus, ver. Ad hoc autem.*

3 *Et an ore negans Chriſtum, & corde credens, dicatur hæreticus, verſicu. Sed numquid.*

4 *Hæreſis crimen eſt merè Eccleſiaſticum, & in eo ſolus iudex Eccleſiaſticus eſt competens, ver. Hoc crimen.*

5 *Et quis inter Eccleſiaſticos ſit iudex competens, verſi. Sed quis.*

An ſolus inquiſitor vel Epiſcopus poſſit inquiſitum de hæreſi abſoluere, ibidem.

6 *An iudex Eccleſiaſticus condemnet hæreticum ad pœnam ignis, verſicu. Sitas tamen.*

Hæretici

7 *Hæretici igne ſunt comburendi. uerſicu. Sed quare.*
Et quid ſi pœniteat, ibid.
8 *Et an liceat penitere etiam poſt condemnationem, uerſi. Sed uſque ad quod.*
9 *Et quid ſi dicat ſe nunquam fuiſſe hæreticum. & tamen teſtibus conuincatur de hæreſi, ver. Et nota.*
10 *Et quid ſi non faciat emendam, ad quam eſt condemnatus, verſi. Idem etiam.*
11 *Bona condemnatorum de hæreſi confiſcantur, verſi. Item bona.*
Et cui fiſco applicentur, ibid.
12 *Et an confiſcentur etiam in præiudicium filiorum orthodoxorum, uer. Et ſcias.*
13 *Matrimonium propter hæreſim ſeparatur, ver. Item propter.*
Et an uiro redeunte ad fidem teneatur uxor ad virum redire. ibid.
14 *Clericus hæreticus & eius filii priuantur omnibus officiis & beneficiis Eccleſiaſticis, uer. Itẽ clericus.*
15 *Et an pœna ſtatuta contra filios hæreticorum, habeant locum etiam contra illos, qui nati ſunt antè quàm pater eſſet hæreticus, verſi. Quære nunc.*
16 *Hæreticis non eſt ſeruanda fides, verſi. Præ-* [illegible]
17 *Aduocatus & procurator an poſſint pro hæreticis interuenire, verſi. Vlterius.*
18 *In cauſa hæreſis, ſufficiant minores probationes, quàm in aliis criminibus, uerſi. habet etiam.*
Et an ſufficiant teſtes ſingulares, ibid. Remiſſiuè.
19 *De crimine hæreſis poteſt etiam poſt mortem inquiri, & defuncti memoria damnari. ver. Item de crimine.*
20 *Papa poteſt de hæreſi accuſari & condemnari, verſi. Item licèt.*
21 *Hæreticus occultus an incidat in pœnas hæreſis, ver. Quæro an occultus.*
22 *Quæ facta ſapiant hæreſim manifeſtam. verſi. Sed ſic incidenter.*
23 *Sortilegia an ſapiant hæreſim, & poſſint ab inquiſitoribus puniri, verſi. Succeſſiue quæro.*
Et quæ ſit pœna ſortilegii, ibid.

1 PRO intelligentia terminorũ quęro quis † dicatur propriè hęreticus? Reſpondeo. quod hęreticus propriè (ſecundum aliquos) dicitur in duobus caſibus tantum. Primo quando ſentit de articulis fidei aliter quàm ſentiant Romana Eccle. Secũdo quando male ſentit de ſacramentis Eccleſię, & ita tenere communiter doctòres dicit Boſſ. in titu. de hæreticis, nu. 1. Tu verò dic, quòd non modò eſt vere hæreticus ille qui male ſentit de articulis fidei vel de ſacramentis Eccleſię, ſed etiam ille qui habet peruerſum dogma, vel gignit nouas opinio
a falſas, *a* aut veteres falſas, & ab Eccleſia dã-
b natas ſequitur, *b* ita dicit gl. in clem. vnica, in gl. pe. de vſur. & ita tenẽt doctores, vt dicit Fran. Squillacen. in tract. de fide catho. c. 14. Hinc infert, quòd ſi aliquis aſſerat ſimpli
c cem fornicationem non eſſe peccatum, *c* erit iudicãdus hęreticus, & ita fuit deciſum in curia Tholoſ. teſte Aufre. deciſ. 346 Item fuit quæſitum, quem refert Mantua conſil. 239. nume. 8. li. 2. Pariter etiam ſi quis dicat periurium non eſſe mortale peccatum,
d cenſebitur hæreticus, *d* & ita tenent communiter doctores, vt atteſtatur Bellon. conſil. 78.*

2 AD hoc autem, ut † aliquis dicatur hæreticus, primo requiritur, quod ſit babtizatus:
e nam Iudæi, *e* Pagani, vel Maumethani non ſunt hæretici. Et hoc receptiſſimis doctorum ſententiis comprobatur, vt dicit Simãcas de hæreti. c. 31. num. 3. Item requiritur, quòd ſcienter erret in fide catholica, approbando falſa pro veris, incerta pro certis, vel è conuerſo, & hæc eſt omnium doctorum concors & vnanimis ſentẽtia, vt dicit Simãcas in allegato ca. 31. num. 5. Item quòd ſit pertinax in ſua opi. aliàs nunquam dicitur hæreticus. Et in hoc omnes concordant. Fortiùs dicit Innoc. in c. primo, in vltimis verbis, de Summa Trini. quòd ſi quis habet fidem implicitam, quia ſcilicet credat illud, quod credit ſancta mater Eccleſia, ſed falsò opinetur, motus ratione naturali, quòd pater ſit maior uel prior filio, vel quòd in Trinitate tres perſonæ ſunt tres res ad ſe inuicem diſtinctę, nõ eſt hęreticus, neque peccat, dummodo hunc errorem ſuũ non defendat, & hoc ipſum credat, quia credit eccleſiam ſi credere, & ſuam opinionem fidei eccleſiæ ſupponat. Et hęc dicit eſſe famoſa verba Lupus in allegatione hæreſis, §. quarto, colum. tertia. vbi ſubdit, quòd alij doctores hoc ſequuntur, & dicit eſſe valde notandum. Aduerte etiam, quia illud, quod dicitur, quòd dubius in his quæ ſunt fidei, eſt hæreticus, intelligendum eſt, vt procedat, quando in tali dubitatione habuit firmitatem

[illegible]

mitatem animi, & quandam pertinaciam, propter quam perſeuerat, in illa dubitatione, aliàs ſecus, ita dicit Io. And. in ca. primo de hæret. quem alij ſequuntur, ut dicit Lupus in loco præallegato, §. quinto, in principio.

3 Sed nunquid† ille, qui metu mortis vel tormentorum, vel alia ex cauſa ore Chriſtū negat, credit tamen corde, cenſendus eſt hæreticus? Reſpond. quòd talis quidem mortaliter & grauiſſime peccat, vt dicit glo. in c non ſolùm, in c. ſi. 11. quæſt. tertia, doctores tamen illum non iudicant hæreticum, vt atteſtatur Calder. conſi. 4. de hæret ſolēt tamen tales reconciliari eccleſiæ per Epiſcopum, & abſolutionis ac reconciliationis literas ab eo impetrare.

4 Hoc crimen† hæreſis eſt mere eccleſiaſticum, & ideo eius cognitio ad ſolos iudices eccleſiaſticos ſpectat, neque poteſt iudex laicus aliquo modo in eo ſe intromittere, &
f cum hac concluſione tranſeunt omnes f indifferenter, vt dicit Alciat. in c. 1. nu. 73. de offi. ordin. Dicit tamen Prac. Millei, fol. 75. nu. 38. q hodie ẽt iudex ſecularis cognoſcit de crimine hæreſis, & q ipſe uidit plures cremari propter hoc crimen, iudicatos à prępoſito Pariſienſi, ex indulto ſummi Pontificis. Verùm apud nos hoc non ſeruatur, ſed cognitio ſpectat ad eccleſiaſticum, & punitio ad laicum, prout etiam in practica obſeruari atteſtatur Lupus de dona. inter vir. & vxorem, fol. 184 poſt nu. 22.

Et ſcias, quòd hæc concluſio adeo vera eſt, ut neque etiam poſſit iudex ſecularis, poſtquam ei traditus eſt à iudice eccleſiaſtico aliquis de hæreſi condemnatus, ſuper ipſo crimine aliquo modo cognoſcere, neque pœnam à iure impoſitam commutare, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fin. quæſt. 96. ver. Quæro etiam. Benè poteſt iudex laicus detineri facere ſuſpectos de hæreſi, vt deinde eos tradat iudici eccleſiaſtico competenti. Et ita reſcripſit ſenatus Prætori Cremonæ. 18. Iunij 1557. P.N.

5 Sed quis† inter eccleſiaſticos eſt iudex competens in cauſa hæreſis? Reſpon. in hac cauſa Epiſcopi ſunt iudices ordinarij. Delegati autem ſunt inquiſitores hæreticę prauitatis.
g Et poteſt uterque eorum procedere ſimul & diuiſim, non tamen poſſunt aliquem cōdemnare, niſi uterque interueniat. Sed nunquid poterunt abſoluere? Reſpond. glo. in clem. prima, in uerbo, Contra eos, tenet quòd ſic, ex quo ius antiquuum ſolummodo correctum eſt in condemnatione. Et opi. illius gl. dicit eſſe communem Prac. Carer. fol. 601. num. 72.

6 Scias tamen, quòd† licet iudex eccleſiaſticus de hoc crimine ſolus cognoſcat, nō tamen ipſe condemnat ad pœnam ignis, ſed tantummodo declarat reum eſſe hæreticum, & remittit iudici ſeculari puniendum. Et ita obſeruat conſuetudo, vt dicit Boſſ. in titu. de foro compe. poſt num. 161.

7 Sed quæro, quæ† ſit pœna hæreſis?
h Reſp. Si hæreticus nolit ad fidem eccleſiæ redire, tunc de conſuetudine igne cōburitur, vt atteſtatur Vitali. de malefic. in Rubr. de crimine hæreſis, nume. 6. in fin. quem refert Chaſſan. ſuper conſue. Burgund. fol. 46. nu. 3. in fin. Idem dicunt ſcribentes in l. cunctos populos, C. de ſumma Trin. & in ſpecie Areti. num. 11. & Purpura num. 90. Griland. de crimin. lib. primo, quæſt. tertia, num. 3. Et dicit Bertrand. conſi. 212. num. 3. lib. ſecundo, in prima parte, quod ita interpretata eſt generalis conſuetudo Idem dicit Gundiſal. de hæret. quæſt. 15. nu. 3. quem refert Prac. Cōrad. fol. 346. circa principium Pract. Carer.
i fol. 630. num. 132. i Simancas de hære. c. 45. num. 9. quem refert Don Antonius de Padilla in l. transfigere, num 98. C. de tranſac. Prac. Iodo. c. 61. num. 59. Cæterum ſi hæreticus pęniteat, & paratus ſit redire ad fidē
K eccleſiæ, & abiurare ſuam hæreſim, K euitat pœnas de iure hæreticis impoſitas, eſt tamen ad perpetuos carceres cōdemnandus.
l Et hanc dicit eſſe communem ſententiam legiſtarum & canoniſtarum Igneus in l. prima, §. cū dñs, nu. 32. ff. ad Syll Bene verū eſt, q hodie iſta pœna poteſt per ſuperiorē, & ẽt p inquiſitorem in aliam cōmutari, ut eſt tex. in c. ut commiſſi. de hære in ſexto. Intellige per ſuperiorem eccleſiaſticum, nam iudex ſecularis non poſſet illam commutare, ut dixi in d quæſt. 96. uerſicu. Quæro etiam. Itē
m intellige, niſi eſſet relapſum, m tūc enim omnino eſt igne cremandus, etiam ſi uelit pœnitere, & ad fidem eccleſiæ redire. Et nota, quòd quando hæreticus non relapſus ante ſententiam pęnitere & abiurare paratus eſt, non modò euitat pœnam mortis, ſed etiam confiſcationem bonorum, licet ipſo iure à die commiſſi delicti ſit impoſita. Et hæc eſt magis cōmunis opi. ut atteſtatur Pariſ. conſ. 2. num. 185. & ſeq. lib. 4.

8 Sed uſque† ad quòd tempus erit admittenda

tenda hæc pœnitentia? Reſpond. Aliqui dicunt, quod non admittuntur, niſi ſtatim poſt deprehenſionem erroris ſponte ad Eccleſiæ veritatem redierint. Et hanc opi. tenere communiter cano. affirmat Grillan. in trac. de hære. quæſt. quinta, quem refert Simancas de hæret. c.46.nume.8 licèt ſuſdat, quod ipſe ferè nullum inuenit qui hoc teneat. Alij verò dicunt, quòd non ſunt ad mittendi niſi vſque ad ſententiam, & ita in Hiſpania obſeruatur, vt tradit Simancas in d. c.46.num 11. Alij verò dicunt, quod ſemper admittitur etiam poſt condemnationē, Et hæc opi. eſt mitior, & etiam magis communis, vt dicit Boer deciſ.343. num.3 & 4. Idem dicit Prac.Cater.fol 642 poſt nu.159. Et dicit Boll.in titu.de foro compe poſt nu. 137. & in tit. de hæreti. nume. 20. quod ita ſeruatur, prout etiam aliàs obſeruatum fuiſſe atteſtatur Cardi.in c. ad abolendum, col. prima.de hæreti. nam Eccleſia nulli gremiū claudit, niſi his, qui ſunt in hæreſim relapſi. Et ſecundum hanc opi. in facti contingentia conſuluit Bertran. conſi. 212.li.ſecundo, in prima parte.

Et notat in hoc propoſito unum, quod prima facie videtur mirabile, quòd ſi aliquis imputatus & cōuictus de hæreſi, puta quòd dixerit ſeu tenuerit aliquod hæreticum, & contra fidem ſanctæ Eccleſiæ, & paratus ſit abiurare hæreſim, & fateri illam opinionem eſſe hæreticam & erroneam, nolit tamen confiteri quod ita dixerit, ſed dicat ſe ſemper credidiſſe, & credere illud quod credit & tenet ſancta mater Eccleſia, talis non admittitur ad abiurationem, niſi fateatur ſe ita dixiſſe, prout conuictus eſt. Et ſi perſeueret in negando, eſt tanquam damnandus, tanquā impœnitens, ita deciſum fuit per dominos de Rota deciſ.875. Accuſatus. quam deciſ. Ego didici a Reuerendiſſimo Vida Epiſcopo Albenſi viro clariſſimo & mihi amiciſſimo, & poſtea reperi Rebuffum in prac. bene ficia. fo.469.num 20.& ſeq. qui idem tenet; prætereaque atteſtatur ſe ita uidiſſe ſeruari contra quendam aſtutum hæreticum. Et hanc ſententiam receptam eſſe affirmat Simancas de hæret.c.47 num. 20. & ſeq. Mihi certe hæc opi. ſemper viſa eſt rigoroſa, non enim video, quomodo iſte poſſit dici hæreticus, cum non ſit pertinax in errore, vt eleganter conſiderat Boer. deci.341 num. . Me tamen remitto determinationi ſanctæ matris Eccleſiæ.

10 Idem & (ſecūdū aliquos) eſſet dicēdū ſi hæreticus nollet facere emendā, ad quā eſſent condēnatus, puta ut publice incederet cū aliquo ſigno pœnitentiæ, nam eo quoque caſu eſſet igne comburendus, prout ſe uidiſſe Pariſijs practicari contra quendā Io. Berquin atteſtatur Milleus in prac crim. fo. 1 . nume. 112. & fol. 148 nume. 55. Et ita uſu comprobatum eſſe atteſtatur Simancas de hæreti. in d.c.47 num.23. licet contrariū in facto conſultum vidiſſe atteſtetur Calderi. in c. literas. de præſump. in quodam Senenſi, cui pro pœnitentia ſiue emenda iniunctum fuerat, vt per ſex menſes non ingrederetur ciuitatem, quod etiam refert Fran. Squillac. in d. trac. de fide catho. c 19. Quę ..., & iudicio meo tenenda, niſi cum tali contumacia concurrerent aliquæ aliæ coniecturæ, per quas appareret illū adhuc nō bene ſentire de Eccleſia, hoc enim caſu forte dicerem hunc tanquam vere relapſum, flaminis eſſe comburendum.

Vnum tamen ſcias, quòd iſti impœnitentes non ſtatim debet relinqui iudici ſeculari non enim dicuntur relapſi, ſed monēdi & hortandi, non ſemel tantùm ſed pluries, ut ad fidem reuertantur; & ubi pœniteant. ſunt uſque ad reconciliationem admittendi, ut tenuit Calde. conſ. 2. nu. 2. de hæreti. & ita utimur, ut atteſtatur Simancas in d.c 47. num. 24.

11 Item bona condemnatorum de crimine hæreſis de iure communi conſiſcantur. Et ita dicunt communiter doctores, ut dicit Bruns conſi. feud. li. 3 t. nume. 17. Et ſcias, quòd non modo bona hæreticorum ſunt conſiſcata ipſo iure, ſed ipſi ſtatim à die commiſſi criminis amittunt adminiſtrationem omnium bonorum ſuorum, vt eſt tex. in c. cum ſecundum. de hæret. in ſext. Punctus eſt cui applicentur, nam ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, videtur expreſſum, quod bona clerici hæretici habentis beneficium eccleſiaſticum pertinent ad eccleſiam, in qua eſt beneficiatus, & ſi non habet beneficium, pertinēt fiſco eccleſiæ cathedralis, Bona autem laici hæretici applicantur fiſco ſeculari, ita diſponit text. in c. excōicamus, §. damnati, de hære. Dicit tamen Feli. in c. irrefragabili §. cæterum. nume. in fi de offi. or. quod talis cōſtitutio ſublata fuit per quaſdam extrauagantes pontificias, diſponētes, quod bona hæreticorum diuidantur æquis portionibus inter Romanā eccleſiam, Epiſcopum

ſcopum, & Inquiſitorem. Sed hoc etiam in
practica non ſeruatur, vt ait Didac. lib. 2. re-
ſolutionum, c. 9. nu. 12. ſaltem in Hiſpania,
vbi bona tam mobilia, quàm immobilia hę
reticorum etiam clericorum & habentium
beneficia eccleſiaſtica, applicantur fiſco Re-
gio, ſubdés quòd ita praxis obtinuit. In hoc
autem Ducatu ſeruatur, quòd bona hære-
ticorum diuiduntur æquis portionibus in-
ter fiſcum ducalem & Epiſcopum, & Inqui-
ſitorem, & in hoc ſeruanda eſt conſuetudo
locorum. Vnum tamen ſcias in hoc propoſi
to, quòd in hoc Ducatu licet, ut dixi, pars
bonorum applicetur Epiſcopo, & pars offi-
cio inquiſitionis, nihilominus liquidatio
bonorum fit per procuratores fiſci Regij, &
ſic per hunc Magiſtratum. Et ponuntur bo-
na ad proclama, & omnia fiunt, perinde ac
ſi in totum eſſent applicata fiſco Regio, &
deinde facta liquidationę, datur vnicuique
ſua portio. Et ita fieri debere declarauit ſe-
natus, conſentiente etiam Reueren. Inquiſi
x tore, *x* 30. Iunij 1559. A. C.
12 E T ſcias † quòd licet bona damnatorum
regulariter conſeruentur filijs ex diſpoſitio-
ne Aut. bona damnatorum, C. de bo. præ-
ſcrip. & dixi infra hoc e. li. §. fi. quæſt. 78. cir-
ca principium. & verſ. Videndum eſt etiam,
nihilominus bona hæreticorum confiſcan-
tur, etiam exiſtentibus filijs ipſorum hæ-
reticorum catholicis & orthodoxis, ut eſt
tex. in cap. Vergentis, de hæret. qui eſt ap-
probatus etiam de iure ciuili per tex. ī Aut.
* Gazaros, C. de hæreti. Et ita communiter
tenetur, vt dicit Prac. Carer. fol. 635. num.
140. hanc etiam dicit eſſe communem ſen-
tentiam, & vſu etiam comprobatam Siman
cas de hæret. c. 9. num. 2.
13 I T E M propter † hæreſim ſeparatur ma-
trimonium. Scias tamen, quòd uxor, quæ re
ceſſit à viro lapſo in hæreſim ſiue ex iudicio
eccleſiæ, ſiue non, ſi ipſe reuertatur ad fidé,
compellitur ad eũ redire, niſi velit ingredi
religionem, nam eo caſu ſi fuit ſeparata iu-
dicio eccleſiæ, poteſt illam ingredi, nec tene-
tur ad virum redire. Et eſt communis opin.
vt atteſtat̃ Abb. in c. de illa. circa fi. de diuor.
14 I T E M † clericus hæreticus priuatur om-
y ni officio & beneficio *y* eccleſiaſtico, cap.
ad abolendam, §. primo. de hæret. & amit-
tit omnem eccleſiaſticam poteſtatem. Et
hæc eſt concors ſanctorum patrũ ſententia
vt dicit Pighius de eccleſ. c. 8. Hierar. quem
refert Simancas de hęreti. ca. 45. nume. 18.

z Quinimò ét filij hæreticorum *z* & eorum
receptatorum priuantur ipſo iure beneficijs
obtentis tpe commiſſi criminis. Et eſt com-
* munis opin. vt atteſtatur Io. Lupi de regno
Nauariæ in quinta parte, §. octauo, quem re
fert Didacus li. 2. reſolutionum, c. 8. poſt nu.
4. ver. Cæterum, quòd filij. Dicit tamen Si-
mancas in trac. præallegato, c. 29. num. 7 ꝙ
pia conſuetudine obtentum eſt, non modò,
quòd non ſint priuati ipſo iure, ſed etiam, ꝙ
neque per ſentẽtiam priuentur. Et hęc opi.
mitior eſt atque benignior.
15 Q V Æ R O nunc, an † pœnæ ſtatutæ contra
filios hæreticorum, comprehendant eos tan
tũ, qui nati ſunt poſtquam parentes hæreti-
cam labem contraxerunt, an autem ét eos q
prius nati erant? Reſpond. quòd indiſtinctè
cõprehendunt omnes filios tam natos ante,
* quàm poſt. Et hanc opin. dicit eſſe commu-
nem Galind. ī Regia diſputatione, §. 18. quẽ
refert Simancas in trac pręallega. c. 29. nu. 3.
licet ipſe teneat contrariam ſentẽtiam, quã
(vt ipſe ait) multi viri ſequuntur, neq; nu-
mero, neq; authoritate alijs inferiores. Et
hæc etiam opi. tanquã æquior & benignior
mihi magis placet. Vide quæ dixi infra hoc
eo. lib §. Læſæ Maieſtatis, nerſi. Fuit etiam.
16 P R Æ T E R E A † hęreticis non eſt ſeruan
da fides à priuatis, ita allegatur tenere Bart.
in quęſt. incip. Lucanę ciuitatis, & eſt frequẽ
tiori doctorum calculo recepta ſententia, vt
dicit Simancas de hęre. c. 45. nu. 14. Placa li.
primo delictorum, c. 37. num. 11.
17 V L T E R I V S † pro hæreticis nõ põt ad
uocatus neque procurator pręſtare patroci
a niũ, *a* & hanc concluſionẽ dicit eſſe ex men
te doctorũ Afflict. ſuper prima parte conſti-
tut. Regni. Rub. prima, nu. 43. Hoc tñ intelli
ge ut procedat, qñ conſtat illum eſſe hęreti
b cum, *b* & perſiſtere in hęreſi, ſecus aũt ſi ad
uocatus vellet probare, ꝙ ex proceſſu nõ ap
pareret illũ eſſe hęreticũ, vel ꝙ eſſet paratus
redire ad catholicã fidem. Cæterũ ſolẽt Epi
ſcopi & inquiſitores ſemper cõcedere ueniã
aduocatis in quibuſcunq; cauſis hęreticorũ,
vt pro eis intercedant, quâ uenia impetra-
* ta, non eſt vlterius quærendum.*
S V N T etiam aliæ hæreticorum pœnæ
tã à iure ciuili, quàm à iure canonico conſti-
tutæ, quas copioſè & elegãter tractat Prac.
Carerij in trac. de hæreticis, nu. 132. & alijs
ſeq. & Simancas in d. trac. & alij, qui de hoc
* crimine integros tractatus ſcripſerunt.*
18 H A B E T † etiam hoc crimen multa ſpe

tialia, quæ pariter recenſet Prac. Carer. in tracta. præallegato, & inter cætera in cauſa hæreſis ſufficiunt minores probationes, quã in alijs, & hoc non modò ad inquirendum, de quo aliquid dixi infra hoc eo. lib. § fin. quæſt. ſexta, verſi. Item ſciat, ſed etiam ad fa-
c ciendum plenam probationem criminis, c vt videt tex. in ca. in fidei, de hæret. in ſexto, quem ita intelligunt communiter doctores, vt dicit Boſſ. in ti. de hære. nu. quinto. Et ex hoc apparet non eſſe verã opin. eorũ, qui dixerunt, ꝙ ad conuincendũ aliquem pro crimine hæreſis, requirãtur ſaltem tres teſtes,
* quia imò duo ſufficiunt. & hæc opi. eſt cõis, teſte Anan. in c. excõmunicamus. §. Adijcimus, nu. 1. de hæret. quẽ refert Simancas de hæret. c. 50. nu. 3. Et in propoſito circa teſtes de hæreſi deponẽtes, videndũ eſt conſ. Crauettæ 262. Et an plures teſtes ſingulares ſufficiant. dixi infra hoc eo. lib. § fi. quæſt. 53. verſi. Dixi etiam.

19 Item † de crimine hęreſis poteſt inquiri etiam poſt mortem, & defuncti memoria
d damnari, d & ita in facto practicatum fuit contra memoriam Bonifacij Papæ, qui ad inſtantiam Regis Franciæ fuit poſt mortem accuſatus de hæreſi, vt refert Alber. in Rubr. C. de hæret. num. 2. & tertio, licèt Boer. deciſ. 341. in fin. dicat ſe hoc non inueniſſe in vitis Pontificum. Et ſcias, quòd de conſuetudine Regni Franciæ corpus illius, qui poſt mortem damnatur de hæreſi, relinquitur brachio ſeculari, & per brachium ſeculare comburitur. Hæc autem concluſio, quòd in crimine hæreſis poſſit contra defunctum procedi, & eius memoria damnari, habet locum non modò in hæretico vero, & qui per veras probationes eſt de hæreſi conuictus, ſed etiã in hæretico præſumpto, ſcilicet illo qui citatus in cauſa fidei fuit contumax per annum, & deinde mortuus eſt, vt per Bellameram deciſ. 677. in tali proceſſu. Et in hoc propoſito videnda ſunt ea quæ idem Bellamera ponit in ſeq. deciſ. 678. 679. & 680. & 688. 689. vbi multa eleganter tractat in hac materia, & præſertim an hoc caſu ſint vocã-
* di hæredes defuncti, * &c.

20 Item licèt † Papa e non poſſit pro ali-
e quo crimine accuſari, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fin. quęſt. 35. verſi. Videndum igitur, poteſt tamen pro crimine hæreſis accuſari, & condemnari, vt ibi dixi.

21 Qværo, an occultus hæreticus, † ſcilicet ille, qui ſolum corde deuiat à fide catholica, non tamen verbo ſcripto aut facto aliquod ſignum hæreſis oſtendit, incidat in pœnam excommunicationis, & alias pœnas à iure impoſitas hæreticis? Reſpond. quòd non, & hæc eſt Theologorum ferè omnium receptiſſima ſententia, vt atteſtatur Simancas de hæret. c. 42. num. 1. & ſeq. nam (vt vulgo dicitur) Eccleſia nõ iudicat de occultis.

22 Sed hic † incidenter q̃ro, quę ſint facta, quæ ſapiant hæreſim? Reſpond. quòd illa, quæ de ſui natura præſeferunt aliquid, quod manifeſta eſt hæreſis, dicuntur ſapere manifeſtam hæreſim, puta baptizare imagines,
f rebaptizare pueros, & huiuſmodi, f & hæc eſt peritorum omnium ſententia teſte Simanca in trac. prællega. c. 30 nu. 9.

23 Svccesive quæro † nunquid inuocatio dæmonum ſapiat hæreſim manifeſtam? Reſpon. quòd aut inuocantur dæmones vt quis ſciat futura, & hoc ſapiat hæreſim manifeſtam, quia tribuit diabolo id, quod
g eſt proprium Dei, g ſcilicet ventura præſcire. Aut inuocantur ad alium finem, puta ad tentandam pudicitiam mulieris, vel huiuſmodi, & non ſapit hæreſim, quia inuocatur diabolus ad id, quod ei maxime con-
h uenit, quum ſit tentator animarum. h Ita declarat eleganter Gemi. con. 54. vbi in pulchro caſu ita conſuluit, & ita diſtinguunt doctores, vt atteſtatur Afflictus ſuper prima parte cõſtitut. Regni. Rub. prima, nu. 17. Et hoc ſecũdo caſu iuriſdictio non ſpectat ad inquiſitores, ſed ad ordinarium, qui in hoc crimine poteſt eſſe tam ſecularis, quàm eccle-
i ſiaſticus, nam crimen ſortilegij i eſt communis fori, ita quòd vterque iudex poteſt procedere, vt tenuit Abbas in c. primo, nu. 3. & 4. de ſortileg. quem ſequuntur communiter doctores, ut dicit Nunius de los corregidores, fol. 259. num. 1. Quod nota, quia in parlamentis Franciæ fuit ſuper hoc diuerſimodè iudicatum, ut refert Papo li. 22. ti. tertio, Arreſto primo, & ſecundo. Et dicit Alber. in Rubr. de hæret. num. 13. quòd ita fuit determinatum in Romana Curia in cauſa cuiuſdam Ioan. de Partiniaco, quòd huiuſmodi incantationes, quæ fiunt ex cauſa amoris, non eſſent hæreticæ, & ita etiam refert Oldra. conſi 210. in fin. relatus & ipſe per Tiraquel. de pœnis, cauſa quarta. nume. 3. quòd in facti contingentia fuit abſolutus quidam, qui fecerat ſortilegia propter amorem cuiuſdam mulieris. Faciunt q̃ dixi infra hoc e. lib. § fi. quęſt. 60. verſ. Eſt & amor.

amor. & ex his credo male conſuluiſſe Barba. conſi.55 lib.1.quòd ſortilegia, quæ fiunt ad ſcienda furta commiſſa, ſapiant hæreſim manifeſtam, & quòd eorum cognitio ſpectet ad inquiſitores. Pœna aũt de iure communi impoſita huiuſmodi ſortilegis, diuinatoribus, & maleficis, eſt mortis & cõfiſcationis bonorũ, vt eſt tex.in l.3.C.de malefic. ſed de conſuetudine hęc pœna nõ ſeruatur, ſed imponitur pœna fuſtigationis, vt atteſtatur Nunius de los corrigidores, fol. 259. num.2. vel (ſecundum aliquos) ducuntur in publicum cũ mitra depicta in capite, & deinde eijciuntur, vt atteſtatur Berber.in uiatorio iuris.in Rubr. de ſortilegis, circa fi. & iõ quum ſuperioribus annis in cauſa cuiuſdam Angelæ Cornetanæ imputatæ de ſortilegijs, maleficijs & incantationibus K dubitatum fuiſſet an eſſet imponenda confiſcatio bonorum, ſenatus cenſuit, quòd nõ, 20. Auguſ.1563.P.N. Quod nota.*

ADDITIONES.

a Nouas opiniones falſas.] Adde, quòd imò dicitur hæreſiarca vt in c.quid autẽ.24.q.3.

b Sequitur.] Adde & per Carer.in tract.de Hær.poſt nu.9. quem vi.per diſcurſum vſq; ad nu.69. vbi quamplurima ponit exempla quot modis contrahatur hęreſis, & ſub nu. 59. allegat alios locos, ad quos conuolandũ eſſe dicit, ſiquis alios caſus ſtudioſius velit perquirere. Et ſub nu 63. diſputat, an ſi Eccleſiaſticus tradit conuictum de hæreſi puniendum iudici laico, & temporali, teneatur punire non uiſo proceſſu: & ſic ſtare ſententiæ condemnatoriæ laię per Eccleſiaſticum? & concludit teneri, & nu. ſeq. niſi addendo nouas pœna. vi. fuſius per eundem.

c Nõ eſſe peccatum, ſupple mortale.] Vt habetur etiam per Lud.Carer.in d.tract.num. 17.& fortè fuit omiſſum errore typographi in textu, in ſummario etenim reperitur expreſſum.

d Cenſebitur hæreticus.] Adde idem de eo qui dicit non eſſe ſoluendas decimas, & clericos eſſe expellendos his temporibus, quia malè viuunt, Et eodem modo de illo, qui dicit, non eſſe peccatum duas uxores accipere. Nam hæreticus reputatur ſecundum. Dec. in cap.1.ante nume.14.de officio deleg. Vbi etiam ponit illos duos caſus deſcriptos ab authore; qui Dec.ſub.num.ſeq.dicit etiam, ꝙ Inquiſitores poſſunt procedere cõtra Dominum temporalem impedientem familiam ſuam in delatione armorum. Et Carer. dicto tract.num.28.& 90. Craue.conſ.162.col. 1.verſ.plane, innuit hæreticum eſſe, qui malè dixit de Eccleſia, qui mandata Pontificum deſpexit, qui præcepta Quadrageſimæ non impleuit, & in conſ.280. col.penul.in princ. inquit, quod quando quis negaret decimas eſſe ſoluendas ſimpliciter, & abſolute propter malam vitam clericorum, eſſet hæreticus, & Carer.n.37.d.tractat. Poſt n.6. quẽ, vide, quia alios etiam ponit caſus.

e Iudæi.] Adde, ꝙ poſſunt tamen puniri ab Inquiſitore, vbi delinquunt in his, quæ proprie ſaperent hæreſes inter Chriſtianos; ſed in his, quæ non pertinent ad articulos fidei, ſed ſolum ad opprobrium, vel cõtemptum, puniet eos ſecularis, vel eccleſiaſticus, vi.per Fely.in c.poſtulaſti.n.4 de Iudęis, vbi vtrũq; caſum exẽplificat, & p Carer. de hære.n.9t.

* De illo conſ.Calder.meminit Crauet.cõſilio 202.poſt.nu. 7.vi.ibi.

f Tranſcunt omnes.] Adde, ꝙ hoc frequentiori calculo receptum eſſe etiam taſtatur Rolan. ſuo conſ.20.nu.10.lib.3.

g Hæreticæ prauitatis.] Sed an ordinarius requiſitus ab inquiſitione, ſeu eius vicario, teneatur ire ad inquiſitionem. Et quid ſi nolit, utrum Inquiſitor teneatur ire ad ipſum, ut cauſa in Epiſcopi tribunali terminetur? Vel an Inquiſitor, ſeu eius Vicarius poſſit incœptam cauſam abſque illo proſequi, & finire? vi. plene per R. Patruum meũ F. Vincent. Giac. in ſuis opuſculis q.vlt.char.50.

h Quæ ſit pœna hæreſis.] Adde etiam de pęnis ordinarijs, atque extraordinarijs. vi eundem per Lud.Carer.tract.ſuo de hæreti.nu. 143.vſque ad num. 158. Et qualiter euadantur, & de pęnis receptatorum vſque ad fi.& per d.conſ.78.nu.fin.

i Sub nu.132.] Vbi multas pœnas ordinarias in propoſito ponit.

K Hæreſim.] Hęreſis abiuratio quomodo ſit facienda diligenter explanatum, vide per Iacob. Menoch de arbi.iudi. lib.2. Centur.4. Caſ.372.per totum.

l Ad ppetuos carceres cõdẽnãdus.] Adde, & p Care.tract.ſuo ſub n.62.133. & 159.vbi ẽt Inquiſitores poterũt pęnã ppetui carceris cõmutare, niſi tñ abiuraſſet, & poſtea icideret in aliã, aut eãdẽ hæreſim: iſic.n.relapſus, ſtatim abſq; alia audientia tradit Curiæ ſeculari.c. ſup eo. & accuſatus.de hære.lib.6. cũ p cũdẽ Care.citatis, ꝙ nu.54.ſup.eod.idẽ

tenet poſt relatos, de eo, qui accuſatus abiuraſſet in iudicio, licet contra eũ plenſt probationes non fuerint: qui ſi reincidat in eam dem, vel aliam, pro vero hæretico habetur.

m Relapſus.] Adde, an abiurãs in iudicio hæreſim, pp vehemẽtẽ pſumptionẽ: ſi iterato labaĩ, uunqd relapſus ficte dicaĩ, tex. & glo. in c. accuſatus. de hæret. dicit quòd ſic.

n Pœnitentia.] In Clerico an ſit, ut reciperet bñficia, vide p Lud. Care. d. tract. poſt n. 159. qui nu. ſeq. ponit relatiuè formã iuramenti redeuntis, ac formam abſolutionis cum pœnitentia. Et adde, & vide in iudi. Inquiſitor. atque in directorio.

o Relapſi.] Nã eis denegatur audiẽtia, quò ad pœnã corporalẽ euitãdã, & tñ cõcedũtĩ ſacramenta, ſi manifeſta ſunt ſigna pœnitentiæ, vt habetur di. c. ſuper eo. de hęret. in 6. & tradit Lud. Carer. in d. ſuo tract.

p Erroneam.] Obiter quæro nũquid Notarius, qui confeſſus eſt errores hęreticales, & ad S. R. Eccleſiam reuerſus, poſſit officium tabellonatus ad bancũ iuris exercere. 6. per Hipo. de Rim. conſil. 185.

q Emẽdam.] Adde ad idem, & per Lud. Carer. in ſuo tract. de hæret. nu. 18.

r Aliquo ſigno pęnitentiæ,] Vt p Crucis impoſitionẽ, vt alij terreanĩ, ut p Lud. Carer. ĩ eod. tract. poſt num. 158. verſ. Item puniuur.

ſ Tenẽda.] Adde, qđ hanc opinionẽ ſequiĩ nouiſſimè Hipol. Rim. in conſ. 150. qui defendit mulierẽ inquiſitã de pęna relapſi, cui R. Inquiſitor iniunxerat, ne de domo, quam ſibi pro carcere præfixerat, exiret, & exiuit ſiue licentia.

t Flammis eſſe comburendum.] Adde, & fuſins per Hipol. Rim. eo. conſi. 150. nu. 19. 20.

u Ipſo iure.] Et ſic bona ſunt publicata, nec proceſſus. neq; ſñia requiritur quò ad publicationẽ. Vt etiã habeĩ p Lud. Carer. d. tract. ſuo ſub nu. 136. vbi ſubdit, requiri tñ declarationem pp adminiſtrationẽ & fructus medij tẽporis. Itẽ, & antequã fiat executio; ex quo nu. ſeq. poſt relatos tenet, hæreticis interdictã eſſe bonorũ alienationẽ, q̃ ſi fiat, reuocari põt per Inquiſitorẽ, aut Epiſcopum; qui tñ tenetur pretiũ reſtituere, ſicuti etiam tenetur, ſi hęreticus emiſſet bona, & pretiũ nõ ſoluiſſet, quia tenetur Inquiſitor ſoluere, p eundẽ nu. 138. Itẽ infra quantũ tp̃s peti poteſt publicatio bonorum, & memoria defuncti damnari. Vide per eundem Carer. in d. tract. nu. 142. quæ omnia bene nota.

x Declarauit Senatus conſentiente etiã R. Inquiſitore.] Adde, q. Senatus forſitan motus eſt ad ſic declarandum, & R. Inquiſitor ad accommodandum conſenſum &c.

y Omni officio, & beneficio.] Adde ut per Lud. Carer. in d. Tract. nu. 145. vbi extendit ẽt in heretico occulto, & nu. ſeq. ponit opi. vſq; ad quẽ gradũ, & à nu. 143. vſq; ad num. 158. tractat de pęnis extraordinarijs: deinde qualiter euadantur pęnœ ordinariæ, atq; extraordinariæ, & vltimo de receptator pęnis & excuſation.

z Filii hęreticorum.] Quid de filiis in ptãte exiſtẽtibus, qd de emãcipatis, qd de adoptiuis, quid de legitimatis, quid de naturalib. tñ, qd de nepotib. ex utroq; parẽte, & qualiter, & qd de fœmina. De omnib. vide relatiue p Lud Carer. in eod. tract poſt nu. 141. vbi etiam quid de dotibus vxorum.

a Preſtare patrociniũ.] Adde p notat. ĩ c. aduerſos. de hærei. & tradit Carer. d. tract. nu. 19 Rolan. ĩ cõſ. 63. col. 2. vol. 3. Itẽ in quib. nõ liceat fauere, nec defendere acc uſatũ de hereſi, & q. fautor hęreticorũ dicaĩ qs tam in committendo, quã in omittẽdo. Vide de omnibus Bellon. in con. 78. num. 12. 13. Itẽm de Aduocato uide plene per Lud. Carer. d. tract. ſuo de hęreti. ſub nu. 114.

b Eſſe hæreticum.] Aliàs eſſet excommunicatus per Lud. Carer. in ſuo tract. de hæret. ante num. 114.

Vt in caſu, ſuper quo conſuluit Aymo. Craue. in conſ. 262. & ita ſeruatum uidi.

Adde, ẽt Iacob. Menoc. de arbit. iudi. lib. 2. Centur. 4. Caſ. 374. & p Caret. in pract. §. Homicidiũ. 6. ſub. nu. 367. Vbi licẽt hęreticũ occidere p defenſione fidei. Item ſi in aliquo loco reperianĩ plures hæretici, licet ignẽ immittere in loco illo, & eos comburere.

c Plenã probationẽ criminis.] Adde ad idẽ p Gabriel. Eugubi. cõſ. 178. nu. 1. l. ſi. C. de p batio, qui in criminalib. ad cõdemnationem requirit pbationes clariſſimas, q. procedit ẽt in hęreſi concordantes allegat, & inter cões concluſiones hanc ponit, ſicuti etiam de indicijs, quæ debent probari per duos teſtes ad effectum quæſtionis, ſeu torturæ, conteſtes. uide ibi in 2. cõcluſione, & n. 30. ubi debent eſſe omni exceptione maiores, & qđ tres requirantur ſaltem. Ita practicari retulit. vid. ibidem.

d Memoria dãnari.] Adde qualiter pcedendũ: ut defũcti memoria dãnet ui. p Pariſ. cõſ. 2. n. 209. li. 4. & uide fuſius infra. §. Læſæ Maieſtatis. col. pen. additio. cõtra Principẽ, vel.

Rempub. Rom. adde ut per Ang de Aret. in §. publica, nu. 3. & 4. Inſtit. de publ. indicijs.
* Vide Rolan. conſ. 8. in 3. nu. 8.

e Papa.] Idẽ de Imperatore, qui per ſolum Papa, & non per alium poteſt deponi. ut per Carer. d. tract. nu. 98. qui nu. 155. tenet non obſtare, ſi eligatur.

f Et huiuſmod.] Prout eſt etiã ponere duo principia æqualia. Item & ponere duos vicarios æquales in terris; quia utrunque eſt hæreticum, per Abbatem in c. nouit, num. 12. de iudi. Item qui plenitudinem poteſtatis Papę itcruertere nititur, vel negare, vel quouis modo violare, hæreticus eſt cenſendus. c. ita dominus. 19. di c. ſacroſãcta. 22. di. cum multis alijs ſimil. allegatis per Marſ. idẽ tenentem tract. bannit. fol. 374. poſt nu. 146. Item, qui credit Papam non poſſe dimittere peccata, eſt hæreticus, ut ſentit Oldrad. con. 271. relatus, & ſequutus à Marſ. d. trac. fol. 357. num. 281. Item multis alijs modis, quis dicitͬ hęreticus. ni. per Boſſ. relatiuẽ tit. de hęret. nu. 1. & per Carer. in d. tract.

g Tribuit diabolo id, q͂d eſt propriũ Dei.] Adde, quòd hoc exemplum ponit Lud. Carer. ac per plura probat in d. tract. de hæret. ſub nu. 23. ubi & ponit de adoratione dæmonum, de precibus effundendis Idolis, ac de conſulentibus dæmones, ut ab eis reſponſa habeantur.

h Tentator animarũ.] Adde etiam per Carer. ubi ſupra quem vi. num. 50.

i Sortilegij.] Adde, ſortilegiorũ pœnas, ut per Iacob. Menoch. de arbi. iudi. lib. ij. centur. 3. caſ. 388. per totũ. Item vide ad materiam ſupra §. 1. additio. maleficium.

Et incantationib.] Sed nũquid diuinatio, & incãtatio, per quã appareat de maleficio faciat indiciũ. vi. per Carer. in pract. nu. 141. vbi retulit idiciũ expertũ in materia homicidij. Nã vbi neſcitur homicida, & ſuſpicatur de aliquo, ut deferatͬ cadauer, & incipit euomere ſanguinem. Hoc ego nunquam expertus ſum, & de iſto iudicio valde dubito; ſicut etiã audiui ab alijs iudicibus dubitari.

* Item nota, quòd ſi inquiſitus dixiſſet, ſum hæreticus, non exprimendo cauſas hæreſis: quod non poſſet condemnari ex ſola confeſſione ſecũdũ Craue. d. cõ. 262. ver. quinimo.

Itẽ, ſi infirmus petat hoſtiã non conſecratam, non quia de fide malè ſentiat, ſed vt dici poſſit eũ ſumpſiſſe Corpus Chriſti, reputans ſe indignum Corpus Chriſti aſſumere, licet peccet ita faciendo & petẽdo hoſtiam non conſacratã, non tñ iudicatur hæreticus, quia eã petendi non fuit, q̃ de fide male ſentiret, ſed quia indignũ ſe crederet ſecundũ Calderinũ in conſil. 4. in tit. de hęreti. quem refert, cõprobat, & ſequitur Craue. in conſi. 319. col. 5. poſt nu. 7.

§. Homicidium

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex ſit homicidium,*
2 *Et quod dicatur homicidium caſuale, verſicu. Caſu autem.*
3 *Et quod homicidium culpoſum, verſicu. Culpa dicitur.*
Qua pœna puniatur homicidium culpa commiſſum, ibi.
4 *Quid ſi aliquis citra animum occidendi alium percuſſerit, verſi. Dicitur etiam.*
5 *Quod dicatur homicidium doloſum, verſicu. Doloſum, autem.*
6 *Quod dicatur homicidium commiſſum animo delibrato, verſi. Ex propoſito.*
7 *Quod dicatur homicidium commiſſum ex inſidijs, verſi. Ex inſidijs.*
8 *Quod dicatur homicidium commiſſum proditorie, ver. Proditoriè.*
9 *Quod dicatur homicidium commiſſum per aſſaſſinium, verſicu. Per aſſaſſinium, Remiſſiuè.*
10 *Quibus modis homicidium committatur, ver. Pluribus autem, & aliis ſeq.*
11 *Et quid in eo qui venenum alteri dedit, ad aliquem occidendum verſi. Punitur etiam.*
Quid ſi mors ſequuta non fuerit, an ſit puniendus pœna mortis, ibid.
12 *Quid in iudice qui innocentem condemnauit, verſi. Item iudex.*
Quid ſi aliquem indebitè torſit, ibid. Remiſſiuè.
13 *Quid in medico, qui mortis cauſam infirmo præbuerit, ver. Item medicus.*
14 *Quæ ſit pœna homicidij de iure ciuili, verſicu. Sed quæro.*
15 *An valeat ſtatutum imponens pro homicidio pœnam pecuniariam, ver. Sed nunquid.*
16 *Quæ ſit pœna homicidij de iure canonico, verſicu. De iure autem.*
An clericus homicida priuetur ipſo iure beneficio, an autem requiratur ſententia, ibi.
17 *An homicida priuetur ſucceſſione eius quem interficit, ver. Priuatur etiam.*

18 *Et an teneatur ad intereſſe animæ occiſi, & expenſas factas in medicinis, & ad æſtimationem operarum, verſi. Tenetur etiam.*

19 *Homicida, qui alium interfecit ad ſui defenſionem, excuſatur, ver. Excuſatur autem.*

20 *Et quid ſi pro defenſione bonorum ſuorum. ver. Hæc autem.*

21 *Quid ſi pro defenſione proprij honoris, verſicu. Neque & multo.*

22 *Quid ſi pro defenſione coniunctorum ſuorum, ver. Item locum.*

Quid ſi pro defenſione alicuius extranei, ibid.

23 *Quid ſi volens offendere ſit clericus, ver. Præterea etiam.*

Quid ſi ſit Papa uel Imperator, ibi.

24 *An liceat occidere alium non inſultantem, ſi aliter me ab inſultante defendere non poteram, ver. Adde quòd.*

25 *Quid ſi fugiendo poteram me ſaluare, verſicu. Atque adeo.*

26 *Quomodo probetur factum fuiſſe ad neceſſariam defenſionem, ver. Sed quomodo.*

27 *Quid ſi exceſſum fuerit in defenſione, verſicu. Scias tamen.*

28 *An ſi quis neget ſe occidiſſe, poſſit poſtea fateri, & probare, quòd ad ſui defenſionem id fecerit, ver. Sed hic occurrit.*

29 *Et quid ſi occidi aliquem, qui me inſidijs expectabat, ut me offenderet, verſicu. Poteſt etiam.*

30 *Quando plures interuenerunt homicidio, & ignoratur quis fuerit interfector, an ſint omnes puniendi, verſi. Alia eſt etiam.*

Et quid ſi appareat quis fuerit author rixæ, ibid.

Et quid ſi vnicum tantum vulnus ſit illatum, ibid.

31 *Et quomodo ſit formanda inquiſitio, quando non apparet quis fuerit homicida, verſicu. Sed his incidenter.*

32 *Et quid ſi ſint illata plura vulnera, ſed neſcitur ex quo uulnere deceſſerit, ver. Aut ne.*

33 *Et quid ſi reus probet, vulneratum non ex vulnere deceſſiſſe, an ſit à pœna homicidij excuſandus, verſi. Quandoque etiam.*

34 *Et an in hoc ſtandum ſit iudicio medicorum, ver. Scias autem.*

35 *Et quid ſi uulneratus intra breue ſpacium deceſſerit, an præſumatur mortuus ex vulnere, verſi. Cæterum ſi vulnus.*

36 *Et quid ſi reus velit probare contrarium eius, quod medici dixerunt, verſi. Sed pone.*

37 *Et quid ſi poſt illatum vulnus lethale alius ſuperuenit, qui vulneratum exanimauit, nunquid primus vulnerans excuſetur. verſic. Sed quid ſi reus.*

38 *Fur, an poſſit licite occidi. verſi. Vltima eſt.*

39 *Adulter an poſſit impune a patre occidi, verſ. Dixi etiam.*

40 *Et an à marito, ver. Sed quid in marito.*

41 *Et quid in foro conſcientiæ, verſicu. Sed hæc quidem.*

42 *Et an pater uel maritus id poſſit alteri mandare, verſi. Dubium eſt.*

43 *Banniti an poſſint impunè offendi, verſicu. Plerunque etiam.*

Et an valeat ſtatutum diſponens quòd poſſint impune offendi, ibid.

44 *An ſtante tali ſtatuto, poſſint offendi etiam in foro conſcientiæ, ver. Sed nunquid.*

45 *An etiam occidi, verſi. Eſt tamen.*

46 *An mulier bannita poſſit adulterari, verſicu. Sed an ſtante.*

47 *An bannitus cenſeatur hoſtis ciuitatis, à qua eſt bannitus, ver. Stante hoc.*

48 *An æquiparetur deportato, verſi. Item ſecundum, Remiſſiuè.*

49 *An ſtante hoc ſtatuto poſſit filius occidere patrem bannitum, ver. Sed hic quæro.*

50 *An eum, quem prius promiſerat, non offendere, ver. Quæro aliquis.*

51 *An liceat bannitum proditorie interficere, verſi. Sed an licebit.*

52 *Quid ſi bannitus habuerit gratiam à principe, nondum tamen fuerit de albo cancellatus, ver. Item quæro.*

53 *Et quid ſi bannitus, proteſtetur ſe habere gratiam, an poſſit impune occidi. ver. Sed quid ſi.*

54 *Quid ſi bannum ſit nullum, verſiu. Maior eſt.*

55 *An pendente appellatione à ſententia banni, poſſit bannitus impunè occidi, ver. Succeſſiuè quæro.*

56 *An bannitus captus per familiam officialis, poſſit licitè offendi, ver. Quære etiam.*

57 *An liceat occidere bannitum, extra territorium à quo eſt bannitus, verſicu. Vlterius quæro.*

58 *An occidens eum, quem ignorabat eſſe bannitum, gaudet beneficio ſtatuti, verſicu. Fuit etiam.*

59 *Si ſtatutum permittat occidi bannitum in lib. centum, an liceat occidere eum, qui eſt bannitus in pluribus minoribus ſummis, quæ cumulatæ excedunt centum libras, verſicu. Sed quæritur.*

60 *Exceptio proueniens ex hoc ſtatuto, an ſit peremptoria, ver. Sciendum.*

Et

61 *Et an poſſit opponi per procuratorem, verſicu. Item ſcias.*
62 *Bannitus, ſtante hoc ſtatuto, an poſſit ſe defendere, ver. In hoc etiam.*
63 *Stante hoc ſtatuto, ſi bannitus offendatur, an poſſit iudex ex officio inquirere, verſiculo Alia eſt.*
64 *Caſus in quibus quis poteſt alium licitè interficere, ver. Sunt etiam.*
65 *An in crimine homicidij puniatur affectus, etiam non ſequuto effectu, verſiculo. Vltimo quære.*

a HOMICIDII *a* materia
malo noſtro fato frequens
eſt. Quotidie enim videmus,
etiam ex leuiſſimis cauſis, homines
trucidari, quapropter
in hoc deflenda eſt hominum cõditio, quòd
quum cætera eiuſdem generis animantia in
ter ſe non ſæuiant, ſoli homines ſibi inter ſe
inſidiantur, & crudeliter mortem inferunt.
Pro intelligentia autem terminorum præ-
mittendum eſt, quòd homicidij duæ ſunt
b ſpecies, *b* ſcilicet homicidium ſimplex, & ho
micidium deliberatum, & ad has duas ſpe-
cies reduci poſſunt omnes aliæ ſpecies homi
cidij. Simplex homicidium eſt illud, quod
committitur ſine qualitate animi delibera-
ti. Deliberatum verò eſt quod committitur
ex propoſito cum illa qualitate. Homicidiũ
autem ſimplex altero ex quattuor modis
committi poteſt, ſcilicet Neceſſitate, Caſu,
Culpa, Dolo. Neceſſitate, quum quis ad ſui
neceſſariam defenſionem alium interficit, &
de hoc latè diximus infra verſicu. Excuſatur
autem, & alijs ſeq.
2 CASV autem dicitur † committi homici
dium, quum quis alium occidit ſine culpa,
aliud facere cogitans, & poteſt poni exem-
c plum in eo, *c* qui quum luderet ad iacien-
d dum palum *d* in loco ſolito, hominem in-
terfecit, vt in caſu in quo conſuluit Soc. con
ſi. 16. lib. 1.
3 CVLPA dicitur † homicidium commit-
ti, quãdo quis non doloſè, neque animo oc-
cidendi, ſed inaduertenter alium interficit,
& hoc homicidium licet ſine dolo commiſ-
ſum, poteſt nihilominus puniri criminaliter,
non quidem pœna ordinaria, & ſic pœna
mortis, ſed debent puniri pęna pecuniaria
e vel exilio *e* pro modo culpæ, & ita ſeruari
atteſtatur Boſſ. in titu. de defenſ. reorum,
num. 68. & dixi infra hoc eod. lib. §. ſi. quęſt.
84. circa princ. & quandoque ętiam pęna tri
remium ad tempus, vt ſeruatum fuit in quo
dam Laurentio Moreno, qui propter homi
cidium culpoſum fuit ad triremes per trien
nium condemnatus. 9. Iunij. 1557. P. N. Sẽ-
per autem mitius punitur homicidium cõ-
miſſum ſine dolo, & ſine animo occidendi,
quàm illud quod committitur dolo. Et hæc
eſt communis ſententia ſcribentium, vt di-
cit Cepolla conſi. crim. 37. col. prima, & in
hoc nemo diſcrepat, ut dicit Maranta in ſuo
ſpec. fol. 26 poſt nu. 59 Quinimò ſtante ſta-
tuto, quòd homicida decapitetur, debet in-
telligi, quando homicidium eſt dolo com-
miſſum, non quãdo culpa, ut dixi in d. quæſ.
84. Hæc tamen concluſio, vt ſcilicet homici-
dium culpoſum poſſit criminaliter puniri,
intelligenda eſt, ut procedat, quando fuit la
ta culpa commiſſum, talis enim lata culpa
valde proxima eſt dolo, vt communiter dici
conſueuit, ſed ſi non fuerit lata culpa, ſed le
uis aut leuiſſima, tunc non debet criminali-
ter puniri. Et hæc eſt communis opi. vt atte
ſtatur Boſſ. in titu. quomodo procedatur per
actionem, nu. 38. nam talis culpa potius æq
paratur caſui, & ſic dicitur potius homicidiũ
caſuale, quam culpoſum. Hius autem homi
cidij ex culpa commiſſi poſſunt poni exem-
pla, puta ſi quis uerſus turbam hominum
proijciat lapidem, ex quo hominem inter-
fecerit, certè non adfuit dolus in illo homi-
ne interficiendo, ſed tantùm culpa in pro-
ijciendo lapidem, & ideo non erit punien-
dus pœna ordinaria, ſed tantùm extraordi-
naria. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtat
Menchiaca controuerſ. Illuſt. c. 19. nu. 22. Itẽ
poteſt poni exemplum in illo architecto, qui
aſcenderat machinam, & eam non ligauerat
ſufficienter, & machina tota cecidit ſuper
caput exiſtentis ſub ea, & occidit eum, vt re
fert Ang. in l. in lege Cornelia, ff. de ſicar. di-
cens, ꝙ fuit punitus pœna arbitraria. Item
in eo, qui culpa ſua cauſam dat homicidio
f puta in portitore, *f* qui noluit in portũ reci
pere currus onuſtos, vt eos transfretaret, &
dũ ipſorũ curruum uectores per aquas tran-
ſirent, unus eorũ ſubmerſus fuit, pro quo ta
men portitore conſuluit Clauета conſi. 80.
4 DICITVR etiam † culpoſum homici
dium, quando quis citra animũ occidendi
g alium percuſſit, *g* ex qua tamen percuſſio
ne ille mortuus eſt cuius rei plurimùm ſolet
ſumi coniectura ex genere armorũ uel inſtru
menti, cũ quo illata fuit percuſſio, puta ſi cũ

baculo, prout contigit in illa muliere, quæ percuſſit baculo ſuper capite ancillã, quam credebat eſſe ex uiro ſuo prægnantẽ, ex qua percuſſione iſta deceſſit, & illa fuit per cõſi. Neapol deportata per ſeptenniũ in inſulã, vt refert Gramma. voto 23. Idem ſi cũ manaria, ut in caſu in quo cõſuluit Bal con. 136. lib. 2. vel cũ ligone, ut in caſu Io. de Amicis
h conſi. 23. uel pugno etiã armato, *h* ut in caſu Areti. conſ. 146. vel calce, ut in caſu Signoroli conſ 63 Item ſi quis habeat enſem, & percutiat cũ pomo enſis, non aũt cum ipſo enſe pũctim nec cæſim, vel ſi habeat roncam, & percutiat cum haſta non dr̃ habuiſ-
i ſe animum occidendi, *i* & ita dicunt doctores teſte Marſil. conſ. 67. nu. 18. Idem etiam & multò magis dicendũ eſt, ſi quis non animo percutiendi alium percutiat, ex qua percuſſione mors deinde ſequatur, ꝑut in eo, qui uolens ſe defendere à cane, proiecit lapidem aduerſus canem, & hominem tranſeuntem occidit, de quo per Signorol. conſ. 27. dicentem ita fuiſſe iudicatum.

Dicvnt etiam aliqui, ꝙ ſi aliquis vo-
K lens occidere Titiũ, occidit Semproniũ, *K* non tenetur pœna ordinaria homicidij, ſed tantùm extraordinaria, ex quo reſpectu Sẽpronij non fuit animus occidendi. Et ſic videtur hoc homicidium potius culpa, q̃ dolo commiſſum. Et hanc opi. dicit tenere doctores plures numero *l* Placa lib. 1. delictorũ, c. 27. nu. 1. quã etiam cõem appellat Alba. conſ. 30. nu. 1. & 2. & Mẽchiaca controuerſ. Illuſtr. c. 96. poſt nu. 32. & ſecundũ illam conſuluit Grammat. conſ. 5. & fuit ẽt in facti contingentia iudicatũ per conſ. Neapol. teſte eodẽ Grãmat. ſuper conſt. Regni, fol. 14. nu. 21. ubi dicit, ꝙ deciſio Bar. qui contrariũ determinauit in l. reſpiciendũ, § delinquũt, in fi. ff. de pœnis, ponit iudices maleficiorũ in magno diſcrimine, dũ volũt illã ſeruare. Vide quæ dixi infra hoc eod. lib. §. fi. quæſt. 77. uerſi. Sed quid ſi aliquis. Sed certè ego, ſi caſus contingeret, illi facerem caput amputari. Benè verum eſt, ꝙ reſpectu iſtius homicidij ceſſat qualitas animi deliberati, & iõ non eſſet reijciẽdus, qui pro eo gratiã reportaret, habita legitima patris remiſſione. Et ita in ſimili caſu deciſum fuit per ſenatũ, ꝙ licet factus fuerit inſultus cõtra aliquẽ animo deliberato illũ occidendi, ſi tñ aliquis alius ſuperueniat ad rixã, & occidatur, iſte dicitur occiſus in rixa, & non animo deliberato, & homicida eſt admittendus ad beneficium decreti gratioſi, 2. Auguſti. 1559. P. N.

5 Dolosvm † *m* autem homicidium dicitur, quando quis animo aliquem occiden-
m di illum interficit, dicitur tñ ſimplex homicidium, qñ hæc deliberatio illum occidendi non ex interuallo præceſſit, ſed in rixa, vel calore iracundiæ ſuperuenit, ut dixi infra uerſi. Ex propoſito.

Deliberatvm autem homicidiũ quattuor etiam modis committi poteſt, ſcilicet ex propoſito abſque alia qualitate, ſecundo ex inſidijs, tertio proditoriè, quarto per aſſaſſinium.

6 Ex propoſito † dr̃ committi homicidiũ, quando quis aggreditur alium præuia animi deliberatione ex interuallo præcedente,
n & illum interficit. *n* Et dixi ex interuallo, quia, ſi quis caſu obuium habuerit inimicũ ſuũ, & ira commotus illum interfecerit, non dicitur homicidium animo deliberato commiſiſſe, niſi appareat ꝙ antea deliberaſſet illum interficere, & ambulaſſet armatus aĩo
o illum occidendi; *o* eo. n. caſu, etiam ꝙ illum caſu obuium habuerit & occiderit, dicitur animo deliberato illum occidiſſe. Et ita pluries uidi in ſenatu ſeruari. Et licèt Prac. Caſoni, fo. 13. nu. 8. dicat, ꝙ concluſiuè, ſecũdũ omnes, non dicunt homicidium ex propoſito commiſſum, niſi induſtria & inſidię inter ceſſerint, iudicio tamen meo non eſt eius opi. tenẽda, nam etiam ſi quis abſq; inſidijs uel induſtria alium præuia animi deliberatione inſultando interfecerit, dicitur homicidium ex propoſito commiſſum, ut patet ad ſenſum, & oẽs fatentur, poſt Bar. in l. reſpiciendum, §. delinquunt. in primis uerbis, ff. de pœnis. Illud verò, quòd commiſſum eſt ex inſidijs, ab hoc lõge differt, vt dixi infra uerſi. Ex inſidijs. Et hæc oĩa vota, quia hoc quando. ſ. dicatur homicidium commiſſum animo deliberato, vel non, valde vtile eſt ſcire in hoc ducatu, in quo non ſolent principes concedere gratiam homicidiorum animo deliberato commiſſorum. Item committẽs homicidiũ aĩo deliberato, nõ eſt tut⁹ immunitate. Eccleſię, ſecũdũ opi. magis cõem, quã ego tenui infra hoc eo. li. §. fi. q̃ſt. 30. verſi. Pũctus eſt. Aĩus aũt deliberatus occidẽdi, quũ ea, q̃ in aĩo conſiſtũt, à ſolo Deo videri poſſint, nõ niſi ꝑ cõiecturas colligi põt, quarũ multæ recẽſent ꝑ ſcribentes practicas criminales, & ꝑ Mãtuã conſ. 152. lib. 1. & conſ. 236. eo. vol. & conſ. 294. nu. 5. & ſeq. eo. vol. & cõſil. 314. nume. 7. & ſeq. eo. vol. & conſil.

325.num.5. & ſeq.eo.uol. & conſi.173.li.2. puta ſi præcedant inimicitiæ, minæ, tractatus, & huiuſmodi. Item dicit Prac. Caſoni fol.37. nu.2. quòd (ſecundum iuris peritos) præſumitur tractatus, quando committitur homicidium cũ multitudine perſonarum, niſi ex accidenti ſeu caſu tales perſonę ſuperuenerint. Sed ego in hoc propoſito puto eſſe diligenter aduertendum, nam aliud eſt præſumere animum occidendi, aliud pręſumere animum deliberatum, nam animus p deliberatus *p* ex nullis coniecturis argui poteſt, niſi ex his ex quibus ueriſimiliter colligitur ex interuallo præmeditatio homicidij committendi. Et ideo uerum quidem eſt, quod ex loco corporis, in quo facta eſt percuſſio, uel illatum uulnus. Item ex genere armorum. Item ex multitudine uulnerum, & huiuſmodi, præſumitur animus occidendi, ſed non deliberatus. Et ideo etiã ſi quis poſt acceptam iniuriam ſtatim congreget multitudinem ſociorum amatorum, & reuerſus interficiat eum, qui ſibi intulit iniuriam, illum multis uulneribus confodiendo, certè ex quo durabat calor iracundiæ, non dicetur homicidium animo deliberato commiſiſſe, ſed in rixa. Et hoc pluries per ſenatum deciſum fuit. Sed quando ſedato calore, & (ut uulgo apud nos dicitur) à ſangue freddo, poſt acceptam iniuriam quis alium interficit, tunc recurritur ad coniecturas, quæ ſunt præparatio armorum, congregatio ſociorũ, & huiuſmodi, ex quibus ueriſimiliter colligitur, quod antea ex interuallo cogitatum & deliberatum fuit homicidium illud committere.

7 Ex Insidiis † dicitur homicidium committi, quando aliquis expectat aliũ, poſitus in loco, qui ab illo præuideri ueriſimiliter non poterat, animo cum occidendi, illumq; ex improuiſo uenientem aggreditur & interficit. Et hoc utile eſt ſcire, quia interficiens alium ex inſidiis, ſi confugiat ad eccleſiam, non gaudet eius immunitate, ut dixi in d.q.30. uerſi. Hoc autem.

8 Proditorie verò † dicitur cõmitti homicidium, quando aliquis nulla præcedente inimicitia alium interficit, puta quia ueniens tecum tanquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa te percutio, uel dũ ſederes mecum in menſa, uel ſi, cum me tibi amicũ eſſe fingerem, te à tergo percutio, nam his caſib. dicor te proditorie interfeciſſe, ita dicit Bar. in d.l. reſpiciendum, §. delinquũt, nu.1. ff. de pœnis, cuius doctrinã oẽs qui Bar. poſteriores ſunt, trãſcribũt, ut dicit Igneus in l. & ſi certus, §. ſi unus ex dñis, poſt num.14 ff ad Sylle. Et hoc ẽt utile eſt ſcire, nam in homicida proditorio omnes conueniunt, quód ſi confugiat ad eccleſiam, non gaudeat eius immunitate, ut dixi in d.q.30. uerſi. Scias tamen.

9 Per Aſſaſſiniũ † aũt dr̃ comitti homicidiũ, qñ fit pecunia interueniente, de quo latius dixi ſupra hoc eod. lib. §. Aſſaſſinum.

10 Pluribus autem † modis põt committi q homicidium, *q* aliquãdo n. quis propriis manibus alium interficit, & de hoc principaliter tractabimus in hoc §. Aliquando manr dat *r* alteri, ut homicidium cõmittat, quo caſu tenetur de homicidio pp mandatum, perinde ac ſi ipſe interfeciſſet, ut dixi infra hoc eo li. § fi. quæſt.89. Aliqñ dat auxilium uel conſiliũ alteri ad homicidiũ committendum, de quo dixi in d. § fi. quæſt.88. & q.90. Nec minus punitur ut homicida, ille qui ſeipſum interficit, uel uult interficere, de quo dixi infra hoc eod. lib. § fi. q.68. uerſicu. Seipſum occidere. Dans etiã aliquid mortiferũ alicui ad comedendũ uel bibendum dr̃ homicida, l.2. §. Præterea, ff. de ſicar. Item ſ dãs poculũ amatorium, *ſ* ex quo illud accipiẽs moriat̃, l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis, ff. de ſicar. Itẽ falſum teſtimoniũ dicens ad offenſam contra aliquem, de quo dixi ſupra hoc eo. lib §. Falſum, uerſi. Teſtis qui falſum. Sic etiã dr̃ homicida ille, qui miſit aliquẽ per uiam, in qua ſciebat eſſe eius inimicos, ut occideret, ut eſt tex. in l. 3. §. Item ſi quis author, ff. de ſicar. Et ita in facti contingentia iuſſit ſenatus, ut homicidam ultimo ſupplicio affici prætorem Caluatoni, qui quendam hominem inimicis ſuis trucidandũ tradiderat, 23. Septẽbris 1542. P. N.

11 Punitur etiã † ut homicida, uenenũ *t* t malũ ſcienter ficiens, aut dans ad aliquem occidendum, l.1. l. 3 in princ. ff. de ſicar. ut in caſu de quo per Cepollam conſi. ultimo, Grammat. conſ. 36.38. uoto 3.30.31.38. deciſ.2.33.38. Albam. conſ.72 Et certè quãdo ex ueneno ſequitur mors, non uf̃ dubitandum, quin illud dãs ſit pœna capitis puniendus. Et hæc eſt cõi conſenſu recepta ſententia, ut atteſtatur Placa, lib.1. delictorum, c.20. poſt nu.1. Et ita iudicauit ſenatus ĩ cauſa cuiuſdam medici, qui uxori uenenum dederat, & fuit ei caput amputatum. Punctus eſt, an ſi mors ex ueneno ſequuta non fuerit, de-

beat

beat nihilominus puniri pœna ordinaria, non obſtante generali conſuetudine, præſertim quum hoc crimen videatur eſſe ex atrociſſimis, iuxta ea quæ dixi infra hoc eo.lib.§.fi.quæſt.92.verſi. Sciastamen. Sed certè magis communis opi. videtur eſſe, ꝙ non puniatur pœna ordinaria, vt atteſtatur Prac. Carer. fo.190.nu. 19. vbi dicit, ꝙ ita concludunt magis communiter doctores, quem refert Didacus in repe. clem. ſi furioſus, fol. 181. num.10. de hom. idem dicit Grammat. ſuper conſt. Reg. 11. fol.107. colū. quarta, num.5. & ita ſe pluries iudicaſſe refert Bertachi in verbo, Venenatio. nume.6. quem refert Prac. Conradi, fo.338.num.11. Et refert Grammat. in loco præallegato ſe ita bis vidiſſe iudicari in ſacro conſi. in duabus ancillis, *u* quæ dominis ſuis venenum porrexerant, quarum altera fuit condemnata ad fuſtigationem, altera vero vt inſeruiret infirmis & languentibus hoſpitalis. Et de illa condemnatione mentionem facit idem Grammar. deciſ. ſecunda. Vidi etiam ego in facti contingentia, quòd quidam Thomas Francus pro veneno propinato fuit tranſmiſſus ad triremes per decennium, 23. Martij, 1560. A.C.

12 Item iudex † qui innocentem ad mortem condemnauit, punitur pœna capitis vt homicida, ſi id fecit pecunia corruptus, vel ira commotus, vt eſt tex. in l. lex Iulia, §. fi. ff. ad leg. Iul. repet. Idemque ſi dedit operam, vt accuſatus vel inquiſitus aliquid falſo confitetur, per quod innocens poſtea damnaretur ad mortem, tenetur enim lege Corn. de ſicar. vt eſt tex. in l. 1. in prin. & in l. 3. §. qui falſa, ff. de ſicar. Item ſi aliquem poſuit indebitè ad torturam, vel adeò modum exceſſit in torquendo, vt mortuus ſit, *x* punitur pœna capitis vt homicida, de quo dixi infra hoc eo. lib § fi q. 64. verſic. Antequam tamen. & verſi. iudex autem.

13 Item medicus † *y* ſi malum medicamentum ſcienter adhibeat, vt infirmus moriatur, tenetur vt homicida lege Cor. de ſicar. vt colligitur ex tex. in l. neceſſariò, §. ſi. ibi, medicus inſidus, ff. ad Sylle. Et memini ego ſuperioribus annis, quòd fuit in non modico diſcrimine quidam Mag. Laurentius de Luciferis chirurgus, qui fecit vnam inciſionem cuidam ruſticus, propter quam ille ex nimia profuſione ſanguinis ſtatim deceſſit. Quum tamen nulla ſubeſſet ſuſpicio, quod animo illum occidendi id feciſſet, fuit ſolummodo iuſſus exulare arbitrio Senatus, 13. April. 1562. P. M. Reperio etiam, ꝙ quædam Roſa, quæ medicamentum non malo animo dederat, ex quo ſequuta erat mors, non fuit punita, quia fuerat tolerata vt ita mederetur, ſed fuit illi ſolummodo interdicta in futurum ars medendi, 30. Auguſti 1558. P. N. Tenetur etiam medicus, qui propter imperitiam vel culpam infirmo præbet cauſam moriendi, ad damna & intereſſe, prout in facti contingentia conſuluit Chaſſan. conſi. 48. in quodam medico, qui cuidam teſticulos inciderat.

14 Sed quæro, † quæ ſit pœna homicidij? Reſpond. de iure communi homicida punitur *z* pœna legis Corneliæ de ſicar. vt eſt tex. in l. prima, ff. ad leg. Corn. de ſicar. quæ pœna eſt in nobili deportatio, & bonorum omnium confiſcatio, vt eſt tex. in l. 3. §. legis Corneliæ. eo. tit. ff. de ſic. Sed hodie illa pœna l. Corneliæ nō eſt in uſu, ut dicit Ang in §. l. Corneliæ, nu. 1. ff. ad l. Cor. de ſicar. quē refert Afflict. ſuper prima parte cōſt. Regni Rub. 13. nu. 1. Idem dicit Mar. in d. § le. nu. 1. & 2. quē refert Placa lib. 1. delictorū. c. x. poſt nu. 2. Vide quæ dixi infra hoc eo. li. § fi. q 67. verſ. Deportatio. Pœna ergo homicidij hodie eſt pœna mortis. Et hæc eſt cōis opi. vt dicit Boſſ. in titu. de homici. nu. 109. Et hodie locū hēt hęc pœna *a* tā in nobili committente homicidium, quàm in plebeio. Et hanc opi. recepit practica, vt dicit Bolenc. in repe. l. capitalium, §. famoſos, nume. 64. ff. de pœnis.

15 Sed nunquid † ualet ſtatutum, uel conſuetudo, diſponens quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria? Reſpon. Aliqui dicunt, quòd ſic, Et hanc opi. uidetur tenuiſſe Bar. in l. prima, poſt nume. 10. uer. Vlterius quæro, de publ. iudi. quam etiam dicit tenere communiter doctores Prac. Carer. fol. 515. nume. 12. Contrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet tale ſtatutum non ualeat, multi tenuerunt. Et hanc dicit eſſe communem opin. Anan. in ca. fin. nume. 1. de delic. puer. Dec. in ca. 2. poſt nu. 2. de conſtit. quem refert Public. ſuper conſue. Aluer. fol. 159. nume. 4. Didac. lib. ſecundo reſolutionum, ca. 9 nume. 2. Et hanc ego ſemper ſequutus ſum uti ueriorem & magis communem. Et reperio etiam, quod Igneus in l. lege Cornelia, §. Ex hoc edicto, nume. 62. & ſeq. ff. ad Sylle. refert, quòd ſuis temporibus ita fuit iudicatum

per

per ſenatum contra Nouarienſes, apud quos vigebat huiuſmodi conſuetudo, vt pęna homicidij eſſet centum aureorum. Benè verum eſt quòd Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt. 122. dicit, quòd totus mundus ſeruat contrarium. Et illum refert Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Et ex interuallo, poſt nume. 7. Sed certè illud potuit fortè ſeruari temporibus Alberici, noſtris autem temporibus ſemper vidi obſeruari, quòd talia ſtatuta non valeant, nec ſint obſeruanda. Et ita teneas, & ſerues in practica. Sed poſito, quòd valeant, quæro, pone quòd Peruſij extet ſtatutum diſponens, quòd ſi forenſis ibi occidatur, puniatur pęna pecuniaria, nunquid ſi Peruſinus alibi occidatur, erit ne puniendus occiſor ſolùmodo pęna pecuniaria, vt ſcilicet tale ius reddatur &c.? Reſpond. quòd non, ſed debet huiuſmodi homicida, eo non obſtante, puniri pœna mortis. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Sapia in l. prima, in princ. col. prima, verſi. Ex iſtis præcedentibus, ff. quod quiſque iuris.

16 De iure † autem canonico laicus pro homicidio excommunicatur, clericus autem deponitur, prætereaque priuatur beneficijs. *b* Eſt tamen non leuis controuerſia inter doctores, an clericus homicida ſit priuatus ipſo iure beneficio, an autem veniat priuandus per ſententiam. Et in hoc articulo Inn. in c. cū noſtris. de cōceſ. pb. tenuit ꝙ non eſt priuatus ipſo facto ti. beneficij, nec perdit ipſo iure beneficium, ſed venit priuandus per ſnīam. Et dicit Anan. in c. inquiſitionis, nu. 3. de acc. ꝙ ita tenent cōmuniter doctores. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Corſet. in ſuis ſingular. in uerbo Sententia, uerſi. Clericus. Hāc etiam dicit eſſe communem opi. Feli. in d. c. inquiſitionis, nume. 2. quem refert Foller. in prac. crim. cano. fol. 276. numer. 37. Diaz in prac. crim. canon. c. 88. Gomes. in c. primo, poſt nume. 7. de reſcrip. in ſexto, Alciat. in c. cùm non ab homine, poſt num. 16. de iudi. Ferratius cautela 44. canonicis conſtitutionibus. Didac. in repe. clem. ſi furioſus, fol. 302. numer. 6. in fi. de homicid. Placa lib. primo, delictorum, c. 11. nume. 2. Et quidem in ſimplici homicida, ſcilicet qui animo deliberato homicidium non perpetrauit, hæc opin. Innoc. ab omnibus recipitur, vt dicit Igneus in l. neceſſarios, §. non aliàs. in lectura, num. 13. ff. ad Syll. Sed in homicida deliberato, ſiue qualificato, quòd omnis penè cano. & legiſtarum ſchola in hanc ſententiam declinat.

17 Privatur † etiam homicida *c* ſucceſſione eius quem interfecit, vbi ex teſtō, vel ab inteſtato talis ſucceſsio ad eū ptinet. Et ita volunt doctores, vt atteſtatž Mar. cōſi. 93. nu. 8. Et hoc nō vt ab ea excludatur tanquam incapax, ſed vt admittatur ad ſuccedendum, & deinde fiſcus illam auferat tanquam ab indigno, tex. eſt in l. cum ratiō, §. fi. ff. de bon. damnatorum. Et quòd filius occidens patrem illi ſuccedat, & fiſcus ab eo auferat hæreditatem tanquam ab indigno, dicit eſſe communem opi. Butr. conſi. 63. in primis verbis. Sed pone quòd filius interficiat patrem, nunquid nepotes, & ſic filij homicidæ poterunt auo ſuccedere? Reſpond. Bald. in l. ſi quis inceſti, nume. 4. C. de inceſtis nup. loquendo in terminis ſtatuti, tenuit quòd ſic, ſed in contrarium eſt magis cōmunis opin. ut atteſtatur Boer. de ciſ. 25. nume. 8. & 17. vbi etiam refert ita iudicatum fuiſſe per illam curiam, prout etiam prius iudicauerat parlamentum Pariſienſe teſte Aufrer. in quarta parte de Areſtis, quæſt. 130. & Ioanne Gall. quæſt. 146. Idem etiam deciſum fuiſſe in caſu, in quo frater fratrem occiderat, ut ſcilicet fiſcus præferretur in ſucceſſione fratris occiſi, filijs ipſius fratris occidentis, atteſtatur Alber. in tertia parte ſtatutorum, q. 58. ſi frater occidit, quem refert Barbatia conſi. 8. poſt nu. 4. lib. tertio, & conſi. 70. num. 45. lib 4. Aliàs autem ſequendo opi. Bal. daretur improbis facilior occaſio delinquendi. Si uerò nō extent filij occiſoris, res nullam vr̄ habere difficultatem, ꝙ fiſcus uenit de iure cōi ad ipſam ſucceſsionem. Et hanc dicit eſſe cōem opi. & ſententiam Barba. q in his terminis ita conſuluit in allegato conſi. 8. li. tertio. in primo dubio. Sed qd ſi maritus interficiat vxorem, nunquid lucrum dotis applicabitur fiſco, an autē hæredibus ipſius mariti vel vxoris? Reſpond. Bar. in l. fi. in fi. ff. de his, quibus ut indig. loquendo generaliter, diſtinguit, ꝙ aut lucrum defertur ex pacto ſeu conuentione, & in eo ſuccedunt hæredes uxoris ſimul cum reliquo eius patrimonio. Aut defertur ex diſpoſitione ſtatuti, & applicatur fiſco. Sed certe hæc diſtinctio Bar. cōiter reprobatur per doctores, qui volunt, quòd indiſtincte tranſeat ad hæredes ipſius vxoris, vt atteſtatur Rui.

Rui. qui in facti contingentia ita conſuluit conſi.11.in fi.li.5. quam ſententiam vt communem ſequi videtur Roland. in ſuo eleganti trac. de lucro dotis, q.61. Et ſecundũ illam conſuluit Dec.conſi.525. quæ mihi etiã magis placet, vt uiri facilius à delinquendo abſtineant. Et hæc concluſio locum habet etiã quãdo maritus uxorem occidit iure vel conſuetudine id permittente, puta propter adulterium, nam neque eo caſu lucratur dotẽ iuxta formã ſtatuti vel pacti, quicquid dixerit Bart.in l ſi ab hoſtibus, §.ſi vir. num. 5. ff. ſolu. matri. contra quem tenent fere omnes, vt dicit Iaſ. in d. §. ſi vir. circa fi. & contra Bar. eſſe cõem opi. atteſtatur Gomez. Arias ſuper l.80. Tauri, nu.1. qđ nota.

18 Tenetvr etiam † homicida ad intereſſe animæ occiſi, ſ. ad dandum vt pro ea fiant orationes, ieiunia, eleemoſynæ, & huiuſmodi, ſecđm facultates ipſius homicidæ, prætereaque ad mercedes & expenſas factas in medicis, medicinis, & alijs ad eius curationem pertinentibus, nec non & ad ęſtimationem operarũ, quas interfectus exercere potuiſſet, ſi vixiſſet eo tempore, quo naturaliter viuere poterat. Et has concluſiones vti communes refert Roland. conſilio 39. per totum lib. 2. & ita in facti contingentia conſuluit Bertrand. conſi. 217. lib. 8. ꝙ de iure fiſcus tenetur ex bonis confiſcatis ſoluere filijs occiſi æſtimationem operarum &c. Sed hoc in practica malè obſeruatur, nam fiſcus rapit oĩa bona delinquentis virtute confiſcationis, & nulla prædictorum ratio habetur. In hoc tamen propoſito videndum eſt conſi. Crauetæ 119.

19 Excvsatvr autem † homicida pluribus ex cauſis, & in primis quidem, ſi probet ꝙ homicidium ipſum commiſit ad ſui d neceſſariam defenſionem. *d* Eſt enim indubitata iuris concluſio, ꝙ homicidium factum ad ſui defenſionem *e* non eſt punibile, quum licitum ſit vnicuique vim vi repellere, quod quidẽ eſt vulgatiſſimum & commune, vt dicit Cataldi. conſi 53. in primis verbis inter conſilia criminalia diuerſorum lib. 1. & tex. in l. vt vim, ff. de iuſti. & iure. vbi eſt locus ordinarius huius materiæ. Et hanc ſententiam dicit eſſe frequentiori doctorum calculo receptam Placa li. 1. delictorum, c.28 nume.3 in fi. Et ita omnium gentium more & conſuetudine receptum eſſe f ait Cepolla conſ. cri. 4. *f* ver. Et profectò, quæ quidem procedit etiam in foro conſcientiæ. Et eſt communis opinio, vt dicit Nicel. in concord. gloſarum, cap. 56. Et ait Dida. in repe clem. ſi furioſus, fol.323. poſt num.1. ꝙ hæc eſt apud Theologos receptiſſima ſententia.

20 Hæc autem cõcluſio, ꝙ † pro ſui defenſione liceat alium interficere, locũ habet nõ ſolum pro defenſione vitæ & corporis ſui, g ſed etiam pro defenſione rerum ſuarum. *g* Et hæc eſt cõis opi. legiſtarum, vt dicit Prac. Carer. fol.371. nu.29. & ſeq. Hanc ẽt opi. dicit eſſe cõem Clau. in d. l. vt vim, num.43. & ſeq. Dec. in d. l. vt vim, num.31. Iaſ. in d. l. vt vim, nu.43. quem refert Diaz reg.307. Didacus in loco præall. fol. 325. nume 6. Placa in d c.28. nu.52. Plot in repe. l. ſi qñ, num. 109. Menchiaca controuer. Illuſt. c.18 nu. 5. nam (vt vulgo dici ſolet) bona & res vitæ æquiparantur, ut dicit gl. in l. aduocati, C. de aduo. diuerſo. iudic. illam refert & dicit eſſe cõi conſenſu approbatũ Placa in loco præallegato poſt nu. ver. Adnotanda vtique. Dicit iſi Feli. in c. 2. poſt nume.4. de homicid. ꝙ oẽs concludunt, ꝙ de iure canonico non licet furem interficere pro rebus tantum ſeruãdis. ſed vide quę dixi infra ver. Vltima eſt.

21 Idemqve & † multo magis dicendum eſt, ꝙ liceat alicui alterum interficere pro defenſione proprij honoris, nam periculum famæ æquiparatur periculo vitæ, l. iuſta, ff. de man. uindic. Et eſt cõe dictum, teſte Bolenco in repe. l. capitalium, §. famoſos, poſt nu 161. ff. de pœnis. Et ideo ſi immineat periculum alicuius iniuriæ perſonalis, poterit quis licite aggreſſorem interficere, ita dicit Bar l. 1. num 8. C. vnde ui, Et dicit Ang. in l. is qui aggreſſorem, num. 2. in fi. C. de ſica. ꝙ hoc practicauit in ciuitate Venetiarum. Et defendit quendam accuſatum de homicidio, Et illum refert Marſil. conſil. 81. num.16. Vide quæ dixi infra ver. Atq; adeo.

22 Item locum † habet nõ ſolũ pro defenſione proprij corporis, ſed etiã pro defenſione eorum qui ſunt ſanguine coniuncti, & ita tenent cõiter doctores, ut dicit Grammat. conſi 68. nume.4. Hanc etiã dicit eſſe cõem op. Pet. Calefat. inter conſil. crim. diuerſorum conſi.89. nu.10. li.2. Et in facti contingẽtia, quidã Ant. Perſicus, qui vt auxiliaretur fratri ſuo, interfecerat alium cum eo rixantem, fuit abſolutus 24 Nouem. 1548. P.N. Imò etiam pro defenſione alterius extranei, ſecđm Bar. in d. l. ut uim, nu.7. & ĩ l. ſi quis in ſeruitute, nu. 3. ff. de furtis. Et eſt cõis opin.

vt dicit Dec. in ea.l.vt vim.poſt nu.32.verſic.
ſubijcit Bar. Et dicit Alcia.conſi.475. ꝙ hęc
concluſio eſt ab omnibus doctor.approbata.
23 Praeterea etiam,† generaliter &
indiſtincte intelligenda eſt hæc concluſio,
h ita vt pro ſalutis propriæ defenſione *h* lici-
tum mihi ſit alium interficere, etiam ſi ille
qui me vult offendere, ſit clericus, nã & ipſe
poteſt à me impune occidi pro mea defen-
ſione; imò non ſolum pro mea, ſed etiam
propinquorum meorum, imò etiam extra
neorum. Et ita tenent Cano. indiſtincte, vt
dicit Claud. in lectura d.l. vt vim, nume.85.
Hãc etiam dicit eſſe communem opi. Abb.
in c.ſi uerò, el primo num.11. de pœnit. quẽ
refert Didacus lib.2. reſolut.c.10. poſt num.
8. verſi. Quartum ſi eiuſdem. Quinimo etiã
ſi ſit Papa uel Imperator, adhuc poterit lici-
te occidi. Et dicit Placa in d c.28. poſt num.
7 verſ. 3. Illud, quod hoc eſt conſtitutiſſimũ
inter utriuſque claſſis litteratos. Quod ta-
men puto & intelligendum eſſe cum grano
ſalis, ſcilicet ſi Papa uel Imperator contra
omne ius volebat eum offendere, neque iſte
poterat ſe vllo modo ſaluare ab imminen-
ti morte, neque etiam fugiendo. Et adhuc
ſi caſus contingeret in practica, neſcio an
poſſet obtineri hęc opi. In inferioribus au-
tem cuiuſcunque dignitatis exiſtunt, credo
quod poſſet ſuſtineri. Et reperio quòd in fa-
cti contingentia Riminal. conſil. 44. conſu-
luit pro quodam, qui percuſſerat prætorem,
à quo prius fuerat ipſe percuſſus. Et nota in
hoc propoſito, quòd ille, qui percutit cleri-
cum ſe defendendo, non incidit in excom-
municationem, etiam ſi in defendendo mo-
dum excedat, dummodo id ex propoſito nõ
non faciat, ita dicit glo. in c. ſignificaſti, el 2.
in verbo, Tutelæ. de homicid. quam dicit eſ-
ſe communiter approbatam Soci. inter con-
ſilia Curtij ſen. conſil. 20. poſt num. 41. verſ.
Confirmantur prædicta.
24 Adde, quòd† non ſolum licet inſulta-
to occidere ipſum inſultantem, ſed etiam
licet occidere alium non offendentem, ſi ab
illo inſultante ſe aliter defendere non pote-
i rat, *i* niſi iſtum interficeret, ita dicit glo. in
l. ſi familia, in verbo, Poterat, ff. ſi famil. furt.
feciſſe dicatur. Et eſt communis opi, ut ait
Dec. in d.l. ut vim, poſt num. 9 ver. Et quod
dictum. Sed ponè, ego fui aggreſſus à Titio,
& Caius ſe interpoſuit vt rixam diuideret,
& ego ne interficerer, oppoſui Titio me in-
ſultanti iſtum. Caium mediatorem, qui ab
eo fuit occiſus, nunqd ego teneor de homici
dio? Rñ. Hęc quęſtio fuit diſputata per Ang.
Areti. in ſua q. incipien. Atholus, & conclu-
dit ibi Ang. ꝙ nõ teneor. Et eius opin. dicit
eſſe cõem Corſet. in ſuis ſing. in verbo, Me-
tus, prout illum refert Prac. Carer. fol. 422.
nu. 174. relatus & ipſe p Plac. in d.c.28. nu.
26 Menchiaca cõtrouerſi. Illuſt. c. 19. nu. 19.
Qđ eſt notandum cõtra eos, qui de facili ſe
interponunt rixis, vt diuidant inter ſe rixã
tes, quorum multos uidi ego remanere vul-
neratos, & qñq; ẽt interfectos. ipſis principa-
libus rixæ ſaluis permanentibus. Quinimo
quocunq; mõ ego me defendendo percutio
alium, nõ debeo puniri qa videor dare ope-
rã rei licitæ. Et ita fuit abſolutus per ſenatũ
quidam Ant. Dauerius, qui dum ſe ab alio
inſulta||re defenderet, percuſſit quendam
ſaxo q mortuus eſt. Iuſſus ñ fuit ipſe Daue-
tius exulare p annũ, 24. Octob. 1543. P.N.
25 Atque adeò † uera eſt hæc concluſio,
ꝙ ẽt ſi inſultatus poſſet ſe fugiendo ſaluare,
põt nihilominus ipſum inſultantem impune
interficere. Et eſt cõis opi. ut dicit Faſ. in d.
l. ut uim. nu. 38 Dec. in ea. l. ut vim, num. 35.
Prac. Carc. fol 403. nu. 131. Riminal. cõſ. 44.
nu. 12. Io de Amicis. cõſ. 77. nu. 5. Boſ. in tit.
de homicidio, nu. 86. Et ꝙ inſultatus ab ali-
quo nõ teneat fugere, ẽt ꝙ poſſet ſine peri-
culo illud facere, dicit eſſe cõem opi. Alex.
cõſi. 109. nu. 4 li 1. & cõſi. 119 num. 12 lib. 7.
Alex. de Neuo inter cõſi. criminalia diuer-
ſorũ, conſ. 77. nu. 7. li. 1 Fel. in c. ſuſcepimus,
de homicid. atteſtãs hanc eſſe cõem opi. ſiue
inſultatus ſit perſona. cui ſit decori fugere,
ſiue non. Tiraquel. de nobilita c. 20. nu 64.
Bertrand. conſ 290. num. 10. lib. 3. in prima
parte, & conſi. 128. num. 1. lib. 7. Didacus in
repe. clem. ſi furioſus, fol. 323. poſt nu 4 Men
chiaca controuer. illuſtr. c. 18. num. 20. Pla-
ca in d.c.28. num. 10. & ſeq. ut quòd aggreſ-
ſus ab æquali non teneatur fugere, dicit eſ-
ſe communem opin. Petrus Calephatus in-
ter conſilia criminalia diuerſorum con. 103.
num. 11. lib. 1.
26 Sed quomodo † probatur, quòd fecit
ad ſui defenſionem? Reſpond. non quidem
eſt neceſſe ut probetur in ſpecie iſta neceſ-
ſitas defenſionis, ſed ſatis eſt, quòd pro-
bet ſimpliciter, ꝙ fecit ad ſui defenſionem,
ita ſenſit Bal. in l. ſolam, poſt nu. 11. C de te-
ſtib. & ita communiter teneri atteſtatur
Prac. Carer. in loco præallegato, num. 126.
quem refert Placa. in d. capit. 28. nume. 20.
Hanc

Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Dec. in d l. vt uim, nu. 17. a qua non puto eſſe in practica recedendum, quamuis contrariam ſententiam receptiorem eſſe affirmet Menchiaca in d c. 18. nu. 6. Hinc infertur, quod ad probandum aliquem fuiſſe in periculo vitæ, ſufficit probare quòd eius aduerſarius veniebat armatus contra ipſum, ita tenet glo. in l. prima, in verbo, moderatione, C. vnde vi. quam dicit eſſe communiter approbatam Bertran. in d conſi. 128. nu. 3. Claud. in lectura d. l. vt vim, poſt nu. 54. Grammatic. conſi 56. num. 9. dicit etiam Anchar. in cle. prima, poſt nu. 5. de homicid. quòd communiter glo. ita tenent, prout illum refert Riminal. conſi. 13. nume. 30. & conſi. 23. poſt nu. 12. verſi Vnde ſuccedit, & Bertrand conſi. 84. num. 5. lib 2. in 2. parte. & conſi. 35. nu. 5. lib. 4. & conſ. 189. nu. 6. lib 6 Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Placa in d. ca. 28. num. 15. Non enim tenetur quis expecta-
n re, n quòd prius ab alio percutiatur, vel offendatur, ſed ſi ille ſibi mortem minetur, poteſt ipſe ſtatim illum percutere, ita allegatur tenere Bald. in l. 1. nu. 18. C. unde vi. & ante eũ ita tenuit gl. pallega. in ea. l. 1. quam ſequunt cõmuniter doctores, ut dicit Pet. de Barbobus inter conſilia criminalia diuerſorum, conſil. 97. nume. 21. lib. 1. & Petrus Calepha. inter conſi. criminalia diuerſorum conſi. 88. num. 21. lib. 2. & conſi. 89. num. 3. eo. vol. & conſil. 90 nume. 4. eo. vol. & ita firmant communiter omnes, ut dicit Io. de Amicis conſi. 116. nume. 5. & ita in facti contingentia abſolutum fuiſſe quendam nobilem, qui alium ſibi minantem interfecerat, refert Afflict. ſuper prima parte conſt. Regni Rub. 9. nume. 33. & Rubr. 13. num. 30. licèt (vt ipſe ait) aliqui intelligerent illud dictum Bal. procedere, quando quis facto minatur, non autem quando uerbis tantùm. Eſt enim iuſta cauſa timoris, quod ueniat animo percutiendi, etiam ſi non expectetur percuſſio, vt dicit gl i c. ſi pſodiẽs, in uerbo, ſecularibus. de homicid quã ſequunt cõiter doctores, vt dicit Alex. de Neuo inter conſilia criminalia diuerſorum conſi. 77 num 4. Et in eo qui præparabat offendere, d. cū fuiſſe in facti contingentia iudicatum, quòd potuerat impunè offendi, Iaſ. in d. l. ut vim, poſt nume. 9 referens id atteſtari Bal. in l. in lege, ff. loca. in quadam lectura antiqua, quam ego non habeo & illum refert Prac. Carer. fol. 391. nu. 91. Vide quæ dixi infra verſi. Poteſt etiam, & infra hoc eo. lib. §. fi. q. 60. verſ. Nunc qro.

27 SCIAS tamen quod talis defenſio, propter quam quis iuxta prædicta excuſatur ab homicidio, debet eſſe facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, quòd quidem moderamen circa tria conſiſtit, ſcilicet modum, tempus, & cauſam, & ita dicunt omnes doctores, ut ait Blanc in prac. cri. fol, 146. num. 2. ubi ea omnia declarat, & ante eum ita dixit Bologni. conſil. 36. col. 5. verſi. Verum ſi dicatur, aliàs autem ſi aggreſſus excedat
o modum in ſe defendẽdo, o vtiq; erit puniẽdus. Bene uerum eſt, quòd hoc caſu non debet puniri pœna ordinaria homicidij, ſed ſolum de exceſſu pœna extraordinaria, &
p mitiore arbitrio iudicis. p Et hoc non ſolùm quãdo exceſſiſſet modum ex culpa, ſecundum opi. aliquorum, quam dicit eſſe cõmunem Soci. Iun. conſi. 36 num. 10. lib. ſecundo, ſed etiam ſi exceſſiſſet modum ex dolo. Et ita communiter concluditur, vt dicit Pract. Carer. fol. 409. nu. 152. & ſequ. quẽ refert Placa, in d. c. 28. num. 14 Bertrand. cõſi. 274. num. 2. lib. primo, in prima parte. Didacus in rep. cle. ſi furioſus, fol. 323. poſt nu. 3. Hinc eſt, quòd ſi aliquis inſultet me cum baculo, non licet mihi illum percutere cum gladio, ſi aliter me defendere poteram. Et ita tenent communiter doctores, vt dicit Grammatic. conſi. 63. nume. 2, & 3. Sic etiã, ſi poſt ſe datam rixam, vulneratus ex interuallo inſultum faciat in vulnerantem, non videtur id feciſſe cauſa defenſionis, ſed vindictæ. Et hæc eſt communis theorica doctorum, ut atteſtatur Cepolla conſi. crim. 43. circa princ. Sed in omnem caſum occidens aggreſſorem ſe defendendo, nunquam tenetur de occiſo. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Gram. in d. con. 56. nu. 7. Sed debet mitius, quàm capitali pœna puniri. Et hãc eſſe receptiſſimam ab omnibus ſententia atteſtatur Soci. conſ. 117. nu. 17. lib. 3. Faciunt quæ dixi in d. verſi. Nunc quæro.

28 SED hic occurrit alia quæſtio, pone quòd
q reus in ſuo examine negauerit ſe q Titium occidiſſe, deinde habita copia proceſſus, quum uideret ſe eſſe de ipſo homicidio conuictum, vult probare, quòd illum interfecit ad ſui defenſionem, nunquid erit admittendus? Reſpond. quòd ſic, ita tenet Bart. in l. nemo ex his. ff. de regul. iuris. Et eſt communis opin. ut atteſtatur Dec. in c. paſtoralis. nume. 15. in fi. de exceptio. Boer. deciſ. 164. num. 12. Cagnol. in d. l. nemo ex his, num. 4.

Boſſ.

Boſſ in tit. de defenſ. rerum, num. 4. * nam reus non prohibetur proponere diuerſas, & etiam contrarias exceptiones, vt dixi infra lib. proximo.

29 POTEST † etiam homicida ſe excuſare, ſi probet illum, qui ab ipſo interfectus eſt fuiſſe in inſidijs poſitum, & ipſum expectaſſet vt interficeret, nam licitum eſt tales inſidiatores præuenire, & eos interficere, ita colligitur ex gl. præallega. in l. prima, in verbo, moderatione, C. vnde vi. Et hanc ſententiam approbant communi conſenſu doctores, vt dicit Placa li. 1. delictorum. ca. 21. nu. 12. Quod tamen intellige vt procedat, dummodo ex huiuſmodi inſidijs tale periculum adeò præſens immineret, vt non ſatis tuto vitari poſſet, niſi inſidiator occideretur, ſed ſi, aut ipſe inſidiator comprehendi, aut vitari potuiſſet, crederem non eſſe homicidam ab aliqua pœna extraordinaria excuſandum. Vide quæ dixi ſupra verſi. Sed quomodo.

30 ALIA † etiam eſt defenſio, quæ ad euitandam pœnam homicidij proponi poteſt, oriturq; ex incertitudine eius, qui homicidiũ perpetrauit, quando ipſi homicidio plures interuenerunt, r quo caſu propter talem incertitudinem videtur omnes eſſe abſoluendos. Quæro igitur, quãdo aliquis eſt à pluribus interfectus, & ignoratur quis eorum illum interfecerit, nunquid omnes propter incertitudinem ſint excuſandi, an autem omnes ſint puniendi? Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd quando vnicum eſt tantum vulnus lethale, & ignoratur, quis illud intulerit, omnes abſoluuntur à pœna ordinaria legis Corneliæ, & condemnantur pœna pecuniaria. Et dicit Natta conſi. 240. nume. 9. quòd in hoc concordant legiſtæ & canoniſtæ. Hanc etiam dicit eſſe communẽ opi. Boſſ. in titu. de homicid. num. 26. Et dicit Rimi. conſi. 23. circa fi. ꝙ Bal. in l. ſi in rixa, poſt nu. 10 ff. ad leg. Corn. de ſicar. qui tenuit, ꝙ hæc opinio omnes puniantur pœna homicidij, communiter damnatur. Idemq; ſi plura ſint vulnera lethalia, & ignoratur ex quo vulnere mortuus ſit, pariter enim (ſecũdum eos) ſunt omnes abſoluendi à pœna mortis, & condemnandi pœna pecuniaria arbitrio iudicis, ita allegatur tenere glo. in l. item Mela, §. ſed ſi plures, in verbo, Percuſſerint, ff. ad l. Aquil. & ita communi calculo receptum eſſe atteſtatur Rolan. conſi. 63. nume, 10. lib. 2. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Ange. de maleſi. in verbo, Et Andream, nume. 21. Alciat de præſump. in tertia regula, præſumpt. 44 num. 4. Hæc eſt ardua quæſtio, in qua, vt dicit Placa lib. primo delictorum, c. 12. pauci nauigauerunt ſine periculo. Tu igitur pro veriori reſolutione fac tres caſus. Primus eſt quando homicidium eſt deliberatum & ex propoſito, Et tunc abſolute facienda eſt concluſio, quod omnes, qui ipſi homicidio interuenerunt, teneantur pœna ordinaria homicidij, ſiue defunctus ex vnico tantum vulnere, ſiue ex pluribus deceſſerit. Et ſiue unum tantum vulnus eſſet lethale, cætera verò non lethalia. Et ſiue appareat, quòd omnes vulnerauerint, ſiue appareat non omnes vulneraſſe, ſiue ſit dubium quinam vulnerauerint, vel ne. Et hanc eſſe frequentiori doctorum calculo receptam ſententiam dicit Placa, in d. c. 12. num. 1. & ante eum dixit hanc eſſe cõmunem Didacus in repe cle. ſi furioſus, fol. 292. num. 3. de homicid. Et licet Placa in loco præallegato ſubdat, quòd hæc concluſio debet intelligi quo ad torquendum, non autem quo ad condemnandum. Ego teneo, ꝙ omnes ſint condemnandi, non autem torquendi, non enim poteſt negari, quin etiam illi, qui non occiderunt, præſtiterunt auxiliũ occidentibus; Ex quo reſultat alia iuris indubitata concluſio, quòd præſtans auxilium ei, qui committit homicidium animo deliberato, debet puniri pœna mortis, vt dixi infra hoc eo. lib. § fin. quæſt. 90. circa princ. Puto tamen in hoc caſu aduertendum eſſe, vt omnino appareat certè vel præſumptiuè quòd omnes fuerint conſcij ipſius homicidij committendi; poteſt enim eſſe, quòd idẽ homicidium reſpectu unius dicatur commiſſum animo deliberato, & reſpectu alterius dicatur commiſſum ex improuiſo, ſ puta ſi quis ſciẽs inimicum ſuum alicubi eſſe, & deliberans eo accedere ad illum interficiendum, conuocet amicos ſub prætextu, quòd vellet ire deambulatum per ciuitatem, & deinde illos nihil tale cogitantes conducat ad illum locum, & illum interficiat, vt quandoque vidi in facto contingere, & hoc quidem caſu ſi eſſet dubium ſuper ſcientia, ſequeretur opin. Placæ tãquam tutiorem, quod ſcilicet deberent ſuper ipſa ſcientia torqueri; & vbi illam negarent, condemnari in pœnam extraordinariam pecuniariam, vbi vero, vt dixi, conſtaret de ſcientia, omnes eſſent capite puniendi. Secundus eſt caſus

ſus, quando liquidò non apparet homicidiũ
fuiſſe animo deliberato patratum, ſed be-
nè adſunt aliquæ ſuſpiciones. Et tunc ſtan-
te dicta ĩcertitudine, pariter ſunt omnes tor
quẽdi ſuper illa qualitate animi deliberati.
Et vbi nihil fateantur, tunc debẽt omnes de
ipſo tanquam ſimplici homicidio in pœnam
extraordinariam condemnari ratione incer
titudinis, iuxta ea quæ infra ſtatim ſubijciã.
f Tertius autem eſt caſus, quando certò appa
ret homicidium ipſum ex improuiſo & in ri
xa commiſſum. Et tunc eſt etiam diſtinguẽ-
dum, prout etiam multis modis poteſt hæc
incertitudo conſiderari. Aut enim vnicum
vulnus eſt illatum, ex quo vulneratus deceſ
ſit, & ignoratur quis ex pluribus illud intule
rit, & tunc omnes puniuntur de occiſo, non
tamen pœna ordinaria homicidij, ſed tantũ
pœna extraordinaria arbitrio iudicis impo-
nenda. Et eſt communis opi. vt ait Pariſ. cõ.
140 nu. 3. lib. 4. Prac. Carer. fol. 210. nu. 75.
vbi dicit, quòd ita tenent communiter do-
ctores, quem refert Placa in d. c. 12. num. 6.
Didac. in d. clem. ſi furioſus, fol. 294. num. 5.
Benè verum eſt, quòd hoc caſu ſi appareat
quis fuerit principalis author ſiue inceptor
t rixæ, *t* contra eum ex hoc inſurgit adeò
valida iuris præſumptio, vt ipſe ſolus habea-
tur pro homicida, & poſſit forte ſecundum
iuris rigorem capite puniri, iuxta text. in l.
quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de ui
pub. & ita à legum verticibus receptum eſſe
ait Roland conſ. 63. nu. 3. li. ſecundo. Hoc ta
men apud nos non ſeruatur, raro enim pro-
pter homicidium in rixa commiſſum con-
demnamus aliquem ad pœnam mortis.

31 Sed hic † incidenter quæro, hoc caſu quo
modo debeat formari inquiſitio, ex quo nõ
apparet quis vulnus intulerit, & conſequen-
ter quis fuerit homicida? Reſpond. Ange. in
d. l. ſi in rixa, num. 7. ff. de ſicar. refert, quòd
iſta quæſtio contigit de facto Peruſij. Et di-
cit, quòd ſi eſſet par pœna homicidij & au-
xilij ad homicidium, poſſet iudex vnum in-
quirere de homicidio, & alios de auxilio. Et
ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in titu. de delicto,
num. 24. Plus dicit Angel. in loco præallega
to, quòd etiam quando pœnæ ſunt diuerſæ,
puta quia pro homicidio ſit pœna pecunia-
ria, Iudices maleficiorum non curant, ſed
vni imponunt ictum & homicidium, & alijs
auxilium & fauorem, licet ſecundum eum
ſalua conſcientia nullum ſit remedium. Sed
certe ego ſemper vidi ſeruari contrarium,
vbi enim vnicum eſt vulnus, & ignoratur
quis ex pluribus illud intulerit, ſolent iudi-
ces inquirere omnes æqualiter de homici-
dio, narrando factum, & dicendo, quòd vnus
eorum uulnerauit, & alij auxilium præſti-
terunt, neminem nominando pro homici-
da, & ſi ſint contumaces omnes condemnan-
tur in contumaciam in pœnam homicidij,
prout etiam expreſſe declarauit ſenatus fa-
ciendum eſſe, 27. Iunij. 1547. & 8. Ianuarij
1558. P. N. Si verò compareant, tunc vel om
nes torquentur, uel condemnantur pœna pe
cuniaria, ut ſupra dixi.

32 Aut uerò † plura ſunt illata uulnera, &
certi ſunt uulneratores, & certa etiam uul-
nera ab ipſis ſingulis illata, ſed ignoratur ex
quo uulnere in ſpecie mortuus ſit. Et tunc
aut omnia uulnera erant lęthalia, & omnes
tenentur de occiſo. Et in hoc nõ uidetur du
bitandum. Aut uerò unum uel plura erant
lęthalia, & aliqua nõ lęthalia, Et tunc illi tã
tũ, qui intulerũt lęthalia, tenẽtur de occiſo,
alij uero de uulneribus tantũ. Et hæc eſt om
niſi ferè cõis opinio, ut ait Didacus in loco
præallegato, fo. 292. uer. Secũdus caſus. Hãc
etiam dicit eſſe omnium conſenſu receptam
opinionem Placa in d. c. 12. num. 5. puniendi
tamen ſunt hoc caſu, ultra pœnam ordina-
riam uulnerum, etiam pro auxilio ad homi
cidium pœna pecuniaria iudicis arbitrio.
Aut uerò ſunt certi uulneratores, ſed igno-
ratur quę uulnera à ſingulis eorũ illata fue
rint, Et tunc aut omnia uulnera erant lętha
lia, & omnes tenentur de occiſo, ut ſupra di
xi. Aut erat unum tantum uulnus lęthale,
& alia non lęthalia, Et hoc caſu omnes qui-
dem de occiſo tenentur, non tamen ſunt pu
niendi pœna ordinaria, ſed tantùm extra or
dinem iudicis arbitrio. Et ita tenent com-
muniter doctores, ut dicit Vitali de maleſi.
in Rub. quid ſit accuſatio, num. 71. Hanc ęt
opi. dicit eſſe communem Carer. in loco præ
allegato, num. 75. Et hęc omnia bene nota,
quia quotidie contingunt in practica.

33 Qvandoqve † etiam ſolet ad excu-
ſandum eum, qui de homicidio imputatur
proponi alia defenſio, quòd ſcilicet uulnera-
tus non ex ipſo uulnere, ſed ex alia cauſa de
u ceſſerit. *u* Et in hoc ut habeas perfectam re-
ſolutionẽ, debes diſtinguere tres caſus. Pri-
mus caſus eſt, qñ certũ eſt uulnus illatũ fuiſ
ſe mortale, Et tũc ſi mors ſuperueniat, procul
x dubio uulnerans tenetur de occiſo, *x* & pu-
niendus eſt pœna ordinaria homicidij, iuxta
text.

text.in l.ait lex.§ quòd ſi mortifero,ff.ad le. Aquiliam. & ita communiter tenent vbiq; doctores,ut atteſtatur Soci.conſi.178.col.ſecunda, verſi. Pro cuius concluſionis fundamento,lib.ſecundo.ſubdens ſe putare,quòd hoc caſu non defenderetur vulnerans,ex eo quia, nullus medicus fuiſſet adhibitus: vel quia fuiſſet adhibitus, imperitus, neque propter aliquam aliam culpam commiſſam ab ipſo infirmo ſeu uulnerato, quia licet forte pp iſta mors fuiſſet accelerata, tenetur tamen vulnerans de homicidio,iuxta tex.in l.ita uulneratus.in principio.ff. ad legem Aquiliam. Et quamuis Vital. de maleficijs.in Rubrica, de inſultu,nume. 16. dicat quòd licet vulnus ſit mortale,tamen alia cã quæ ſuperuenit, poterit probari ad excuſationem vulnerãtis. Contrarium tamẽ
y
omnes alij tenuerunt,vt dicit Blanc.in prac.cri. fol.135.nu.97.Secũdus eſt caſus, quãdo certum eſt, ꝙ vulnus non erat mortale, & tunc ex quo conſtat vulneratum mortuum fuiſſe ex alia cauſa,quàm ex ipſo vulnere,nõ tenętur uulnerãs de occiſo, ita dici. Bal. in l.qui occidit, §.fi.ff.ad leg.Aq.& ita etiam tenent Doctores,vt ait Soc.in alle.conſil.178.col.2. Et dicit Riminal.conſi.281. num.7 quòd in hoc nemo eſt qui diſcrepet. Tertius eſt caſus,quando ſumus in dubio,an vulnus eſſet lethale vel non,& tunc: Aut non apparet de aliqua negligentia ſeu culpa vulnerati, & eo caſu ex euentu ſequuto præſumitur deceſſiſſe ex vulnere, & punitur vulnerans de homicidio. Aut apparet de negligentia ſeu culpa,& tunc vulnerans non tenetur de occiſo,iuxta tex.in l.ſi ex plagis,in prin.ff ad le. Aquil.Ita tenet Gandi.de maleſi.in titu.de homicid.poſt nume.24. uerſic. Sed pone, ꝙ aliquis. Et ponit exemplum in ruſtico, qui in capite vulneratus, iuit ad laborandum cum bobus ad ſolem. Et per illud dictum Gandi dicit Signorol. conſi. 263.nume. 6. quòd ter ita iudicari obtinuit in curia ꝑtoris Mediolani. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Blancus in loco præallegato, poſt nume.96. Ex quo itaque talis vulnerans non tenetur de occiſo, non debet puniri pœna ordinaria homicidij, ſed alia pœna extra ordinem. Et ita reperio iudicatum fuiſſe in facti contingentia per Con. Neapo. teſte Grammat. cõſilio 2. & ẽt in hoc Ducatu pluries vidi obſeruari.

34 SCIAS autem,†quòd in hoc,an vulnus
z fuerit lethale z vel ne, ſtandum eſt iudicio medicorum.
a Et hanc ſententiam dicit eſſe omnium conſenſu receptam Placa, lib. primo delictorum, capitu.13.nume 6. Pariter etiam in hoc,an vulneratus deceſſerit ex vulnere,
b an autem ex malo regimine, ſtatur iudicio medicorum & peritorum. Et ita dicit ſe obtinuiſſe, & vidiſſe obſeruari Alber.in procœ.ff.nu.14. & in ſecunda parte ſtatutorum,quæſt.36. Item quid ſi aliquis. quem refert Auguſt.ad Ang.de maleſic.in uerbo, Et ex interuallo. poſt nume. 3. ita etiam ſeruari in practica atteſtatur Boſſ in tit.de homicid.poſt num.115. Et iſti medici debent eſſe duo,ſecundum communem opin. ut atteſtatur Prac.Conradi, fol. 514.num.7 Et hoc loquendo de iure, nam de conſuetudine ſtatur dicto vnius, ut atteſtatur Prac.Caſoni fol. 10.nu.6. Item intellige,quòd requiruntur duo, ſi adſint, nã ubi vnus tantum medicus eſſet in eo loco,illius ſolius dictum ſufficeret. Et eſt cõmunis opi. vt dicit Anan.in ca.ſignificaſti,num.14.in fi. de homicid.& tales medici non debẽt de neceſſitate eſſe doctores Et hęc eſt paſſim recepta ſententia, ut dicit Placa in d.c.13. num. 9.nam ad curam huiuſmodi uulnerũ ſolent adhiberi chirurgi & barbitonſores; & ita ſeruatur in praxi,vt dicit Boer. deciſ. 323. poſt nu.21.debent tamen huiuſmodi medici ſeu periti deponere cum iuramento Et eſt communis opi. ut dicit Crott.de teſtib. poſt nu. 227.verſi.Quarto extenditur. quem refert Didacus lib.ſecundo reſolutio c.13.poſt nu. 4.Feli in c. propoſuiſti,num.15.de proba. Affli.ſuper tertia parte cõſt. Regni, Ru.52.nu. 8.Blanc.in pra.cri.fol.133.nu.90. Intellige, ꝙ tenentur iurare de credulitate & iudicio ſuo, non autem præciſe de veritate. Et eſt cõis opi. vt atteſtatur Anan.in d.c.ſignificaſti,poſt num.13.de homicid. Iaſ.in repe.l.admonendi,num.237. ff de iureiur. Dec.in d. c propoſuiſti,num.17. Bene uerum eſt, ꝙ ſi tales medici eſſent ſpecialiter deſtinati ad hoc officium uiſitandi,non tenerentur iurare in qualibet viſitatione uel relatione quã facerent, dummodo ſemel in initio officij iuramentum præſtitiſſent,prout de conſuetudine ſeruari atteſtatur Pract Millei, fol. 13. nume. 2. Sed certe apud nos non ſeruatur, quòd abſolute ſtandum ſit in hoc iudicio peritorum.
c quinimo ſæpius uidi nullam fidem adhibitam fuiſſe huiuſmodi peritis, præſertim deponentibus ad defenſã quòd vulnus non erat lethale,uel quòd vul

 neratus

neratus deceſſerat ex malo regimine ſolent
enim id de facili deponere, tum ut faueant
inquiſitis, tum etiam ut ipſi effugiant cul-
pam malæ curationis. Et dicit Prac. Papien.
in forma inquiſitionis, in uerbo. Ex quibus
percuſſionibus, nu.2. videmus, ꝙ circa tales
proteſtationes medicorum ſolent commit-
ti fraudes, quum multi corrupti pecunia
uel gratia proteſtentur cõtra ueritatem, pro
pterea tutius eſt dicere, quòd in hoc an vul-
neratus deceſſerit ex vulnere uel nõ, ſtandũ
eſt arbitrio iudicis, qui conſiderata qualita-
te & loco vulneris, & relatione medicorum,
præſertim illa quę fieri ſolet, quando denun
ciant vulnera illata ex debito eorum officii,
conſiderata etiam lõgitudine temporis quo
vulneratus ſuperuixit poſt vulnus illatũ, &
aliis probationib. ęſtimabit an ex ipſo vulne
re, an ex aliũ ex alia cauſa deceſſerit. Et ita te
nẽt doct. omnes cõiter, vt dicit Marſi. in pra-
cti cri. §. & quia, nu. 16. & conſ. 7. nu. 27. quẽ
refert Apoſtil. ad Rimi. conſi. 281. ſub nu. 1.

35 CÆTERVM ſi † vulneratus poſt illa-
tum vulnus proceſſit de malo in peius, &
intra breue ſpacium mortuus eſt, eo caſu
pręſumitur mortuus ex vulnere, & vulne-
rans tenetur de occiſo. vt hanc ſententiam
videntur ſequi omnes canoniſtæ & legiſtæ,
vt dicit Bologni. conſi. 5. colum. ſecun. verſi.
Secundo pro eadem. Et dicit Cæpol. conſil.
crimi. 41. verſi. Tertio veniens, quòd ita om
nes concludunt. Sed quantum in hoc propo
ſito dicetur longum interuallum? Reſpon.
Ang. in l. vnica, C. de emenda. ſeruorum, di-
cit quòd ſecundum ſententiam medicorũ,
nullus lęthaliter vulneratus poteſt viuere vl
tra 40. dies, quem refert Riminal. in d. con.
281. num. 2. vbi etiam ſubdit, quòd ita ob-
ſeruat communis ſtylus, refert etiã Blancus
in pra. crim. diuerſorum, fol. 135. num. 121.
Si tamẽ vulneratus poſt illatum vulnus am-
bulauit per triduum, eo caſu, etiam ſi poſtea
moriatur, non pręſumitur ex vulnere deceſ
ſiſſe, ſecundum gl. in d. l. vnica in uerbo, De
pulſa, C. de emend ſeruorum, quam appro-
bant & ſequunt omnes doctores, vt ait Mar
ſil. in l. ſi in rixa, nu. 56. ff. ad leg. Corn. de ſic.
& in prac. crim. § & quia, nu. 16. & con. 7. nu.
26. in fi. quem refert Don Ant. de Padilla in
l. tranſigere, num. 30. C. de tranſac. Io. Arno.
in ſoliloquio 39. Proſperè quædam.

36 SED pone † ꝙ fuerit lata ſententia con
tra aliquem in pœnam homicidii ex relatio
ne peritorum, qui dicunt vulnus fuiſſe mor-
d tale, d modò iſte vult probare contrarium e
e nunquid retractabitur talis ſententia? Re-
ſpond. quòd ſic, & eſt communis opin. vt di-
cit Affli. ſuper prima parte conſtitutionum
Regni Rubr. 13. nume. 47. nam tales ſenten-
tiæ latæ ex conſilio peritorũ, nunquam tran
ſeunt in rẽ iudicatam. Et ideo poſſunt quã-
docunque retractari ex cõſilio aliorum ma-
gis peritorum, vt dixi infra lib. prox. Sed cer
tè apud nos non admitteretur talis opi. poſt
condemnationem, quum aduerſus ſenten-
tiam latam in cauſa criminali ſublatam ſit
omne remedium à conſtitutionibus huius
Ducatus. Admitteretur tamen reus ad hoc
probandum ante ſententiam, non obſtante
relatione iam facta per huiuſmodi peritos,
ſiue ita retuliſſent ex neceſſitate officii, pro-
ut tenentur ex forma ſtatutorum, uel con-
ſuetudinis, quæ viget in multis ciuitatibus,
ſiue etiam ita retulerint ex iuſſu iudicis, qui
illos miſerit ex officio ad inſpicienda vulne
ra, ſecundũ practicam Vltramontanorũ de
qua atteſtatur Blanc. in prac. cri. f. 131. n. 72.
in aliquibus etiã locis ſeruatur, ꝙ iudex ad
inſtantiam ipſius imputati mittit peritos. q
referant, an vulnera ſint mortalia uel non.
Et ita ſeruatum fuiſſe atteſtatur Spec. in ti.
de probat. §. videndum, verſic. Hoc quoq;
quem refert Affli. ſuper tertia parte conſti.
Regni, Rubr. 52. nu. 7. vbi ſubdit, quòd ita
faciunt cauti aduocati. Foller. in prac. crim.
fol. 375. nu. 22. Sed hoc apud nos non ſerua-
tur, niſi reo conſtituto in carceribus, & eſſet
hoc caſu facienda à iudice talis electio peri-
torũ, citato fiſco, ac parte offenſa, qui eſſent
extra omnem ſuſpicionem, & cũ magna cãę
cognitione, ne forte ſi aliter fieret, deſtrueret
intẽtio fiſci, & deliquẽs euaderet impunit⁹.

37 SED quid † ſi reus probet ꝙ vulnera-
f tus f non deceſſit ex vulnere per eum illa-
to, quia ſcilicet alius ſuperuenit, qui il-
lum alio illato vulnere in totum exanima-
uit? Certè videretur excuſandus, ex quo
apparet, quòd ipſe non fuit verus homici-
da. Et dicit Rom. ſing. 158. quidam fuit
vulneratus. quòd ipſe ex hoc quendam libe
rauit, & lucratus eſt cappam ſericeam,
quem refert Tiraquel. de pęnis, cauſa 61. Et
referunt doctores de quodam aduocato, qui
cõſuluit cuidam, qui aliũ læthaliter vulne-
rauerat, ꝙ deberet mittere ſtatim alium,
qui eum prorſus interficeret, quia ipſe tene
retur tantùm de vulnerato, & ille alius de
occiſo. Sed certe hæc fuit peſſima & abomi-
nabilis

nabilis cautela. Et recte dixit Bal. in d. l. ita
vulneratus. in prima lectura, quòd prǽmium
illius aduocati, qui ita conſuluit, erat ꝙ la-
queo ſuſpenderetur. Tu verò dic ꝙ aut iſte
ſecundus illũ prius vulneratũ interemit de
mandato aut voluntate primi vulnerantis.
Et tunc vterque eſt puniendus pœna ordina
ria homicidij. Aut uerò non interuenit il-
lius mandatum neque voluntas. Et tunc pri
g mũ vulnus non erat lęthale, *g* vel licèt eſſet
lęthale, non erat tale, ꝙ omnino eſſet certũ,
quòd vulneratus fuiſſet ex eo periturus, &
tunc primus tenetur tantum de vulnerato,
ſecundus autem de occiſo. Aut erat indubi-
tatum, quòd ex primo vulnere euadere non
poterat. Et tunc primus vulneratus tenetur
de occiſo. Et hanc opi. dicit eſſe cõem Boer.
deciſ. 323. poſt nume. 10. Didacus in repe. d.
clem. ſi furioſus, fol. 292 nume. 4 de homi-
cid. Placa lib. primo delictorum, ca. 12. nu. 8.
Blanc. in practica crim. fol. 134. poſt nu-
me. 96.

38 VLTIMA eſt † defenſio, quam reus propo
nit, licuiſſe ſibi impune eum, quem occidit,
interficere; cuius rei tria poſſunt afferri ex-
empla, ſcilicet furis, adulteri, & banniti, qui
omnes videntur impune occidi poſſe: de his
ergo ſingulis videmus. Et in primis de fu-
re, in quo quidem eſt diſtinguendum inter
furem nocturnum, & diurnũ. In fure noctur-
nò facienda eſt concluſio, quòd licet im-
pune illum occidere, vt eſt tex. in l. furem
nocturnum, ff. ad leg. Corn. de ſicar. Scias ta
men, ꝙ ad hoc, vt licitum ſit occidere fu-
rem nocturnum, multa requiruntur. Primò
ꝙ iſtud fiat pro defenſione ſui ipſius, vel rerũ
ſuarũ, aliàs nõ p̃t qs occidere furẽ, ſi recedat
ſine rebus ſuis. Secundò requiritur ꝙ volẽs
h occidere furem nocturnum, clamet. *h* Ter-
tiò requiritur, ꝙ eum non cognouerit, ne-
que haberet teſtes, qui potuerint illum co-
gnoſcere, & contra eum deponere de furto.
Quartò requiritur, ꝙ eum capere non po-
tuerit. Et hęc omnia requiri ſecundum com
munem opi. atteſtatur Bolenc. in repe l. ca-
pitalium, §. famoſos, num. 164. ff. de pœnis.
i Prae. Iodo c. 78. num. 2 In diurno *i* autem
fure pariter facienda eſt concluſio, quòd li-
ceat illum interficere, ſi telo ſe defendat. Et
eſt communis opi. vt ait Bolenc. in loco præ-
allegato, nume. 165. Quod intellige vt pro-
cedat, quando quis dubitat an venerit ad
furandum vel ad occidẽdum, neque potuit
ei parcere abſque propriæ vitæ periculo,
hoc enim caſu vtique poteſt illum impunè
interficere. Et hoc fatentur omnes, vt ait Di
dacus in repe. d. clem. ſi furioſus, fol. 327.
ver. Primus ſit, de homici. Idem etiã eſt dicẽ
dũ, quãdo reperitur à domino exportare res
ſuas, & cũ illis aufugere, neq; aliter poterãt
recuperari, quia ſcilicet nolebat eas reſti-
tuere, & telo reſiſtebat. Et eſt cõis opi. ut di-
cit Alex. conſ. 138. nu. 9. li. 6 Dida. loco p̃alle
gato, fol. 327. verſi. Secundo proponitur. Et
quòd liceat impunè occidere furem pro de-
fenſione rerũ ſuarum, qñ aliter non poſſunt
recuperari, dicit eſſe cõem opin. Iaſ. in l. vt
vim, nu. 25. ff. de iuſtit. & iure, quem refert
Villalob. in ſua collecta communium opi. in
littera O, num. 19. Vide quæ dixi ſupra ver.
Hæc autem.

39 DIXI etiam † poſſe adulterum impu-
nè occidi. Scias itaque, quòd licet patri im-
K punè occidere adulterum *k* deprehen-
ſum cum filia in adulterio, ut eſt tex. in l. pa-
tri, ff. de adulter. Quod intellige ut proce-
dat, dummodo concurrant ea de quibus in
d. l. patri, & aliis ſequen. ſ. quòd pater eodem
impetu occidat etiam filiam. Secundò quòd
filia ſit in ipſius patris poteſtate. Tertiò ꝙ
illum occidat in domo ſua, vel generi,
non autem alibi. Quartò quòd filia ſit nu-
pta. Quintò quòd illum deprehendat in ip-
ſa turpitudine. His autem omnibus non con
currentibus, non licere patri impunè adul-
terum interficere. Et hæc omnia locum ha-
bent, etiam ſi talis adulter ſit clericus, po-
teſt enim pater illum ita deprehenſum ci-
tra excommunicationem percutere, neque
incurret in pœnas, cap. ſi quis ſuadente. 17.
quæſt. 4. Et eſt communis opi. vt dicit Ber-
mond. de concub. fol. 267. num. 5. in fi. In iu-
l dice autem vel magiſtratu *l* multi dubi-
tant, an ſi deprehenſus fuerit in adulterio,
poſſit impune occidi, & Grammatic. ſiue
Blaſius ſuper conſtitut. Regni, fol. 110. nu-
me. 18. refert Bar. in l. marito, § illud, in pri-
mis verbis, ff. de adulter. atteſtantem com-
muniter teneri quòd non, ex quo magiſtra-
tus non poſſunt accuſari iure mariti, licet in
lib. meo Bar. nullũ verbum faciat de cõmuni
opi. ipſe tñ Bar. tenet ꝙ poſſit occidi. Et hæc
ſñia mihi magis placet, & iõ caueant officia
les a totis alienis, ne aliqd tale eis cõtingat.

40 SED qd † dicẽdũ in marito, nunqd ei licet
adulterũ cũ ꝓpria vxore dep̃hẽſũ ipune ĩter-
m ficere *m*? Rñ. Si quidẽ adulter ſit vilis pſona,
tũc põt à marito ipune ĩterfici ĩ domo ꝓpria

non

non tamen alibi, vt eſt tex.in l.marito, ff.de adulter.Si verò adulter non ſit vilis perſona, non licet illum impune occidere. Bene verum eſt, quòd ſi illum occidat, non punitur pœna vltimi ſupplicij, propter iuſtũ dolorẽ,ſed mitius;nã ſi eſt humilis pſona,damnaẽ in metallũ, ſi verò eſt honeſtior, relegaẽ in inſulã,ita dicit tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperatores, ff. de adulter. Vel mittitur in exilium,l.Gracchus, C. eo ti.de adulter. Et licet aliquid dicant, ꝙ nullo caſu licet marito adulterũ cum vxore deprehenſum interficere, tamen cõis opi. legiſtarum eſt quòd liceat, iuxta declarationem prædictam,vt atteſtatur Pariſ.conſi.154.nume. 12. lib. quarto Et ita in facti contingentia conſuluit Soci. Iun conſi.34.lib 2 Maritus autem clericum cum vxore in adulterio deprehenſum percutiens, non incidit in pœnas d.c.ſi quis ſuadente,ut etiam in patre ſupra dictum eſt. Et eſt tex. in c.3.infi de ſenten. excõ.& ita tenent communiter doctores, vt dicit Ant.Gomeſ.ſuper.l.80 Tauri, nu.55. Quod ſi intellige, vt procedat in marito,ſecus autem in ſponſo, per verba de futuro, ita videtur ſenſiſſe gloſ in d.c.tertio, in verbo, cum vxore, quam dicit eſſe ab omnibus approbatam Didac. ſuper. 4. decretal.fol.3. nu.12 qui tñ tenet,quod hoc caſu ſufficeret habere abſolutionem à proprio Epiſcopo, non autẽ teneretur illã impetrare à ſummo Pontifice,quod & mihi placet. Faciunt quæ dixi ſupra hoc eod.lib.§. Adulterium, verſi. Sed hæc omnia.

41 Sed hæc † quidem omnia procedunt in foro contentioſo. Cæterum in foro conſcientiæ non licet patri, neque marito,neque filiam,neque uxorem neque adulterum in adulterio deprehenſos interficere, ita dixit gl in c.inter hæc in glo.prima.circa med trigeſimatertia, quæſt. ſecunda. Et eſt communis opin. vt ait Didac. ſuper quarto decretal.fol 142 num.8.& ſeq. quem refert Villalob.in ſua collecta communium opin. in littera M,num 23.Menchiaca lib.primo, de teſt.in prima parte,poſt num.7.uerſi. Vnde data,controuer.uſu frequentium, cap.8. nume 2. Et ideo peccant mortaliter eos occidendo. Hæc tamen opin. mihi nunquam placuit. impium eſt enim iudicio meo dicere,apud nos uigere aliquam legem,quæ peccatum mortale committi permittat, ut etiã dixi infra uerſi.Sed nunquid.

42 Dubium eſt, † nunquid poſſint pater uel maritus alteri mandare, ut adulterum in domo ſua deprehenſum (in caſibus tamen, in quibus de iure licite occidi poteſt) interficiat.nam aliqui dixerunt quòd non, n & fuit opi.Bal in c.ſi quis uerò, poſt num.3. de pace iuramen. firm. in uſib: feudorum, quam dicit eſſe communem Augu.ad Ang. de malefi. in uerbo, Che hai adulterato, num.64.quem refert Grammat. ſuper conſtitut.Regni,fol 110.num.9 Claud.in d.l.ut uim,num.124.Roland. conſi. 34. nume.29. lib.ſecundo.Quum enim ſit caſus ualde exorbitans à regulis iuris communis, ut ſcilicet poſſit quis propria authoritate uindictam ſumere, non uidetur ad alias perſonas extendendus.Bene uerum eſt,quòd licet patri uel marito illud mandare proprio filio, & ita tenuit Bal in d.l. Gracchus, nume. 5. Et hanc opi. dicit frequentiſſimam eſſe Didac. ſuper 4. decretal.fol. 140 nu.5. Ita etiã tenere cõmuniter doctores atteſtatur Ant. Gomes. ſuper l.80.Tauri, num.61. Quinimò multi tenuerunt, quòd poteſt etiã alijs id mandare. Et hæc opin.ſeruatur in practica,prout in facti contingentia reperio iudicaſſe Curiam Neapol.teſte Afflic.ſuper tertia parte conſt.Regni, Rubr.46.num 4.quẽ refert Prac. Carer.fol.445.num.240. ſecundum quam ſe etiam in facto obtinuiſſe atteſtatur Cepoll.de ſeruit.urban.ca.23.circa fi. Vide quæ dixi infra hoc eo.lib.§.fin. quæſt. 60.uerſi.Solet dubitari,circa fin.

43 Plerunque etiam, † ut dixi, excuſant ſe homicidæ, allegando quòd offenſus o erat bannitus. o Et ideo potuit impune offendi. p Sed certe hæc exceptio quatenus p habet fomentum à ſolo iure communi, parum uel nihil prodeſſet imputato; nam ſecũdum diſpoſitionem iuris communis bannitus non poteſt impune offendi, ita dicit Bar.in l.ut uim, nume. 1. ff. de iuſti. & iure. Et ita determinant communiter doctores, ut ait Claud.in ea.l.ut uim.in lectura, num. 8. & in repet.num.17.ubi dicit, ꝙ omnes illum ſequuntur. ita etiam dicit ſe uidiſſe cõiter obſeruari Albe in quarta parte ſtatutorum, quæſtio. 16. circa fin. Habet autem hæc concluſio maximam æquitatem,ne homines ea ex cauſa inter ſe ipſos ſæuiant. Et ſi dicatur, quòd banniti ſunt hoſtes ciuitatis, à qua exulant, meritò deberent impune offendi poſſe. Reſpondetur, quòd imò regulariter non licet hoſtes interficere, ſed ſpeciale eſt in transfugis ad hoſtes,

qui

qui propter periculum reuelationis ſecretorum impune occidi poſſunt, iuxta tex. in l. tertia, §. transfugas, ff. ad l. Corne. de ſicar. ita dicit Bar. in loco præallegato, quem cæteri cõiter ſequũtur, vt ait Clau. in ea. l. vt vim, in lectura, nume. 9. Sed quia communiter per Italiam extãt ſtatuta, quòd banniti poſſint impune offendi,
q q vtique ſtante huiuſmodi ſtatutorum diſpoſitione, occidens bãnitum erit à pœna homicidij liber & prorſus immunis. Et hæc ſententia eſt frequentiori interpretum calculo recepta, ut dicit Placa lib. primo delictorum, ca. 36 nu. 1. Valet enim tale ſtatutum diſponẽs ꝙ bannitus poſſit impune offendi vel occidi, ut dicit Io. And. in addi. Specu. in tit. de conſtitutio. §. 1. circa fi. & Bar. in l. oẽs populi, nu. 23. ff. de iuſtit. & iure. Et eſt cõis opin. vt dicit Ale. cõſi. 2. circa fi. li. 2. quem refert Dec. cõſ. 327. poſt num. 3. Idem dicit Alexand. conſi. 65. nume. 2. lib. tertio. & in l. ſi plagii, nume. 2. in fi. ff. de uerb. oblig. prout illũ refert Iaſ. in ea. l. ſi plagii, num. 3. Viuius in li. communium opin. fol. 204. uerſic. Statutum diſponens, quòd bannitus poſſit, in princ. Anton. Gomes. ſuper l. 76. Tauri, poſt nume. 15. Et dicit Fabius in prac. arbi. fol. 535. nume. 39. quòd ita per omnes magis communiter tenetur. Videntur enim talia ſtatuta introducta pro quiete communi, vt dicit Bar. in l. ſecunda, num. 1. C. quando liceat vnicuique ſine iudi. uindi. Adde, quòd huiuſmodi ſta-
r tutum valet r non modò, ſi ſimpliciter diſponat licere bannitum offendere, ſed etiam ſi illũ offendenti aut occidenti pmiũ conſtituat. Eſt communis opi. vt dicit Alex. in d. l. ſi plagij, prout illum refert Dec. in d. conſi. 327. nu. 3. in fi. Dec. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 14. de conſtitu. quẽ refert Viuius in loco præallegato. Non enim eſt inconueniens, vt ad ea, quæ licitè permittuntur, homines etiam propoſitis pecuniis alliciantur. Hæc tamen omnia intelligenda ſunt ut procedant, modò tales banniti, qui à ſtatuto permittuntur impunè occidi, ex aliquo graui delicto banniti fuerint, propter quod iuſta cauſa dici poſſit, vt ad eos interficiẽdos alij inuitent. Sed ſi ex leui cauſa banniti eſſent, eo caſu nõ ualeret ſtatutũ permittẽs eos impunè offendi. Et ideo ſtatutum diſponens, ꝙ banniti pro debito pecuniario poſſent impune offendi, non ualeret. Et eſt communis opin. ut ait Dec. in d. ca. quæ in eccleſiarum, poſt nu. 14. uerſi. Excipiuntur plures, ubi tamen refert Nellum tenentem contrarium in trac. de bannitis, in ſecunda parte ſecundi temporis, quæſt. ſeptima, ubi etiam dicit quod ita communiter tenetur & ſeruatur; quem tamen aliter referre uidetur Cepolla conſi. ciuili 48. nume. 5. in fine. quod eſt duplicatum inter eiuſdem conſilia criminalia conſi. 5. Menchiaca controuerſ. uſu frequentium, c. 8. nu. 9. Sed caueant banniti, ne confidant ſuper illa communi opi. per Dec. relata, quia ſtante ſtatuto, illi, qui eos occiderent, proculdubio impuniti euaderent, inhumanum enim eſſet, ut ſub fide publica deciperentur.

44 Sed nunquid † ſtante hoc ſtatuto, licitũ erit tales bannitos offendere & occidere, etiam in foro conſcientiæ? Reſpond. Variæ quidem in hoc ſunt doctorum opin. nam Ioan. And. in Rubr. de conſtit. tenuit quòd non, alii verò tenuerunt, quòd ſic. Et hanc opin. eſſe magis communem ſentire videtur Alexand. in d. l. ſi plagij, nume. 2. quem refert Gomes. ſuper Inſtitu. de actio. in princ. poſt nume. 54 ubi has opin. concordat, &, ut ipſe dicit, etiam ex mente doctorum, ꝙ ſcilicet, aut iſte, qui bannitum interficit, id facit zelo reipub. & tunc excuſatur etiam in foro conſcientiæ: aut uerò id faciat ob priuatam uindictam, uel animo effundendi ſanguinẽ humanum. Et eo caſu in foro poli non excuſatur. non tamen explicat, an in dubio ſi non appareat quo animo id fecerit dicatur mortaliter peccare. Menchiaca autem de teſt. in prima parte, §. 7. poſt nu. 22. verſi. Vnde data, dicit receptiorẽ opi. eſſe, ꝙ ét in dubio occidens bannitum vel adulterum lege permittente peccet mortaliter, idemque atteſtatur controuerſ. Illuſtr. c. 49 nume. 4. Ego verò excuſarem à peccato mortali eum, qui bannitum lege uel ſtatuto permittente interficeret, ne dicamus apud Chriſtianos permitti leges nutritiuas peccati mortalis, vt dixi ſupra uerſi. Sed hæc quidem. Cæterum in foro contentioſo proculdubio excuſatur etiam ille, qui bannitum cauſa uindictæ interficit. Et ita obſeruari atteſtatur Boſſ. in tit. banniti quid amittant, nu. 1. in fi.

45 Est tamen † diligenter aduertendum, quomodo concepta ſint uerba ſtatuti, nam ſi abſolutè diſponant, quòd bannitus poſſit impune occidi, non eſt dubitandum, quin illum interficiens ſit à pœna homicidij excuſandus. Sed quid ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd poſſit impune offendi, nun-

quid hoc caſu poterit etiam impunè occidi? Reſpon. ꝙ ſic, & eſt communis opi. vt dicit Iaſ. in l. in ſuis, nu. 26. ff. de lib. & poſthu. Alciat de verb. ſignifi. lib. 2. fol. 44. verſic. Præter igitur. Et dicit Albert. in quarta parte ſtatutorum, quæſt. 18. in fi. quòd ita obſeruat conſuetudo. Dicit etiam Gandi. de maleſi. in titu. de multis quæſt. num. 38. in fi. ꝙ quum conſuetudo generaliter ita interpretari videatur, & talis ſit omnium opin. quòd poſſit occidi, non eſt ab hac opi. recedẽdum.

46 SED An ſtante † huiuſmodi ſtatuto, ſi mulier ſit bannita, poterit quis eam impune adulterare? Reſpond. Nellus de bannitis in 2. parte. 2. temporis. q. 46. tenuit quòd ſic, Contrarium tenuit Bal. in l. fi. poſt nume. 4. C. ſi contra ius uel util. publ. cuius opin. cõmuniter approbatur, ut atteſtatur Dec. in d c. quæ in Eccleſiarum, num. 16. quem refert Gigas de penſio. quæſt. 18. nume. 2. & Don Ant. de Padilla in l. tranſigere, nu. 73. C. de tranſactio. Et hoc mihi magis placet, quum enim ſtatutum conditum fuerit pro quiete publica, ut ſupra dixi, certe adulterium commiſſum cum muliere bannita nihil pertinet ad quietem publicam. Et ideo quum ſit commiſſum extra mentem ſtatuti, non eſt impunitum relinquendum.

47 STANTE Hoc ſtatuto † cenſetur bannito indictum bellum à banniente, & ipſe factus hoſtis ciuitatis à ciuitate, à qua eſt bannitus. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Corn. conſi. 104. col. prima. verſi. His tñ. lib. 2. ubi etiã ſubdit, ꝙ ita obſeruat in practica.

48 ITEM Secundum † aliquos virtute huius ſtatuti bannitus æquiparatur deportato, de quo dixi infra hoc eo. lib. §. fi. quæſt. 71. uerſic. Dixi autem.

49 SED Hic quæro, nunquid ſtante hoc ſtatuto poſſit filius † occidere patrẽ bãnitũ? Reſpond. Bar. in l. ſi adulterium cum inceſtu, § liberto, ff de adulter. tenuit quòd ſic, & eſt communis opi. ut ait Marſil. in l. prima, § præterea, num. 33. ff de quæſtio. Gomes. in § rurſus, num. 22. Inſti. de actio. Berous in d. ca. quæ in eccleſiarum, num 114. quem refert Viuius in loco præallegato, in 2. ampliat. & ita determinatum fuiſſe per collegium Peruſij refert Ang. de maleſi. in uerbo. Et ex interuallo, nu. 17. Ex quo enim pater uirtute dicti ſtatuti cenſetur effectus hoſtis patriæ, vt dixi ſupra, verſi. Stante hoc ſtatuto, meritò etiam videtur licere filio eum interficere, iuxta tex. in l. minime, ff. de relig. & ſumpti. fun. Mihi † quidem hæc opi. nunquam placuit, ſed ſemper viſa eſt crudelitatis & impietatis plena; licet enim pater ſit bannitus, non tamen deſinit eſſe pater, neq; iura naturalia amittit, propterea ego tali filio patrem occidenti cenſerem caput amputandum. Neque aliquid mouet, quòd virtute talis ſtatuti pater bannitus cenſeatur effectus hoſtis patriæ, id enim eſt propter fictionem, quæ in re tam enormi non debet ueritatem patriæ poteſtatis adumbrare. Poſſet forte tolerari cõmunis opin. ubi talis pater bannitus, eſſet uere hoſtis patriç, ideſt actualiter arma contra patriam inferret, nam eo caſu filius, qui in eo actu patrem occideret, eſſet excuſandus. Et ita loqui videtur Claud. qui ita communiter concludi atteſtatur in l. prima, §. ius gentium, nu. 13. ff. de iuſti. & iure. Sic etiam uidemus quòd ſtante hoc ſtatuto, non poteſt uaſallus impune offendere dominum ſuum. Et dicit Alber. in 4. parte ſtatutorum, quæſt. 27. quòd ita tenent communiter doctores, quem refert Cepoll. conſi. crim. 5. uerſi. Septimo pro hoc, & tamen nemo ſanè capitis negabit maiorem reuerentiam debere filium patri, quàm vaſallum domino ſuo.

50 QVÆRO aliquis † fecit pacem cum inimico ſuo, & promiſit eum non offendere ſub pœna, nunquid ſi talis inimicus fuerit poſt pacem bannitus, poterit ab eo, qui pacem fecit, virtute huius ſtatuti impune offendi? Reſpond. quòd ſic, & eſt communis opi. ut dicit Alex. in l. qui ſeruum, quam legit cum l. qui inſulam, poſt nu. 2 uerſi. In tex. ibi intereſt, ff de uerb oblig. quem refert Iaſ. ibi, num. 5. & Nouel. in prac. crim. fol. 197 num. 54 Ripa in l. fi nu. 86 C. de reuoc. don. quẽ refert Viuius in loco præallegato, fol. 205. in prima ampliat. Plus dici Nellus de bannitis in 2. parte ſecundi temporis, q. 52. ꝙ ſiue tempore pacis eſſet bannitus, ſiue poſt, ſemper poteſt impune offendi, & quòd ita ſeruatur; quæ opin. mihi quoque placet in eo, qui nondum eſſet bannitus, dummodo tale bannum ſequutum fuerit ex alia cauſa, quàm ex ea, propter quam fuit contracta pax inter ipſos. Sed ſi eſſet bannitus tempore initæ pacis, vel bãnum poſtea ſequutum eſſet ex eadem cauſa, pro qua fuerat cõtracta pax, nõ putarem illum eſſe excuſandum.

51 SED An licebit † uirtute huius ſtatuti bãnitũ proditorie interficere? Rñd. ꝙ ſic, ita tenet Dec. in c q̃ in Eccleſiarũ, nu. 14 in fi. de

conſitu. Et ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in tit.
banniti quid amittant, nume. vbi etiam di-
cit, quòd licet eos occidi facere per pecuniã,
& ſic per aſſaſſinium, ſubdens quòd ita ſer-
uatur. Contrariam tamen ſententiam, ſcili-
cet quòd imò non liceat bannitum prodito-
x rie interficere, multi tenuerunt. x Et dicit
Mantua conſ. 200. lib. 2. num. 29. quòd illa
opi. Dec. communiter reprobatur, quod eſt
magnum verbum, ſi eſt verum. Dicit etiam
Ang. in l. fin. C de delator. lib. 10. relatus per
Alex. in apoſtillis ad Bar. in ea l. fin. quòd in
facti contingentia fuit Peruſij quidam vlti-
mo ſupplicio affectus, qui ſocium ſuum ban
nitum proditorie interfecerat. Et illum re-
fert Igneus in l. 3. § ſi ex ſtipulatu, nume. 54.
ff. ad Sylle. vbi etiam narrat, num. 48. quòd
dum ipſe eſſet ſenator Mediolani, contigit
ꝙ quidam, qui dederat inimico ſuo bannito
fidem de non offendendo, addita etiam cau-
tione, deinde illum interfecit. Et dicit quod
ſuper illo caſu fuit dubitatum, & multis die
bus in ſenatu diſputatum, non tamen dicit
quid fuerit deciſum. Certe quicquid ſi de iu-
re, apud nos ſeruatur, quòd bannitus, qui
poteſt impune interfici, poteſt etiam prodi-
torie occidi. Si tamen aliquis fidem expreſſe
dediſſet bannito cum non offendendi, & il-
lum interficeret, ego illum decapitari face-
y rem, nam etiam hoſti fides ſeruanda y eſt.
52 Item quæro † pone quòd bannitus ha-
buerit gratiam a principe, ſed nondum ſit
z cancellatus z de albo, ſeu numero bãnitorũ,
nunquid poterit impune offendi? Reſpon. ꝙ
• ſic, & eſt communis opin. ut dicit Iaſ. in l ſi
creditoris, num. 2. & ſeq. C. de fideicom. pro
ut illum refert Boſſ. in tit. Banniti quid amit
tant poſt, nume. 3. vbi etiam dicit, quòd ita
pluries vidit in facto obſeruari. Idem, atteſta
tur Marſil. ſing. 340. Caute agatur Blanc. in
prac. crimin. fol. 101. nume. 125 & alijs ſeq.
max. nume. 165. in fi Hoc tamen intellige vt
procedat, modò nulla culpa ipſi offendenti
aſcribi poſſit. Ita dicit Ang in l. filio quem,
in prin. ff. de li. & poſth prout illum refert &
• dicit magis communiter approbari Alex.
in ea. l. filio quẽ, in princip nu. 6 & ſeq Ego
tñ non reperio in libro meo Ang. ibi hoc di-
centem. Mihi placet in hoc articulo diſtin-
ctio, quam ponit Cepolla conſi. 39. crim. col.
pe. dicens illam eſſe ex omnium ſententia, ꝙ
ſcilicet, aut conſtat ꝙ occiſores ſciebãt ban-
nũ fuiſſe ſublatum, & ſunt proculdubio pœ-
na ordinaria puniendi; aũt cõſtat ꝙ ignora-
bãt, ſed tñ perquirendo illud facilè ſcire po-
tuiſſent. Et tũ ex hac culpa ſunt etiam pœna
aliqua extraordinaria condemnandi. Ante-
quã enim quis ad huiuſmodi actum homici
dij de ſui natura doloſum, & ab omni lege
reprobatũ deueniat. debet curioſe inquire-
re, & nõ præcipitãter currere ad illũ cõmit-
tẽdũ. Et hæc opi. æquior eſt, & tenẽda in iudi
cãdo, ĩ qua, vt dicit Nellus de bãnitis, in pri-
ma parte tertij tẽporis, q. 2. oẽs cõcordant,
quicqd dicat Blan in loco præallegato, num.
164. affirmãs ꝙ contrariũ tenẽt cõiter docto
res. Caueãt tñ banniti, quia niſi ꝓbetur præ
ciſe ſcientia occidentium, nunquã condem-
nantur in pœnam homicidij. Et quando pro-
bat̃ ſcientia per coniecturas, puniuntur tan-
tùm in pœnam extraordinariam. Et ideo
curent quàmprimum de albo deleri, poſt-
quam à principe gratiam impetrarunt.
53 Sed quid † ſi bannitus priuſquam occida
a tur, proteſtetur quod habet gratiam, a nun
quid adhuc poterit impune occidi? Reſp.
quòd ſic, ſi aliter non fecerit fidem de ipſa
gratia. Et eſt communis opi. vt dicit Ripa in
c. cum M nu. 56. de conſtituti. Et dicit Mar-
ſil. conſi. 55. nu. 5. in fi. quòd ita tenent docto
res. Et dicit Gozad. conſil. 61. num. 9. quòd
hanc opi. ſequũtur omnes doctores antiqui
& moderni. Non enim tenetur quis illi cre-
dere, niſi oſtendat.
54 Maior eſt dubitatio, qñ † bannum eſt
nullum nunquid excuſetur occidens ipſum
b nulliter bannitum? b Aliqui dicunt, quod
nullo modo debet impune euadere, ſed ſi ha
bebat notitiam huiuſmodi nullitatis, debet
puniri pœna ordinaria. Et hanc dicit eſſe cõ-
• munem opin. Alex. conſil. 77 num. 5. lib. 3.
quem refert Gomez. Arias ſuper l. 74. Tau
ri, num. 35 & prac. Conradi, fol 317. in octa-
ua ampliat. & Blanc. in prac. crim. fol. 98. nu.
96. in fi. Marſil. conſ. 10. nume. 16. prout illũ
refert Viuius in loco præallegato, in quarta
limitat. qui tamen in libro meo hoc non di-
cit. ſi vero non habebat notitiam talis nulli-
tatis, tunc debet puniri pœna extraordinaria
arbitrio iudicis. Et hæc eſt communis opi. vt
dicit Vantius de nullita. fol. num. 44. Sed cer
te in hoc ſecundo capite hæc opin. mihi non
placet, nam qui occidit bannitum condem-
natum & poſitum in albo, id facit ſub fide
publica ſtatuti id permittentis, merito ſi
probabiliter ignorauit nullitatem banni, iu-
dicio meo eſt in totum excuſandus. Et cre-
do quòd ſi caſus contingeret, ita ſeruarẽt in

practicá. & ſibi imputet ille qui eſt nulliter bannitus, neque curat facere reuocari bannum, & nomen ſuum de albo bannitorum deleri.

55 Svccessive quęro,† vtrum pendẽte appellatione à ſniã banni, poſſit bannitus impunè offendi? Reſpond ꝙ non, & ita tenẽt omnes vt dicit Ang. Aret. in l. prima, in principio, ff. nil noua. appell. pend. Hanc etiam dicit eſſe cõem opi. Soci. in l. tertia, §. ſi ſeruus, ver. Prima concluſio. ff. de acqui. poſſ. Iaſ. in d. §. ſi ſeruus, quem refert Villalob. in ſua collecta cõmunium opi. in littera B, num. 4. Idẽ qui pendente cã nullitatis ipſius banni, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi. quæſt. 94. uerſ. Scias aũt. Quinimò neq; etiam põt impunè offendi pendente tpe ad appellandum ab ipſa ſententia banni. Et hanc opi. dicit eſſe communem Blanc. in prac. crim. fol. 99. num. 108. & ſeq. Apoſtil. ad Feli in c. quærenti, ſub num. 2. de offi. deleg. Sed in hac prouincia non cõtingit ſuper his dubitari, quum in cauſis criminalibus ſublata ſit omnis appellatio.

56 Qværo etiã† pone quòd bãnitus fue-
c rit captus per familiam officialis, e nunqd adhuc poterit impune offendi? Reſpõ. quòd non, ita tenuit Bar. in l. tertia, §. transfugas, ad leg. Corn. de ſicar. Et dicit. Afflic. ſuper ſecunda parte conſt. Regni, Rubrica tertia, nume. 51. quòd hæc limitatio communiter tenetur Idem dicit Ant. Gomes. ſuper l. 76. Tauri. poſt nu. 17. uerſ. Item adde, quòd poſtquam. Ita etiam cõiter ſeruari & approbari atteſtatur Alberi. in quarta parte ſtatutorũ, quæſt. 36. Adhuc quæro, in ſin. quem refert Auguſt. ad Ange. de maleſi. in verbo, Fama publica, poſt nume. 58.

57 Vlterivs quęro,† nunquid occidẽs bannitum, extra territorium, à quo eſt bãnitus, debeat decapitari? Reſpond. ꝙ non, ita dicit Bal. in l. cunctos populos, num. 9. C. de ſumma trinit. referens, quod iſta quæſtio fuit de facto in quodam Pico Tacone, & dicit quòd ipſe conſuluit, ꝙ non poterat puniri, & forte eſt conſilium, de quo mentionem facit, & atteſtatur eius opi. eſſe magis communem Gomes. in c. 2. §. ſtatuto num. 42. de cõſti. in 6. Et ita iudicauit ſenatus in quodam, qui interfecerat bannitum extra territoriũ, & in ecclesia, ut refert Boſſ. in d. titu. banniti quid amittant, num. 6. Quæ quidem concluſio abſque difficultate procedit, quãdo ille, qui bannitum offendit, captus eſt in loco ſtatuti permittentis bannitum impune offendi poſſe, non enim poteſt ibi puniri, ex eo ꝙ bãnitum extra territorium offenderit. Et ita loquitur Bal. in loco præall. Et ita ſeruari atteſtatur Nellus de bannitis in 2. par. ſecundi tẽporis, quęſ. 57. quem refert Iaſ. in l. fi. nu. 22. ff de iuriſd. omnium iud. & Cagnola in l. fin. num. 18. & Marſil. conſi. 57. num. 35. Quinimò reperio etiam, quòd ſenatus in facti cõtingentia declarauit, quòd quidam Soncinates, & ſic ſubditi huic Ducatui, qui Laurentium Vallotum bannitum à domino Venetorum blanditijs cõduxerant in agrum Brixienſem, ubi fuit occiſus, non poterant in hoc dominio puniri, 19. Decembris 1559. P. N. Quod eſt notandum, quia forte multi prima facie dicerent contrarium. Fuit etiam deciſum per ſenatum in cauſa cuiuſdam Ludouici Pontenici, quòd quidam Brixienſes bãniti à dominio Venetorum, qui habitabant in hoc ducatu, potuerant impune interficere, etiam proditorie, quendam Tamburinum pariter bannitum à dominio Venetorum, quem in territorio Brixienſi interfecerant, 2. Martij 1549. P. N.

58 Fvit etiam † aliquando dubitatum, nunquid occidens bannitum, quem ignorabat eſſe bannitum, gaudeat nihilominus beneficio huius ſtatuti? & concludendum eſt, quòd ſic, ita dixit Barto. in l. inter omnes, §. recte, nume. 4. ff. de furtis. Et ita communiter tenetur, ut ait Nell. in loco pręallegato, quæſt. 25. quem refert Dec. cõſ. 327. nume. 4. Hoc tamen intellige ut procedat, quantum ad hoc, ut iſte occidens bannitum euadat pœnam homicidij. Sed ſi ultra impunitatem, ſtatutum conſtitueret præmium occidenti ſeu præſentanti bannitum, talis ignoranter occidens aut præſentans, non conſequitur illud præmium, ita dixit Barto. in l. tertia, §. vtrum, nume. 3. ff. ad Sylle. & in l. genero, poſt nume. 2. ff. de his qui not. infa. Et hec limitatio communiter tenetur, ut dicit Afflic. in d. Rubri. tertia, nu. 53. Et dicit Ange. in d. §. recte, nume. 2. quòd ita vidit iudicari in ciuitate Peruſij.

59 Sed quæritur,† pone quod ſtatutum dicat, quòd bannitus in centum poſſit impune offendi: Modò aliquis eſt bannitus ex vna cauſa in quinquaginta, & ex alia cauſa in alia quinquaginta, nunquid talis dicetur bannitus in centum, ad hoc ut dicatur comprehenſus in ſtatuto, & conſequenter poſſit impunè offendi? Reſpond. quòd non,

non, ita dicit Barto. in l. vbi fideiuſſor, nume. 1. ff. de ſolutio. cuius opin. ab alijs doctoribus comprobatur, & tenetur in practica, ut dicit Ang. de maleſi. in uerbo, dictum Sempronium, num. 1. Hanc etiam dicit eſſe cõem opi. Iaſ. in l. ſi idẽ cum eo. in princ. nu. 4. ff. de iuriſd. omnium iudi. nam regulariter in materia odioſa non fit cumulatio, ut dixi infra li. ſeptimo, §. cumulatio. Si tamen iudex ipſe pro multis maleficijs ſeparatis illũ condemnaſſet in vnica ſumma, quæ omnes ſummas comprehenderet, & ſummam centum excederet, eſſet illum occidens excuſandus. Et ita communiter tenetur, vt atteſtatur Nellus de bannitis. in prima parte ſecundi temporis, quæſtione nona.

60 SCIENDVM eſt † autem, ꝙ defenſio & exceptio proueniens uirtute huius ſtatuti, eſt peremptoria. & impedit litis conteſtationẽ, ita dicunt cõiter doctores, ut ait Gandi. de maleſi. in tit. verum procurator, num. 15. vbi ẽt ſubdit, ꝙ ita cõmuniter obſeruatur.

61 ITEM ſcias, quòd † ſi officialis, ſtante hoc ſtatuto, procedat contra huiuſmodi occidentem bannitum, poteſt hæc exceptio non modò opponi per eius procuratorem, iuxta ea, quæ dixi infra hoc eod. libr. §. fin. quæſt. 32. verſi. Quæro modo, ſed etiam per quemlibet de populo, qui compareat, & oſtenſo banno, petat quòd vlterius non procedatur, ſed abſoluatur, ita dicit Bar. in l. vbi pactum, num. 10. C. de tranſac. quem ſequuntur doctores, vt dicit Marſi. in l. ſi quis nec q̃ſtio, nu. 125 ff. de q. & in ſing. 372. Capias unum, & in prac. crim. §. conſtante, nu. 38. Quod tamen intellige ſecundum ea, quæ dixi in loco præallegato, quòd ſcilicet bannum ſit adeò notorium, ut nullam aliã probationem requirat, quàm exhibitionem ipſiuſmet banni &c. Hoc tamen apud nos in practica non ſeruatur, vt ibi dixi.

62 IN hoc † etiam propoſito quæro, nunq̃d ſtante hoc ſtatuto poſſit bannitus ſe defendere aduerſus eum, qui vult illum interficere? Reſpond. in hoc articulo uarij varia ſenſerunt, adeò vt nulli diſcernere potuerint, quænam eſſet crebrius recepta opinio, vt dicit Placa lib. primo delictorum, c. 28. poſt num. 3. uerſi. Tertio ſuffragari. nihilominus reperio, quòd Claud. in l. vt vim, in lectura, nu. 23. ff. de iuſt. & iure. dicit cõem opi. eſſe, ꝙ nõ liceat illi ſe defendere, & ꝙ ſi ſe defenderet, & occideret ſuũ aggreſſorẽ, deberet puniri. Sed certè hęc opi. mihi ſemꝑ viſa eſt dura, & ſi caſus contingeret, illum non punirem ſaltem pœna mortis, nam propriæ vitæ & ſalutis defenſio eſt de iure naturali, vt omnes fatentur. Et ideo lege humana aut ſtatuto tolli poſſe non debet.

63 ALIA quoque † eſt quæſtio, nunquid ſtante hoc ſtatuto poterit iudex ex officio inquirere contra aliquem offendentem bannitum? Reſpond. Si ſtatutum dicat, quòd bannitus poſſit licite offendi, res non habet difficultatem; certum eſt enim, quòd de eo, quod licite committitur, non poteſt iudex inquirere Et eſt communis opi. vt dicit Aretin. in c. nulli, num 6. de accuſa. Sed quid ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd bannitus non audiatur, vel quòd non reddatur ei ius, nunquid ſi fuerit offenſus aut occiſus poterit iudex ex officio procedere? Reſpond. quòd non, & eſt communis opi ut dicit Areti. in loco præallegato, poſt nu. 8. lex enim, quæ prohibet aliquem de offenſa ſibi facta accuſare, videtur permittere illum impune offendi poſſe. Vide quæ dixi infra hoc e. lib. §. fi. quæſt. 51. verſi. Poſſet etiam.

64 SVNT etiam † alij caſus, in quibus licitum eſt propria authoritate alium interficere, puta ſi ille, contra quem decreta eſt captu-
d ra, reſiſtat familiæ officialis, *d* neque aliter capi poſſit, licet enim eo caſu familiæ illum interficere, vt dixi infra hoc eo li. §. fi. quęſt. 28. circa princ. &c.

65 VLTIMÒ quæro † nunquid hoc crimine puniatur affectus, etiam ſi non ſequatur effectus? Reſpond. de iure clarum eſt, quòd ſic, vt eſt tex. expreſſus in l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn. de ſicar. nihilominus de conſuetudine generali illa lex & omnes aliȩ punientes affectum ſunt ſublatæ, vt dixi infra hoc eo. lib. §. fi quæſt. 92. Et ideo inferens vulnera, ẽt animo deliberato occidendi, non punitẽ pęna homicidij, ſed tñ de vulneribus, ex prȩdicta conſuetudine generali, vt atteſtatur Vitali. de maleſi. in Rubr. de inſultu, nu. 15. & in Rubr. de inquiſit. nu. 58. dicit tamen Igneus in l. prima, §. occiſorum, nu. 41. ff ad Sylle quòd in latronibus graſſatoribus q̃nq; vidit contrarium obſeruari. Faciunt q̃ dixi ſupra ver. Punitẽ, dixi plenius in d. q. 92. Et hæc ſufficiant in materia Homicidij.

ADDITIONES.

a Homicidij.] Homicidium autem quid ſit, atque unde dicatur. Vide late per Ludoui. Carer.

Carer. in ſua pract. cri. pag. 173. & 174.

b Duæ ſunt ſpecies.] Aliam diſtinctionem vide per Carer. in pract. §. Homicidium 1.

c Exemplum in eo.] Adde aliud exemplum in homicidio conſanguinei, quod præſumitur caſuale, & nō doloſum, per Carer. pract. crimi. pag. 237. nu. 153. & pag. ſeq. nu. 1. vbi habes, qualiter puniatur de iure ciuili, Canonico, & regni, & nume. 5. 7. etiam multa alia exempla habes de caſuali homicidio. vide ibid.

d Ad iacendum palum] Vide plene per Carer. in pract. crimi. pag. 495. nu. 354. & 355.

e Vel exilio.] Vide ad idem per Carer. in pract. §. Homicid. 1. nu. 16. & per Cæpol. crimi. conſilio 29. numero 26. conſilio 30. nu. 9. etiam conſilio 31. nume. 16. vbi quò ad exilium tempus non debet eſſe maior quinquennio, & de pœna arbitraria iſto caſu imponenda, vide p Menoch. de arbi. iud. caſ. 325. numero 12. & Oſaſ. decif. 304. & Cæpol. d. conſi. 30. conſuluit in caſu regatiad lapides ludentium, & vnus alium occidit, non culpa, ſed ex laſciuia, & in conſ. ſequenti loquitur etiam, & fuſius in homicidio io coſe commiſſo, & non per dolum, ſed per laſciuiam. Et quamplura exempla de culpoſo homicidio vide per Carer. in pract. crimi pag. 241. & 242. num. 8. & etiam per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. eod. caſ. 224. vbi etiam plene. Item de pœna arbitraria pecuniaria imponēda, ac de exilio per quinquennium cum ſuis limitationibus per Lud. Carer. in pract. crimi. § homicid. 6. nu. 157. & ſequent.

f In portitore.] Quid ſi ego bona fide cōmodaui equum, vel arma, uel famulum meum ei, qui dixit ſe uelle ire in villam, & iuit ad occidendum hominem, an debeam puniri? q; non, tenent Bal. & Iacobi. de S. Georg. in l. quicunque. C. de ſeru. fugit. hic nu. 9. ille numero 20. quia non habui mentem delinquendi.

g Alium percuſſit.] Quid de illo, qui mandauit famulis ſuis, vt vulnerarent aliquem, ſed non occiderent, an ſi mandatarij excedentes mandatum vulnerando occiderunt; an mandans uideatur dignus pœna mortis. Vide late per Cæpol. crimi. conſilio 35. 36. 37. 38. & per Dec. conſilio 482. & 622. vbi ad contraria reſpondet. Sed quæſtio. fœdere diſtinctionis conciliant Fæly. in c. vniuerſit. 1. de ſent. excom. Iaſ. in l. 1. C. de ſeru. fugit. & Cæpol. d. conſilio 35. in 3. du. quos refert, ac ſequitur Boſſi. tit. de manda. ad homicid. num. 10. vbi de communi: qui idem tenet etiam titu. de homici. nume. 71. 72. Vide vbique.

h Vel pugno etiam armato.] Intellige etiā, & declara, vt per pract. Carer pag. mihi 115. Item vide per eundem pag 243.

i Animum occidendi.] Adde vt per Craue. eius conſilio 205. col. 2. in princ.

K Occidit Semproniū.] Quid de eo qui voluit vulnerare vnum, & alterū vulnerauit, & occidit. Vide. & dic, vt per Boſſi. titu. de Homicid. ſub. nu. 73. Item, principalem quæſtionem vide per Carer. in pract. crim. §. Homicidium 6. nu. 179. per totum.

l Communem appellat.] Vide communem etiam per Bart. Cæpol. crim conſi. 33. per totum. ubi late. Et adde quòd iſtam quæſtionem plenius ponit pract. Carer. §. homicid. primo nu. 56. 57. cum pluribus ſequentibus. vbi etiam vide, quid de occidente mediatorem, nu. 60. 62.

m Doloſum.] Homicidium autem ſine dolo cōmiſſum, qua pœna plectatur, vide ſupra. & adde videndum per Boer. quæſt. 88. Vbi in materia quatuor format, ac decidit caſus in homicidio non doloſo. Doloſus igitur ſicarius, ne dum pœna capitis eſt damnandus, verum etiam ad alia quam plura. de quibus omnibus uide, per Rolan. eius conſilio 39. lib. 2. vbi plene.

n Interficit.] Sed quid ſi non occidit ferro, ſed ſuſpendit hominem, aut aliter ſuffocat. Tu Regnicola uide per Carer. in pract. §. Homicid. 1. ſub nu. 55.

o Animo illum occidendi.] Animus autē occidendi, ex quibus probetur. Vide per Carer in pract. crim. pag. 195. & 196. Et an in dubio præſumatur animus occidendi, & cui incumbat probatio, accuſatori, ſeu inquirenti, quod fecerit animo occidendi; an verò accuſato, ſeu inquiſito aſſeueranti ſe non percuſſiſſe animo occidendi. Vide late per eundem pag. 197. ſub numero 44 Item animus occidendi, ex quibus probetur. Vide p Boſſ. titu. de homicid. numero 38. 40. 45. & 56. & per Foler. in pract. crim. fol. 252. num. 29. & fol. 304 numero 27. Et per Iacob. Nouel in pract. & theor. cauſ. crimi. fol. 34. nu. 31. fol. 40. numero 52. & in tract. ad defen. fol. 111. numero 131 & alibi ſæpe per practicantes in locis, & ſedibus communibus. Sed quid ſi volens occidere hominem, occidit aſinum, an de iure puniatur de homicidio

propter

propter animum occidendi hominem, quòd non, ſed lege Aquilia, maxime in Regno. Vide per pract. Carer. fol. 205. nu. 67.

p Animus deliberatus.] Adde, animus deliberatus atque cogitatus occidendi, quibus coniecturis probetur, accurate, & diligenter explanatum per Iacob. Menoch tract. de arbi. iudic. lib. 2. centur. 4. caſ. 361. Item aduerte, quòd percutiens haſta ſola non præſumitur percuſſiſſe animo occidendi: ſi ipſe hoc allegat. Idem ſiquis percuſſit calce, aut ictu pedis, & idem ſi percutiat alapa. Idem ſiquis percutiat pugno inermi, vt de omnibus per Craue. in conſilio 205. colū. 2. in princ. & in conſilio 309. col. 2. verſ. 2. Hæc tamen qualiter procedant, vide per Boſſi. titu. de homicid. poſt nume. 38. cum ſequent. & per Carer. in pract. crim. §. homicid. vltimo, ſub numero 106.

q Homicidium.] Quid, ſiquis dederit calcē in vtero prægnantis mulieris, aut faciat aliter ipſam abortum pati. Vide per Carer. in pract. crimi. pag. 179. num. 24.

r Aliquando mandat.] Adde idem de nuntio portante literas ad occidendum aliquē, nam occidendo nuntius tenetur de occiſo. Idem de inueſtigatore, & exploratore, vbi occidendus moraretur, & denunciauerit eſſe in tali loco, & inimici vadant, & occidant eum, nam talis, pœna mortis teneatur, vt per Carer in pract pag. 224 num. 113. qui num. ſeq. tenet idem de indicante latitantem inimico. Item homicidium lingua tribus modis committi, docet Cępol. in conſil. 38. in princ & pract Carer. in tract. de homicid. §. 5. numero 1.

ſ Poculum amatorium.] Vide etiam per Carer. in pract. pag. 179 nu. 25.

t Venenum.] Et quid dicantur venefici p Carer. pag. 65. col. 2. Sed quę pęna ſit contra vēdentem malum venenum, ſi mors alicuius eſt ſequuta. Vide per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4 caſ. 359. Item, quomodo puniatur ille, qui voluit hominem venenare, ſed pęnituit. Vide per Ioan. de Ligna. inter conſ. crim. diuerſ. Ziletti. conſ. 20. nume. 16. lib. 1. Et in veneficio iudex facilior promptiorque eſſe debet ad torturam, ex quo eſt de delictis, quæ committuntur occulte, vt not. dicit Bal. in l. 3. C. de epiſc. audien. & tradit Alex. conſilio 77. nu. 5. lib. 1.

u Ancillis.] Adde, ꝙ aliàs Senatus Mediolani, vt retulit Boſſ. titu. de homicid. numero 13. condemnauit ad mortem concubinam quandam, quæ parauerat venenum concubitori ſuo, vt eum interimeret, licet ſequutus poſtea non fuiſſet effectus. Et id, vt domini redderentur ſecuri à ſeruis ſuis.

x Mortuus ſit.] Vide etiā per Carer. ī pract. pag. 225. nu. 117. vbi idem ſit rumpatur funis aut trabs.

y Medicus.] Adde etiam, ꝙ Medicus negligens circa curam infirmi tenetur l. Cornelia de ſicariis. Et negligentia dicitur dolus, & peccatum mortale in ijs, qui ex officio ad diligentiam obligantur. Vide de omnibus per Craue. ſuo conſ. 132 col. 2.

z Homicida punitur.] Quid de teſte, cuius depoſitio facit, ut quis indebite morte afficeretur, uel abſolueretur. quod teneatur de homicidio habetur per Bal. Aret. & Feli. in c. ſicut, in 3. not. de teſtibus, & ſequitur Boſſi. titu. de oppoſi. contra teſtes. nume. 140. Sed uide etiam per eundem Boſſ. titu. de fal. ſis. poſt num. 138. Et dic, vt per eundem numero 169.

a Hęc pęna.] Hic tamen ſcias, quod alteratur pœna ex qualitate occiſi, quamplura exempla uide per practic. Carer. pa g. mihi 228.

b Priuatur beneficijs.] Hic nota cautelam, quam tradit Feli. di. c. Inquiſitionis. de accuſa. ante nume. 5. Vt ante priuationem renunciet alicui amico; qui poſt diſpenſationem eidem renunciet, & ſic cautus erit, & refert, ac ſequitur Carer. in pract. crim. §. Homicidium ultimo. poſt num. 66. in fin. & nume. 68. limitat in homicidio qualificato, ut in aſſaſſinio.

c Priuatur homicida.] Aduerte, ꝙ ille, qui occidit alium, nedum prohibetur ſuccedere ipſi occiſo, imò prohibetur etiam ſuccedere hæredi ipſius occiſi. tex. eſt in l. Lucius ff. de iure fiſci quem eſſe ad hoc not. inquit Iacobi. de S. Georg in l. hæreditas. in fin. C. de his quibus ut indi. aufertur hæredi. Vbi etiam relatiue uide, quid iuris ſit de occidēte uxorem propriam. Adde, & uide pulchrā quæſtionem per Iacobi. de S. Georg in l. ſororem. colū. 1. C. eod. de occidente uxorem propriam.

d Defenſionē.] Quæ debet incontinenti fieri, non ex interuallo. & quando dicatur incontinenti fieri per Carer. in pract. crim §. Homicidium 6. cum.... limitat. à num. 107. vſque ad num. 112. & num. 124. Et an confeſſus in iudicio, ſimpliciter homicidiū, poſſit ex interuallo ſuam interpretari confeſſionem

ſionem, quòd fecit ad ſui defenſionem.vid. per pract. Carer. § Homicidium 6.nu.165. omnino Boſſ.titu. de confeſſ. num.31. cum ſeq.& titu.de falſis. nume.66.Item defenſio incontinenti non ex interuallo fieri debet, & defenſionis modus, in quibus conſiſtat. Item defenſionis cauſa; quando videatur ſe ciſſe percuſſus, qui p horā ſtetit in terram, & poſtea ipſe repercuſſit. Vide de iſtis omnibus per Boer.deciſ. 168.Et adde vnum notabile verbum, quod iudex poteſt cogere reum, vt ſpecificet defenſionis modū. Vide per Ange. de Aret.in §.his igitur, Inſtit.de iuſti.& iure. poſt nu.6.

e Ad ſui defenſionem.] Adde, & uide qua pœna plectatur is, qui ad ſui defenſionem occidiſſe fatetur, per Iacob. Menoc. de arbitr.iudi.lib.2.caſ.279.nu. fina. Et homicidium quando dicatur factum ad defenſionem, vide per Dec. plenè eius conſilio 459. col. 1. per Craue. eius conſilio 151.col. 5. verſi.alibi ſcribit Ang. Aret. vbi homicidiū in dubio præſumitur factum ad defenſionē; vt delictum excludatur, & allegat Dec. pluribus in locis,ac Nico.Boer. demum de illis miratur;quòd ita loqui an ſi fuerint;cum in dubio præſumatur contra occidentem, ꝙ dolo fecerit, per tex. in c.1.de præſu. & in l. 1.C. de ſicar.Et concurrentibus duabus prę ſumptionibus,aduerte, ꝙ tunc una præſumptio tollit alteram, & debilior cedit fortiori.l.penul.de reſtitutio.in integ.Item plures præſumptiones vincunt vnam, per Craue. conſilio 145.nume.11.& in conſilio 149 nu. 17.Item quibus cōiecturis præſumatur homicidium ad neceſſariam defenſionem perpetratum,vide per Cœpol. conſi. cri.29.nu. 15.16.Laur.de Palazolis inter conſi.cri.Cępol.conſilio 43. Fely. in c dilecti filii col.penul. in princ. de excep. Alex. eius conſi. 14. col.fina.vol.3.& per Boſſi. titu. de homicid. poſt nu.89. Vbi inquit, ꝙ res eo redigitur: quod ſi iudici ex illorum diſpari conditione videtur, ꝙ ſit alienum à ſana mente putare, ꝙ occidens prius inſultauerit, tunc p̄ſumendum eſt,quicquid factum fuerit proueniſſe ad neceſſariam defenſionem, aliàs ſecus. Ad idem vide per Gramm. plenè eius conſilio 56. per totum, vbi egregiè materiā reaſſumit.Et ſimiliter ſi inſultatus,qui proclamando(non detis mihi impedimentum) ſui aggreſſorem occidit, vel vulnerauit; ꝙ ad ſui defenſionem feciſſe præſumatur, vide per Alex.de Neuo. conſi.77.nu.1.in 1.volu. inter conſi.crim.diuer.Ziletti.

f Cœpol.conſi.cri.42] Quem uide,quia ibi habes, quibus caſibus liceat aggreſſorem interficere.

g Rerum ſuarum.] Et iſta eſt concluſio magis communis etiam in iure diurno. vt per Alex. in conſi. 138.nume.11.lib.6.qui facit regul. etiam in debitore, ſed fallit niſi res eſſet valoris modici,& vilis,inſpecta qualitate perſonarum, per Alex.ibidem. Item, intelligitur ſecundum additio. ibid. niſi quando ſubeſſet etiam probabile periculum perſonæ, & ſic niſi ab inſtāti periculo vitę alias extēſiones, ac limitationes vide per Carer. pract.cri.pag.372.& 429.cum ſeq.

h Pro ſalutis propriæ defenſion.] Quid de illo, qui interfecit aliquem turbantem in ſua licita vindicta, an puniri debeat pœna l. Corneliæ de ſicariis. Vide per Cæpol.cri.cõſilio 75.viſis ſtatutis.

i Se aliter defendere non poterat.] Adde, quando inſultatus dicatur in diſcrimine vitæ conſtitutus, per Pet. Barbo. inter conſil. cri. diuerſ. Ziletti in conſil.97. in 1. volum. Item adde,ꝙ quando defenſionis modus excedit, tunc punitur ſolum quis de exceſſu communi, vide per Alex. eius conſilio 110.ſub numero 12.libro 7.Adde etiam per Dec.in conſilio 482. numero 15. Sed aduerte,quia non tenetur de exceſſu,quando aliter euadere non poterat, per Marſ. conſil.4. numero 18. Item, quando exceſſus fuit factus inopinate,per eundem ibi.nu.22. Quo modò autē probari poſſit, & fecerit ad ſui defenſionem,vide per Ange.de Are.in § ius autem gentium. nu.6. & 7.Inſtit.de iur.natu.genti.& ciuil. vbi etiam habes, ꝙ præſumitur quis in diſcrimine vitæ conſtitutus, eo ipſo, ꝙ terror infertur cum armis. & qd de inſultato à ruſtico, & de robuſto. à debili,Vide ibi,& ſub num.8. declarat verum eſſe,ꝙ excedens modum tenetur tantummodo de exceſſu, & non de toto,quandò exceſſus prædictus eſt punibilis.

K Interficere] Hic adde, ꝙ in cauſa defenſionis non habetur ratio, an quis potuerit aufugere ſaltem, quando aggreſſus eſt notabilis atq; bonę conditionis ſecundum magis communem opinionem: de qua uide per Alex.conſ.119.col ſi.lib.7.qui num.fina.idē tenet in aggreſſo minus potenti.

l Defenſionem] Aduerte, ꝙ ſi percuſſus ab aliquo percuſſorem fugientem percuteret: quod non dicitur percuſſiſſe ad defenſionē, ſed

ſed ad uindictam, vt per Natt. plenè in con ſi 412. num 21. Item ſcias, quod defenſio debet eſſe proportionata, pura, pugnum pro pugno, baculū pro baculo, non enſem pro fuſte, niſi tanta ſit elegantia offenſi, quod plus pōderet in ipſum fuſtis, quam in aduerſarium enſis. Ita Bal. in l. 1. col. 10. C. de confeſ. & per Crauet. conſ. 119 nu. 7. Et licet non liceat, vt iam dictū eſt, fugientem qui percuſſit occidere, quia eſſet ad uindictam, ſi tamen percuſſus illum fugientem interficeret, non deberet condemnari de homicidio, vt late habetur per Carer. in pract. § homicidiū. 6. poſt nu. 10. 170. & fuſius nu. 151. 153. ob iuſtum enim dolorē pœna minuitur ut per Dec. in allegata l. ut uim. nu. 11. cū illic allegatis, & Cagnol. in regul. quicquid calore. num. 8. & vi. ſupra. Et adde, quòd ad probandam defenſionem ſufficit ſemiplena probatio. Item dubia probatio ſufficit in criminalibus. De aliis vide per Craue. ſuo conſ. 2. poſt nu. 16. Et probatur defenſio per teſtes ſimpliciter deponentes homicidium fuiſſe factū ad defenſionem, tametſi aliam rationem non adducant. vt tradit Dec. ſuo conſi. 459. nu. 6. 469 nu. 5. & 10 Et habetur ēt per Boſſ. titu. de defenſio. reor. nume. 30. Item defenſionis cauſa homicidium in dubio præſumendum eſt, per Dec ſuo conſ. 449. nu. 4. 469. nu. 11. & 678. num. 7 Vi. tamen de hoc per Craue. ſuo conſ. 151. poſt nu. 18. vbi contra Dec. & Boer. inuehit.

m Expectatur.] Adde ēt & plene per Carer. in pract crim. § homicid. 6 nu. 9.

n Et cauſam.] Vt etiam dicit pract. Carer. in §. homicidium. 6. qui late etiā nūquodque moderamen examinat, ac exēplificat. vi. per eundem nu. 96. cum pluribus ſequen. uſq; ad nume. 150.

o In ſe defendendo.] Adde, & uide, quādo dicatur modus exceſſus, per Mench. in ſuo tract. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 3. caſ. 277 uer. dubitari nu. 5. 6. 7.

p Arbitrio iudicis.] Adde per Iacob. Menoch. d. tract. caſ. 378 quod eſt uerum etiam quò ad pœnam conuentionalē, ad quam aggreſſus, qui ſe defendendo modū exceſſit nō debet condēnari, ſed leuiter tantū arbitrio Iudicis punitur, ut per Afflict. plene deciſ. 206. in 2. dub. Et ex duobus contendentibus & rixātibus quis præſumatur aggreſſor, ac de eorum pœna cū ignoratur quis fuerit aggreſſor, ui. per Menoch. eo tract. caſ. 363.

● Et titul. de confeſſ. nume. 37.

q Negauit.] Quid ſi ſit confeſſus. An poterit etiam ex interuallo interpretari ſe illud feciſſe ad ſuam defenſionem? quòd ſic. Vide per Natt. ſuo conſ. 412. nume. 18. 19. & 20. Et hæc addo illis, quæ ſuperius adnotaui. Similiter homicidium, quando ad defenſam, & quando ad vindictam factum dicatur, & qualiter puniri debeat, quando ad ſui defenſionem, ui. per Cæpo. conſi. cri. 28. 29.

r Plures interuenerūt.] Adde, atq. fuſius ac dilucide explicatum, ui. quæ pœna ſit contra plures vulnerantes tam in rixa, quam ſedato animo, ſi uel ex vno uel ex pluribus vulneribus ſequuta ſit mors, per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 392 Item, & per Carer. in pract. §. Homicidij. 1. ſub num. 75. quem uide quoniam tres dat limitationes & nume. 77. ponit caſum de pluribus exiſtentib. in domo aut coquina, & unus lapidem proijciat, & occidat prætereuntem, & neſcitur quis lapidem proiecit, quod non omnes tenetur de occiſo, ſed alia pœna minori. Item de noſtra principali quæſtione vi. per euadem. § homicidium. 6 ſub nume. 345. ubi etiā illas tres limitationes repetit.

ſ Commiſſum ex improuiſo.] Et tunc in dubio non eſſet præſumendum ex propoſito adueniſſe ad vulnerandum, & occidendum, niſi ſpecialiter, & clare probaſſet, ut per Carer. in pract. cri. §. homicidij. 1. nume. 70. & § 4. nume. 55.

t Author, ſiue inceptor rixe.] Adde, quia dicitur præbere cauſam propinquam homicidio: vt p Carer. in pract. §. homicidij. num. 116. vbi ēt idem in eo, qui eſt caput ſeditionis, ſi ob talem conciationem tumultus in populo ſequatur homicidiū, ut fuit in Baraba. hoc tamen intellige, quando principaliter animo cōcitādi tumultū. & ſeditionem faciēdi, ſecus ſi in cōſequentiā & incidenter.

u Sed ex alia cauſa deceſſerit.] De quam pluribus autem cauſis in pract. vi. per Lud. Carer. in pract. cri. § homicidium. 6. ſub num. 322.

x Tenetur de occiſo.] Ac idem adde nouiſſime per præceptorē meū D. Hipoly. Rim. eius conſi. 121. per totum: quoniam illos tres caſus ponit pro vita vulnerantis à pœna mortis defenſa, licet vulneratus deceſſerit, eos examinando, & coniecturas, atq; rationes perſcrutando.

y Contrarium tamen.] Vi. etiam per Carer. in pract. cri. §. homicidij. 1. ſub num. 68. 69. & 70. qui nu. 71. limitat quò ad irregularitatem incurrendam: nam omnes efficiun

tur

tur irregulares, & idem pag. 469. col. 2.

z Lęthale.] Adde dici vulneratum lęthaliter; qui ſecundum regulas medicinæ, aut non poteſt euadere à morte, aut cum difficultate, per Carer. in praxi. tract. de homicid. §. 1. nu. 5. & § 4. nu. 326.

a Iudicio medicorum.] Ideſt chirurgicorum expertorum, nō tamen oportet ꝙ ſint Doctores, ſed ſufficit eſſe practicos tantum, per Carer. d. §. 6. nu. 327. ubi vide, & nu. ſeq. Sed quid ſi reperiatur tātum vnus medicus in loco. Vide ibi nu. 329. Et qualiter debeāt deponere, uide ibi, nu. 330. Et an iudex de neceſſitate debeat ſtare dicto, & iudicio medicorum uide ibi, num. 331. Et quid ſi teſtes examinati non deponāt de vulnere nō mortali, & ante mortem, & mors poſt menſem ſit ſequuta, an iidem; vel alij teſtes poſſit examinari. vide per eundem nu. 332.

b Ex vulnere.] Adde, quando præſumatur ex vulnere mortuum vel non, per Iacob. Menoch de arbit. iudi. lib. 2. centur. 3. caſ. 275.

c Iudicio peritorū.] Sed quid ſi medici dubitant, an fuerit vulnus mortale, aut non, & pars dicat mortuū ex negligētia, & malo regimine, q̄d in dubio præſumendū. uide per Lud. Carer. in pract. cri. § homicidiū 6. ſub nu. 323 qui nu ſeq. recitat opiniones Doctorū infra quantū tēpus prēſumatur mortuus ex vulnere, & nu. 325. an exculpatio offenſi dicentis mori, non ex vulnere, ſed ex ſua culpa, ac malo regimine, proſit accuſato, vide ibi per eum.

d Vulnus fuiſſe mortale.] Quis aūt dicatur lęthaliter, & ad mortē vulneratus, uide relatiuè per pract. Care. pag. mihi 174. nu. 5. Itē, q̄d vulnus dicatur lęthale, Vide etiam per Foler. in pract. cri. fol. mihi 375. nu. 19. ubi latè, & latius per eundem Ludo. Carer. § homicidium. 6. num. 326.

e Probare contrariū.] De forma articulādi ex parte percuſſoris, atq; de modo adhibendo in illius defenſione, uide per Foler. in pract. cri. fol. mihi. 375 ſub nu. 21. qui etiā nu. ſeq. docet defenſorē tā in petendo coram iudice, ut mittantur medici ad inſpiciendū vulneratū, quā etiā in illos iurare faciēdo, atq; producendo, ꝙ eſſe mentis tenendum dicit.

f Vulneratus.] Adde, vulneratus ſi moriat, an, & q̄n ex vulnere mortuus cēſeatur, & de occiſo teneatur, qui occidit, uide plenè & diligenter per pract. Carer. pag. 469. ſub numero 322.

g Non erat lęthale.] Vulnus mortale, vel nō quod dicatur, vide per Cœpol. cōſ. crim. 28. & in conſ. 61. vbi plenè, & plenius per pract. Carer. pag. 472. nu. 326. 327. qualiter, & per quos probetur, & an in dubio præſumatur mortuus ex vulnere, ubi medici dubitant an fuerit vulnus mortale, aut non, vide per eundem pag. 470. nu. 323. Et infra quantum tempus prēſumatur mortuus ex vulnere, vide etiam per eum ſub num. ſeq. Et ꝙ exculpatio offenſi dicentis ſe mori non ex vulnere ſed ſua culpa, malo regimine, non proſit accuſato, vbi extant probationes, quò fuit vulnus mortale ex iudicio medicorum, tradit nu. 325. Sed quot debent eſſe medici deponentes ibid. num. 329. Et an vnus ſufficiat qualiter deponere debēt, nume. 330. Et quid ſi diſcordent nu. 333. Et ad quem ſpectet electio medicorum, ad iudicem, vel ad partem, nu. 334. Et an ualeat ſententia lata ſuperueniente iudicio alterius medici contrarium ſentientis. vide ibi nu. 335. ubi etiā an poſſit retractari.

h Clamet.] Adde quòd iſta duo requiſita ſolū conſiderauit do. Alex. in cōſ. illius 140. nu. 1. lib. 2. & hoc de iure ciuili: de iure autem canonico fur non poteſt aliquo modo occidi. pro recuperatione bonorum, ſed potius debet quis pati damnum, quam occidere, ut in c. ſuſcepimus, de homic.

i In diurno.] Itē vide per Ang. de Aret. in §. iniuria. poſt nu. 7. Inſtit. de l. Aquil. Et de vtroque uide per pract. Carer. §. homicidiū. 6. pag. mihi. 430.

K Occidere adulterum.] Adde, atq; latius vide etiam per Carer. in pract. crim. § homicidium 6. num. 234 cum ſeq. ubi fuſius omnia requiſita poſuit.

l Vel magiſtratu.] De iſta quæſtione, uide etiam per Carer. in pract. crim. §. homicidiū 6. nu. 244. 246.

m Impune interficere.] Adde, atque plenius uide per Carer. in pract. crim. § homicidium 6. numero 237. cum tribus ſequen. ubi extendit etiam in uxore prægnante, & an licèt alteri demandare, ut ſi maritus ſit ſenex, uel infirmus.

n Quod non.] Sed quod poſſit etiam maritus alteri mandare, & mandando, quòd non teneatur mandans, uide per Carer. in pract. crim. §. homicidium. 5. num. 90. qui num ſeq relatiue ponit de hoc, an, & quando alicui liceat de iure communi, aut ſtatutario alteri demandare, & mandando non teneatur. Et in caſu, in quo non poteſt

teſt alijs demandare, intellige de extraneis non de filijs. Et etiam poteſt alios congregare ſocios, & facere, & tunc nec ſocij, nec ipſe tenentur, vt ibidem plenè habes in §.autem,ſeq.ſub nu.249 dicit ex Paul. Caſtrenſ.conſi.289 quòd ſi maritus, & fratres occiderũt vxorē,ſolus maritus punit, & nõ fratres. & paulò inferius in ſtatuto permittente fratri occidere conuerſantem turpiter cum ſorore;quòd ſi frater: cõuocauerit amicos,& occiderit, excuſandi ſunt amici; & in materia quando liceat vendicare, an liceat congregare amicos,& cõſanguineos,retulit Marſ. late tractantem.

o Erat bannitus.]Hic cadit pulcherrima q̃ſtio. An per ſecundum bannũ intelligatur receſſum à primo,de quo non ſit facta mentio. vi.per Cœpol.crim.con.6.vbi etiã plene tractat,an abſolutus,ſed non cancellatus poſſit in vim ſtatuti occidi impune.

p Impune offendi.]Adde quãdo iudex arbitriũ in cauſis capitalibus habens punire poſſit occidentē bannitũ,ſuſiſſime explanatum per Iaco.Menoch.de arbir.iud.li.1 q.90.per totum.Item bannitus,an poſſit impune occidi infra quindecim miliaria ultra territorium,in quo maleficiũ commiſit, ſtante ſtatuto,ut Taruiſij, quòd bannitus de Taruiſio, & vltra territorium per quindecim miliaria impune occidi poſſit;ſi reperiatur bãnitus de Taruiſio in territorio Paduano, ꝙ non diſtat per quindecim miliaria à territorio Taruiſino,an impune occidi poterit, vi. per Cœpol.late conſ.cri.8.per totum.

q Impune offendi.]Hic nota,quòd tam eſt graue hoc ſcelus veneficij, quòd de iure nõ licet veneno occidere hoſtem,nec etiam fori iudicatum:licet fuerit hoſtis publicus,niſi tamen ſit bãnitus,aut fori iudicatus pro crimine læſę maieſtatis, vt per pract. Carer.in pract.crim.§.homicid.1.nu.20.

r Statutũ valet.] Quãplures ampliationes ac limitationes in materia dicti ſtatuti tradit pract Carer.§.homicid.pag.434.vſq; ad 449. quas ibĩ plene vide.

ſ Filius.]Obiter hic quęro;qđ ſi filius occidat patrem, ad quem ibit hæreditas patris. vid.per Iacobi.de San Georg.in l.hęreditas, ſub nume.7.C de his quibus vt indig.aufer. hæred.

t Mihi.]Adde,quòd hęc fuit originalis opinio Dyn. quam ſequũtur relati per Cœpol. conſi crimi.5.ſub nume.26. ubi & ipſe credit iſtam opinionem veriorem & tutiorem: quòd non ſit licitum interficere patrē bannitum,ēt ſtãte pdicto ſtatuto, vid.fuſius p eum ibid. quia ēt contraria diluit. Item, quòd ſtante ſtatuto prædicto,non liceat cõiugi coniugem interficere. uide plene atque ſubtiliter per eundem per totum illud conſilium, vbi cõtraria tollit.Item per plura tenet non licere conſocio, qui tractauit coniugem bannitum interficere. vid.ibi. per eundem col.pen.& fin.

u Proditorie interficere.] Adde qñ quis dicatur proditorie interficere per Afflictum deciſ.265.nu.64.& per Dec.d.ca. quæ in Eccleſiarum. col. 6. vbi alios allegat concord. & per Mar.ſingu.16. in fin.

x Multi tenuerũt.]Vt Ang.in l.fin.C.de delato lib.10.per illum text.Marſ.ſub d ſingu. 16.Cœpol.crim conſil.34 nume. 6. Niſi eſſet bannitus, uel condemnatus pro crimine læſæ Maieſtatis,ut dicunt Doct prædi.

y Etiam hoſti fides ſeruanda.] Vt habetur in l fin.ff de legibus,& hoc pro ſingul ponit Marſ. quem vide ſingul. 66.

z Nondum ſit cancellatus.] Adde videnda tradita per Menoch. de arbitr.iudi.lib.ſecundo,centur.3.caſ.283.numero 3.4 ubi tenet puniri homicidam iudicis arbitrio extraordinarie. Adde videndum,etiam per Alberic.in l.æquiſſimum,§. ſi conſultò. de ſecund.tabul.Iaſ.d.l ſi creditoris. C.de fideic. & Boſſ.titu. Bãni.quid amit.colum.3. verſi. quid verò. ubi de communi. Tenendo communem amplia, quòd ſufficit ſi ſit cancellatus in uno libro,dato,quòd ĩ pluribus deſcriptus eſſet, ſecundum Bald.in l.noſtram.col. fin.C.de teſta.quod uerum eſt, ubi cancellationis cauſa reſpicit omnes ſcripturas ſecundum eundem illic:ut declarat Imol. in l.fin. ff de his, quæ in teſtamen.delen.Item limita per Boſſ. ubi ſupra,niſi ex ſtatuti diſpoſitione,quilibet eſſet reſtituendus: quod contingit, quando per capitula fœderis diſponitur, vt rebelles omnes reſtituantur, & multo magis ſi dicatur non habendam eſſe rationem ullam talis banni, vel niſi in Archiuio publico eſſet inſtrumentum ſolutionis banni, quia tunc diceretur in culpa. Item non procederet, ubi non appareret occiſorem de tali gratia notitiam habuiſſe, quia iſto caſu excuſaretur, ut per Deç. qui alios allegat concord. eius conſil. 327 ſub num.5.verſicu.tertio non obſtat,& nume. ſeq.

a Habet gratiam]Obiter hic ſcias,ꝙ ſi fiat gratia

gratia bannito de homicidio, neceſſe eſt exprimere qualitatem, vt de paricidio, aut aſſaſſinio: aliàs, non prodeſt gratia. Vt per Carer. in pract. pag. 440. nu. 133.

b Occidens nulliter bannitum.] Adde, & vide per Iacob. Menoch de arbi. iudi. lib. 2. centur. 3. & caſ. prædicto 283.

c Per familiam officialis.] Sed an & quando licitum ſit familiæ officialis reſiſtentem ſibi occidere. Item & condemnatum ductum ad ſupplicium, vide per Carer. in pract. cri. §. Homicid. 6. nu. 358. 359.

d Reſiſtat familię officialis.] Adde ad idem, atque declara, ut per Lud. Carer. in pract. cri. §. homicidium 5. num. 115.

§. Inceſtus.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtus inter quas perſonas committatur.*

2 *Et an committatur cum moniali, verſ. Sed nunquid.*

Et an cum presbytero, ibidem.

3 *Inceſtus pœna quæ ſit, verſi. Sed quæro.*

4 *Et an hodie pro inceſtu imponatur pœna publicationis bonorum, verſi. Et ſcias.*

5 *Diſpoſitio Aut. inceſtas nuptias: an habeat locum etiam in nuptijs, quæ ſunt inceſta de iure canonico, verſi. Quæro nunquid.*

6 *Et an locum habeat tantummodo in nuptijs inceſtis ratione conſanguinitatis, an autem etiam in alijs, verſi. Item quæro.*

7 *Inceſtas nuptias contrahentes, ſunt ipſo iure excommunicati. verſicu. Præterea inceſtas.*

8 *Et quid ſi fuerit in contractu matrimonij appoſita conditio; Si Pontifex diſpenſauerit, verſi. Sed ſi aliquis.*

9 *Et an hæc pœna locum habeat in ſponſalibus, verſi. Hæc autem.*

10 *Inceſtas nuptias contrahentes excuſantur, ex eo quòd ignorarent factum, verſicu. Excuſatur.*

11 *Et quid ſi poſtquam detecta eſt affinitas, perſeuerauerint in matrimonio, uerſicu. Sed pone.*

12 *Iudæi contrahentes inceſtas nuptias in gradu permiſſo à lege Moſaica, ſed prohibito à iure communi, an ſint puniendi, verſicu. Quæro etiam.*

1 INCESTVS † committitur inter perſonas ſanguine coniunctas, *a* ut in caſu in quo conſuluit Barba. conſilio 23. lib. 2. puta ſi quis propriam filiam cognouerit, ut in caſu deciſ. Boer. 318. vel materteram, vt in caſu Cepollæ conſi. cri. 69. vel filiam ſororis vxoris ſuæ, ut in caſu Alex. conſilio 229. lib. 6. Videndum eſt etiã in hoc propoſito elegans conſilium Crauettæ. 321. in quo defendit à ſuſpicione inceſtus fratrem, qui per biennium cum ſorore ſua in eodem lecto iacuerat.

2 SED Nũquid † committitur inceſtus carnaliter cognoſcendo monialem? Reſpond. quòd ſic, & ita concludunt communiter cano. vt dicit Bermond. de concubi. fol. 75. numero 2. in fi. Quinimo etiam aliqui tenuerunt, ꝙ ſi mulier rem carnalem habeat cum clerico in ſacris conſtituto, ſit inceſtus, ita dicit glo. in l. ſecunda, in uerbo Filij, C. de epiſc. & cler. Et dicit Bal. ibi, numero ſecundo, quòd quum quæſtio fuiſſet de facto, ita fuit determinatum, quòd eſſet inceſtus. Hoc idem communiter à doctoribus receptum eſſe ait Grilland. de diuerſ. crim. lib. tertio. quæſt. vltima, prout illũ refert Prac. Conradi, fol. 376. nume. 11. qui etiam fol. 341. poſt numer. 13. dicit quòd hæc eſt communis regula. Sed certè ueritas eſt in contrarium, nam dicitur ſimplex fornicatio, vt dixi ſupra hoc eo. lib. §. Fornicatio, uerſi. Cũ presbytero.

3 SED Quæro, quæ † ſit pœna inceſtus? *b*
b Reſpond. Aliqui dicunt, quòd de iure ciuili eſt pęna mortis. Et hanc eſſe communem opin. atteſtatur Grilland. de diuerſ. crim. lib. 3. quæſt. tertia, num. 5. prout illum refert Prac. Conradi, fol. 376. nume. 15. Et eſt verum, quando inceſtus committitur cum aliqua alia ſpecie fornicationis, puta adulterio vel ſtupro. Et ita ſenſit glo. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in principio. in glo. prima, ff. de adulter. quam dicit eſſe communiter approbatam Grilland. in loco præallegato. Bermond. de concubi. fol. 87. verſi. Sũmodò. De iure autem canonico in clerico pro crimine inceſtus eſt pęna depoſitionis. Et hanc opi. ſequuntur communiter doctores, ut atteſtatur Didac. ſuper 4. decretal. fol. 91. num. 3. Vide quæ dixi ſupra. §. Fornicatio, uerſi. Sed quæro. Si verò committi-
c tur contrahendo inceſtas nuptias, *c* tunc punitur iuxta formã Aut. inceſtas nuptias, C. de

C.de nuptiis. Ego uidi in facti contingentia per ſenatū diuerſimode puniri inceſtuoſos, nam Margarita Cella pro inceſtu commiſſo cum ſororio ſuo, iuſſa fuit fuſtigari 17. Nouemb. 1548. P.N. Et Comina de Raynerio faſſa ſe cū genero ſuo carnaliter commiſcuiſſe, pariter fuit fuſtigata 15. Martii. 1559. P. N. Et Vincentius Maldurus, qui fatebatur cognouiſſe carnaliter eius priuignā, fuit tantūmodo condemnatus in pęna ſtatuti pecuniaria, 24. Iunii 1554. A. C. Quidam autem Io. de Corſis, qui filiam ſuam ann. 16. uiolauerat, fuit furcis ſuſpenſus. 6. Octo. 1548. P. N. Et refert Papo. lib. 22. titu. 9. Arreſto. 7. ꝙ quidam notarius, qui carnaliter cognouerat matrem & filiam, fuit per parlamentū Tholoſę ultimo ſupplicio affectus, 9. Nouembris 1548. Et ibidem Arreſto. 8. refert, quòd fuit ad triremes perpetuas condemnatus quidam, qui in uxorem duxit quandam mulierem, cuius neptē prius grauidā reddiderat.

4 Et ſciaſt† quòd diſpoſitio d. Aut. inceſtas nuptias, quatenus imponit pœnam confiſcationis bonorum, non eſt hodie ſublata ex diſpoſitione Au. bona damnatorum, C. de bo. proſcrip. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Boer. deciſ. 264. nu. 12. Quinimo contrahens tales inceſtas nuptias, ipſo iure amittit dominium bonorum ſuorum, neque vlla ſētentia aut declaratio requiritur. Ita tenet gl. in d. Aut. inceſtas, nuptias, in verbo, mox. Et eſt communis opin. ut dicit Bernon. de concubi. fol. 84. nu. 11. & ſeq.

5 Quæro, nunquid † diſpoſitio d Aut. inceſtas nuptias, locum habeat tantummodo in nuptiis, quæ ſunt inceſtæ ſecundum ius ciuile, an autem etiam in his, quæ ſunt inceſtæ ſecundum diſpoſitionem iuris canonici? Reſpond. In hoc articulo variæ fuerunt ſcribentium opi. Aliqui enim tenuerunt, quòd habet locum etiam in nuptiis, quę ſunt inceſtæ de iure canonico, licet nō ſint inceſtæ de iure ciuili. Et hanc dicit eſſe cōmunem opin. Dec. conſi. 158. num. 1. circa fi. quem refert Diaz in prac. crim can. c. 78. & Prac. Conradi, fol. 376. num. 9. & Didac. ſuper quarto decretal. fol. 98. num. 18. relatus & ipſe per Villalob. in ſua collecta communium opin. in litera N, nume. 48. Bellon. conſil. 84. num. 5. Aliqui uerò tenuerunt contrarium, quòd ſcilicet non habet locum niſi in nuptiis inceſtis de iure ciuili, & ſic quæ dicebantur inceſtæ tempore conditæ illius legis. Et hanc opi. dicit eſſe communiorem, probabiliorē, & magis conſonam veritati Foller. in pract. crim. cano. fol. 63. poſt nume. 95. vbi ait ꝙ Dec. qui dixit opin. Abb. eſſe communem, deceptus eſt. Certe negari non poteſt, quin magnæ ſint authoritates hinc inde, quas ēt recenſet Foler. in loco præallegato. Ego uerò, ſi caſus contingeret, libentius adhærerem opin. contra Abba. quæ mitior eſt & benignior. & quam etiam credo eſſe in puncto iuris veriorem; nihilominus (vt dixi īfra li. 7. §. opinio.) in iſtis caſibus, in quibus eſt varietas opinionū, & in quibus ſunt ex vtraque parte doctores atteſtantes de cōi, ante omnia recurrendum eſſe puto ad conſuetudinem, & videndum ſecundum quam opi. ſolitū ſit iudicari. Et illa eſt ſequenda, quia conſuetudo optima eſt legum interpres, &c.

6 Item quæro, † an diſpoſitio d. Aut. locū habeat ſolūmodo in nuptiis proprie inceſtis rōne conſanguinitatis, an aūt ēt in nuptiis largo modo inceſtis, ſcilicet inutilibus vel illicitis, puta cum cognata ſpirituali, vel Iudęa, ſeu infideli, & huiuſmodi? Reſpond. glo. in ead. Aut. in gl. prima tenuit, quòd habeat locum in quibuſcunq; nuptiis illicitis. Sed certè contrarium tenent communiter doctores, vt ait Salic. in ead. Auct. inceſtas. numero 4. quem refert Dec. in d. conſil. 158. poſt nume. 1. uerſicu. Et hoc confirmatur. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Boer. in c. deciſ. 264. numero 13. Pœnæ enim ſunt molliendæ, non autem extendendæ.

7 Præterea † inceſtas nuptias ſcienter contrahentes, ſunt ipſo iure excommunicati, vt eſt text. in clem. eos. de conſan. & affi. declarat Gemi. conſi. 71. qui in facti contingentia ita conſuluit.

8 Sed quid † ſi aliquis contrahat matrimonium cum conſanguinea ſua ſub conditione, Si ſummus Pontifex diſpenſauerit, nunquid tale matrimonium valebit? Reſpon. In hoc articulo variæ ſunt ſcribentiū opi. nam Innoc. in c. ſuper eo. de cond. appo. tenuit quòd non. Et hanc opi. dicit eſſe communem Are. in l. apud Iulianum, §. conſtat, col. 3. ff. de leg. primo. prout illū refert Dida. ſuper 4. decret fo. 31. poſt nu. 7. & Viuius in li. communium opi. in uerbo, matrimonium cōtrahentes. Contrariā aūt ſniam, ſ ꝙ ſub ea conditione poſſit matrimoniū contrahi, tenit An. de Bu. in d. c. ſup eo. Et hęc opi. de cōſuetudine obſeruatur, vt atteſtat Boer. deci. 164. n. 27. Et reuera quotidie uidemus ī hac

S forma

forma contrahi matrimonia, propterea ab hac opin. nullo modo eſſet in practica recedendum.

9 HAEC Autem † pœna inceſtarũ nuptiarum non habet locum in ſponſalibus, ſed requiritur, q matrimonium ſit carnali copula conſummatum. Et hanc dicit eſſe communem opin. Viuius in d. verſi. Matrimonium contrahentes in prima limitat.

10 EXCVSATVR Inceſtus † committens, vbicunq; appareat q ipſe ignoraret factum. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Bal. Nouel. de dote in prima parte vndecimæ partis princ. nume. 8. prout illum refert Villalobos in ſua collecta communium opi. in littera P, num. 68. Didacus ſuper 4. decretal. fol. 99. poſt nume. 22. Quinimò pena amiſſionis bonorum non habet locum, vbi in ipſis contrahentibus fuiſſent ignorantia iuris vel facti, etiam ex craſſa & lata culpa, ita dixit Bar. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in prin. nu. 11. ff. de adulter. Et eſt cōis opi. vt atteſtatur Didacus in loco præallegato, nu. 21.

11 SED Pone, † quòd aliqui à princ. bona ſide inceſtas nuptias cōtraxerint, deinde fuit detecta conſanguinitas, ipſi uerò (eo non obſtante) perſeuerauerunt, nunquid dicent incidiſſe in pœnas à legib. & canonibus impoſitas his, qui inceſtas nuptias contrahunt? Reſpond. quod non, ita tenuit glo. in clem. vnica, in verbo ſcienter. de conſangui. quam approbant doctores, vt ait Didacus in loco præallegato, nume. 19.

12 QVAERO Etiam † an Iudæi, contrahentes inter ſe nuptias in gradu prohibito ſecũdum ius ciuile, ſed permiſſo à lege Moſaica, puniendi ſint pœna inceſtus? Reſpond. q non, nam quicquid ſit de iure, Iudæi nō ſeruant diſpoſitionem, l. nemo, la prima, C. de Iudæis, vt atteſtantur ſcribentes in ea. l. nemo, & in ſpecie Fulgo. & Ang. prout illos refert Barba. qui ita conſuluit in conſi. 13. num. 2. lib. 4.

ADDITIONES.

a Coniunctas.] Adde, & ſupple ſcienter: puta cognouit quis carnaliter eam, cuius ſororem antea cognouerat; quam tamen ſororẽ eſſe ignorabat, nam excuſabitur ab inceſtu, licèt non à fornicatione per Federic. de Senis conſi. 167. mulier accuſata, quem refert, comprobat, ac ſequitur Aymo. Craue. in conſi. 244. poſt nu. 7.

b Quæ ſit pœna inceſtus.] Et inceſtum committens cum matertera ex alicuius ſtatuti forma, qua pœna debeat puniri, & de tali ſtatuti intellectu quando pœnam imponit, an de mortis pœna intelligatur, vide per Cæpol. crim. conſi. 68. per totum.

c Contrahendo inceſtas nuptias.] Item de pœnis contrahentis inceſtas nuptias, vide p Lud. Carer. in pract. cri. §. Homicid. 6. num. 316. vbi relatiuè.

§. Iniuria.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam pluribus modis fieri.*

2 *Quid interſit inter verberare & pulſare. verſi. Scias autem.*

3 *Intrans in agrum meum cauſa venandi me inuito an dicatur mihi iniuriam facere, verſi. Quæro nunquid.*

4 *Iniuria facta vxori, an cenſeatur facta viro, verſi. Item iniuria.*

5 *Ex iniuria duplex actio oritur, ciuilis & criminalis, verſi. Scire debes.*

6 *Et an in libello iniuriarum ponendus ſit menſis, & annus, & locus illatæ iniuriæ, verſi. Vlterius quæro.*

7 *Et an requiratur quòd in libello taxetur iniuria æſtimato, verſi. Sed nunquid.*

8 *Iniuriæ pœna quæ ſit, verſi. Sed quæro.*

9 *Et an condemnatus actione iniuriarum efficiatur infamis, verſi. Item condemnatus.*

10 *Actio iniuriarum an præſcribatur anno, verſi. Tollitur autem.*

Et an ille annus ſit continuus, ibid.

11 *Iniuria an tollatur per mutuam conuerſationẽ, verſi. Item Tollitur.*

12 *Et an tollatur per remiſſionem, verſi. Tollitur etiam.*

13 *Iniuriam faciens an poſſit ſe excuſare, dicendo quòd non habebat animum iniuriandi. verſi. Quæro nunc.*

14 *Et quid ſi in eodem actu, quo iniuriam intulit, fuerit proteſtatus, quòd nolebat iniuriam facere, verſi. Sed pone.*

15 *Quid ſi fuerat primò ipſe prouocatus, verſicu. Quæro etiam.*

16 *Quid ſi probet iniuriam fuiſſe veram, verſicu. Item quæro.*

17 *Quid ſi dicat ſe iniuriam intuliſſe calore iracundiæ, & proteſtetur ſe pœnitere, verſicu. Quæro quid.*

INIV-

INIVRIA † Plurib. modis cō mittitur, facto ſcilicet & verbo. Facto, puta ſi quis alterum percuſſerit alapa, ut in caſu Grammat. deciſ. 14. uel cubito, vt in caſu Pariſ. conſ. 165. lib. quarto, vel cum manu ſub mento, ut in caſu Guid. Papæ, conſil. 224. uel baculo, ut in caſu de quo per Grammat. voto 15. 28. conſil. 2. deciſ. 16. 17. & Bertrand. conſ. 161. lib. 6. & cōſil. 142. eod. vol. & conſilio 164. lib. 7. & Nattam conſil. 254. uel vulnerauerit, vt in caſu. Io. de Amicis. conſ. 77. & 85. & Mantuæ conſil. 41. lib. 1. & Grammat. voto primo 22. & conſ. 56. 62. 68. 69. & deciſ. 16. 94. & Marſil. conſil. 31. 34. & Boer. deciſ. 323. & Nattę conſil. 44. Verbo, a puta ſi quis alteri minatus fuerit, ut in caſu Bal. conſ. 144. lib. 2. & Crauettę conſ. 13. & conſil. 53. Vel ſi appellauerit aliquem falſarium, ut in caſu in quo conſuluit Roma. conſil. 96. vel vſurarium, ut in caſu Crauettæ conſi. 145. uel proditorem, ut in caſu Bal. conſ. 361. lib. 4. & Butr. conſ. 44. uel infamem, vt in caſu Bertrand. conſil. 131. lib. 5. uel baſtardum, ut in caſu Bertrand. conſ. 189. lib. 6. Vel ſi dixerit alicui, Tu es bonus homo, quæ uerba communiter intelligūtur, quòd eſt commutus, ut in caſu in quo conſuluit Soci. in quodam cōſil. de quo mentionem facit Carauita ſuper titu. 311. magnæ curiæ, num. 22. vel alicui dixerit, quòd produxerit cartam falſam, vt in caſu Riminal. conſ. 49. uel quòd vendebat poteſtarias, vt in caſu Soci. cōſilio 146. lib. 1. & Corn. conſilio 80. lib. tertio, uel quòd fecerat monetam falſam, ut in caſu Soci conſilio 118. lib. 1. uel aliquem diffamauerit de aliqua re, ex qua ius opinio lęderetur, vt in caſu in quo conſuluit Roma. conſilio 97. puta quia dixerit mulieri, Ego te deſponſaui, ut in caſu Bald. conſil. 230. libro 3. vel quòd illam appellauerit, ſozza, idola mal fatta, incendioſa, puttana, che te ho tratto tre heredi dal corpo, ut in caſu Bar. conſilio 108. uel quòd ei dixerit, Tu ſei ben vna puttana, che te ho lauorato cinquanta uolte, ut in caſu Nattæ conſ. 60. uel dixerit alicui, Tu mentiris, ut in caſu Bald. conſi. 45. lib. 1. & Soci. Iun. cōſil. 82 lib. 3. Vel aliquē accuſauerit de aliquo crimine, & ſuccubuerit, ut in caſu Ang. conſil. 95. & Soci conſilio 128. lib. 1. uel fecerit aliquem indebite carcerari, ut in caſu Bal. conſi. 212. lib. 3. & Guid. Papæ deciſ. 324. Si quis Titium, uel oppoſuerit alicui crimen, de quo habebat gratiam, ut in caſu Crauettę conſi. 168. Dicitur etiam iniuriam inferre, ſi quis uitauerit aliquem tanquam excommunicatum, ut in caſu in quo conſuluit Roma. conſil. 387. vel ſi prædicator concionando maledixerit de aliquo uicino ſuo, licet illum non nominauerit, ut in caſu Alex. de Neuo conſi. 82.

2 SCIAS Autem† in hoc propoſito, quòd magna eſt differentia inter uerberare & pulſare, nam uerberare eſt cum dolore cedere, pulſare ſine dolore, l. lex Cornelia, §. 1. ff. de iniur. Et ita declarant doctores, ut vt dicit Anan. in Rub. de clerico percuſſ. poſt nu. 4.

3 QVAERO, Nunquid † ſi quis intret in agrum meum cauſa uenandi, poſſum ego contra eum agere actione iniuriarum? Re-
b ſpond. de iure dicendum eſt, quòd nō, b ſed contrarium uſurpatum eſt & obtentum de conſuetudine, ſcilicet quòd poſſum prohibere, ne quis intret in agrum meum, & ſi intret me inuito, tenetur iniuriarū. ut de hac conſuetudine atteſtatur Anan. in c. omni-
* bus, num. 4 de cler. uena. *

4 ITEM Iniuria† facta uxori c cenſetur fa-
c cta uiro. Et ideo ſi ſtatutum diſponat, quòd faciens iniuriam magiſtratui, puniatur in centum, habebit locum etiam in faciente iniuriam eius uxori. Et dicit Placa, lib. 1. de lictorium, ca. 6. num. 25. quòd hęc ſententia adeò recepta eſt à doctoribus utriuſq; claſ-
* ſis, ut impugnari non poſſe videatur.*

5 SCIRE Debes† quòd ex iniuria duplex oritur actio, ciuilis ſcilicet & criminalis. Ciuiliter agitur, quādo petitur æſtimatio iniuriæ. Et de hoc dixi infra lib. ſeptimo. §. Actio. Criminaliter autem, quando petitur iniuriantem puniri pœnis iuris, &c.*

6 VLTERIVS Quęro, † nunquid in libello iniuriarum ſit ponendus annus & menſis & locus illatæ iniuriæ? Reſpond. quòd ſic.
* Et eſt communis opin. vt dicit Alex. conſil. 212. num. 1. lib. 1. Bertrand. conſil. 257 num. 1. lib. 6. Vide quæ dixi infra hoc eod. lib § ſi. quæſt. 12. uerſi. Adde quòd.

7 SED Nunquid† in libello iniuriarum requiritur, quòd querelans taxet iniuriam ſi-
d bi illatam d cum iuramento? Reſpond quòd non, ſed ſufficit quòd in libello exprimat aliquam ſummam, ad quam æſtimet eius iniuriam, ſalua taxatione iudicis, qui poſtea edoctus de iniuria, ante ſententiam moderatur & taxat, & deinde defert iniuriam paſſo iuramentum, cui permiſſum eſt iura-

re uſque ad ſummam taxatam, uel minus, non autem ultra illam ſummam. Et hæc eſt theorica, quam ponunt doctores in hac materia, ut dicit Bertrand.conſi. 74.nu.6.lib 8.

8 SED Quæro† quæ ſit pœna iniuriæ? Reſpond. quòd regulariter eſt arbitraria iudici, inſpecta facti & perſonarum qualitate, ut eſt tex. §. in ſumma, Inſti. de iniur. An autem poſſit iudex aliquo caſu arbitrari pœnam mortis, dixi infra hoc eod. li §.6.quæſt. 83.uerſ.Sed quæro.

9 ITEM Condemnatus † actione iniuriarum efficitur infamis. Quod tamen intellige ut procedat, modò iniuria ſit atrox, alias enim non efficitur infamis. Et ita tenẽt omnes doctores, ut dicit Ang. in l. infamem in primis uerbis,ff de publ. iudi.,prout illum refert Augu. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Dictum Sempronium, ſub n 4 & in uerbo, Verba iniurioſa, poſt num 17. Sed certe Ang. ibi non ita dicit, ſed primo ait, quod damnatus pro graui iniuria ſecundum omnes efficitur infamis, deinde ſubdit, ſed & pro modica uidetur damnatus infamis; & ſic aperte inclinat in ſententiam, quòd etiam damnatus pro modica iniuria efficiatur infamis, quam etiam ſequitur, & dicit eſſe communem Feli in c.cum te, num. 9. de re iudicata. Corſet. in ſingul. in ſecunda parte, uerſic.26. quem refert Prac. Conradi, fol. 408.num.21. Faciunt quæ dixi ſupra hoc eo. lib.§.Furtū, verſi.Pariter etiam

10 TOLLITVR autem actio iniuriarum e per lapſum anni, & tãto enim temporis ſpacio præſcribitur, ita tenet glo. in l.ſi non conuitij. in glo. fin. C.de iniur. quam dicit eſſe communiter approbatam Rui. conſ.21. nu. 6.lib.quarto. Hanc etiam dicat eſſe communem opin.Placa,in d.c.6.circa ſi.Hoc tamen intellige ut procedat in actione iniuriarum criminali, nam ciuilis eſt perpetua, ut dixi in d. §. Actio. Et hanc eſt communem opin. atteſtatur Bald. de præſcriptio. in quarta parte quartæ quæſtionis principalis, quæſtione prima, numero 3. quem refert Roland. conſi. 39.nu.15. lib.2.Scias etiam, quòd iſte annus, intra quem poteſt agi criminaliter actione iniuriarum, eſt continuus, & eſt communis opin. ut dicit Cuma. conſilio 74.poſt num.5. Curt Iun. in l.prima, in princ. num. 20.ff quòd quiſque iuris.

11 ITEM Tollitur † per conuerſationem habitam cum offenſore, cenſetur enim ex hoc iniuriam tacitè remiſiſſe. Et hæc ſententia ab omnibus iuris profeſſoribus recepta eſt, ut atteſtatur Placa, in loco præallegato, numero 45.

12 f TOLLITVR Etiam† per remiſſionẽ expreſſam. ∫ An autem per remiſſionem iniuriæ factam in foro conſcientiæ ſit ſublatum ius accuſandi, & an qui remiſit iniuriam, cenſeatur etiam remiſiſſe damna & expenſas, dixi infra hoc eod.lib.§ ſi quæſt. 58.uerſ. Quæro modo, & uerſi. Sed in propoſitò.

13 g QVAERO Nunc, † an ille, qui iniuriam intulit, g poſſit ſe tueri, dicendo quod non habebat animum iniuriandi? Reſpon. quòd non, quia omnis iniuria in dubio præſumitur facta animo iniuriandi, niſi contrarium probetur. Et ita concludunt communiter omnes doctores, ut dicit Socin.conſ.lio,146. poſt num.7.uerſi.Citra tertiam,lib.1. Hanc etiam dicit eſſe communem Pariſ. conſilio 149.num.19.lib.4.

14 SED Pone† quòd in eodẽ actu, quo quis iniuriã intulit, fuerit proteſtatus, quod nolebat ex eo iniuriam facere, puta quia dicat alicui, Tu mentiris h ſaluo honore tuo, uel ſalua reuerentia tua? Reſpond. quòd talis proteſtatio nõ releuat, quominus teneatur actione iniuriarum, ita dixit Bar. in l. ſi quis extraneus, in prin.nu. 3. & ſeq.ff.de acqui hered. & in l.nõ ſolùm, § morte, num. 47.ff.de oper no.nuncia. Et ita in facti cõtingẽtia iudicatum fuiſſe atteſtatur Guido Papæ deciſ. 465. Ex iniuria. Quæ tñ concluſio intelligẽda eſt ut procedat, quando apparet quòd habebat animum iniuriandi verè vel præſumptiuè, prout in caſu in quo loquitur Bart. nam illa uerba, Tu mẽtiris, ſunt ex cõſuetudine inducta ut habeãt uim iniuriãdi, ut eſt omnibus notum. Cæterùm ſi ſubeſſent coniecturæ, per quas talis proteſtatio adiuuaret, quòd ſcilicet non habuiſſet animum iniuriandi, certe talis proteſtatio prodeſſet, ut dicit Oldra.conſi.53.poſt nu. 3. cuius doctrinã dicit eſſe communiter approbatam, Socin. conſ. 118. nume. 5.in fi.lib. primo. Et ponit exemplum in magiſtro, qui loqueretur cum diſcipulo, uel ſimilia.

15 QVAERO Etiã † nunqd ſi aliquis ab alio prouocatus, dicat illi, Tu mẽtiris, hic teneatur ex eo actione iniuriarũ, non obſtante ipſa prouocatione, etiam ſi dicat uerum? Reſpond. quòd ſic. Et eſt cõis opin. ut dicit Boer. conſil 4 nu.27.& ſeq. ubi etiam ſubdit, quod ita obſeruatũ in practica, & ita reperio in facti contingentia deciſum fuiſſe p cõſilium Neapol.

teſte

teſte Capic. deciſ. 58. in cauſa Nicolai Regulariter.n. in delictis procuratio non excuſat vt dixi infra in hoc eo. lib. § fina quæſt. 60. uerſ. Nunc quæro. Sed bene prouocatus, regulariter mitius punitur, ut ibi dixi; ſenatus tñ aliter iudicauit in cauſa Nicolai Fodrij, quem in totũ excuſauit, ꝙ dixiſſet cuidam, Tu mentiris, qui ei prius dixerat, ꝙ non fecerat da gentil'huomo. 9. Ianuarij 1558, P.N. Sed forte erat iam inter ipſos ſequuta pax; quo caſu in huiuſmodi iniurijs verbalib. ſenat' ſemꝑ ſolet clemẽter agere.

16 ITEM Quæro † nunquid dicens alicui iniuriam, quæ uera ſit, teneatur actione iniuriarum? Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt ꝙ ſic. Et hanc dicit eſſe communem opin. Curt. Iun. in l. fi. num. 3. ff ꝙ quiſque iuris. Tu uerò dic, ꝙ aut intereſt reipub. ꝙ illud delictũ ſciatur, puta quòd ille ſit homicida uel latro &c. & non tenetur. Aut non intereſt, puta quia ſit cæcus uel claudus, & tenetur, ita dixit Bart. in l. eum qui nocentem, in princ ff. de pœnis. Et eſt communis opin. ut dicit Alex. in l. tertia, in princ. nume. 6. ff. de lib. & poſthu. quem refert Villalobos in ſua collecta communium opi. in littera A, nu. 29. Apoſtil. ad Ang in d. l. eum qui nocentẽ, ſub num. 1. Placa. lib. 1. delictorum, c. 5. poſt num. 3. Scias tamen opus eſſe, ꝙ tale crimẽ, quod intereſt reip. ſciri, probetur, nã eo quidem caſu non tenetur, ſed ſi nõ probauerit, utiq; tenetur. Et eſt communis opi. ut atteſtatur Boer. in d. conſi. 4 num. 36. in fi. & nu. 46. & 48. Et hoc etiam ſi tale crimen fuerit oppoſitum in iudicio excipiendo, puta contra teſtes uel huiuſmodi, vt dixi infra hoc eo. lib. § fi. quæſt. 53. uerſi. Caueant tamen. Præterea etiã illa diſtinctio non procedit de iure canonico, nam eo iure alteri iniuriam dicens, licet uera ſit, nõ excuſatur, quũ prius debeat præcedere charitatiua monitio uel correctio. Et eſt cõis opi. doctorum, ut atteſtatur Alex. de Neuo conſi. 82. num. 5. in fi.

17 QVÆRO, Quid † ſi iniurians dicat ſe K pœnitere: K Et quod dixit aut fecit calore iracundiæ, nunquid erit excuſandus? Reſpond. Aliqui dicunt, quòd uerba iniurioſè prolata per iracundiam, non ſunt punienda. Et hanc dicit eſſe communem omniũ ſententiam Io. Arno. Epito. 58. Quum ſit communis. Sed certè ego credo, quòd hæc opin. nõ ſit communis, neque uera, nam in delictis commiſſis non excuſat calor iracundiæ, ut dixi infra hoc eo lib §. fi. quæſt. 60. uerſicu. Eſt etiam. licet quandoque proſit, ut quis mitius puniatur. Et ita ſemper uidi in practica obſeruari. Pariter etiam pœnitẽtia poſt delictum commiſſum non excuſat, ut dixi in d. §. fi. quæſt. 16. uerſi. Itẽ quæro, & quæſt. 60. uerſi. Fuit quandoque. Et ita in facti contingentia deciſum fuit per curiam Tholoſ. teſte Aufrer. deciſ. 409. Item Titius. quem refert Mantua, qui idem conſuluit, conſil. 77 lib. 2.

ADDITIO.

a Verbo.] Adde, ꝙ iniuria dicitur inferri etiam quando alicui dicitur, ꝙ eſt ſpurius, & natus ex monacho. Glo. Bar. & Doct. in l. turpia ff. de legatis. 1. & fuit originale dictum Azo. in ſumma, de Infa. & idem dicit Rom. eius cõſ. 96. nu. 2. Ang. tamẽ de Aret. in §. 1. poſt nu. 4. Inſtit. de iniur. not. ex glo. ibi, ꝙ quoties aliquid alicui impropero, uel obijcio, quod intereſt Reipub. ſciri: Si uerò dicam, non teneor iniuriarum: ut ſi dixero. tu fuiſti mitratus pro falſo, ut poſſis euitari in teſtem; uel dico, quòd tu es ſpurius, ut non admittaris ad honores. Intereſt etenim Reipubl ſciri, & commune: latè per Ale. in l. & ſi pepererit. num. 6. ff. de liber. & poſthum. ſecus ſi dicam, quòd Reipubl. non intereſt ſciri. ut ſi dico, quòd es cœcus, uel tignoſus, quia tunc teneor: & iſta eſt ueritas ut ſubiungit Aret. ibi, licèt dicat Ioan Fab. ibid. tenere contrarium, & uide etiam Boſſ. titu. de iniur. publ. numero 3. Similiter dicens alicui, Tædet me, quòd fueris condemnatus de falſo, uel alio delicto: tametſi præmittat, tędet me; tamẽ tenetur iniuriarum actione: quia præſumitur id dicere animo iniuriandi, per Iaſ. d. l. turpia. numero 11. & in §. morte, ante numerũ 48. ff. de nou. ope. nunciat. Rip. in c. cum M. Ferrarienſis, de conſti ante numerũ 90. Similiter dicens alicui iniuriam; quæ in eo non ſit uera, ſed in ſocio, qui ſecum erat, poterit ille ſocius agere iniuriarum actione: quoniam pręſumitur dixiſſe illa ad illius iniuriam: licet uerba dixerit ad alium, quia non inſpicitur, cum quo quis loquatur: ſed in quem uoluntatis intentio dirigitur, per Boer. conſi. 4 num. 5. Conrad. in præto. fol. mihi 403. Item ſi aliquis alicui dicat, plus ualet pilus mei equi, quàm capilli tui. tex. & ibi do. Anto. in cap. cum te. de re iud. & tradit Iaſ d. l. turpia, numero 8. Similiter ſi dicatur alicui, ꝙ ſit Ra-

naglioſus, vel q vxor ſua commiſerit adulterium, vt per Rom. conſ. 183. & Iaſ. d. l. turpia. nu. 9. Similiter iniuriarum actione tenetur dicens alicui, q eſt uſurarius, animo tñ iniuriandi, ſi id dicat in publico loco, puta vniuerſitatis: ut per Craue. in conſ. 145 nu. 2. Similiter procurator Principis, vel fiſci indebite aliqué uexans tenetur iniuriarũ actione; vt per Craue. cõſ. 168. in 2. dub. Similiter vocans aliqué, reſtitutũ à Principe, proditorẽ, [illegible] ei iniuriarum actione. Põt tamẽ ei dici, tu fuiſti proditor. Vide Natt. conſil. [illegible] col. 3. in princ. Et habetur per Craue. d. conſ. 168 in 1. dub. Similiter legitimato non poteſt ei ſine iniuria dici, Tu es ſpurius. Põt [illegible] dici, Tu fuiſti ſpurius, per Natt. d. conſ. 624. poſt nu. 25. Poſtremò nota vnum in materia pulcherrimum, q iniuriam ut quis dicatur alteri inferre, non ſufficit generale cõuicium; ſed requiritur, quòd deueniatur ad aliquam ſpeciem delicti, per ea, quæ dixi in conſ. ſyndica. nu. 151. cum ſeq. Et coniunctus, quando poſſit agere iniuriarum actione pro coniuncto. Item Dominus pro ſeruo. & amicus in ſimul pro amico. Item & vniuerſitas, uide p Craue. conſ. 45 col. 1 & 2.

b Quod non.] Imò quod ſic, dño tamẽ prohibente, probat tex. in l. iniuriarum § fin. ff. de iniur. & in §. feræ. Inſt. de rer. diuiſ.

Adde per Rolan. conſ. 9. in 2. nu. 25.

c Facta uxori.] Idem de iniuria facta officiali Regis etiam volenti, quæ dicitur facta ipſi Regi, & punitur. per Carer. in pract. fol. 201. num. 5.

Ad idem per Natt. conſ. 6. in princ.

Et de omnibus vide per Craue. conſ. 53.

d Iniuriam ſibi illatam.] Quid ſi illata ſit mihi uolenti, & conſentienti, an poſſit agi iniuriarum actione. uide & dic, vt per pract. Conradi titu. de iniuriant. ſub nu. 27. Et adde p Iacobi. de S. Georg. in l. ſi unus §. pacta. nu. 2, ff. de pactis.

e Per lapſum anni] Sed an iſta exceptio præſcriptionis ſit dilatoria, an peremptoria, ita q poſt litem conteſtatam opponi poſſit, & ſuper ea diffinitiue pronuntiari, vide p Cępol. crim. conſ. 70. in 2. dub. ubi plene.

f Per remiſſionẽ expreſſam.] Itẽ an & quãdo remittatur ſalutatione, comeſtione, & oſculatione, & huiuſ ſignis, vide p Aufreri. ad deci. Capel. Toloſa. 465. & dixi plene in lib. annota. Super ſtat. Ferra. ſub rub. q de rixis & iniur. pace fact. fol. 780. ubi aliquas et adnotaui ſingul. declarationes.

g Iniuriam intulit.] Adde, q iniuria verbalis dicitur, qñ ego dico, Non fui condẽnatus de falſo, vel hęreſi, vel alio ſimili crimine. Vel ſi dixero, de domo mea non ſunt meretrices, vt per Boer. conſ. 4 nu.... Item iniuria committitur contra Titiũ, quando ego vtor eius velle in eius contemptum. Boer. d. cõſ. 4. nu. 15. cum ſequen. Item iniuriarum actio datur contra illum, qui fecit actũ minus iuridicum. Vt quia ſine cauſa fecit in ius citari, per Guid. Pap. q 324. ubi Addi. verum intelligit, ubi quis ad talẽ actum proceſſit animo iniuriandi, & de hoc conſtat; quia in dubio non præſumitur & ideò conueniri debet actione in factum ex quaſi maleficio per tradit per Bar. in l. iniuriarum §. item labeo. ff. de iniur. Item de alijs vide per Conra. in prætorio, de iniuria per totum.

h Tu mentiris.] Vide ad materiam per Carer. in pract. crim. §. homicidiũ 6. nu. 103.

i Tu mentiris.] At ſecus ſi dicas, non verũ vel falſum dicis, quia cũ non intelligatur, q ex propoſito dicat, non dicitur iniuriam inferre, vt per Saly. & Iacobi de S. Georg. in l. de tutela. C. de in integ. reſti. nu.. Iaſo. in l. turpia nu. fin. ff. de legat. 1. & per Conrad. vbi ſup. fol. 410. nu. 31. Item verum iniuriatus poſſit reprobrare iniuriam cõtra iniuriãtem, dicendo eidem ſimilem, uel maiorem iniuriam, vide per Capy. deciſ. 58. per totũ. Item iniuriarum actione tenetur non probans crimen propoſitum excipiendo. Feli. in c. denique. numero 18 de except. Ancha. conſilio 325. vide Boer. ſemper d conſilio 4 numero. & deciſ. Tholoſ. 406. in Additio. Item, an & quando dolus dolo compenſetur in maleficijs, vide per Lud. Carer. in practi. crimi. § homicidium 6. numero. 104. & ſeq vbi plene concordantes allegat, & poſt eos declarat mutua compenſatione tolli, quando reſpicit intereſſe partis, ſecus quò ad fiſcum, quia non datur compenſatio in delictis in præiudicium fiſci, ſed pœna tenet ſuos authores, & unuſquiſque punitur iuxta ſuum delictum. Iacobi. de S. Georg. autem in l. illud eleganter, in 2. lectu. ff. quod quiſque iur. col. 1 reſpondendo ad argumentum, quod paria delicta mutua compenſatione tolluntur; dicit hoc debere intelligi, quando eſt delictum circa idem, ſecus ſi circa diuerſa; quæ omnia bene nota, & ad illud de dicente ſibi iniurianti ſimilem, vel aliam iniuriam; quòd non debeat euadere impunis, ſed puniri mitius

tamen

tamen, adde, vt per Iacobi. vbi ſup. in prima lectura ſub nu. 9.

K Pœnitere.] Et intra quantum tempus dicens alicui uerba iniurioſa poſſit per pœnitentiam reuocare ad tollendum, & extinguendum iniuriarum actionem. Vide per Cagnolum in l. quicquid calore. nu. 11. cum duob ſeq ff. de reg. iur. & per Boſſium titu. de iniur nume. 22. & noniſſime Natt. eius conſi. 671. col. fina. vbi tenet opinionem Cagnol. tanquam benigniorem, & humaniorē: quod vſque ad litis conteſtationem iniuriā poſſit reuocari, non autem poſt; quia tunc quæſitum eſt ius irreuocabiliter iniuriam paſſo ad hæredem tranſmiſſibile per l. iniuriarum actio, vlti. ff. eodem. Sed vſq; ad litis conteſtationem bene poteſt per pœnitentiā reuocari, & eo modo ſatisfieri iniuriam paſſo; & iſta opi. inter uarias debet prę ualere; vt per Natt. ibid.

§. Læſæ Maieſtatis.

SVMMARIVM

1 *Læſæ Maieſtatis crimē pluribus modis committitur.*

2 *Læſę Maieſt. crimen committitur non modò contra perſonam Papæ uel Imperatoris, ſed etiam contra Reges, principes, vel ciuitates, quæ ſuperiorem non recognoſcunt, verſi. Committitur autem.*

3 *Et an contra principes, vel ciuitates, quæ ſuperiorem recognoſcunt, ver. Dubium eſt.*

4 *An offendens Cardinalem incurrat crimen Læſæ Maieſt. verſi. Quæro nunquid.*

5 *An offendens conſiliarium principis, verſicu. Quæro etiam.*

6 *An ille, qui non eſt ſubditus, dicatur committere crimen Læſæ Maieſt. ver. Vide quandoque.*

7 *Et quid in clerico, verſi. Hinc infertur.*

8 *Criminis Lęſæ Maieſt pœna quæ ſit, verſi. Sed quære.*

9 *Et an ex hoc crimine bona publicentur, verſi. Præterea licet.*

10 *An diſpoſitio l. quiſquis, habeat locum contra filias fœminas, verſi. Hæc autem.*

11 *An contra filios naturales, verſi. Sed nunquid.*

12 *Quid in filiis natis ante delictum, verſi. Fuit etiam.*

Quid in filio concepto poſt bannum, ibid.

13 *An habeat locum etiam contra nepotes, verſi. Præterea quæro.*

14 *Diſpoſitio. l. Quiſquis. an procedit in matre. ver. Quæro etiam.*

15 *An hæ pœnæ ſtatutæ contra filios, habeant locum etiam quando crimen Læſæ Maieſta. non eſt commiſſum contra Imperatorem, vel rempub. Romanam, verſicu. Vnum tamen.*

16 *An in hoc crimine puniatur affectus, etiam ſi non ſequatur effectus, verſicu. Scias autem.*

17 *An in hoc crimine poſſit poſt mortem procedi, verſi. Item licet.*

18 *An rebellis poſſit impunè occidi, & deinde probari, quòd erat rebellis, verſicu. Hinc infertur.*

An in hoc crimine poſſit procedi contra abſentem, verſi. Item quamuis.

1 LAESAE Maieſtatis † crimen pluribus modis committi-
2 tur. a quos eleganter & copioſe recenſet Gigas de crim. læſæ Maieſta. in Rubr. qualiter & à quibus &c. & Frāciſcus Lucanus de priuilegio fiſci. in ſecunda parte principali, in Rubr. de crim. Leſę Maieſt. Et poteſt poni exemplum in ſubdito, qui fecerit tractatum contra perſonam domini, vt in caſu in quo conſuluit Soci. Iun. conſil. 105. lib. 3. & Alcia. conſil. 456. vel contra ſtatum principis, vel reipub. ut in caſu Bald. conſil. 58. & ſeq. lib. primo, & Alex. conſilio 13. lib. 6. & Iaſ. conſilio 86. lib. 3. Alcia. conſi. 453. vel ciuitatis, ipſius dominium tyrannice occupauerit, ut in caſu Soci. conſil. 22. libr. primo. vel patriam oppugnauerit, vt in caſu Soci. conſi. 275. lib. 2. uel armatus venerit in bello contra principem ſuum. ut in caſu Alcia. conſi. 467. vel quia cum hoſtibus domini pacem & amicitiam cōtraxerit, ut in caſu Decij, conſil. 604. 605. & 690. & Grammatici conſi. 13. & conſi. 31. vel quia tentauerit tanquam noſtris occupare caſtra vel ciuitates ipſius domini, prout cōtingit in quodam Io. de Lādriano, qui dum inſeruiret Gallis, decreuerat occupare oppidum Abbiatis Craſſi, & tam ipſe cum ſociis, quàm Gabriel Burrus, qui ſciens eos receptauerat, & auxilium eis dederat, fuerunt capite truncati, & in fruſta ſciſſi. 7. Septemb. 1535. C.C. vel quòd caſtra ipſa inuaſerit et occupauerit, ut in caſu Ruin. conſilio 1. et 2. lib. 5. Item poteſt poni exemplum in cuſtodē arcis ſeu

caſtri, qui illud tradat hoſtibus, prout in quodam Gallo caſtellano caſtelletti Genuenſis, qui vendidit ipſum caſtellettum Genuenſibus, & fuit propterea capite truncatus, & rotæ ligneæ inſertus, vt refert Boer. de cuſtod. clauium, num. 25. vel etiam ſi non vendidit, ſed illud hoſtibus tradidit, vt in caſu Cor. conſ. 96. lib. 4. Poteſt etiam poni exemplum in eo, qui deſtruxit manu armata pontem exiſtentem in territorio domini ſui, quod tamen ſi factum fuerit ſine dolo, excuſationem meretur, ut in facti contingentia eleganter conſuluit Cepha. conſi. 75. & ſeq. lib. 1. vel quia reuelauerit ſecreta principis, vt in caſu Marſi. conſil. primo. Item ſecundum aliquos poteſt poni exemplum in eo, qui de principe *b* aut domino ſuo obloquutus fuerit, in quo tamen videnda ſunt ea, quæ in facti contingentia ſcripſit Ruin. conſi. 145. lib. 5. & Crauetta conſi. 6. & 9. *

2 Committitvr autem † crimen læſæ Maieſt. non modo contra Papam & Imperatorem, ſed etiã contra Reges, principes, vel ciuitates, quæ ſuperiorem non recognoſcunt. Et ita concludunt doctores omnes nemine excepto, ut dicit Gigas de crimi. læſæ Maieſt. fol. 30. quæſt. 28. Hanc etiam atteſtatur eſſe communem opinionem Boſſ. in tit. de crimi. læſæ Maieſt. nu. 51. *

3 Dvbivm eſt, † nunquid crimen læſæ Maieſtatis dicatur committi etiam contra principes inferiores, & ciuitates, quæ ſuperiorem recognoſcunt. Et certe de iure loquendo, iſte articulus magnam habet difficultatem, & multi tenent, *c* quòd diſpoſitio l. quiſquis, non habeat locum contra cõmittentes crimen læſæ Maieſtatis contra huiuſmodi principes vel ciuitates recognoſcentes ſuperiorem. Et hanc opi. dixit eſſe communem Soci. conſil. 275. poſt nume. 1. lib. 2. quem refert Ruin. conſi. 3. poſt nume. 52. lib. 5. Sed certe quicquid ſit de iure, dicit Paul. de Caſtro in l. tertia. nume. 6. in fin. C. de epiſc. audi. quòd de facto ſeruatur videre ſuo quod etiam in iſtis ciuitatibus, attentantes contra earum ſtatum, puniuntur de crimine læſæ Maieſtatis, ſiue recognoſcant ſuperiorem, ſiue non. *d* Et hoc dictum Paul. de Caſtro refert Brunus, conſi. Feudali. 28. nume 3. & Gigas in trac. præallegato, fol 30. quęſt. 29. Ita etiam de conſuetudine in Italia ſeruari atteſtatur Cepolla conſil. crim. 17. nume. 19. quem refert Soci. Iun. conſi. 105. nume. 24. lib. 3. & Boſſ. in loco præallegato, poſt nume. 51. prout etiam de facto ſeruatum fuiſſe refert Guido Papæ deciſ. 344. Pone, aliquis in quodam, qui conſpirauerat in necem Amadei ducis Sabaudiæ, de quo Arreſto mentionem facit Papo lib. 22. titu. 1. Arreſto 1. Quinimò etiam de iure loquendo hanc opin. dicit eſſe communem Alexan. conſ. 13. num. 2. lib. 6. prout illũ refert Rola. conſi. 88. nu. 1. li. 1. Barba. cõſi. 70. nu. 34. li. 4. Alciat. conſi. 619 in primis verbis. Et ſtãte cõſuetudine ita ſeruãdũ eſſet quo ad ipſum principalem delinquentem, licèt quo ad filios aliud ſit, vt dixi infra verſ. Vnum tamen. *

4 Qværo, nunquid † offendens Cardinalem incurrat crimen læſæ Maieſtatis? Reſpond. quòd ſic. Et eſt communis opi. doctorum, ut ait Gigas in tract. præallegato. fol. 7. quęſtione quinta, num. 1. Sunt enim Cardinales tanquam fratres Papæ & pars corporis ipſius.

5 Qværo etiam, † nunquid offendens conſiliarium *e* principis incurrat in crimen lęſę Maieſtatis? Reſpond. Hęc quęſtio contigit de facto in perſonam excellentis doctoris & magni feudiſtæ D. Andreę de Iſer. qui fuit trucidatus in ciuitate Neapolis, tempore reginę Ioannę eius nominis vndecimę, cuius ipſe erat conſiliarius, & fuit determinatum, quòd ſic, ut dicit Paris de Put. de ſynd. fol. 124. nume. 14. & refert Afflic. ſuper prima parte conſtitut. Regni, Rub. 29. nume. 6. Et ita in facti contingentiam conſuluit Rubeus, conſi. 154. Et licet aliqui diſtinguant, *f* an id fiat in odium principis, vt ſcilicet priuetur illo conſiliario, an ob priuatum odium ipſius conſiliarij, ego tamen indiſtinctè teneo, quod committatur crimen lęſę Maieſt. nam conſiliarij ſunt pars corporis ipſius principis, & ideo illos offendens indiſtinctè cenſendus eſt principem offendere; ſemper tamen intelligo de conſiliarijs reſidentibus apud perſonam principis, & ſedentibus in eius ſupremo conciſtorio, & non aliter.

6 Vidi quandoque † dubitari, nunquid ille, qui non eſt ſubditus principi, dicatur contra eum committere crimen lęſę Maieſta. Et dicendum eſt, quòd non, ita probat tex. in clem. paſtoralis, vbi glo. in uerbo, non ſubfuit, de re iudica. & eſt communis doctorum ſententia, ut ait Roland. conſi. 4. nume. 1. *g* Et ideo licet aliquo particulari iure, puta-

ta feudi vel delicti, quis efficiatur de foro
alicuius principis, ſit tamen ratione origi-
nis vel domicilij non ſit ei ſubditus, non di-
citur committere contra eum crimen læ-
ſæ Maieſt. Et ita ſentiunt communiter do-
ctores, vt dicit Gigas in tract. præallegato,
fol. 54. queſtio. 68. poſt nume. 2. Et ita uidi
pluries in facto iudicari, & in ſpecie in cau-
ſa D. Cornelij Bentiuoli, 4. Nouemb. 1557.
P.N. Reperio etiam, quòd ſenatus reſcrip-
ſit Regi. 17. Aprilis 1561. A. C. in cauſa Sci-
pionis Vicomercati, quòd illegitime natus
extra dominium ex ſubdito bannito pro-
pter rebellionem, & muliere extera, non di-
citur rebellis, etiam ſi ſit legitimatus, quæ
eſt magna deciſio.
7 Hinc infertur, † quòd licet clerici nati
in terris ſubditis alicui principi laico, dican-
tur naturaliter ſiue originarie eſſe de domi-
nio & ditione illius principis, prout tenere
communiter doctores atteſtatur Gigas, de
crim. læſæ Maieſt. fol. 50. quæſt. 63. nume. 3.
nihilominus, quum reuera poſt clericatum
iam non poſſint vere dici ſubditi ipſius prin-
cipis, non poſſunt dici contra eum commit-
tere crimen læſæ Maieſtatis. Et hanc dicit eſ-
ſe communẽ opi. Car. Alexã. in ca in primis,
§. de perſona, col quinta, verſic. Non obeſt,
opi. ſecunda, quæſtione tertia, quem refert
Gomes. in §. Rurſus, poſt nume. 24 Inſti. de
actio. Et ita in facti contingentia ſenatus cen
ſuit quẽdam Laurentium Vicomercatum,
qui imputabatur, quod inſeruiſſet Gallis,
abſolutum fuiſſe, conſlito quòd eſſet per-
petuus commendatarius cuiuſdam abba-
tiæ, 19. Septemb. 1554. B.P. Reperio tamen,
quod ſenatus in cauſa cuiuſdam presbyteri
appellati Don Iacobi Pigocij, qui conduxe-
rat hoſtes ad oppugnandum quoddam oppi
dum huius dominij, & conſilia & auxilia
eis dederat, inclinauit in contrariam ſenten
tiam, quòd ſcilicet uideretur incidiſſe in cri-
men læſæ Maieſtat. & hortatus eſt Vicarium
epiſcopalem Cremonæ, apud quem ille preſ
byter reperiebatur detentus, ut uiriliter cõ-
tra eum procederet, & admitteret prætto-
rem ad perficiendum proceſſum. Sed credo,
quòd propter decretum gratioſum ſtatim
fere ſubſequutum fuerit relaxatus. Caueãt
tamen in omnem caſum clerici, ne talibus
ſe immiſceant, quia licet hæc concluſio ſit
de iure uera, tamen princeps ſeculares de fa
cto ſeruant contrarium, ut dixi infra hoc
eo. lib. § fin. quæſt. 36. uerſi. Quæro nũquid,
& in ciuitate Florẽtiæ fuit aliàs propter hoc
crimen ſuſpenſus quidam Archiepiſcopus.
8 Sed quæro, † que ſit pœna committen-
tis crimen læſæ Maieſtatis? Reſpond. quod
eſt pœna mortis. Et de conſuetudine ſolent
huius criminis rei, uiui in fruſtra ſcindi, &
appendi in locis eminentibus ciuitatum ſeu
caſtrorum in quibus deliquerunt.
9 Præterea, licet † hodie ſecundum ius
commune bona damnatorum non confiſcẽ-
tur, & hoc ex diſpoſitione Auctenticę, bona
damnatorum, C. de bo. proſcrip. in hoc ta-
men crimine bona confiſcantur, ut dicit gl.
in ea. Auct. bona damnatorum, in uerbo, fiſ-
co, quam ſequuntur doctores, ut dicit Ce-
polla conſi crim. 17. in quarto dubio Dixi
infra hoc eod. lib. §. fi quęſt. 78. circa princi.
Quinimò rei huius criminis ſtatim perpetra
to delicto amittunt dominium & admini-
ſtrationem bonorum ſuorum. Et ideo non
puto uerum eſſe id, quod aliqui dicunt, ſci-
licet quòd in hoc crimine bona non confiſ-
cantur ipſo iure, quam etiam dicit eſſe com
munem opin. Boſſ. in tit. de ſentent. nu. 48.
quia imò à lege confiſcantur ipſo iure, licet
confiſcatio non ſortiatur effectum, niſi ſe-
quuta ſententia hominis, per quam declare
tur reum incurriſſe in crimen læſę Maieſt.
Scias autem, quod licet de iure hęc pœna
confiſcationis bonorum non habeat locum,
quando committitur crimen læſæ Maieſt.
contra principem inferiorem, nihilominus
de conſuetudine in Italia ſeruatur contra-
rium, nam quilibet princeps, etiam reco-
gnoſcens ſuperiorem, publicat bona ſuo-
rum rebelliũ, ut atteſtatur Cepolla in alle-
gato conſi. 17 uerſi. Præterea licet etiam.
10 Hæ autem † pœnæ & aliæ, quæ impoſitæ
h ſunt à lege, quiſquis, *b* C. ad leg. Iu. maieſt.
filiis eorum, qui committunt crimen læſæ
Maieſt. quantum fieri poteſt, reſtringi de-
bent, quum ſint contra iuris regulam, qua
cauetur, vnum pro alio in delictis punien-
dum non eſſe, ut dixi infra hoc eo. lib. § fin.
quæſt. 86 Et ideo tales pœnæ non habent
i locum contra filias fœminas. *i* Et eſt com-
munis opin. ut dicit Gigas in tract. pręalle-
gato, fol. 150. q. 14. poſt num. 15.
11 Sed nunquid † habent locum in filijs na-
turalibus tantum? Rñ q ſic. Ita tenuit Cyn.
in d. l. quiſquis, & ita ẽt tenent cõiter docto-
res, vt dicit Augu ad Ang. de malefi in uer-
bo, & hai tradito, nu. 15. Hanc etiam dicit
eſſe magis communem concluſionẽ Claud.

in

in l. ex facto, §. ſi qs rogatus, n. 11. ff. ad Treb.

12 Fvit etiam † aliquando dubitatum, an dictæ pœnæ locum habeant ſolummodo in filijs natis poſt delictum patris, & an autem etiam in natis ante delictum? Et in hoc variȩ fuerunt doctorum opi. nam aliqui tenuerunt, quòd habeant locũ ẽt in natis ante delictum. Et hanc opin. dixit eſſe communẽ Claud in l. ſi quis id quod, num. 14. ff. de iuriſd. omnium iud. Gigas in trac. præallegato, fol. 144. quæſt. quinta, poſt nu. 1. Contrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet non habeant locum in natis vel conceptis ante K delictum *k* patris, tenuit Cyn. in d. l. quiſquis. Et hanc dicit eſſe communem Alciat. conſi. 467. nu 7. Et hæc opi. tanquam mitior & benignior mihi magis placet. Faciũt quæ dixi ſupra hoc eo. lib §. Hæreſis, uer. Sed hic quæro. In filio autem concepto poſt bannũ ex hoc crimine patri datum, certum eſt, ꝙ locum habent, & ideo ei non eſt danda legitima. Et hæc eſt communis opi. ut atteſtatur Boſſ. in titu. de cri. læſæ Maieſt. nu. 138.

13 Præterea quæro † nunquid dictæ pœnæ ſtatutæ contra filios, habeant locum etiam contra nepotes? Reſpond. quòd ſic. Et eſt communis opi. vt dicit Salic. in d. l. quiſquis, num. 12. quem refert Didacus lib. 2. reſolutionum, c. 8. nu. 2. in fi. Bene uerum eſt, quòd non extenduntur niſi uſque ad ſecundum gradum deſcendentium ex maſculis l incluſiue, & vſque ad primum gradum deſcendentium ex fœminis, & eſt communis opi. vt dicit Salic. in loco præallegato, quem refert Iaſ. conſi. 106. nu. 3. lib. 4.

14 Qvaero etiam † nunquid diſpoſitio d. l. quiſquis, quatenus loquitur de filiis, habeat locum non ſolum in patre committente hoc crimen, ſed etiam in matre? Reſpond. quòd ſic, ita tenuit glo. in ea l. quiſquis, in verbo, Minus auſuras, & ita communiter tenetur, ut dicit Ang. de maleſi. in uerbo, Et hai tradito nume. 12. dicens quòd licet uideatur inuſitatum, quòd mulier tale crimen committat, illud tamen uidit ſemel de facto Bononiæ. Et illum refert Marſi. conſi. 53. poſt nume. 8. quod nota pro limitatione eorum, quæ dixi ſupra lib. primo, quòd in pœnalibus non fit extenſio, &c.

15 Vnvm tamen † non omitto, quòd diſpoſitio d l quiſquis, quatenus loquitur de filiis, non habet locum, niſi quando crimen læſæ Maieſt. eſt commiſſum contra Imperatorẽ, uel remp. Roman. Et eſt cõis opi. ut atteſtatur Gigas in tract. præallegato, fol. 161. q. 23. nu. 9. Et dicit Alcia. in d. conſi. 467. nu. 6. in fi. quòd hæc concluſio eſt approbata indiſtincte ab omnibus. Et pro hac parte conſuluit Soci conſi. 275. infra allegato. Neque eſt hoc loco prætermittendum id quod dicit Ang. in l. fallaciter, nu. 4 C. de abolition. quòd ſcilicet pœna d. l. quiſquis, reſpectu filiorum non ſeruatur, quod uerbum Angel. tanquam uiri excellentiſſimi & magni practici, multum eſſe à iudicibus ponderandũ dicit Soci. in d conſi. 275. num. 3. in fi. lib. 2. Illud etiam refert, & idem atteſtatur Alcia. in d. conſ. 467. nu. 6 & reuera apud nos nunquam uidi tales pœnas in filiis obſeruari loquitur tamen ibi Ang. in eo, qui hoc crimẽ committit contra propriam ciuitatem. Et ideò ſi commiſſum eſſet contra Papam, Imperatorem, uel Regem, qui ſuperiorem non recognoſceret, forte aliud eſſet dicendum.

16 Scias autem † quòd in hoc atrociſſimo delicto lex nonnulla ſpecialia introduxit. Et in primis, licet regulariter in alijs criminibus non puniatur affectus, niſi ſequatur effectus, ut dixi infra hoc eo li §. fi. q. 92. in hoc tamen crimine punitur ſolus affectus, etiã ſi effectus ſequutus nõ fuerit. Et eſt cõis opi. vt dicit Boer. de ſeditioſis. in 7. ꝓſuppoſito n 42. Et ita hoc de cõſuetudine obſeruari atteſtatur Soci. Iun conſi. 105. nu. 37. lib. 3. præſertim ſi deuentum fuerit ad actum *l* proximum. Et hoc cõi omnium ſententia receptum videtur, ut ait Didacus in repe. clem. ſi furioſus, fol. 278. uer. Primo infert, de homicid. Quinimò quod plus eſt, in hoc crimine punitur ex ſola ſcientia ille, qui tractatum non reuelauit, ut dixi infra hoc eo. lib. §. fi q. 87. uerſi Punctus eſt.

17 Item licet † regulariter morte delinquẽtium crimina extinguantur, ut dixi infra hoc eo. lib §. fi. q 51. uerſic. Quæro nunc eſt tamen ſpeciale in hoc crimine, ut de eo etiã poſt mortem cognoſci & procedi poſſit, & defuncti memoria damnari, ut eſt tex. in l. fi. C ad leg Iul. Maieſt. Et ita tenuit gloſ. in §. per contrarium, in uerbo, damnata. Inſti. de hæred. quæ ab inteſta. defer. quam dicit eſſe notabilem & approbatam Ferret. conſi. 31. num. 8. ubi refert multa exempla, in quibus ita ſeruatum fuit. In quo propoſito uidenda ſunt quȩ in facti contingentia conſuluit Cepolla conſi crim. 17. & Ruin. conſil. 3. lib. 5. Quod tamen intellige ut procedat, quando crimen hoc committitur contra principem

vel

m vel remp. Romanam, m ſed quando committitur cõtra alios principes inferiores vel ciuitates, vtiq; extinguitur morte. Et hæc eſt vera & communis opin. vt dicit Boer. de ſeditio, in 6 præſuppoſito, nume. 20. quem refert Gigas in tract. præallegato. fo. 74. nume. 24. Hinc etiam eſſe communem opi. atteſtatur Alciat. in d. conſi. 467. nume. 1. Et intellige, quòd ſit commiſſum contra perſonam ipſius Imperatoris, uel directo contra ipſam rempubl. Et ſic in primo capite, non autẽ in alijs. Et ita in facti contingentia iudicauit conſilium Neapol. ut refert Grammat deciſ. ſexta Scias etiam, quòd hoc caſu ius accuſandi & damnandi memoriam defuncti præſcribitur quinquennio Et eſt communis opi. vt dicit Gigas in loco præallegato, fol. 73. quæſt 23. nu. 1.

18 Hinc infertur, †. quòd rebellis n poterit impunè occidi, & deinde probari & declarari, quod erat rebellis, ita dixit Barto. in extrauag. qui ſint rebelles, in uerbo, Rebellando, nume. 22. Et eſt communis opin. ut dicit Boſſi. in titu. de hæreticis, poſt nume. 29. & in titu. de crimine læſæ Maieſta. nume. 119. Et ita ſeruatum fuit in Duce Vrbini, quãdo interfecit Cardinalem Papiẽſem, ſuper quo caſu conſuluit Ruin. conſi 4. lib. 5. & Ferret. conſ. 31. Sed certe hæc opi. mihi ſemper viſa eſt periculoſa, neque conſulerem amico meo; ut illud faceret. Poſſet forte hoc fieri præcedente conſenſu & uoluntate principis, uel ubi huiuſmodi rebellis reperiretur in actu ſeu exercitio ipſius rebellionis. Bene uerum eſt, quod in omnem caſum, ubi poſtea probaretur, ꝙ ille erat rebellis, proculdubio homicida eſſet liberandus.

Item quamuis regulariter de iure communi non poſſit abſens pro aliquo crimine condemnari, ut dixi infra hoc eod lib. §. fin. q. 44 circa principium, eſt tamen ſpeciale in hoc crimine, ut poſſit contra abſentem procedi, & ſi fuerit contumax, ad mortem cõ-
o demnari, o ut eſt tex. in extrauaganti, ad reprimendum. Et ita tenent communiter doctores, ut atteſtatur Ant. Gomes. ſuper l 76. Tauri, poſt num. 7.

ADDITIONES.

a Cõmuniter] Adde, quod de geſtis à ſummo Pontifice, ab Imperatore, & à Principe, atq; de illo cum reſcriptis non eſt diſputandum, neque dubitandum, quoniam ſacrilegij inſtar eſſet, ut per Cæpol crim. conſ. 59. in fin & uid fuſius in conſil. meo ſyndic. nu. 302. vſque ad nume. 317. Item adde ꝙ crimen læſæ Maieſtatis committitur ex ſola contumacia in non reſignando caſtrum. in l. 3 §. j. ubi gloſ. in uerbo, tenuerit. ff. ad l Iul Maieſta. & tradit Craue. conſil. 319. colum. 1. uerſi. Hoc ita præſuppoſito. Item contrauenieus iuramento fidelitatis incidit in crimen læſæ maieſt atq; proditionis. Item ſolum cõſiliũ. Itẽ cõſpiratio. per Alc. cõſ 13 poſt n. 6. 7. li. 6. & per Craue. ubi ſup. uer. ſecundo Et talis uaſallus cõtraueniens fidelitati, feudũ amittit ꝙ tale peccatum contra Principem eſt inexcuſabile per Craue. ibi.

b Qui de Principe.] Adde Principi maledicẽs, quãdo & qua pœna feriendus ſit, & an Principi cõducat ſuos maledicos punire, varijs exemplis Principum declaratum, atq; egregie explanatum uid. per Iacobum Menochium de arbitr. iudic. lib. ij. centur. 4 caſ. 377.

Et ubique plene. Item quot modis cõtrahatur crimen rebellionis uid. remiſſiue per pract. Carer. pag. mihi 55 nu 88.

Vide Soci conſil. 121. colum. 1. & 2. uol 4.

c Multi tenent.] Adde, atque ui. tenentes iſtam opinionem per Roland. nouiſſime in conſ. 15. nu. 7. uolum. 4.

d Siue nõ.] Adde vt per Rolan. conſ. 74 nu. 3. lib. 3. Alciat reſpon. 9. in princ. rom. 2. lib. 7. Qui tamen Alciat. fuit in hoc ſibi parum conſtans, nam contrarium uoluit reſpon. 19. nume. 4. ubi teſtatur de magis commun. opinio. Et ꝙ crimen læſæ maieſtatis committatur etiam contra Principes inferiores, puta Duces, Comites, Marchiones, uid. poſt relatos per Craue. in conſ. 319. colum. 1. uerſic. videtur.

e Offendens conſiliarium.] Quid de arripiẽte condemnatum à manibus familiæ. Item, quid de occidente condemnatum ductum ad ſupplicum. uid. per pract Carer. pag. 69. colum. 2.

f Aliqui diſtinguũt.] Adde, atque iſtos diſtinguentes ita vid. per Rolan. in con præallegato 15. nume. 13. cum ſeq. ubi & ipſe illos ſequitur.

g Vt ait Rolan. in conſi. 4 nu. 1] Adde communem eſſe per eundem late d. conſ. 15. nu. 7. & per totum.

h A lege, quiſquis.] Adde ꝙ habet locũ in his, qui more militari, & aperte ſequuntur partes alterius principis prætendentis ius, ut per

per Alciat. reſponſ. 19. colum. 1. tom. 2. li. 7. Et in quibus locum habet, uel non, latiſſime per Rolan. conſi. 1. in 3.

i Contra filias fęminas.] Adde, quòd debét dotari: quod habetur fuſius per Rolan. conſ. 73. lib. 2. retulit Iſern. dicẽtem hoc bene fuiſſe ſeruatum temporibus ſuis per Regẽ Ferdinandum, qui honorifice maritauit filias Principis Roſani, qui notorie commiſerat crimen læſæ maieſtatis contra Regem. Communẽ etiam inquit Maſuer. ad pract Papien. in forma, inquiſitio. gl. fin. uerbo, filius, 2.

K Ante delictum.] Adde fuſius, & in terminis per Rolan conſ. 74. lib. 3. vi. ibidem, quia plene, ac in terminis conſultus reſpondet.

Si fuerit deuentũ ad actũ.] Adde ad idem ea quæ per Care. in prac. crimi. §. homicidij. 1. numero. 15. vbi etiam exemplificat, ſi fuiſſet facta conſpiratio & tractatus cum aliquibus; & ſecus ſi affectus tranſiuiſſet in nudam uoluntatem uerbis tantũ expreſſam, & non factã, nam dicit non puniri pœna ordinaria. Item & nume. ſeq ponit, An, & quando ſola cogitatio puniatur remiſſiue, & num. 17. limitat etiam in crimine ſeditionis, in quo attentatum punitur.

m Contra principem, uel Rempubl. Romanam.] Adde quod in iſtis duobus caſibus memoria defuncti damnari poteſt, ut pulchre. & latè per Rolan. in conſil. 1. nume. 16. & ſeq. lib. 3. & ſequitur Maſuer. ad pract. Papien. in titu. Inquiſitio, poſt gloſ. contra & aduerſus. poſt medi. & qualiter procedendum ſit, vt defuncti memoria damnetur. vid. per Cœpol. in conſi. 17 in primo dubio Paris alios aduocantem in conſi. 2 nu. 209 lib. 4. & per Maſuer. ad pract. Papi. ubi ſup. Claud. crimi. reg. 70. 126. & 165. per Boſſi. tit. de hęret. nu. 30. & ſeq. & titu. de ſenten. nume. 47. Et infra quantum tempus peti poteſt memoria defuncti damnari, uide per Carer. tract. de hæret. num. 142.

n Quod rebelli.] Quot autem modis cõtrahatur crimen rebellionis, & de pœna. vid. per pract Carer. pag. mihi 55. ſub nu. 88.

o Mortem condemnari.] Vt in 8. conſtitutione Henrici Imperatoris, quam Piſis promulgauit, & de qua meminit Cœpol. conſ. crim. 47 nume 8.

Item ſcias, quòd ordinarius, qui auſus fuit Principis poteſtatem aſſumere, reus uidetur eſſe criminis læſę maieſtatis. vid. per Crauettam conſ 18 num. 2. quòd qualiter procedat, uid. poſt relatos per Menoch. de arb. iud. lib. 2 centur. 3. caſ. 320. in primo caſu. & vid. ibi. per totum, quia ponit alios etiam caſus, in quibus, & qua pęna puniendus eſt uſurpator authoritatis Principis, vel alterius, nec non & locum dignitatis ei non debitum.

§. Ludus.

SVMMARIVM.

1 *Ludum eſſe prohibitum.*
2 *Et quid in ludis, in quibus eſt mixtura ingenij & fortuna, verſi. Hac autem.*
3 *Quid in ludo ſcaccorum, eod. & ver. Scias. n. 4.*
4 *An ludus ſcaccorum ſit permiſſus clericis, ver. Quæro nunquid.*
6 *An haſtiludia & torneamenta licita ſint. ver. Item quæro.*
7 *Quid in ſortibus, quas ſcomeſſas vulgo appellant, ver. Quæro etiam.*
8 *Quæ ſit pœna ludentis ad ludos prohibitos, ver. Sed quæro.*
9 *Vincens in ludo prohibito, an teneatur lucrum victo reſtituere, ver. Item vincens.*
10 *Mutuans in ludo reprobato, an poſſit repetere, verſi. Item mutuans.*
11 *Tranſactio occaſione ludi, an ſit permiſſa, ver. Præterea.*

1 IN hac † materia facienda eſt generalis concluſio, quòd ludus eſt de iure prohibitus, vt videtur tex. in l. Aleatũ vſus, C. de religio & ſumptibus funerum. Et eſt cõmunis opi. ut dicit Maluec. de ludo taxillorum, num. 4. prout illum refert Prac. Conradi, fo. 420 n. 1. in fi. & in facti contingentia conſuluit Corn. con. 101. lib. 2.

2 Hæc autẽ † concluſio locum habet non modò in his ludis, in quibus ſola ſors uerſatur, ſed etiam in his, in quibus eſt mixtura ingenij & fortunę, puta taxillorum, & tabularum, & chartarum, nam omnes pariter ſũt prohibiti. Et eſt cõmunis opi. vt atteſtatur Imola in c. clerici, el ſecondo, poſt nume. 16. de uita & honeſtate clerico. Vbi uerò ſolummodo verſatur ingenium, talis ludus eſt per-
3 miſſus. Et hinc infertur, † quòd ludus ſcaccorum eſt dè iurè licitus, & ita dicũt doctores, vt ait Roſſel. de Roſſel. inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ. 46. nu. 5. lib. 1.

4 SCIAS tamen † quòd etiam ad huiuſmodi

di ludos permiſſos nõ licet ludere vltra vnũ aureum, vt eſt tex. in d.l. Alearũ vſus. Bene verum eſt, quòd in hoc videtur derogatum à conſuetudine diſpoſitioni d. legis, vt non nulli atteſtantur, quos refert Auguſt. ad Ang. de maleſi. in loco præallegato, poſt nu. 4.

Qværo, nunquid † clerici poſſint ludere ad ſcaccos? Reſpond. quòd ſic. Et ita tenẽt communiter doctores, vt dicit Abb. in d. ca. clerici. el ſecondo, num. 4. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Metitore de mali dadi, num. 3. Bertachi. in trac. de Epiſcopo, in prima parte cauſæ finalis, quæſt. ſeptima.

5 Item quæro, † nunquid laici poſſint licitè facere torneamenta & ſimilia? Reſpond. quòd ſic. Et eſt communis opin. vt ait Soci. conſi. 16. num. 3. 5. & 6. lib. 1. prout illum refert Prac. Conradi, fol. 426 in princ. licèt Soci. in libro meo non atteſtatur de communi. In his enim verſatur corporis agilitas & ingenium, neque in arbitrio fortunæ aliquid eſt poſitum.

7 Qværo etiam † nunquid iſtæ ſortes, quas vulgo ſcomeſſas appellamus, ſint licitæ? Reſpon. quòd ſic. Et eſt communis opin. vt ait Dec. conſi. 115. nume. 4. quem refert Didacus in repe. c. peccatum, fol. 122. in fin. dubius enim euentus fortunæ, contractus illicitos non facit.

8 Sed quæro, † quæ ſit pœna ludentis a ad ludos prohibitos? Reſpon. de iure ciuili non videtur impoſita certa pœna. Et ideo videtur dicendum, quòd luſores ad ludos prohibitos ſint puniendi extra ordinem arbitrio iudicis, ſecundum facti & perſonarum qualitatem.

9 Item vincens † in ludo reprobato tenetur lucrum victo reſtituere, ita dicit glo. in fin. in glo. fin. ff. de alea. quam omnes doctores indiſtinctè approbant, ut dicit Aug. in loco præallegato, nume. 23. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Caccialup. de ludo, nume. 40. Sed hoc de conſuetudine non ſeruatur, vt dicit Auguſt. ad Angel. in loco præallegato, nume. 17. Et ideo ſtante conſuetudine permittente, ut poſſit ludi ad aleas, talis conſuetudo excuſat etiam victorem, ut non teneatur ad reſtitutionem lucri, dummodo in ludo fraus non interuenerit. Et eſt communis opin. ut atteſtatur Barba conſ. 66. nu. 9. lib. 3. quem refert Rochus de conſuet. fol. 23. nume. 6. dixit tamen Card. quem multi ſequuntur, quòd tutius eſt animæ, pecuniã ipſam pauperibus erogare. Et ait Rochus in loco præallegato, quòd ita dicunt communiter doctores. Ego tamen nũquam vidi hoc in practica ſeruari, nam ut dicit Barba. in loco prȩallegato, illud, quod dicitur de erogãdo pauperibus, eſt de conſilio, & non ligat, valet autem talis conſuetudo, ut denegetur victo repetitio eius, qđ amiſit. Et ita tenent communiter cano. legiſtæ, Theologi, & ſancti viri, vt atteſtatur Caccialup. de ludo, numero 79.

10 Item mutans † in ludo non poteſt repetere, ut eſt tex. in d. l. alearũ uſus. Scias tamen, quòd quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur in practica. Eſt enim conſuetudo vt poſſint huiuſmodi pecuniæ repeti, ut atteſtatur Auguſt. ad Angel. de maleſi. in uerbo, Metitor de mali dadi, num. 15. & ſeq. Et talis conſuetudo ualet ſecundum communem opi. de qua atteſtatur Didacus in rep. d. ca. peccatum, fol. 124. & eſt obſeruanda non ſolum inter laicos, ſed etiam inter clericos. Et ita magis cõmuniter receptum eſt, ut ait Didacus in loco præallegato, fol. 125.

11 Præterea in ludo † uel occaſione ludi non eſt licita tranſactio, ita tenent communiter doctores, ut dicit Abb. in d. c. clerici, num. 16. Coſta de ludo art. 5. nu. 1. Quum enim occaſione ludi non poſſit eſſe lis, pariter etiam non cadit tranſactio, licet attenta conſuetudine, aliter dicendum ſit per ſupra dicta.

ADDITIONES.

a Pœna ludentis.] Adde, aleatorum pœnæ, quæ, per Iacobum Menochium de arbitr. iudic. libro ſecundo. centur. quarta. caſ. 39. vbi quid in clerico, & quid in laico, quid de iure Cæſareo, & quid de iure Pontificio, quid quando ludo admixtum eſt delictum, & quando aleator per uim compellit ad ludendum, etiam blanditijs alliciens, & quid quando mediate aliud diuerſum delictum habet admixtum. & quid in receptore. Item pœna, qua plectantur delinquentes in ludo, & quid in hos ſanciendum eſſe in ſuis legibus duxit Plato, per eundem ca. ſequen.

Vbi Bartol. in l. leuia, nume. 2. ff. de accuſat.

§ Partici-

§. Parricidium.

SVMMARIVM.

1 *Parricidium quando committatur.*

2 *Et an occidens patrem naturalem tantum, dicatur parricida, ver. Quæro nunquid.*

3 *An occidens alium, quam patrem, vel filium ex aſcendentibus vel deſcendentibus, verſicu. Scias etiam.*

4 *An occidens tranſuerſalem, verſic. Sed quid dicendum.*

5 *Parricidij pœna quæ ſit, verſ. Sed quæro.*

1 PARRICIDIVM a † committit qui patrem vel filium proprium interficit, vt eſt tex. in l. unica. C. de his, qui parentes vel filios occiderunt.

2 QVÆRO nunquid † occidens patrẽ naturalem tantũ, dicatur parricida, & conſequenter puniatur pœna legis uel ſtatuti parricidium punientis? Reſpond. quòd ſic. Et ita communiter concluditur, vt dicit Alexand. in l. ſecunda, numero 10. ff. de in ius uocando. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Villalpand. in repet. l. 22. ca. 42. poſt num. 3. quem refert Placa lib. primo delictorum, c. 41. poſt nume. 5. verſ. Et primo fortiſſimum. Placa eod. lib. primo, c. 22. nume. 12. Conſideratur enim ſubſtantia filiationis, non qualitas. Et dicit Bald. in c. naturales, nume. 12. ſi de feud. fue. contro. quòd fuit in facti contingentia combuſta quædam monialis, quæ filium ſuum occiderat. Et illum refert Pract. Carer fol. 232. nume. 134. & apoſtil. ad Bald. in l. cum acutiſſimi, ſub nume. 8. C. de fideicom.

3 SCIAS etiam, † quòd licèt text. in d. l. vnica, uideatur loqui tantummodò in his, qui patrem aut filium occiderunt, nihilominus
b pœna parricidij, *b* & ſic d. l. vni. locum habet etiam in his, qui aliquem ex alijs aſcendentibus & deſcendentibus ſuis interficiũt. Ita tenet glo. in l. prima, in uerbo, Pœna, ff ad leg. Pompeiam de parri. & in § alia, in verbo, ſuſtinebit, Inſti de publ. iudi. quas dicit eſſe frequentiori doctorum calculo receptas Placa, in d. c. 22 poſt nu. 3.

4 SED quid † dicendum in tranſuerſalibus? Reſpond. quòd pariter locum habet in occidente fratrem aut ſororem, aut alium tranſuerſalem intra quattum gradum, ut videtur colligi ex d. l. prima, ff. ad leg. Pompe. de parrici. & ibi gloſ. præalleg. in uerbo, pœna, quam dicit eſſe frequẽtius receptam Placa in d. c. 22. nu 4.

5 SED quæro, quæ † ſit pœna parricidij? *c*
c Reſpond. quòd parricida viuus inſuatur corio vnà cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & ſimia, & proijciatur in mare vel in flumen, ut eſt tex. in d. l. vnica. Sed certè pœna illius legis hodie non eſt in uſu, ut dicit Bald. in d. l. vnica, quem refert Anan. in cap. primo, poſt numerũ 5. de his, qui filios occid. & Pract. Conradi fol. 335. & Sali. in ead. l. vnica, poſt nume. 1. ſubdens quòd de conſuetudine decapitantur, & forte carere debent ſepultura. Et illud dictum Salic. refert Ange. de malefi. in uerbo, ex interuallo, numero 16. & Pract. Carer. fol. 236. nume. 147. Idem dicit Cepolla conſil. crim. 5. colum. fi. verſicu. Ego tamen credo. Et dicit Pract. Iodo. ca. 87. nume. 2. quòd ſecundum conſuetudinem, parricidæ damnãtur, ut trahantur ad caudam equi, & deinde decollentur, & rotę affigantur; dicit tamen Placa in d. cap. 22. nume. 7. in fin. quòd in regnis Hiſpanię dantur canibus lacerandi, & eculeo inſuuntur, & proijciuntur in flumen. Et dicit quòd praxis ita obſeruat, Ego dum eſſem ĩ Hiſpania, vidi quandoque huius criminis reos prius ſtrãgulatos includi dolio, & in flumen proijci. Apud nos autem decapitantur, prout alij homicidę. Et deinde eis non denegatur eccleſiaſtica ſepultura. Et ita pluries uidi obſeruari in mulieribus, quę proprios infantes poſt partum occiderant uel ſuffocauerant.
d *d* Et aliquas etiam uidi furcis ſuſpendi & in ſpecie quandam Luciam de Ronedotis, quę filiam propriam infantẽ in puteum proiecerat, ex quo ſuffocata remanſerat, 3. Ianuarij 1556. P. N. Nam in hoc Ducatu ſeruatur, quod etiam mulieres furcis ſuſpenduntur, quicquid aliqui in contrarium dixerint; quos refert, & idem Neapoli ſeruari atteſtatur, Grammat. ſuper conſti. Regni, fol. 121. colum. prima, numero 10. A conſtitutionibus autem huius Ducatus impoſita eſt occidentibus liberos pœna, vt trahantur ad caudam equi, & deinde rotę ligneę intexantur, quod tamen nunquam uidi in practica obſeruari, ſed, ut dixi, decapitantur, uel furcis ſuſpenduntur, prout etiam fuit ſuſpenſus quidam Bernardinus de Ripa matricida. 2. Iunij 1558. P. N.

ADDITIONES.

a Parricidiũ.]Vltra illa, quæ habes in tex. ſcias quòd de parricidio tenetur filius, qui emit venenum, ut patri daret, licet dare nõ potuiſſet. Idem de Medico, qui ſcienter, & doloſe dedit filio venenum, ut patri daret eadem lege tenetur. Item creditor mutuãs ſcienter, & doloſe pecuniam filio ad emendum venenum, ut patri daret, vel per pecuniam faciat ipſum occidi & fideiubens inuẽta pecunia, & proxeneta, qui tenentur eadẽ lege, morte tamen ſequuta; aliàs mitiori tenerentur pœna: hæc vi. per Carer. in pract. crim. §. homicid. t. ſub nu. 128. qui nu. ſeq. ampliat prædicta in extraneo mandante filio, ut patrem occidat; nam mandans tenetur de parricidio. Item conſcij, & participes delicti tenentur de parricidio, ne dum occiſores: & quid de fratre ſciente tractatũ mortis fratris, aut patris, & è contra ibid. vi. per eũ qui nu. 130. idem dicit in ſeruo nõ reuelãte tractatum in mortem Domini, & Monacho non reuelante tractatum in mortẽ Abbatis, & vaſſallo Dñi, & in ſciente tractatum contra Principem, aut Rempublicam, & patriam aut Ciuitatem, aut contra Papam, aut contra Eccleſiam: nam tenentur per ea, quæ tradit Bart. in l. verum. ff. ad leg. Pomp. de parrici. Amplia etiam in occidente patrẽ ſpiritualem, ut teneatur de parricidio. Amplia etiã in Pilato occidente CHRISTVM patrem vniuerſalem. Amplia & in occidente officialem Ciuitatis, nam tenetur de parricidio. De his omnibus, & etiã de alijs quã pluribus in materia, vide per eũdem Carer. in pract. ubi ſup. nu. 131. 132. & 133. cum pluribus ſequentibus, qui per totum quàmplures etiam tradit notabiles limitationes, ac declarationes in materia. Vid. etiam per eundem pag. 328. col. 2.

b Pœna parricidij.] Adde idem de marito, qui venenauit uxorem, licet non moriatur, qui tenetur de parricidio p Carer. in pract. crim pag. 446. num. 250.

c Pœna parricidij.] Sed quid, quãdo parricidium ex cauſa eſt commiſſum? dic puniri extraordinarie iudicis arbitrio. Vi. per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 356. & de patre occidente filium committentem aliquam cauſam ingratitudinis quòd excuſetur. Idem è contra ſi pater committat contra filium, & filius occidat patrẽ vi. per Carer. in pract. crim. §. homicid. 6. nume. 361.

d Vel ſuffocauerant.] Quid de muliere, quę ventris doloribus impulſa latrinam acceſſit, & partum in cloacam effudit, aſſerens ſe neſciuiſſe fuiſſe prægnantem? Vi. & dic, ut per Oſaſc. in deciſ. Pedemon 60.

§. Periurium.

SVMMARIVM.

1 *Periurium quid ſit.*

2 *Pœna periurij quæ ſit, verſi. Sed quæro.*

Et an periurus efficiatur infamis. ibid.

3 *Et an clericus propter periurium amittat beneficium ipſo iure, an autem ueniat per ſententiam priuandus, verſicu. Item clericus.*

4 *Et an periurus incidat in pœnas l. ſi quis maior. uerſi. Incidit etiam. Remiſſiuè.*

5 *An repellatur ab agendo, uerſicu. Præterea. Remiſſiuè.*

6 *An a teſtificando, verſi. Repellitur etiam.*

7 *An periuro deferatur iuramentum in ſupplementum probationis, verſicu. Item periuro.*

8 *Periurium non committitur ſine dolo, uerſicu. Excuſari.*

9 *Difficultas excuſat à periurio. verſicu. Item excuſatur.*

10 *Periurium non nocibile non punitur, uerſi. Poteſt etiam.*

11 *Periurium in nonnullis caſibus, non punitur in foro contentioſe, ſed ſolum Deum habet ultorem, uerſi. Scias etiam.*

Et quid ſi delatum ſit iuramentum à parte parti, ibid.

a 1 PERIVRIVM a † eſt mendacium iuramento firmatum.

SED quæro, quæ ſit pœna periurij? b Reſpond. quòd in b 2 primis † periurus efficitur infamis: ſcias tamen, quòd de iure ciuili periurus non efficitur infamis ipſo iure, niſi in caſu l. ſi quis maior, C. de tranſa. de quo dixi infra lib. 7. §. Iuramentum. Regulariter autem periurus non efficitur infamis infamia iuris. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Feli. in capitu. teſtimonium, nume. 20. de teſtib. quem refert Prac. Conradi, fol. 84. verſi. Amplia ẽt Turzan. in ſuo libello communium opin c. primo. Item ſcias, quòd ad hoc ut quis ex

periurio

periurio incurrat infamiam, requiritur ꝙ veniat contra promiſſionem, & contra iuramentum; ſi vero ueniat contra iuramentum tantùm, non efficitur infamis, ita tenuit gl. in l. Lucius, §. quæro, in uerbo, debet autẽ, ff. de his qui notantur infa. quam dicit eſſe communiter approbatam Cagnol. in d. l. ſi quis maior, poſt num. 191. C de tranſactio. & ideo ubicunque aliquis cum iuramento aſſerit aliquid de præterito vel de præſenti, quod eſt falſum, non efficitur infamis ex tali periurio commiſſo ſuper illo iuramento aſſertorio. Sed ſi promiſerit cum iuramento aliquid de futuro, & illud nõ fecerit, tũc ex tali periurio cõmiſſo ſuper iuramento promiſſorio, utiq; efficitur infamis, ita expreſſe diſtinguit gl præallegata, & eſt cõis opin. vt atteſtatur Lanfranc. in repe. ca. quoniam contra, in materia teſtium, num. 106.

3 Item clericus † propter periuriũ põt priuari dignitate obtenta, non tamen eſt illa priuatus ipſo iure Et hęc eſt magis cõis opi. vt dicit Gomes in §. Itẽ ſi quis, poſt nu. 28. Inſti. de actio Et ꝙ clericus propter periuriũ non ſit priuatus beneficio ipſo iure, ſed priuandus, dicit eſſe cõem opi. Feli. in c. Ex parte, el primo, nu. 2. & ſeq. de reſcrip. Dec. in c. cum non ab homine, poſt nu. 5. de iud. Silua de beneficio, fol. 137. nu. 7. & ſeq. & in trac. de virtute iur. quęſt. vl. poſt nu. 3. Rebuf. de pacifi. poſſe fol. 37. Diaz in prac. crim. cano. 80. Ripa in d. c. ex parte, num. 13. Bene verũ eſt, ꝙ ſi talis clericus periurus inſtituatur in aliquo beneficio, non valet inſtitutio ipſo iure. Et eſt cõis opi. vt dicit Lamberti. de iure patro. in prima parte lib. 2. quæſt. 9. artic. 15. quem refert Villalob. in ſua collecta cõmunium opin. in littera P, num. 75. quod intellige quando ob illud periurium effectus eſt infamis, iuxta ea quæ dixi ſupra uerſicu. Sed quæro.

4 Incidit etiam † periurus in pœnas
c d. l. ſi quis maior, *c* C. de tranſactio. Sed quia illæ pœnæ potius reſpiciunt cauſas ciuiles quàm criminales, ideo materiam illius legis hic tractare viſum non fuit, dixi latè infra lib. ſeptimo, §. Iuramentum.

5 Præterea † periurus repellitur ab
d agendo, *d* vt dixi in d. § Iuramentum.

6 Repellitur etiam † periurus à te-
e ſtificando, *e* ſecundum glo. in c. per ſuas, in uerbo, adulteri, de ſimo. quam dicit eſſe communiter approbatam Gigas de crim. læſæ Maieſt. fol. 104. quæſt. 11. nume. 1. Et dicit Alber. in d. l. Lucius, nume. 3. ff. de infam. ꝙ ita tenent communiter doctores. Hoc tamen intellige, ut procedat in eo, qui eſt periurus, ſuper iuramento licito. Cæterum ſi iuramentum præſtitum fuiſſet temerarium & illicitum, certè trãſgreſſor huiuſmodi iuramenti temerarij non repellitur à teſtificando. Et ita communiter tenetur per doctores, ut dicit Hoſtien. quẽ refert Abb. in c. teſtimonium, poſt num. 7. de teſtib.

7 Item periuro † nunquam defertur iuramentum in ſupplementum probationis. Et eſt communis opi. ut atteſtatur Soci. conſi. 136. poſt num. 9. verſi. Quarto & ultimo li. 1. quod eſt duplicatum in conſi. 155. lib. 2.

8 Excuſari autem † poteſt periurus à pœna periurij, in primis ſi oſtendat periurium fuiſſe ſine dolo commiſſum, nam eo caſu non punitur; vera enim eſt iuris concluſio, quòd periurium non committitur ſine dolo, ita allegatur tenere Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, col. tertia, ff. de offi. procon. qui in hoc communiter approbatur, ut dicit Cagnol. in d. l. ſi quis maior, num. 185. & ſeq. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Iaſ. in l. uideamus, in prin. nume. 7. ff. de in litem iurando. Claud. in d. l. ſi quis maior, nume. 41. Gomez Arias ſuper l. 81. Tauri, num. 19.

9 Item excuſatur † quis à periurio propter difficultatem, ut dicit glo. in c. breui. in glo. prima, de iureiu. quam dicit eſſe communiter approbatam Gomez Arias ſuper l. 65. Tauri, nume. 30.

10 Poteſt etiam † excuſari, ſi demonſtret, quod tale periurium nulli præiudicauit, neque poterat præiudicare, nam eo caſu, etiam ſi quis deliberatè periurauerit, nõ poteſt de periurio puniri in foro contentioſo, ſed tantum in foro animæ ſolum Deũ habet ultorem, ita dixit glo. in capitu. quicunque, in glo. fina. ſexta, quæſt. prima, & eſt communis opin. ut atteſtatur Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit. el ſecundo, poſt num. 1 ff. de iureiur. Io. de Amicis conſi. 109. in fi. Berous quæſt. 134. num. 9.

11 Scias etiam † alios eſſe caſus, in quibus periurium non poteſt iudicialiter puniri, ſed ſolum Deum habet ultorem, prout eſt periurium rei accuſati uel inquiſiti in eius examine, quando interrogatur ſuper eius nune, ut dixi infra hoc eo. lib. §. fin. quæſt. 45. ver. Quid ergo. Item quando defertur in iudicio iuramentum à parte parti, non poteſt

pars

pars iurans, de periurio iudicialiter puniri, ſed ſolum Deum habet vltorem. Et eſt cōmunis opin. vt dicit Boer. deciſ. 305. poſt nu. 4. verſ. Quid dicendum.

ADDITIONES.

a Periurium.] Adde, ꝙ teſtis deponens circa id; quod ignorat, eſt periurus, per Crauc. cius conſi. 99. poſt nume. 7. & periurium inficit teſtimonium, licet committatur circa extranea, per eundem ibid. nu 8.

b Quę ſit pęna piurij.] Adde, & uide fuſius per Iaco. Menoch. de arbitra. iudi. lib. 2. cent. 4. caſ. 319. ubi etiam de ſenſu. l. 2. C. de reb. credi. & iureiuran. plenè poſt aliorum intellectus, qui ibi referuntur, habetur uerus, ac genuinus.

c Pęnas d. l. ſiquis maior.] Hic nota, quòd conſilium Mediolani nō ſolet obſeruare pęnas dictę legis, teſte Neuiza. in ſua ſyl. nupt. lib. 5. ad char. 554. in donatario: quòd ſeruentur, habetur per Craue. conſi 151. col. 3. Itē an in alijs contractibus, quam tranſactionis. vid. per Roland. qui ponit rationem conſil. 57. ubi de communi. lib. 1. ubi habere dicit locum in omni contractu iurato. Sed intellige de ſponte facto, non autem de facto ex neceſſitate per iudicis decretum, ita Barto. in l. prædia, nu. 8. de actio. empt. & communem de qua ſupra teſtatur etiam Socin. conſ. 26. nu. 4 lib. 3.

Adde quæ habentur in collec. mea com. opi. § periurus, & §. lcx.

d Repellitur ab agēd.] Intellige in materia, in qua iurauerat non agere, per Fely. in ca. dilecti filii. nume. 2. de exceptio. vbi Dec. in 3. not. dicit, quòd communis concluſio eſt, quòd periurus non repellitur ab agendo niſi in cauſa, in qua periurus reperitur, & tunc intellige parte apponente, per Crauet. conſil. 199. colum. fin. uerſicu. tertio reſpondeo. Quæ exceptio eſt litis finitæ exceptio, quod not. quia multi hoc ignorant. vt ait Apoſtil. ad Felin. in d. cap. dilecti.

e A teſtificando.] Adde vt per Rolan. in conſil. 6. nu. 9. uol. 2. etiam in crimine læſæ maieſtatis. Crauet. conſ. 6 nu. 58. & tempus iuramenti inſpicitur ad cognoſcendum, an quis ſit periurus vel ne, late Roland. d. conſil. 6. nume. 42.

§.Raptus.

SVMMARIVM.

1 *Raptus quando committatur.*
2 *Raptus pœna quæ ſit, verſ. Sed quæro.*
3 *Et an pœna raptus locum habeat, etiam ſi mulier ipſa conſenſerit ſe rapi, verſ. Adde quòd.*
4 *Quid ſi raptor illam carnaliter non cognouerit, verſ. Sed quid ſi ille.*
5 *An locum habeat in rapiente publicam meretricem, verſ. Quæro nunquid.*
6 *An in muliere rapiente virum, verſicu. Sed pone.*
7 *An raptor poſſit cum rapta matrimonium contrahere, verſ. Quæro modo.*
An eo caſu euitet pœnas raptoribus impoſitas, ibid.
An raptor ſi ad eccleſiam confugiat, gaudeat eius immunitate, verſicu. Quæro etiam Remiſſiue.

1 RAPTVM committat, † a
a qui mulierem libidinis cauſa de loco ad locum conduce-
b cit, b vt in caſu in quo conſuluit Barba. conſi. 71. lib. 2. & Pau. de Caſtro conſi. 262. lib. 2. & Alexā. conſi. 1. lib. 3. & Cepolla conſi. 57. & ſeq. & Riminal. conſi. 17. quod uidetur pro maiori parte duplicatum conſil. 439. & Gratus conſil 38. lib. 2. & conſi. 48. eo. vol. & conſil. 51. eodem vol. & Soci. Iun. conſi. 50. lib. 3. & Crauetta conſi. 18. & Roland. conſi. 24. in ſecundo dubio. lib. 1. Et dixi de loco ad locum, quia aliter non poteſt dici raptus, ſecundum omnes. Et hæc conductio de loco ad locum, debet eſſe ad effectum abducendi, non autem cauſa commodioris coitus. Et ideo ſi quis puellam ex una camera ad aliam conduxerit, & ſuper lectum proiecerit, non eſt tanquam raptor puniendus, vt in facti contingentia conſuluit Bertrand. conſil. 39. lib. 6. Idemque dicendum eſt in eo, qui puellam inuentam cum beſtijs in campis, cepit, & per aliquot paſſus abduxit vt eam carnaliter cognoſceret, vt pariter in facti contingentia conſuluit Cuman. conſi. 96. Bene verum eſt, quòd etiam ſi nō mouendo de loco ad locum aliquis per uim cognoſcat mulierē, licet non poſſit dici raptus, eſt tñ actus violentus & punibilis ad

mortem. Et ita communiter practicatur te-
ſte Public.ſuper conſue. Aluer.fol.27.num.
22.Vide quæ dixi ſupra hoc eo.lib. §. Forni-
catio,verſi.Omnes autem.
2 Sed Quæro,†quæ ſit pœna raptus?Rńd.
Super hoc edita fuit conſtitutio per Iuſti-
nianum, pœnam mortis & alias graues pœ-
nas raptoribus imponens,quæ eſt lex vnica,
C.de raptu virginum.Et ita tenent commu
niter doctores, vt dicit Anto.Gomes.ſuper
l.80.Tauri,nu.36.
3 Adde, Quòd†pena d.l.vnicæ.locum ha-
c bet,etiamſi ipſa mulier conſenſerit ſe rapi,c
& hoc ſiue ab initio ſiue etiam ex poſt facto
d conſenſerit. d Et hanc opi.ſequuntur com-
muniter doctores,vt dicit Alber.in l. rapto-
res,num.7.C.de Epiſ.& cler.Et ita declara-
uit ſenatus in cauſa raptus filiæ cuiuſdam
Marmontæ cauponis,quæ uolens à domo pa
tris abducta fuerat,9.Iun.1552.P.N. Quini
mò(ſecundum aliquos) raptores etiam dñr
illi, qui blandimentis & verbis deceptoriis
puellas, nulla ui adhibita, libidinis cauſa ab
ducunt,quam ſententiam dicit eſſe commu
nem Berber.in uiatorio iuris.in tit.de rapto
ribus.poſt med.ſubdēs,ꝙ non eſt mirum, at
tenta immanitate criminis, quòd intellige,
modò fiat ad effectum illas abducendi.Et in
alio loco contra voluntatem ſuorum reti-
nendi,vt ſupra dixi.
4 Sed Quid, †ſi ille qui rapuit mulierem,
eam carnaliter non cognouit, nunquid pu-
nietur pęna d.l.vnicæ? Reſpond. Aliqui di-
cunt ꝙ ſic Et dicit Boſſ.in titu.de raptu mu-
lier.nu.14.quòd Iaſ. in quodam conſilio di-
xit, ꝙ hæc erat cõis opin. Et ita ſeruatum
fuiſſe in Francia refert Chaſſen. ſuper con-
ſuet.Burg.fol. 16.in fi.Refert etiã Public. ſu
per conſuet. Aluer.fol.27.nu. 19.& fol.159.
artic.1.num. ſecundo, quòd ita fuit practica
tum Cunei, ipſo exiſtente iudice, dicens ꝙ
licet ille eſſet etiam accuſatus de alijs crimi
nibus,hoc tñ mouit animos iudicum.Multi
tamen tenent contrarium, ꝙ ſcilicet ſi eam
carnaliter non cognouit, non debeat puniri
pęna d. legis. Et hanc opi.dicit eſſe commu-
nem Boer.deciſ.316.poſt nu.4 Quem refert
Didac.in repe.clem. ſi furioſus, fol.278. nu.
8.& Viuius in lib communium opin.in ver-
bo,Raptor honeſtæ,& ſecundum illam dicit
ſe vidiſſe in facti contingentia iudicari Io.
de Ana.in ca.cum cauſa in fi.de raptor. quē
refert Afflic. ſuper prima parte conſtitutio-
num Regni,Rubr.19.nume.7. Ego vero di-
co, ꝙ Aut eam non cognouit, quia non po-
tuit id cõmode facere, & placet prima opi.
vt puniatur pęna dictæ l.unicæ,Aut non co
gnouit, quia non uoluit, & placet ſecunda
opi. ita tamen ut puniatur circa mortem ea
grauiori pęna,quæ iuxta qualitatem facti,&
perſonarum, iudicis arbitrio, imponenda
uidebitur.
5 Qværo,nunquid†pęna raptus habeat lo
cum contra rapientem publicam meretri-
e cem? e Reſpond.Marſil.in d.l.unica,num.26.
dicit,ꝙ doctores tenent ꝙ non, Hanc etiam
opin. dicit tenere cõmuniter ſcribents, Ant.
Gomes.ſuper l.80. Tauri, nu.45. Et ſecun-
dum hanc opi. conſuluit Cephal.conſi.140.
lib.primo, ad defenſionem cuiuſdam condē
nati de raptu mulieris non honeſtæ,dicit ta
men Cyn. in d.l. vnica, ꝙ vidit aliquos ulti-
mo ſupplicio puniri, qui rapuerant publicã
meretricem,& illum refert Afflic. ſuper pri
ma parte conſtitut. Regni, Rubr.19.num.7.
Refert etiam Grammat. ſuper conſtit. Re-
gni,fol.19.col.prima,nu.2.quòd quum plu-
res iuuenes quandam meretricem è proſti-
bulo violenter rapuiſſent,vnus ex eis Florē
tinus,qui fuerat principalis,fuit furca ſuſpē
ſus, & alij ſocij per triennium ac triremes
condemnati.Apud nos autem ceſſat hęc du-
bitatio, nam ex diſpoſitione conſtitutionũ,
rapientibus mulieres inhoneſtas imponitur
tantum pęna arbitraria, quam quidem ſena
tus arbitrari ſolet in tribus ictibus funis,
prout ſeruatum fuit cum quibuſdam Vari-
ſienſibus 9.Iul.1558.vel huiuſmodi.
6 Sed Pone,quòd † mulier rapuerit virũ,
nunquid erit punienda pęna d.l.vnicę? Re-
ſpond.Doctores in hoc varie loquuntur, nã
glo. in d.l.vnica, in uerbo, ſponſam, tenuit
quòd etiam mulier rapiens uirum cauſa li-
bidinis, incidat in pœnam d. legis. Et dicit
Marſil.in d.l.vnica, num.223.quòd idem te
nēt communiter doctores, quem refert An
ton.Gomes.ſuper l.80.Tauri,num.37.Et di
cit Ang. in ea. l. in fi. quòd ſecundum hanc
opi.uidit Florentiæ comburi quandam me-
retricem,quę adoleſcentulum rapuerat. Et
hæc etiam opin.practicatur in Gallia, ut di-
cit Papo lib.22.tit.6. Arreſto 6.Contrariam
autem ſententiam, quòd ſcilicet pœna d. l.
unicæ. non habeat locum in muliere rapien
te virum,dicit eſſe communem omnium do
ctorum Grillãd. de diuerſis criminibus. lib.
3.q.10. numero 23 quem refert Prac. Con-
radi fol. 370.num.3.Prac.Iodo.c.95.nu. 17.

Et

Et hanc ego etiam ſequor tanquam tutiorē & mitiorem, nam in uiri raptu ceſſant omnia ferè ſcandala, de quibus mentionem facit d.l. vnica, quæ cùm ualde rigoroſa ſit, nō videtur ita de facili extendenda. Et ideo ſi caſus contingeret, talem mulierem dicerem eſſe puniendam citra mortem, graui tamen pœna, arbitrio iudicis ſecundum facti & perſonarum qualitatem.

Vnvm tamen nota in hoc propoſito, quòd hodie milites ſeu ſtipendiarii, qui abducunt ſecum pueros quandoque etiam inuitis parentibus, non puniuntur, quinimò licitum eſt eius illos etiam parentibus inuitis retinere. Et ita hodie ſeruari de conſuetudine iuris militaris atteſtatur Cepolla in l. Marcellus, poſt nume. 6. ff. de verb. ſig. ſubdens ſtandum eſſe huic conſuetudini, & quòd ita aliàs vidit iudicari in ciuitate Bononię per Nicolaum Picininum militum imperatorem illuſtrem. Ego certè, ſi caſus
f contingeret, contrarium iudicarem, *f* impium eſt enim aliquo caſu poſſe filios ab inuitis parentibus adduci, præſertim quum non modica ſit ſuſpitio inhoneſtatis in huiuſmodi ſtipendiariis.

7 Qværo, nunquid † poſſit raptor cum rapta matrimonium contrahere? Reſpond. quòd iure ciuili nō poteſt, vt eſt tex. expreſ
g ſus in d. l. vnica. De iure autem canonico *g* benè poteſt cum ipſa matrimonium contrahere, ut eſt tex. in c. fin. de raptor. Et ita tenent communiter doctores, vt atteſtatur Pariſ. conſi. 170 nume. 6. lib. 4. Anto. Gomes. in d. l. 80. nu. 43. vbi etiam ſubdit, quòd propter huiuſmodi matrimonium raptor euitat pœnas à lege propter raptum impoſitas. Et refert Paul. de Caſtro, & Auguſti. de Arimi. dicentes ſe ita in facti cōtingentia obtinuiſſe, & ait etiam ſe ita in facto iudicaſſe. Quod tamen ego pro nunc non affirmo, licet quidam Cęſar Moſcatus, qui puellā, quam uiolauerat, vxorem duxit, fuerit per ſenatum abſolutus. 26. Nouembris 1560. P.N. Audiui enim in facti contingentia plerunque contrarium iudicatum fuiſſe, & in ſpecie per Regem Hiſpaniæ, qui poſt contractum matrimonium inter raptorem & raptam, iuſſit ipſum raptorem decapitari, prout refert Afflic. ſuper prima parte conſt. Regni, Rubr. 19. nume. 13. & Prac. Carer. fol. 465. nume. 297. Cæterum quicquid ſit de pœna corporali, procul dubio pœna confiſcationis bonorum, quæ applicatur fiſco temporali, locum habet contra raptorem, non obſtante matrimonio, etiam de iure canonico. Et ita allegatur tenere gl. in c. cum ſecundum, in verbo, certoq; caſu, de hęreti. in 6. quam dicit eſſe communiter approbatam Marcus deciſ. ſecunda, nu. 3. Quod nota.

Qværo etiam, nunquid raptor ſi ad eccleſiam confugiat, gaudeat eius immunitate? Dixi infra hoc eo. lib. 5. fin. q. 30. verſi. Quæro nunquid.

ADDITIONES.

a Raptum committit.] Aduerte, quòd etiā requiritur, quòd per uim rapta ſit, ideo caue, quia debent deduci actus neceſſario concludentes uiolentiam, & de qua ui intelligatur, ui. de omnibus per pract. Carer. fo. 457.

b Ad locum conducit.] Quid ſi ſponſus ſponſam, vel e conuerſo ſponſa ſponſum, vel mulier rapiat hominem, licet hoc de raro contingat; quòd ſit raptus, voluit glo. in l. 1. C. de rapt. vir. vide infra uer. ſed pone. Item vide plene pract. Carer. fol. 455. nume. 227. cum ſequen. Item, quid de maſculo rapiente maſculum libidinis cauſa, quod habeat locum pęna legis vnicę, infra in rex. allegatę, decidit pract. Carer. eod. loci. fol. 457. nume. 280. & multa de raptu, vide illic vſq; ad nu. 302.

c Conſenſerit rapi.] Aduerte, quòd Boſſ. titu. de coitu damna. & puni. poſt nume. 15. poſtq̄ iſtam comprobauit opinionem aliquibus, eam tamen falſam docet, ſubiungēs vim tantum atrocem criminaliter puniri: & ſi aliter diceremus (vt illius verbis vtar) poſſet capite puniri vniuerſus mūdus. Item ſcias, ꝙ raptus pęnalis non dicitur, vbi pręceſſit tractus matrimonii, uide per colleg. Piſan. inter conſi. crim. diuer. Ziletti, conſi. 104. & per Boſſ. titu. de rap. mulier. ſub nu. 17 Sed an, & quando inter raptorem, & raptam poſſit conſiſtere matrimonium, vi. per Carer. in pract. pag. 462. & omnino in S.C. Triden. ſeſſ. 24. decernit.

d Etiam ex poſt facto conſenſerit.] Adde etiam per Mari. Angui. quem vide in termi nis ſuo conſ. 33.

e Contra rapientem publicam meretricē.] Adde, quòd recepta magis & uera opinio eſt, ꝙ puniatur pœna extraordinaria iudicis arbit. vi. per Iacob. Menoch de arbitr. iudi. li. 2. centu. 3. caſ. 291. & per Alciat. reſponſ.

 21. in

21.in prin.tom.2.lib.7.Item & per pract.Carer.ſol 453.poſt nu. 276. vide per totum. & ad fin.duas ponit ampliationes.vi.ad idem p̃ Cępol.conſ crim.57.per totum.qui in conſ. præcedẽti tenet raptum committi per rapiẽtem mulierem, ante, vel poſt ſuam eſſe vxorem dicentem. vi. ẽt plenè per pract Carer. ſub nu.27 qui nu. ſeq.ponit quid ẽ cõuerſo, ſi ſponſa rapit ſpõſum. Item raptor virginis an,& qñ appellare poteſt, & quid in cõplicibus & fautoribus.vi.per prac.Carer.pag.57. nu.93.& pag 460.Itẽ quid ſi ab vno loco fuerit rapta,& in alio loco cognita? vi. p̃ eundũ pag.456.nu.288. qui nu. ſeq. dicit contrahi raptum,qñ mulier fuiſſet rapta libidinis cauſa nõ ex alia cauſa,& nu 290.An cognoſcẽs, & rapiens immaturam virginem puniatur.

f Contrarium iudicarem.] Item ꝙ pœna raptus habeat locum in maſculo maſculum rapiente libidinis cauſa. vi per Carer. pag. 457.nu 280.quod & ſuperius dixi.

g De iure canonico.] Adde,& vide per Sac. & general.Con Triden ſeſſ.24.ſub decre.de reforma.matr.c.6.decernit ibi ꝙ nõ: quamdiu ipſa in raptoris poteſtate manſerit,à raptore verò ſeparata,& in loco tuto,ac libero cõſtituta ſic.ſed nihilominus raptor, & conſiliũ,auxilium,& fauorẽ prębentes ſint ipſo iure excommunicati,perpetuo infames,& dignitatũ incapaces,& raptor tenetur eã decẽter arbitrio iudicis dotare. vi. fuſius vt illic.

§ Sacrilegium.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium quando committi dicatur ſecundum ius ciuile, & quomodo ſecundum ius canonicum.*

2 *Mulier ſe carnaliter commiſcens cum presbytero,an dicatur committere ſacrilegium, ver. Quæro nunquid. Remiſſiue.*

3 *Sacrilegium an ſit crimen eccleſiaſticum, verſi. Hoc crimen. Remiſſiue.*

4 *Sacrilegij pœna quę ſit, verſ Sed quæro.*

5 *Statutum loquens de ſacrilegio, an intelligatur de ſacrilegio ſecundum ius canonicum,aut ſecundum ius ciuile, verſ.Sed pone.*

a SACRILEGIVM *a* (ſecun-
b dum ius ciuile *b* loquendo)
Vſuram, an & quando committat ille, qui pecuniam acceptam ſub uſuris dedit alteri; cum hoc, quod ipſe vſurario ſoluat ſortem, & uſuras, uid. per Sylue. in ſumma §. Vſura. 1. poſt nume. 20. & quatenus in primo caſu diſtin. reſidet cum Ioan. Calderi. quòd non committat vſuram. Adde per Rom. ſingu. 341. ubi Apoſtil. quàmplures alios modern. allegat. & ego de facto habui & abſtinui, & adducebam etiam ad hoc plenum conſi. Alex. 221. vol. 2.

Vſura, an ſit, ſi ad tui inſtantiam ceſſaui emere poſſeſſionem reddentem quotannis decem, & tibi mutuaui hoc pacto, vt ſingulis annis reddas mihi ultra ſortem decem. vide Syluest. d. § vſura, num. 22.

Nunquid ſit licitum emere rem, ut carius uendatur. ui. per Abbatem d. c. fin. nume. 18. Alios caſus uſurarios uid. per Syluestr. d. §. uſura. 1. numero 33. cum plurib. ſequen.

Vendens carius, aut emens uilius, quando ſit uſurarius, uid. per Syluest. d. §. uſura. 2. nume. 2. vſque ad nume. 9. Soci. d. tract. numero 76. ponit caſum, quòd non, quando poteſt uerisimiliter dubitari.

Emere, an & quando liceat ſegetes uel fructus prouenturos, dum ſuperius allegaui Nat. in conſi. 670. adde, & uide Sylueſtr. d. §. Vſura 2. nume. 10. & Soc. d. tract. nu. 77.

Vſura an ſit accipere fructus poſſeſſionis uenditę ob pretium non ſolutum. ui. Syl ueſ. eod. § nu. 11. uide etiam Vincen. Giach. patruum meum loco pręcitato.

Vtrum ſit licitum emere annuum redditum maxime nouiter inſtitutum. vi. Syluef. eod §. ſub nume. 12. ubi plenè.

Quid de his, qui dant Monaſterio, uel eccleſię certam quantitatem pecunię, ut ab eis recipiant certas poſſeſſiones tradendas loto tempore uitę ipſorum, Vid. ibidem numero 13.

Quid ſi quis emat actionem alicuius, uel ſummam certam minori pretio ex eo, quia ſoluit ante tempus ui. per Syluest. eo. nu. 14. ubi plenè caſum diſcutit.

Quid de emptione, & uenditione cum pacto retrouendendi. vi. eo. loci. nu. 15.

Quid ſi Petrus dedit in pignus pro centū mutuatis domum ualentem centum & decem, hoc pacto, quòd ſi in termino ſtatuto non ſoluerit impignoratio ſit uenditio, vid. per Syluest. §. vſura. 3. nu. 1.

Quid de marito, qui recipit poſſeſſionem. An & quando teneatur computare in ſortem uid. per Sylueſt. d. § 3. num. 2. Item, quid ſi maritus accipiat, puta ſex pro centenario de dote non ſoluta, an & quando uſurarius dicatur, vi. ibi nu. 3. ſed aduerte quia non poteſt à principio conuenire. Item aduerte, quòd qui dotem promittit, nō poteſt ſe ex pacto obligare pendēte dilatione ſtatuti temporis ad dotis reſtitutionem, ad ſoluēdum certum quid pro centenario ſingulis annis, quia eſſet vſura. Et de his duobus vide in collecta mea communi. opin. in prima parte. §. vſura. nume. 3. & 4 ubi de crebriori.

Verum, ſi quis mutuet genero ſummam debitam pro dote, & retro accipiat à genero poſſeſſionem, quam habuerat in pignus, poſſit talis mutuans lucriſacere fructus, quos gener lucriſaciebat. vi. illic nu. 5. vbi quòd non, niſi liberaliter mutuaſſet, & gener liberaliter tranſtuliſſet in eum omne ius ſuum; quoniam tunc in uim donationis licitè acciperet, per allegatos vid.

Item ſi emiſſet à genero ius præfatæ poſſeſſionis, quia tunc non poteſt eſſe uſura, niſi contrahat fraudulenter, & fingat ſe emere cum intendat mutuare. eod. § nu. 5. vbi tamen nihil allegat; ſed credo ex ratione præcedenti.

Vtrum hæredes mariti poſſint ſimiliter facere fructus ſuos dictę poſſeſſionis alimentando vxorem eo anno, quo dotem reſtituere non tenentur: ſi ſit in rebus mobilibus, quòd non: uid per Syluestr. ibid. nume. 6. ſed quid ſi hæredes vxori relictæ aſſignent poſſeſſionem in pignus. ui. per eundem ibi. numero 7. Et adde, quòd uxori pauperi, & non habenti, unde ſe aleret, niſi de ſua dote: vel etiam habenti, ſed intereſſe paſſæ ob moram debitoris ſoluto matrimonio vſusfructus dotis ſine intereſſe debetur, ut per Afflict. deciſ. 284. & Natt. conſil. 495.

Proſe

Proſequendo materiam. Adde, quòd publicus vſurarius dicitur, qui publice vendit rem ad tempus plus, quàm ad numeratum vendi poſſit pretio rigido, & ſummo, ut per Syluest. §. vſura. 9 nu. 2.

Vendens pannum, vel equum pro centum illi, qui mox eidem uenditori illum pro nonaginta eſt reuenditurus, vſuram committit, ſi cum intentione re emendi vendidiſſet, at ſecus ubi non habuiſſet intentionem talem, ſed uendidiſſet ſine fraude, licèt poſtea reemiſſet ab eodem minori pretio, niſi ſit deceptio in pretio per Soc. dicto. tract. 6 q. prin. nu. 79.

A. vendidit decem pannos B pro florenis 500. ad vnius anni terminum, ſi C. conueniat cum B, & ei de præſenti tradat 450. cum hoc, quòd ipſe C. contentabit A. de 500. in die termini, quando contractus ſit vſurarius ex omnium parte, vide per Soc. eodem loco ſub nu. 82.

Mutuans alicui centum ad terminum, & ſimul eidem vendens res vltra dimidium iuſti precij ſoluendi ad eundem terminum; quas aliàs is emptor ſine illo mutuo non fuiſſet empturus, committit vſuram, ut per Soc. nu. 83. eo.

Idem quotieſcunque cum mutuo ad terminum venderetur aliqua res pro minori, vel locaretur pro maiori mercede, ibi, & in c. 1. de Simoni. numero.

Venditio cum pacto reluendi, & cum pacto, quòd fructus computentur in ſortem, quando contractus præſumatur ſimulatus, & vſurarius. vide vbi ſupra per Mari. numero 89. 90.

Item contractus dicitur vſurarius, ſi emptor poſſet compellere venditorem ad reemendum, quandocunque placuerit emptori, venditor vero non poſſet compellere emptorem. ibidem numerò 91. per Maria. Soci.

Et idem ſi pactum eſſet, quòd emptio non duraret, niſi poſt quadriennium; ſed poſt quadriennium emptio ipſo iure reſcinderetur. ibidem, numero 92. qui numero ſeq. declarat prædicta procedere, quantum ad forum contentioſum. Quantum verò ad forum pœnitentiale non, vide per eundem.

Quid ſi venditor nolebat vendere, ſed mutuò accipere, & ideò celebratus eſt contractus cum pacto reuendendi. vide per Soci. eodem loci ſub numero 95. vbi contractum eſſe fœneratitium cenſuit, ſi emptor eſſet vſurarius, & venditio fuit ſequuta pro ea pecunia, quam petebat mutuò, aliàs ſecus ſine pacto prædicto. ſecus fortè ſi præcederent alia verba, vel tractatus, puta, quia diceret emptor, quòd non eſſet bene ſecurus mutuando: vnde, vt eſſet ſecurus præceſſit venditio, quo caſu innuit Soci. contractum fœneratitium dici. vide per eum.

Venditio cenſus vnius floreni ſuper prædio conſtituti, an ſit contractus vſurarius. vide per Socinum eodem tract. ſub numero 99.

Item venditio facta de redditibus alicuius Ciuitatis ad rationem quinque pro centenario, quando ſit contractus illicitus, & quando non, vide ibi. nu. 10.

Item, venditio cenſus decem corbium frumenti ſoluendi annuatim de omnibus bonis venditis, an ſit contractus illicitus, vide per Soc. ibidem num. 101.

Item venditio vſusfructus poſſeſſionis magni valoris facta ab Eccleſia pro mille ad vitam fructuarij, an valeat, & ſit vſuraria, vide pro & contra plene per Socin. ibidem poſt numerum 102. per quatuor columna.

Item emptio de pecuniarijs redditibus ad vitam, an ſit licita. vide per eundem Soci. plene ibid. poſt nu. 103.

Item emptio de annuis redditibus alicuius prædij pro centum, cum pacto, quòd uenditor reſtituto pretio contractum poſſit reſcindere, an ſit licita. vide plene per Soci. ibid. ſub nu. 104.

Item emptio actionis ad conſequendam pecuniam numeratam, quòd ſit contractus illicitus, quando tanta eſt paruitas pretij, quod ceſſio præſumeretur falſa, uel ſimulata, tenet Soci. ibid. poſt num. 105. ubi biſariam conſiderat pretij paruitatem. uide per eundem.

Item uenditor facta de penſione ad uitam ementis pro mille, cum pacto, quod ſi emptor infra biennium deceſſerit teneatur uenditor illius hæredibus reſtituere quingenta, quod ſit licita. uide ibi. numero 106.

Item uenditio facta pro mille de fructibus certi prædij pro annis xij. ex quo ſingulo quoque anno percipiuntur fructus ualoris 150. an, & quando ſint licita. uide per Soci. illic poſt nu. 7.

Et iuſtum pretiũ in propoſitis. qq. quòd

dicatur, vide per Soc. ibi. nu. 108.

Item uendens oues, ex quibus ſingulis quatuor ſoldi quotannis de fructu percipiātur pro pretio ſoldorum duorum pro qualibet oue, annuatim, durante vendentis vita ſoluendo, etiam ſi oues omnes morerentur, an licite contrahat, vide per eundem numero 109.

Item venditio rei valenris centum pro quinquaginta, pacto hoc addito, quod ſi emptor illa non ſoluerit infra menſem centum ſoluere teneatur, an ſit licita. Vide pro, & contra ibid. per Soci. nume. 110. Cogita. An poſſit dici, quòd non ſit adiectum in pœnam, vt arguit Soci. Item, ꝙ non ſit vſura ſed pretii augmentatio, vt dicebat Bald. ibid. relatus: ſeu potius quòd debeat dici vera eſtimatio, ſeu reductio ad pretium iuſtū, quod eſt potius dicendum, quia res reducitur ad iuris terminos, ad tradita in l. 2. C. de reſcind. vendit. & in c 2. & fin. de emptio. & vendit. Et hoc de facili cum res redigatur ad ſuam primæuam naturam. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. alia ad materiam, uide per Soci. ibi.

Vendens rem iuſto pretio, pacto adiecto, quòd ſi pretium intra præfixum tempus nō ſoluerit emptor, teneatur ſoluere aliquid plus committit illicitum, ſecundum Soci. ibi. quod uerum non exiſtimo in ſolito negotiari; qui ob illam moram aliquod damnum ſit paſſus, uide in collecta mea commu. opin. §. Intereſt. nu. 8. 10. & 11.

Dans pecuniam mercatori ad mercandū pacto adiecto, quòd capitale ſit ſaluum, & quòd dans recipiat lucri partem, committit uſuram. uide per Soci. ibi. ſub nu. 116. & de communi uide in collecta mea commu. opi. § contractus. nu. 1.

Socius an poſſit paciſci, quòd tres partes lucri ex quatuor ipſe percipiat? quòd ſic, cō tra theologos tenentes contractum ſocietatis illicitum tenet Marian. Soci. eodem loci 29. 9. nu. 121.

Tradens oues ad ſocidam, cum pacto, qđ ex primis fructibus ouium recipiat capitale, quando licet agat, & quando illicite. uide per Soci. ibi. nu. 127.

Item tradens oues ad ſocidam pro libris xx. quicquid de ouibus contingat, illicite contrahit, per Soci. ibi. numero 128. ubi teſtatur de cōmuni Theologorum opi. quam etiam habes in collec. mea commun. opi. §. tradens nu. 1.

Emens à Seio oues, ſeu uaccas, quas Seius non habet, hoc ſciente ipſo emptore, & illas locans eidem Seio pro certa annua penſione, uel faciens ſocidam ſiccam, ſeu in nube, illicite contrahit, inquantum ſciebat Seium carere dictis ouibus, ſiue uaccis, uide per Socin. eodem loci. q. 33. numero 129.

Regula in materia ſocidæ, & ſocietatis eſt, ꝙ quotieſcunque in contractu ſocietatis aut ſocidæ admiſcetur mutuum uerum, aut uelatum, ratione cuius, alterius ex ſocii conditio ſit deterior, talis contractus, quòd dicatur illicitus; & quando non, uide per Soci. ibidem ſub num. 132. ubi exempla ponit de mutuo uelato, & uero.

Boues pro ſtariis uiginti frumenti dandis quolibet anno, quòd contractus ſit licitus, & quando illicitus uide per Soci. ibid. nu. 133. ubi diſtinctionem ponit à Doctoribus communiter acceptam.

Seius tradidit boues Titio cum pacto ꝙ damnum, & lucrum ipſorum boum ſit commune, etiam ſi eſſet deteriorationis damnū. Vult tamen à Seio quolibet anno ſtarios decem frumenti: an, & quando contractus dicatur licitus uel illicitus, uide plene ibidem per Soci. 37. q. numero 134. cum ſequenti. Et hic tene menti: quòd uſura non poteſt appellari, quę communiter reputatur licita per ea, quæ plene tradit Cephal. conſi. 237. numero 28.

Item pactum inter ſocios initium, quòd qui immittit tantum operam, pro ea parte, qua ſuſtinet lucrum, pro eadem ſuſtineat damnum capitalis; quod ſit illicitum, communē uide in collect. mea commun. opi. §. pactum nume. 8.

Nota, quòd vſura prohibetur fieri non ſolum per Chriſtianos, uerum etiam per Iudæos, per Alexan. conſilio 99. numero 11. uolum. 6. & commune inquit Ana. in ca. quia ſuper hic. co. 1. uerſi. prętereà. de Iudæ. Et Chriſtianus, ſiue Iudæus faciens contractum uſurarium, uel dans pecuniam ad uſuram, debet puniri arbitrarie: commun. Corn. in conſilio 19. Videtur. numero 11. uerſi. nō obſtant adducta. uol. 3. Maran poſt ſuum ſpeculum aureum in quinta diſputati. poſt nu. 22. Stracha de Mercatu. parte 1. nume. 31.

Item nota, quòd ubi Iudæus, qui haberet priuilegium à Papa dandi pecunias ad uſuram, uſq; ad certam metam, metam illam

excederet, uel uſurarum uſuram exigeret; quod debet arbitrarie puniri; ut in Additio. ad conſi. Lauden. 47. in fine. Nec poteſt Iudæus petere uſuras vltra tempus, quo pignus erat ponendum in ſortem.

Item pactum appoſitum inter ſocios ſuper inæqualitate lucri, & damni, an, & quando ualeat, dixi relatiue ſuperius, & allegaui Ang. de Aret Inſtit. de ſocietat. Adde uidendum de uſura in ſocietate. quamplures caſus diligenter conſideratos per Mar. Nauar. in ſuo Enchiridio fol. mihi 489. uſq; ad 494. quos nolui tranſcribere; ſed illos cum ſequentibus per te uideto.

Item de peccatis circa depoſitum uide p eundem Marti. Nauar. in ſuo manual. foli. mihi 447. cum ſeq. à nu. 177. vſq; ad nu. 181.

De peccatis circa commodatum uide per eundem Nauar. eod. fol. mihi 451. à nume. 182. uſque ad nu. 186.

De peccatis circa locata, & conducta uide per eundem Nauar. Enchir. fol. mihi 453. vſque ad 460. à nu. 187. uſque ad 199.

De peccatis circa iura, & tributa regia, & publica, uide per eundem Nauar. d. Enchirid. mihi fol. 461. numero 200. cum ſeq. per duas colum.

De peccatis circa pignora uide per eundem Nauar. d. Enchirid. fol. mihi 463. per duas col.

De peccato uſuræ circa mutua, vide per eundem Nauar. d. Enchirid. fol. mihi 465. uſque ad 474. & à numero 206. uſque ad nume. 213.

Et qui peccant peccato uſuræ circa mutua, vide plene per eũdem Nauar. d. Enchir. fol. mihi 475. cum pluribus ſequen. à num. 214. uſque & per totum nu. 246.

De uſura in pactis de retrouendendo, ad ea, quæ aliàs ſcripſi, adde, atque uide per Nauar. in d. Enchirid. fol. mihi 487. nume. 247. cum ſequenti, per totum.

De uſuræ participantibus, & eam non reſtituentibus, uide plene per eũdem fol. 495. vſq; ad fol. 502. & à num. 262. uſque, & per nume. 283.

Vltimò de uſura circa cambia vide ad ſaturitatem per Nauar. d. Enchirid. fol. mihi 503. vſque, & per totum fol. 519. & fol. 516. Vide extrauagantem Pij. V. Hęc ſcribebam, dum eſſem Vicarius Epiſcopi Interannę ob querelas factas, ut dicebatur ab illis de Stroncono, contra Interamnates apud Sedem Apoſtolicam.

PRACTICA CRIMINALIS,
§. FINAL. LIB. V.
SENTENTIARVM RECEPTARVM.

Capita Quæſtionum.

QVAEST. 1. Quæ cauſæ dicantur criminales, & quæ ciuiles.
2 Accuſatio criminalis, & actio ciuilis quã do ſimul concurrere poſsint.
3 Quibus modis criminaliter procedatur.
4 In primis conſtare debere delictum commiſſum fuiſſe.
5 Quibus caſibus per inquiſitionem procedi poſsit.
6 Diffamationem aperire viam iudici ad inquirendum.
7 Denunciationem aperire viam iudici ad inquirendum.
8 Quomodo contra deprehenſum in flagranti crimine procedi poſsit.
9 Quemadmodum in notorio crimine procedatur.
10 Querelam partis aperire viam iudici ad procedendum.
11 Quomodo procedatur via inquiſitionis.
12 Accuſationis materia explicatur.
13 Plures eundem, vel vnus plures an accuſare poſsint.
14 Quæ perſonæ accuſare poſsint, vel non.
15 Subijciuntur nonnullæ quæſtiones ad idem pertinentes.
16 Quæ perſonæ accuſari poſsint, vel non.
17 An pro oĩ crimine permiſſa ſit accuſatio.
18 Quomodo procedatur in iudicio accuſationis.
19 Quomodo procedatur in delictis per viã actionis, vel exceptionis.
20 Quæ ſint genera indiciorum.
21 Tractatur de nonnullis indicijs in ſpecie.
22 Quomodo indicia legitime probentur.
23 Quis modus in aſſumendis indicijs ſeruandus ſit.
24 Quæ perſonæ non poſsint in cauſis criminalibus teſtificari.
25 Teſtes an in aliquibus caſibus torquendi ſint.
26 Teſtes extra territorium degentes quomodo examinari poſsint.
27 Quid facere debeat iudex ſi contra delinquentem nulla ſint indicia.
28 Tractatur materia capturæ.
29 Quid agendum ſit, ſi reus familiæ reſiſtat, vel eximatur, vel auſugiat.
30 Quibus caſibus reus ad Eccleſiam confugiens, tutus ſit ipſius Eccleſiæ immunitate.
31 Quemadmodum rei citandi ſint.
32 Procurator an in cauſis criminalibus ſit admittendus.
33 Excuſator an admitti debeat in criminalibus cauſis.
34 Quę excuſationes pro eis abſentibus proponi poſsint.
35 Quis in cauſis criminalibus ſit iudex cõpetens omnium, incipiendo à Summo Pontifice, vſque ad priuatum.
36 Clerici in quibus caſibus à iudice ſeculari poſsint ꝓ eorũ criminibus iudicari.
37 Quæ ſint crimina communis fori, in quibus vterque iudex, tam Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis contra laicum procedere poteſt.
38 Iudicem loci delicti poſſe contra quemcunque, qui in ſuo territorio delinquat, procedere.
39 Iudicem originis, ac domicilij, poſſe contra ſubditos ſuos, etiam extra territorium

rium

rium delinquentes,procedere.

40 Vicarij an poſsint in cauſis criminalibus cognoſcere & iudicare.

41 Cauſæ criminales an poſsint delegari.

42 Iuriſdictio in cauſis criminalibus an poſſit prorogari.

43 Iudex in cauſis criminalibus an poſsit tã quam ſuſpectus recuſari.

44 Quibus modis contra reos contumaces procedatur.

45 De reorum comparentium examine, ac teſtium repetitionibus, ac confrontationibus.

46 Quibus caſibus reus carceri tradendus ſit, vel fideiuſſoribus relaxandus.

47 Explicantur multa, quæ ad fideiuſsionis de non offendendo, materiam pertinent.

48 Quæ dilationes in cauſis criminalibus concedi debeant.

49 Copiam iudiciorum reo decernendam eſſe, dandumque terminum defenſionis.

50 De exceptionibus, quas reorum defenſores contra proceſſus criminalis formam proponere ſolent.

51 De exceptione præſcriptionis peremptæ inſtantia & huiuſmodi.

52 De negatiua probatione.

53 De exceptionibus, quæ contra teſtes in cauſis criminalibus opponi poſſunt.

54 De exceptionibus, quæ aduerſus inſtrumenta, actaque in cauſis criminalibus producta proponuntur.

55 De exceptionibus,quæ contra propriam confeſsionem opponi poſſunt.

56 Quid ſi reus contendat ſe id, de quo imputatur,licite facere potuiſſe.

57 Quid ſi oſtendat, ſe pro eodem crimine aliàs fuiſſe abſolutum, uel punitum.

58 Quid agendum ſit, ſi reus remiſsionem à parte offenſa habitam exbibeat.

59 Quid ſi per gratiam a Principe liberatus fuerit.

60 Quæ res in delictis à pœna excuſent, vel ſaltem proſint ad pœnam ipſam mitigandam.

61 De duplicatione proceſſus facienda. Et an in cauſis criminalibus concludatur, ita ut omnino præcluſa ſit poſtea via probandi.

62 Accuſatore non probante, reum eſſe abſoluendum.

63 An in cauſis criminalibus locus ſit iuramento in ſupplementum, vel purgationis.

64 Tractatur materia torturæ, quando, & contra quos inferri, ac repeti poſsit.

65 Reum qui delictum confeſſus eſt, omnino condemnandum eſſe.

66 Reum de crimine conuictum, etiam ſi illud non fateatur,condemnari debere.

67 Quę ſint genera pœnarum.

68 Ex quibus delictis reus ſit vltimo ſupplicio damnandus.

69 Membri amputatio quibus caſibus a lege imponatur.

70 Recenſentur aliæ etiam pœnæ corporales.

71 De exilij pœna.

72 Infamiæ pœna quibus caſibus incurratur.

73 De pœna priuationis officij, dignitatis, vel beneficij.

74 De pœna depoſitionis ab ordine,ſiue degradationis.

75 De pœna ſuſpenſionis.

76 De pœna interdicti.

77 De pœna excommunicationis.

78 De pœna confiſcationis omnium bonorum.

79 De pœna confiſcationis certæ partis bonorum vel aliquarum rerum.

80 De pœnis pecuniarijs.

81 De pœna talionis.

82 De pœnis ſtatutarijs.

83 De pœnis arbitrio iudicis imponendis.

84 Traduntur nonnullæ concluſiones, quas in cauſis criminalibus iudicem ſcire oportet.

85 Explicantur multa, ad quæ iudex in pœnarum impoſitione maximè debet animaduertere.

86 Vnum pro alio puniri non debere.

87 An ex ſola ſcientia delicti committendi ſit aliquis puniendus.

88 Et an ex conſilio ad delinquendum alteri dato.

89 Et an ex mandato.
90 Et an pro auxilio delinquenti præſtito.
91 Et an ex ſola cogitatione quis puniatur.
92 Et an effectus ſiue conatus ad delinquendum puniri debeat, etiam ſi delictum conſummatum non fuerit.
93 Quemadmodum ſentẽtiæ criminales proferri debeant.
94 An à ſententijs criminalibus appellatio, vel dictio, de nullitate ſit admittenda.
95 De executione ſentẽtiarum criminalium pecuniariarum.
96 De executione ſententiarum corporaliũ.
97 Ex quibus cauſis executio ſententiæ capitalis ſit differenda.
98 Quæ executionem ſententiæ capitalis impediant.
99 Quæ ſit forma exequendi ſententias capitales.
100 De cadaueribus damnatorum.

HACTENVS de varijs ac diuerſis criminibus dictum eſt; ſequitur nunc, vt de ipſa criminum cognitione, ac iudicijs, quæ in criminalibus negocijs agitari ſolent, breuiter videamus. Quamuis enim de toto iudiciorum ordine proximo libro tractare propoſuerimus, cum tamen hæc ipſa criminalia iudicia pleriſque caſibus aliter quam ciuilia tractentur, exiſtimauimus oportunum fore, vt ſtatim poſt cognitas delictorum ſpeties ac qualitates, conſequenter quibus modis contra delinquentes ipſos procedendum eſſet, ſubnecteremus. Eſt autem hæc rerum criminalium materia longè omnium, quę in foro verſantur, pulcherrima. Nulla enim adeo frequens eſt, nulla huic vtilitate, aut grauitate comparari poteſt, cùm hic non de tritico, aut oleo legato, ſed de hominum fortunis, exiſtimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil eſt orbe terrarum precioſius.

[illegible]

Quæſtio Prima.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicantur cauſæ criminales, & quæ ciuiles: & verſ. Differentia.*
2 *Et quid ſi pœna partim applicetur parti, & partim fiſco, verſ. Tertius.*
3 *Quid ſi agatur ad pœnam extraordinariam, verſ. Quintus eſt caſus.*
4 *Quid ſi nulla præcedat accuſatio, verſ. Adde q̃d.*
5 *Quid ſi agatur per viam exceptionis, verſ. Sextus & vltimus. Remiſſiuè.*

1 IN primis † igitur pro intelligẽ
tia terminorum quæ dicatur
cauſa criminalis, ſeu iudiciũ
criminale? Vtilitas autem hu
ius quęſtionis poteſt eſſe ma-
xima, puta ratione competentiæ iudicis,
qa multi ſunt, quorũ iuriſdictio eſt particu-
lariter circa criminalia, vt ſunt iudices ma-
leficiorum in multis ciuitatibus Italiæ, &
multi, quorum iuriſdictio eſt ſolummodo
circa cauſas ciuiles, vt ſunt vicarij præto-
rum. Et ideo multum intereſt intelligere,
a an cauſa ſit ciuilis vel criminalis, *a* ad hoc,
vt ſciri poſſit, ad quem eorum pertineat
eius cognitio. Præterea circa modum pro-
cedendi, nam in criminalibus plerunque
proceditur per capturam, ſecus autem in ci
uilibus. Item in criminalibus non admitti-
tur procurator. Item in criminalibus infer-
tur tortura reo, ſecus autem in ciuilibus re
gulariter. Item multi teſtes repelluntur a
teſtificando in cauſis criminalibus, qui non
repelluntur in ciuilibus. Pariter etiam cir-
ca diffinitionem ipſius cauſæ in criminali-
bus requiruntur probationes luce clario-
res, in ciuilibus autem ſecus. Item in mul-
tis locis adſunt ſtatuta, quòd in cauſis cri-
minalibus non detur appellatio, neque reui
ſio, prout eſt generale decretum in hoc Du-
catu. Et alia huiuſmodi, quæ per te videre
poteris in diſcurſu materiæ. Et ſic vides, q̃
hæc quæſtio eſt valde vtilis pro reſolutio-
ne multarum dubitationum, quæ quotidie
circa prædicta contingunt. Scias ergo, quòd
in hoc articulo variæ fuerunt ſcribentium
opiniones. Nam gloſ. in l. lex Cornelia. in
verbo, eorum, ff. de iniur. videtur ſimplici-
ter ſenſiſſe, quòd quandocunque agitur de
crimine dicatur cauſa criminalis. Sed hæc
opi. communiter reprobatur per doctores,
qui fere omnes concludunt, quòd de crimi-
ne poteſt etiam ciuiliter agi, vt dicit Blanc.
in prac. crim. fol. 61. nu. 158.
Secunda verò fuit opin. gloſ. in l. ſi qua
per calumniam, in verbo, auri. C. de Epiſco.
& cleric. quæ videtur tenere, quòd quan-
do pro crimine imponitur pœna corporalis,
cauſa dicatur criminalis; quando verò im-
ponitur pœna pecuniaria, cauſa dicatur ci-
uilis. Sed hæc etiam opinio communiter nõ
tenetur, vt ait Dec. in Rubrica de iudicijs,
in decreta. nu. 94. in prima lect. illam etiam
communiter reprobari atteſtatur Blanc. in
loco prællegato, verſ. Secunda opin. nam in
publicis iudicijs plerunque imponitur pœ-
na pecuniaria, vt in §. primo, Inſti. de publ.
iudic. & ſimilib. Et tamen certum eſt publi-
ca iudicia eſſe criminalia, vt eſt text. in l. pri-
ma. C. quando ciuilis actio crim. præiud.
Tertia fuit opin. Abb. in Rubrica, de iu-
di. num. 5. quòd ſcilicet, Aut agitur princi-
paliter ad effectum, vt quis pro delicto pu-
niatur pœna ordinaria, & tunc cauſa dica-
tur criminalis, ſiue pœna applicetur fiſco, ſi-
ue parti. Aut non agitur directo, vt punia-
tur pœna ordinaria, & tunc ſemper dicatur
ciuilis. Sed certe hæc etiam doctrina Abb.
cõmuniter reprobatur, vt dicit Maranta in
ſuo Spec. fol. 39. nu. 2. & videtur eſſe contra
text. quos allegat Aret. ĩ ea Rub. poſt nu. 19.
Quarta igitur fuit opin. gloſ. in l. tertia,
in principio, in verbo, centum aureorum,
ff. de ſepulcro viola. quę tenuit, quòd quan-
do pro crimine agitur ad pœnam applican-
dam parti, iudicium dicatur ciuile; quan-
do verò agitur ad pœnam applicandam fiſ-
b co, tunc cauſa dicatur criminalis. *b* Et
hanc tenent omnes, vt dicit Bar. in ea. l. 3. in
prin. quem refert Abb. in d. Rubrica. de iudi
cijs, nu. 5. & Zaſ. cõſ. 19 nu. 1. li. primo. Et di-
cit Io. de Platea in l. ſecunda, in vltimis ver-
bij, C. de his qui ex pub. ratio. lib. 10. quòd
iſta glo. communiter tenetur per doctores,
quẽ refert Gomes. Inſt. de act. ĩ princip. poſt
nu. 18. relatus & ipſe per Cęphal. cõſ. 141. n.
21. li. primo. Idẽ dicit Curt. Iun. in Ru. ff. de
iud. nu. 18. quẽ refert Dueñas reg. 315. in 2.

ampl. Hanc etiam opi. dicunt eſſe cōem canoniſtæ in d.Rub. de iu.& i ſpecie Aret.nu, 19.& Dec.nu.95. in prima lectura, & in ſecunda,num.51.quem refert Afflic.in tertia parte conſtit.regni, Rubrica 32. § varietates,num.9.& Ripa in d.Rubrica,num.91.& ſeq.& Cephal.conſi.35.num. 31.lib.primo. Barbatia in tract. de teſtib. in tertia parte, nume.2 licet in libro meo uideātur eſſe corrupta eius uerba. Corſetus i repertorio Abbat.in uerbo, iudicium. Iaſ.in Rubrica, C. de iudi num. ſecundo, quem refert Apoſt. ad Fel in d Rub.de iud. ver. Septima & vlt. Villalob. in ſua collecta cōmunium opi. in litera C.num.25. Bertrand conſi.247.in primis uerbis, lib.8.Dec.in l.ſecunda,poſt nu. 41.C.de edendo. Sapia in l. Imperium, nu. 17.ff.de iuriſ. omnium Iud. Marauta in ſuo ſpec fol. 39. nu. 2. & ſeq. Apoſtil. ad Abba. in loco pręall.ſub nu.5.in uerb.Fortiter Soci.Iu.conſi.99.nu.26.lib.2. Don Ant.de Padil in l.tranſigere,poſt nu. 106 C.de tranſa.

Ex quorum omnium dictis habes, quòd tunc iudicium dicitur ciuile, quando agitur ad commodum priuatum,ſiue cauſa deſcendat ex delicto, ſiue ex contractu. Illud autem dicitur criminale, in quo agitur ad cōmodum publicū, ſiue ſit imponenda pęna corporalis ad publicā uindictā,ſiue ſit ex delicto imponenda pœna pecuniaria, q̄ ueniat applicanda fiſco. Et ab hac opi.quę communis eſt & uera,nullo pacto eſſet conſulendo, aut iudicando recedendum.*

Ego tamen pro clariori intelligenta in primis uolo ut ſcias, quòd in hoc propoſito poſſunt conſiderari duo genera delictorum. Primo per quod offenditur publica iuſtitia, ſine offenſione alicuius tertij, prout eſt crimen hęreſis,ſimoniæ,& huiuſmodi. Secundum,per quod offenditur non ſolum publica iuſtitia, ſed etiā fit offenſio ſeu damnum tertio, prout eſt homicidium, incendium, furtum & ſimilia. Ex prima ſpecie delictorum vna tantùm actio oritur,quę eſt ad uindictam publicæ iuſtitiæ, quia quum non agatur de offenſione alicuius perſonæ, nulla poteſt alicui competere actio ad intereſſe. Ex ſecunda autem ſpecie duplex oritur actio, una, quæ tendit ad publicam uindictam, alia, quæ tendit ad reſarciendum damnum, ſeu intereſſe partis offenſæ. Et ideo ſi aliquis committat violentiam in bonis alicuius, poteſt contra enim agi ad pœnam impoſitam à lege, uel ſtatuto pro ui publica uel priuata. Et hæc actio competit cuilibet de populo, quum ſit ad publicā vindictam. Poteſt etiam ille, in cuius bonis commiſſa eſt violentia, agere ad emendam damni & intereſſe. Et hæc actio competit tantummodo parti offenſæ,quum ten dat ad priuatum commodum.

Scias etiam duo eſſe genera pœnarum,quæ pro delictis imponuntur, ordinariam ſcilicet, & extraordinariam. Ordinaria dicitur, quæ à lege vel ſtatuto eſt impoſita committenti illud delictum,quod in iudicio deducitur, puta pro homicidio pœna capitis, pro furto pœna fuſtigationis uel perforationis auriculæ. Extraordinaria eſt, quòd quis propter crimen priuetur officio, beneficio,dignitate,adminiſtratione,tutela, vel ſimilibus.

Item ſcias, quòd in caſibus, in quibus oritur ex crimine duplex actio, ut ſupra dixi, poteſt offenſus utranq; proponere,ſcilicet illam quæ tendit ad vindictā publicam, & illam quæ tendit ad intereſſe priuatum. Et poteſt utranque intentare ſimul in eodem libello, licet non æque principaliter, ut dixi infra q prox. uerſic. Et hæc quidem. Poteſt etiam proponere alteram actionem tantum,vel petendo ſimpliciter, quòd puniatur, nulla facta mentione priuati intereſſe, uel petendo ſimpliciter reſtitutionem rei, non agendo ad pœnas pro delicto à iure impoſitas. Præterea etiam poteſt proponi crimen aduerſus aliquem ad alium finem, ſcilicet,neque ut puniatur pœnis iuris, neque ut damnum reſarciat, ſed ad pœnam extraordinariam, puta ut priuetur beneficio vel tutela,ut ſupra dixi. Poſtremò poteſt etiā ad alium effectum proponi,puta ad repellendum aliquem à teſtimonio, uel ad debilitandū eius teſtimonium,excipiēdo ad uerſus eū qui in teſtem producitur, de aliquo crimine,ut dixi infra q.19. uer. Per exceptionem.Et ſic colligendo omnia ſupradicta, habes multos caſus, in quibus diuerſimode crimina in iudicium deduci poſſunt.

Primus eſt, quando agitur ad pęnam ordinariam corporalem, nulla facta mentione priuati intereſſe.Et hoc caſu nulla eſt cōtrouerſia,quin tale iudicium dicatur criminale. Et in hoc nemo dubitat.

Secundus autem eſt caſus qn̄ agitur ad pęnā pecuniariā tantū fiſco applicādā. Et in hoc uarię fuerūt opi.inter doctores,ut ſuperius dixi: ſed magis communis opinio eſt

contra

contra glo. in d. l. ſi qua per calumniam, ꝙ ſcilicet etiamſi agatur de pœna pecuniaria tantum, nihilominus ſi illa eſt applicanda fiſco, cauſa dicatur criminalis.

Tertivs eſt caſus, quando ſimul cum pœna corporali ſiue pecuniaria fiſco applicanda, proponitur etiam intereſſe partis, puta quia aliqua pars applicetur etiam ipſi parti offenſæ, uel quia pars ultra pœnam, agat etiam incidenter ad rei reſtitutionem, vel refectionem damnorum &c. Et tale iudicium à pleriſque appellatur mixtum, ſcilicet criminale quatenus concernit publicã vindictam, & ciuile quatenus concernit intereſſe priuatum. Et Boſſ. in tit. de appel. nu. 8. atteſtatur, ꝙ hæc eſt communis opi. prout etiam ſentire videtur Iaſ. in d. Rub. C. de iudi. & Gomez Arias ſuper l. 82. Tauri, nu. 10. in fine. Sed ego puto eſſe aduertendum, quia ſi ex natura condemnationis neceſſariò ſimul cum pœna publicæ uindictæ uenit etiam intereſſe partis, puta quia idem ſtatutum pro furto imponat pœnam ſcutorum 10. uerſus fiſcum, & quinque uerſus partem, vel quòd fur fuſtigetur, & reſtituat rem furatam, certe iudicio meo abſurdum eſſet dicere, quòd hæc cauſa dicenda eſſet mixta, ſcilicet partim criminalis: & partim ciuilis. Et ideo procul dubio de ea tota iudicandum eſt ſecundum eius digniorem partem, & ſic tanquam de neceſſitate connexum; puta quia refectio damnorum, uel reſtitutio rei ablatę veniat non ex eadem lege uel ſtatuto, ſed ex alia, tunc forte poſſet habere locum opi. de qua per Boſſ. in loco pręallegato, ut ſ. tale iudiciũ cenſeri debeat partim criminale, & partim ciuile. Ego tamen ſemper vidi per ſenatum reijci appellationes a condemnationibus damnorum uel expenſarum litis in cauſis criminalibus, ſiue uenirent ex eadem lege, ſiue ex alia, ſed ſolummodo admittitur appellatio ſiue reuiſio reſpectu exceſſus.

Qvartvs caſus eſt, quando ſolummodo agitur ad intereſſe partis, puta rei reſtitutionem, vel refectionem damnorum, &c. Et tunc nulla eſt difficultas, quin iudicium dicatur mere ciuile, licet agatur pro delicto, quicquid dixerit glo. in d. l. lex Cornelia, contra quam eſt communis opin. ut ſupra dixi.

3 Qvintvs eſt† caſus, quando agitur ad pœnam extraordinariam, puta priuationem officij, ſeu beneficij, & nihil applicatur fiſco. Et hoc caſu iudicium dicitur ciuile non autem criminale. Et in hoc omnes concurrunt, ut ait Grat. conſi 71. num. 9 lib. 2. Et licet hæc concluſio aliquando mihi uiſa fuerit dura, ex quo talis actio principaliter intentata videtur ad uindictam publicam, præſertim ſi officium, de cuius priuatione agitur, eſſet publicũ, nihilominus iudicando nõ credere ab ea eſſe recedẽdũ intelligendo tñ, vt ſtatim dixi, ꝙ talis pęna priuationis nõ ſit pęna ordinaria, q̃ p eo delicto imponeret.

4 Adde, quòd hæc† concluſio locum habet, ſiue procedatur ad huiuſmodi priuationem officij uel beneficij, præcedente accuſatione uel exceptione partis, ſiue nulla præcedat exceptio uel accuſatio partis, ſed agatur tãtummodo uia inquiſitionis. Et ita communiter teneri atteſtatur Maranta in ſuo Spec. fol. 46. num. 32.

5 Sextvs & † vltimus eſt caſus, quando agitur per viam exceptionis, proponendo crimen contra teſtem, non ad effectum ut puniatur, ſed ut eius dictum non recipiatur, vel receptum non noceat. Et hoc caſu omnes concludunt, quod ex quo agitur tantummodo ad priuatum commodum & intereſſe partis, cauſa dicatur mere ciuilis, ſecus tamen eſſet, ſi tale crimen proponeretur ad puniendum, ut dixi infra q. 19. verſi. Per exceptionem. Et hæc omnia bene nota, quia ſæpe contingunt in practica.

ADDITIONES.

a Ciuilis, uel criminalis.] Hic ad vnum aduerte, quòd ſi cauſa criminalis ſit præiudicialis ad ciuilem, prius cognoſcitur de cauſa criminali, & interim ſuperſedetur in ciuili. Et è contra ſi cauſa ciuilis eſt præiudicialis ad criminalem prius tractanda eſt cauſa ciuilis, & interea ſuperſedendum in criminali. Idem ſi utraque cauſa ſit ciuilis, aut criminalis, quia de præiudiciali prius ſemper cognoſcitur, & illa prius abſolui debet, ſiue illa principaliter moueatur, ſiue per modum incidentis, aut emergentis, quod ſi aliter fiat, ſententia redditur nulla. ui. plene per Craue. in conſi. 280. col. 1. & maxime verſi. ex quibus.

b Criminalis.] Adde, quod criminalis cauſa tota dicitur, ubi principaliter pœna fiſco applicatur, quãuis in conſequẽtiã ueniat intereſſe partis, ſicut e conuerſo, ut p Boſſ in titu. de appellatio. nu. 9. Item dicitur cauſa

crimina-

criminalis: ſi venit pœna applicanda fiſco, ſi tamen deſcendit ex delicto, non ſi deſcendit ex contractu illicito, per Foler. ad Marant. in praxi. iudici. §. an ſit iudicium ciuile, uel criminale. fol. 39 ante nume. 3. ſimiliter cauſa dicitur criminalis, quando agitur de tutore ſuſpecto mulctando, per Bar. in l. non ſolum. § fin. in 2. not. de procura. in l. 1. §. ſciendum. circa prin. ff de ſuſpec. tuto. & curat & ſequitur Maran. in Specul. ſuo praxis ciui eod. §. an ſit iudicium ciuile uel criminale. num. 18. Bal. uerò in l. 1. C. ſi tutor, uel cura. non geſſe. arguit eſſe mixtum; quia ex eodem proceſſu uenit remotio, & punitio.

Item ſi pœnæ pars daretur accuſatori. Vt per Alex. conſi. 132. in 2. ſub. col. fin. lib. 1. quem tamen mordet Dec. in c. 1 col. 8. poſt nume. 14. de probatio. ſed non recedas ab Alexan. Quid de cauſa pacis ruptæ an ſit ciuilis, vel criminalis vi. Corne. conſi. 41. lib. 1. conſi. 42. in 2. & conſ. 8 nu. 3.

Quæſt. II.

SVMMARIVM

1 *Accuſatio criminalis, & actio ciuilis quando ſimul concurrere poſſint.*

2 *Et quid ſi criminalis intentetur principaliter, & ciuilis incidenter, verſicu. Et hæc quidem.*

3 *An poſt intentatum iudicium criminale actor poſſit intentare aliud iudicium ciuile ex diuerſa cauſa, uer. Aut quæris.*

4 *An reus conuentus ciuiliter poſſit contra actorem criminaliter agere, uerſicu. Sed quæro.*

5 *Quid è conuerſo, an conuentus criminaliter poſſit contra accuſatorem intentare actionem ciuilem, uerſicu. Sed quid è conuerſo.*

6 *An accuſationem criminalem, verſicu. An autem. Remiſſiuè.*

7 *An abſoluto vno iudicio, ſcilicet ciuili uel criminali, poſſit deinde agi alia via, verſi. Vlterius quæro.*

DIXI ſupra quæſt. proxima, quòd ex eodem delicto regulariter oritur duplex actio, ſcilicet criminalis ad publicam vindictam, & ciuilis ad priuatum commodum. Et hoc apud iuris peritos pro expedito eſſe atteſtatur Pontan. ſuper conſue. Bleſen. fo. 183. col. prima, circa med.

1 Quæro nunc, † quomodo hæc duo remedia ſimul aut ſeparatim concurrere poſſint? Reſpond. hoc poteſt multis modis contingere, propterea eſt diſtinguendum; nam aut quæris, an utraque actio, ſcilicet ciuilis & criminalis, poſſint ab eodem, & contra eundem ex eadem cauſa intentari. Et dicendum eſt, quod non. Text. eſt in l. interdum, ff. de publ. iud. qui ſemper ad hoc propoſitum ſolet allegari, & licet ille tex. loquatur, quando pendente iudicio ciuili actor vult intentare iudicium criminale, tamen concluſio ſecundum doctores indiſtinctè procedit, ſiue ab initio intententur ſimul in eodem libello, ſiue iam cœpto & pendente iudicio ciuili prius intentato, velit deinde actor ex eadem cauſa intentare iudicium criminale.

2 ET hæc† quidem concluſio abſque difficultate procedit, quando actor vult dicta duo remedia intentare æquè principaliter in eodem libello, nam eo caſu non poſſunt ſimul cumulari. Maior enim & dignior eſt cauſa criminalis, quàm ciuilis, & vbi vna cauſa eſt maior altera, non poſſunt duæ actiones ſimul cumulari, iuxta ea, quæ traduntur per doctores in l. edita, C. de edendo, & dixi infra lib. prox. Sed ſi actor intentaret iudicium criminale principaliter, & deinde incidẽter peteret etiam rem ablatam ſibi reſtitui, eo caſu utiq; talis petitio admittitur, ut dixit Bar. in l. interdum, §. qui furem, nu. 5. ff. de furtis. quem ſequuntur cõiter ſcribentes, vt atteſtatur Curt. Iun. in d. l. Edita, nu. 198. Hiero. ad Ang. de maleſi. i uerbo, Et ad quere la, in ult. apoſtil. col. tertia, ver. 2. caſu, quẽ refert Roland. conſ. 30. nu. 2. li. 2. Ita etiam cõiter teneri ait Roma. in d. l. edita, poſt nu. 143. ver. Non obſtat ſua ratio. Et hanc dicit eſſe cõem opi. Areti. in c. qualiter & quando, el ſecondo, § ad corrigendos. nu. 139. de accuſationibus. Et ita obſeruat conſuetudo, teſte Bal in l. data opera, nu. 6. in fi. C. qui accuſa. non poſſ. Eademq; ratione admittitur libellus criminalis concludens delinquentẽ debere de delicto puniri & cõdemnari ſecũdũ formam iuris & ſtatutorum, cum refectione damnorum, intereſſe & expenſarum &c. Et ita practicatur, ut atteſtatur Ang. in l. unica, nu. 6. C. quando ciuilis actio crim. præiudicat. quem refert Auguſti. ad Ange. de maleſi. in verbo, Et veſtem cœleſtem, nu. 11. Amad. de ſynd. nu. 216. Vnum tamen nota in hoc propoſito,

poſito, ꝙ hoc caſu iudex maleficiorum non poteſt condemnare reum ad reſtitutionem, vel ad damna partis, niſi quando illũ condẽnat per ſuam propriam confeſſionem; ſecus autem ſi illum condemnaret propter cõfeſſionem fictam,& ſic in contumaciam, nam officium iudicis non deſeruit niſi veræ confeſſioni. Et hæc eſt notab. deciſio Bal. in l q crimen. nume. 28. C. qui accuſ. non poſſ. quã dicit eſſe cõem Roland. in d. conſi. 30. num. 18. ſubdens, ꝙ licet qñ reus per teſtes cõuincitur, aliqui teneant contrarium, tamen uñ cõdemnatur ex cõtumacia, nullus eſt qui eã impugnet. Illam tñ intellige ut procedat, qñ talis condemnatio ad reſtitutionem rei furtiuæ non venit ex eadem lege, uel ſtatuto pœnam criminalem imponente, nam eo caſu non poteſt iudex, niſi reus uel per teſtes conuictus ſit, vel proprio ore confeſſus, officiũ ſuum impartiri. Sed ſi eadẽ lex imponeret pęnam criminalẽ, & rei reſtitutionẽ, ſemper vidi vtranque condemnationem ſimul proferri, etiam contra contumaces. Nõ enim debet eadẽ diſpoſitio diuerſo iure cenſeri. Et illud, quod dictum eſt, ꝙ non põt iudex maleficiorum cognoſcere de reſtitutione rei furtiuæ niſi incidenter, habet locum non modo qñ proceditur ad querelam partis, & ſic per uiam accuſationis, ſed etiã qñ proceditur ex officio, & ſic per inquiſitionem. Et eſt communis opin. ut dicit Boſſ. in tit. de decreto Mediolani, nume. 31.

3 Aᴠᴛ quæris, † an poſt intentatum iudicium criminale poſſit accuſator intentare iudicium ciuile ex diuerſa cauſa, & penitus ſeparata? Et dicendum eſt, ꝙ non, ita allegatur tenere Bar. in d. l. edita, cũ quo tranſeunt cõiter doctores, ut dicit Curt. Iun. ibi, num. 181. Et hæc concluſio elicitur ex text. in l. fi. C. de ordi. cognitio. ſecũdum intellectum, q eſt magis cõis, teſte Alex in l. reum criminis, col. prima, uerſ Bart. autem, C. de procur. quem refert Claud. in d. l. edita, nu. 68. Eſſet enim ualde inquum, ꝙ per huiuſmodi litem ciuilem impediretur reus in defenſionibus ſuis faciendis.

4 Sᴇᴅ quæro † nũquid in reo conuẽto, nũquid ipſe poterit contra actorem aliquam actionem inſtituere? Rñ. ꝙ ſi conuentus eſt iudicio ciuili, põt, pendente eo iudicio, accuſare actorem criminaliter tã ex cauſa penitus ſeparata, ꝗ etiam ex cauſa oriente ex eodem iudicio, prout quotidie fieri videmus, qñ reus accuſat de falſo teſtes actoris, qui cõtra eum depoſuerunt in cauſa ciuili, & ẽt ipſum actorem, q eos produxit. Et eo caſu ſuſpenditur iudicium ciuile, donec ſit ſuper ipſo iudicio criminali pronunciatũ. Et ita concludunt cõiter doctores, ut dicit Sigiſmundus cõſi. feudali ſexto, nu. 6. Et hoc propter præeminentiam & maioritatem iudicij criminalis. Quod tamen intellige, ut ſuſpendatur iudiciũ ciuile, quo ad hoc tm̃, ne poſſit ſuper eo ferri ſñia, non autẽ quo ad hoc ut impediatur, quominus in ipſo iudicio ciuili poſſit procedi uſque ad cõcluſionem in cauſa. Et ita reperio deciſum fuiſſe per conſi. Neapol. teſte Capic deciſ. 25. in cauſa Reuer. ubi multũ elegãter tractat hũc articulũ.

5 Sᴇᴅ quid † ẽ conuerſo, nunquid pendente iudicio criminali, poterit reus conuenire ciuiliter ſuum accuſatorẽ ex alia cauſa, & penitus ſeparata? Reſpond. ꝙ non, ita colligitur ex tex. in d l. fi. C. de ord. cognitio. ſecũdum communẽ intellectum, ut dicit Claud. in d. l. edita, nu. 68. Et ita cõcludunt omnẽs ut atteſtatur Curt. Iun. in d. l. edita, nu. 182. in fi. Et hoc ne propter talem litẽ ciuilem diſtrahatur accuſator a proſequutione iudicij criminalis, in quo vertitur publicum intereſſe, ne ſcilicet delicta impunita remaneant.

6 Aɴ autem † reus criminaliter accuſatus poſſit reaccuſare ſuũ accuſatorem, dixi infra quæſt. 14. verſi. Tertius eſt caſus.

7 Vʟᴛᴇʀɪᴠꜱ quæro † nunquid abſoluto iudicio ciuili contra aliquem intentato poſſit poſtea actor intentare contra eundem accuſationem criminalem ex eadem cauſa, uel ẽ contra, abſoluto iudicio criminali intentare actionem ciuilem? Reſpond. quòd ſi actio ciuilis & criminalis tendunt ad diuerſa, tunc poteſt agi altera uia, non obſtante quòd prius actum ſit una; ſi uerò tendunt ad eundem finem, tunc una intentata altera tollitur. Et ita intelligitur text. in l. prima, C. quando ciuil. actio crim. præiud. & eſt communis concluſio, ut atteſtatur Maranta in ſuo ſpec. fol. 40. nume. 9. vbi potes videre exempla. Et is ita tene menti, qui male declarantur à doctoribus, ut dicit Claud. in loco præallego. Bene uerum eſt, quòd licet hac materia cumulationis ſit ſubtilis, rarò tamen contingit in practica, ſecundum Alber. in d. l. edita, col. fina. verſic. Circa quartum. quia (ut ipſe ait) aduocati nolentes intricare proceſſus, cõiter procedunt in prima cauſa, deinde ea expedita, proponunt

ponunt ea, quæ uolunt in alia inſtantia. Et hoc modo ceſſant omnes difficultates. Præterea quum hodie ex quocunque crimine poſſit iudex ex officio inquirere, non admitteretur reus, qui contra querelam ſiue accuſationem contra ſe porrectam opponeret huiuſmodi exceptiones ad euitandum iudicium criminale. Faciunt quæ dixi in d. quæſ. 14. uerſi. Tertius eſt caſus.

Quæſt. III.

SVMMARIVM.

1 *Quibus modis criminaliter procedatur.*

2 *Et quid ſit procedere per uiam inquiſitionis, verſi. Et aduerte.*

3 *Accuſationem eſſe remedium ordinarium, inquiſitionem verò extraordinarium, verſ. Debes autem.*

Iudex regulariter non poteſt de iure ciuili per inquiſitionem procedere, de iure autem canonico poteſt eod.

4 *Et an ſuperueniente accuſatore ceſſet inquiſitio, verſi. Et hac autem, & num. 6.*

5 *Et quid de conſuetudine, verſi. Sed certe.*

6 *Accuſatio & inquiſitio an poſſint ſimul cumulari, uerſi. Hinc infertur.*

7 *Iudex an debeat priuſquàm inquirat, ſtatuere parti offenſæ terminum ad accuſandum, verſi. Et conſequenter.*

8 *Et quid ſi pars ipſa offenſa id petat, verſi. Ceſſat pariter.*

9 *Iudex an debeat facere ſibi dari licentiam ab accuſatore procedendi in cauſa, verſi. Superflua etiam.*

1 QVAERO, †quibus modis criminaliter procedatur? Reſpon. In hac quæſtione multi ex doctoribus, præcipuè modernis, multum ſe inuoluunt, nam aliqui dicunt, quòd tribus modis proceditur, ſcilicet per accuſationem, denunciationem & inquiſitionem; aliqui addunt, quòd etiam per exceptionem, & per notorium, & per deprenſionē in flagrāti crimine. Et adeò intricatè loquunt, vt uix poſſit ex oīum dictis haberi uera reſolutio, q̄ uel ad regulas iuris, uel ad cōem practicam rectè poſſit accommodari. Tu ergo dic, quòd in cauſis criminalibus duobus modis proceditur, ſcilicet uel ex officio, vel ad inſtantiam partis; neque ego inuenio in toto iure ciuili aut canonico, neque in tota practica, quæ ex conſuetudine cōmuniter obſeruatur, aliquem alium modum procedendi. Et ſcias, quod in hoc propoſito, & in tota hac materia ego non intendo aliquid tractare de illa inquiſitione generaliſſima, quæ fit per officiales, & de qua (ſecundum aliquos) loquitur text. in l. congruit, ff. de offi. præſi. cuius loco hodie ſuccedit illud bannum generale contra omnes malæ conditionis & famæ, quòd faciunt fieri poteſtates per proclama in principio ſui officij, vt atteſtatur Ange. de maleſi. in verbo. Hæc eſt quædam inquiſitio, nume. 3. & Amad. de ſyndicatu, poſt num. 30. verſic. Tertia propter, & Maranta fol. 81. nume. 31. neque de alijs ſpeciebus inquiſitionum, de quibus per Bar. in. l. ſecunda, §. ſi publico, ff. de adul. & alios criminaliſta in locis ordinarijs, neque etiam de illa inquiſitione generali, quam facit iudex ſtatim conſtito de delicto ad inueſtigandum delinquētem, de qua dixi infra q. quinta, uerſi. Poterit igitur, & q. 50. verſi. Item quia, ſed tantùm de inquiſitione particulari, quam iudex facit contra aliquem. Dico igitur, quòd ad inſtantiam partis proceditur, quando pars offenſa, vel alius ad quem de iure ſpectare poteſt ius accuſandi, porrigit accuſationem ſeu querelam, & ſuper ipſa querela proceditur. Et hæc eſt illud, quod ſcribentes appellant procedere per viam accuſationis. Ex officio proceditur, quando iudex à ſe ipſo & ex ſuo officio aſſumit informationes contra delinquētem, & contra eum procedit. Et hęc eſt quod dicitur procedere per viam inquiſitionis.

2 ET aduerte† quia in hoc propoſito multi falluntur, putantes, quod procedere per uiam inquiſitionis, ſit quando iudex tranſmittit reo inquiſitionem, ſed in hoc grauiter errant, nam (ut eleganter dicit Signoro. con. 245 in 1 dub. præſertim, nu. 5.) actus inquiſitionis ſecūdum communem loquelam & diſpoſitionem iuris, baptizatur & appropriatur primo actui, quo mediāte per uiam officij iudex uidetur uelle procedere contra aliquem, non autem attribuitur actibus ſequentibus proceſſus. Et ſic rectè loquendo inquirere contra aliquem, non eſt ei tranſmittere inquiſitionem, ſed eſt recipere teſtes ſeu informationes contra eum; charta vero inquiſitionis, ſiue libellus criminalis, qui contra reum formatur, atque ei intima

tur

tur cum termino comparendi, eſt actus cōis vtrique modo procedendi. Et ideo indifferenter tranſmittitur reo abſenti, tam ſi procedatur ad accuſationem ſeu querelam partis, quàm ſi procedatur ex officio. Sic etiam formare inquiſitionem contra aliquem, nō eſt ipſam chartam, ſiue libellum inquiſitionis ei tranſmittere, illud enim potius eſt illum citare, vt dixi infra quæſt. 31. ſed eſt facere proceſſum informatiuum aſſumēdo informationes, & indicia contra eum ſuper aliquo delicto. Ex quibus deinde informationibus & indicijs elicitur titulus & ſeries facti quę poſtea narratur in ea, quam appellamus inquiſitionem, quæ ſic formata, & in ſcriptis redacta traſmittitur reo in uim citationis & libelli. ut dixi in d. quęſt. 31. uerſi. Quæro nunquid, & ſeq. & infra quæſt. 28. verſi Scias autem.

3 Debes autem † ſcire, quòd ex iſtis duobus modis ſeu remedijs procedendi contra delinquentes, loquendo ſecundum ius commune, alterum ſcilicet accuſationis ſeu querelæ erat ordinarium, alterum uerò, ſ. inquiſitionis, ſiue ex officio erat extraordinariū, ita dicit Inno. in c. cum oporteat, de accuſatio. quem ſequuntur cōiter doctores, ut ait

a Diaz Reg. 336. *a* & eſt cōis opinio, ut dicunt canoniſtæ in Rub. de iudicijs, & in ſpecie Dec. in prima lect. poſt nu. 76. & in ſecunda lect. poſt nu. 43. Sapia in l. imperium, nu. 29 ff. de iuriſdi. omnium iud. Et licet aliqui tenuerunt, ꝙ de iure canonico remedium inquiſitionis eſſet ordinarium, ex quo ſecūdum diſpoſitionē iuris canonici ſuper omnibus criminibus indifferenter poſſunt iudices inquirere, & procedere ex officio ad publicam utilitatem, ſecundum Archi. in c. fęlicis, § fi. de pactis. in ſexto, cuius opi. dicit eſſe cōem Marian. in d. c. qualiter & quando. nu. 108. in fi. nihilominus magis cōis opi. uidetur eſſe, quòd tam de iure canonico, q̃ de iure ciuili ſit extraordinarium. Et ita in ſpecie hanc eſſe cōem opi. atteſtatur Alciat. in c. 1. nu. 14. de offi. ordi. Hieron. in Apoſtil. ad Ang. de malefi. in uerbo, hæc eſt quædam inquiſitio, poſt nu. 80. Dec. in Rubrica de iudi. prout illum refert Boſſ. in tit. de inquiſitio. nu. 17. Et ratio huius concluſionis eſt, q̃a de iure communi regulariter quilibet admittitur ad accuſandū, ut dixi infra quæſt. 14. circa principium, merito accuſatio dicitur remedium ordinarium. Ex aduerſo autem iudicium inquiſitionis dicitur extraordinarium, quia de iure cōi regulariter index non poteſt ex officio procedere per uiā inquiſitionis, ut dicit glo. in d. l. ſecunda, § ſi publico, in uerb. ſine accuſatore, ff. de adult. quę in hoc eſt cōiter approbata, ut dicit Alber. in l. ea quidē, poſt nu. 4 C. de accuſatio. prout illū refert Apoſtil. præalleg. ad Ange. de malefi poſt nu. 48. uer Inquantū Ang. Et dicit Marian. in repe. d. c. qualiter & qñ, nu. 106. ꝙ hanc opi. ſequuti ſunt omnes antiq. doctores. Illam etiā dicit eſſe cōem Cuma. conſ. 136 circa fi Prac. Conradi. fol. 245. nu. 1. meritò, ergo iudicium inquiſitionis dr̄ extraordinarium. Et quamuis de iure canonico uideatur iudiciū inquiſitionis regulariter permiſſum (ut ſupra dictum eſt) ex quo tamen etiam illo iure non ſeruantur in iudicio inquiſitionis ea, quæ regulariter ſeruari deberent in iudicijs criminalibus, ut in diſcurſu materiæ demonſtrabitur, neceſſarò fatendum eſt ueram eſſe communem opi. ꝙ ſcilicet tam de iure canonico, quàm de iure ciuili remedium inquiſitionis dicatur extraordinarium.

4 Ex hac autem concluſione reſultabat maximus effectus, quia quum ſecundum communes iuris regulas remedium ordinarium faciat ſemper ceſſare remedium extraordinarium, neceſſariò ſequebatur, ꝙ pars volēs accuſare eſſet præferenda iudici inquirenti, prout in hoc propoſito doctores omnes fatētur, & Alber. in tertia parte ſtatutorū, q. 57. atteſtatur etiā ita cōiter ſeruari, quòd. ſ. qñ adeſt accuſator idoneus, ceſſat inquiſitio. dicit etiam Bal. in addi. ad Specul. in tit. de ſententijs, col. 17. prout illum refert Boſſ. in tit. de inquiſitione. nu. 19. practicam eſſe ꝙ ſi plenior eſt accuſatio, ſuper ea proceditur, & pnunciatur non eſſe procedendū. Super hoc ēt articulo, an accuſatio faciat ceſſare inquiſitionē, magna fuerit uarietas inter ſcri-

b bentes, *b* præſertim qñ iam cœpta inquiſitione ſuperuenit accuſator, ſemper tñ recurrimus ad longam diſtinctionem, q̃ ponit Salice. in d. l. ea quidē, nu. 54. C. de accuſatio. ꝙ ſ. aut accuſator ſuperuenit ante receptas pbationes, aut poſt. Primo caſu, aut poteſt imputari negligentia accuſatori, & non ceſſat inquiſitio, ſed accuſator repellitur. Aut uerò nō poteſt imputari, & tūc ſi proſequitur ſuā uel ſuorū iniuriā, auditur, & ceſſat inquiſitio, niſi eſſet ſuſpectus de colluſione. Si uerò neque ſuā neq; ſuorū iniuriā proſequitur non eſt audiendus. Secūdo autem caſu, quā-

do

do ſcilicet accuſator ſuperuenit poſt receptas probationes, tunc aut delictum eſt probatum, & repellitur accuſator. Aut non eſt probatum, & tunc admittitur. Et hanc diſtinctionem Salic. dicit communiter teneri Felin. in d. c. qualiter & quando, §. licet autem. in fina. verbis. de accuſa. quem refert Maranta in ſuo ſpec. fol. 239. nume. 38. & Boſſ. in titu. de inquiſitione, num. 17. Diaz in pract. crim. canon. c. 6. verſi. An autem iudex. Apoſtil. ad Ange. de maleſi. in d. gloſ. Hæc eſt quædam inquiſitio, poſt nume. 80.

5 Sed certe † quicquid ſit de iure communi, hæc omnia ceſſant ex conſuetudine præſentis temporis, nam etiam de iure ciuili hodie in quocunque caſu permiſſum eſt iudici procedere ex officio, & ſic per inquiſitionem. prout de hac generali conſuetudine atteſtatur Gandi. de maleſi. in titu. quomodo cognoſcatur de maleſic. per inquiſitionem, poſt nume. 6. verſicu. Sed hodie. ubi etiã ſubdit, quòd ita vidit communiter obſeruari, quem refert Bal. in l. ea quidem, poſt nume. 44. C. de accuſat. & Card. Alex. in c. de accuſatione, col. 15. poſt medium. ſecunda, q. octaua. Io. And. in add. Specu. tit. de inquiſit. § quando autem. in princip. ubi dicit, quòd iudices ſecularis fori de conſuetudine faciunt ſibi regulam inquirendi de quolibet maleficio. Io. Fabri. Inſti. de publ. iud. in princ. ubi dicit, quòd ita ſeruatur de facto. Guido de Suzar. de maleſi. in Rubr. qualiter fiat inquiſitio. Cuma. in d. conſil. 136. circa fi. quem refert Apoſtil. ad Ang. de maleſic. in d. glo. Hæc eſt quædam inquiſitio, ſub nume. 30. in verbo, ſpecialis, & Boſſ. in titu. de inquiſit. num. 8. Vital. de maleſi. in Rubr. de inquiſitionibus, num. 6. Blanc. de indi. nume. 5. Ita etiam practicari in regno Caſtellæ atteſtatur Ant. Gom. capit. 1. delictorum, numero 49. in fin. Et ſic hac conſuetudine attenta, facienda eſt concluſio in contrarium, quòd ſcilicet inquiſitionis remedium eſt ita ordinarium, prout eſt remediũ accuſationis. Et ita dixit And. de Piſis relatus per Bald. in l. prima, §. in initio, poſt nume. 7. uerſicu. Sed nunquid, ff. de offic præfec. urb. quod dictum quaſi omnes ſequuntur, ut dicit Anan. in d. c. qualiter & quando, §. licet autem, num. 9. Et ratio eſt, quia hodie de conſuetudine in quocunque crimine regulariter fiſcus efficitur accuſator, ut ait Prac. Millei fol. 3. numero 31. Et aduocati & ſyndici fiſcales aſſumunt partes accuſatoris, etiam ſi pars non querelet, ut quotidie uidemus in practica ſeruari. Quinimo in aliquibus locis remedium inquiſitionis factum eſt ordinarium, & remediũ accuſationis factũ eſt extraordinariũ, prout eſt in Regno Neapo. in quo nullus admittitur ad accuſandum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, ut dixi infra q. 14. verſicu. tertius eſt caſus, in fin. & in Francia, ubi (quod plus eſt) per ordinationes Regias prohibita eſt accuſatio, etiam ſi quis uelit ſuam aut ſuorum iniuriam proſequi, quantum ſcilicet ad vindictam publicam, ſed duntaxat permittitur pro ſuo intereſſe ciuili, & ſic in omnibus cauſis proceditur per ſolam viam inquiſitionis, vt atteſtatur Guliel. de Benedic. in ſecunda parte repe. c. Raynutius. fol. 95. num. 200. Prac. Millei fol. 17. nume. 53. & fol. 32. nume. 48. Pariter etiam in Flandria ex inolitis iam olim ſtylo & conſuetudine pars offenſa non poteſt concludere ad pœnam criminaliter, ſed tantùm fiſcus, ut atteſtatur Pract. Iodo. fol. 68. num. 13.

6 Hinc infertur, † quòd licet de iure loquendo, accuſatio & inquiſitio non poſſint ſimul cumulari, ut omnes concludunt, teſte Rom. in l. edita, poſt nu. 138. C. de eden. ſed accuſatio facit ceſſare inquiſitionẽ, ut ſup. dixi, nihilominus attenta hac generali conſuetudine, unũ ex iſtis duobus remedijs, accuſationis ſcilicet & inquiſitionis, non facit ceſſare aliud, ſed ambo ſimul concurrunt ſeu concurrere poſſunt in principio, medio, & fine totius iudicij criminalis. Et ideo, etiam ſi iudex procedat ex officio pro aliquo delicto, quandocunque ſuperuenit pars, quæ velit querelare, ſemper admittitur; & è conuerſo ſi pars ab initio querelat, non propterea ceſſat iudex ex officio accipere informationes, & examinare teſtes etiam non productos neque ſubminiſtratos à parte. Adeò quòd modus procedendi, qui hodiernis tẽporibus obſeruatur, eſt quidam modus, in quo poteſt concurrere mixtura ſeu cumulatio utriuſque remedij, ſcilicet ex officio & ad inſtantiam partis, & unum ab altero non impeditur, quinimo multoties concurrit denunciatio, inquiſitio, & accuſatio in eodem proceſſu, ut infra etiam dicemus. Et hic modus procedendi à conſuetudine introductus, conuenit opi. quam tenebat Nico. de Matarel. quòd ſcilicet accuſatione ſuperueniente procedatur ſuper utroque iudicio

dicio inquiſitionis & accuſationis, & ſuper vtroq; ſimul vnica tantùm ſentétia feratur, de qua opin. mentionem facit Aretin. licèt eam non ſequatur, in d.c.qualiter & quando, in principio, poſt nume.14. verſicu. Secunda fuit,referens Butr.ibi,poſt nume.13. dicentem, quod hæc opin. eſſet approbanda per Principes & Pontifices, quia ſecundum eam ceſſant omnia inconuenientia. Nam ſi compareat accuſator, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, non excludetur à proſequutione ſuę iniurię,pariter etiã procedente iudice ſuper inquiſitione, ceſſabit ſuſpicio colluſionis accuſatoris, & ſi ipſe colludet, non colludet iudex.

7 Et conſequenter † hodie ſuperflua eſt etiam illa practica, quam tradit Alexan. in Apoſtil.ad Bar.in d.l.ſecunda, §. ſi publico, poſt num.2.in verbo, modum inquiſitionis, ff. de adulter. quòd ſcilicet iudex omnino ſtatuat parti offenſæ terminum ad accuſandum,quo elapſo poterit deinde,vbi pars nõ accuſet, ex officio procedere, neque poterit poſtea pars, etiam ſi velit accuſare, impedire proceſſum ipſius iudicis inquirentis, quod etiam practicari in Regno Caſtellæ a peritis iudicibus atteſtatur Anton. Gomez capit. 1.delictorum, nume.17. Eſt enim de iure indubitatum, quòd poteſt ſtatui parti terminus ad accuſandum, & quòd vbi in eo termino non accuſauerit,non eſt poſtea audienda, ſecundum Bar. in l.Papinianus,§.1.nume.2.ff.de inoffic.teſtam.cuius opin.communiter tenetur, vt dicit Imola in c.tuæ, circa fi.de procurato. Et hanc practicam, quam tradit Alexan.ſequũtur communiter doctores, vt ait Blanc. in pract. crim.fol.6.nume.41. Sed certe hodie, quum ex dicta generali conſuetudine poſſit iudex in omni caſu inquirere, non eſt opus hac cautela, ex quo non poteſt timeri, ne per ſuperuenientiam accuſatoris inquiſitio impediatur. Et ita ſe aliquando obtinuiſſe in facto atteſtatur Alber. in d.l.ea qui dem,poſt nume.8.verſicu. Nunc aliquas. Et ideo licet forte de iure iudex, qui antequã formet inquiſitionem, non ſtatuit terminum iniuriato ad accuſandum, teneatur in ſyndicatu,hoc tamen in practica non ſeruatur, vt atteſtatur Amad. de ſyndicatu. poſt nume 32.quem refert Boſſ.in titu. de inquiſitione, nume. 68. & in titu. de citat. nume.41.

8 Cessat pariter † cautela, quam tradit Cepolla cautel. 25. ad differendum proceſſum inquiſitionis, quòd ſcilicet compareat offenſus, & petat ſibi ſtatuit terminum competentem ad accuſandum,quo termino durante iudex non poteſt ex officio procedere,& illam dicit eſſe notabilem Blanc. in loco proximè allegato, nume.43. ſubdens, quod doctores eam communiter ſequuntur. Ceſſat autem (vt dixi) quia quum ex ſupradicta conſuetudine introductum ſit, vt vnus modus procedendi alterum non impediat, non debet iudex expectando accuſatorem ab inquirendo & procedendo deſiſtere.

9 Svperflva etiam † redditur alia practica, quam ponit Barto. in l. inter accuſatorem, nume.8.de pub.iud.ad euitandum, ne accuſatio impediat inquiſitionem, quòd ſcilicet facta & producta accuſatione, iudex faciat ſibi dari licentiam ab accuſatore, quòd poſſit procedere, ſubdens hanc eſſe conſuetudinem Italiæ,quem refert Areti.in ca.licet, nume.20 de accuſa & Affli. in ſecunda parte conſtitur. Regni, Rubr. prima,poſt nume.28. relatus & ipſe per Carauitam ſuper ritu 21.magnæ Curiæ,poſt nume. 2. Hoc idem atteſtatur tenere omnes doctores Bald.in l ſi accuſatoribus, num.4. C. de accuſat. vbi etiam dicit, quòd cauti aſſeſſores faciunt ſcribi, quomodo pars dat eis licentiam expediendi proceſſum, &c. quem refert Anan in d.ca.licet, num.6. Sed certè ſtante prædicta conſuetudine, fruſtra peteret iudex licentiam à parte eius, quod ab ipſa conſuetudine ei conceditur. Et ita hodie iſtam practicam Barto. non obſeruari de ſtylo neque de conſuetudine atteſtatur Blanc.in d.practi.crim.fol 11 nume. 25. Poteſt enim iudex ipſe ad vindictam publicam ex officio proſequi iam cœptam accuſationem, vel etiam nouum proceſſum formare, & ita practicatur, ut dicit Ange. de malefic.in uerbo,comparuerunt,& negaderunt totum, nume.20. quem refert Boſſ.in titu de accuſat.nume. 14 Vide quæ dixi in hoc propoſito. infra quæſt. 45. verſicu. Facta autem, quæſt. 51.verſicu. Sed quid ſi accuſator, & quæſtio. 58.circa princip. Benè verum eſt, quòd vbi non uigeret talis conſuetudo, ſtandnm eſſet in meris terminis iuris communis, & haberent locum tradita per doctores in locis ſuperius allegatis.

ADDITIONES.

a Vt ait Diaz. reg. 336.] Vbi retulit Rip. in rub. de iudi. qui ibi poſt varias opin. quæ fuerunt in iſto articulo deſcriptæ, communem hanc dupliciter limitat.

b. Inter ſcribentes.] Adde, quòd fuit inter Dyn. & Cyn. ſed per ſtatuta terrarum iſta quæſtio eſt hodie ſopita, per quæ ex ſuperuenienti accuſatione non habebit ceſſare inquiſitio, ſed locus erit præuentioni, ut per pract. Papien. titu. inquiſitio glo. fama publica precedente, ſub num. 5. Iudices tamen practici obſeruant Bald. practicam relatam à Boſſ. d. titu. de inqui. nume. 19. & ab Authore.

Quæſt. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudici ante omnia conſtare debet de delicto. Et quomodo dicatur conſtare de delicto ad effectum procedendi, ibid.*

2 *Quomodo de delicto facti tranſeuntis, verſic. Scias tamen.*

3 *Quomodo de delicto facti, permanentis. verſi. Quando verò.*

4 *Quid ſi dubitatur, an delictum interuenerit, verſi.* Hac autem omnia.

DICTVM eſt, quibus modis criminaliter procedi poſſit.
1 Sciendum † eſt autem, quòd in omnem caſum nunquam debet iudex procedere ad ali-
a quem actum, niſi prius illi conſtet *a* delictum ipſum fuiſſe commiſſum. Et ita ſemper faciunt practici aſſeſſores, vt dicit Catus inter conſilia criminalia diuerſorum conſi. 99. poſt nume. 7. verſi. ſecundo etiam. lib. 1. Eſt enim vulgaris & trita conclnſio, quòd ante omnia debet iudici conſtare de delicto, quæ colligitur ex tex. in vulgata l.
b j. §. item illud, *b* ff. ad Syll. quem tex. ſciunt omnes, vt dicit Boſſ. in tit. de delicto, num. 2. licet reuera ille text. loquatur de tortura, vt ſcilicet reus non ſubijciatur torturæ, niſi prius conſtet delictum fuiſſe commiſſum. Et hoc adeo verum eſt, quòd etiam ſi reus confiteretur delictum aliquod commiſiſſe, non poteſt condemnari niſi de ipſo delicto aliter quàm ex eius confeſſione appareat, vt dixi infrà quæſt. 55. verſic. Poteſt etiam. Sed quia doctores in hac materia ſatis intricate loquuntur, debes ſcire quod aliter debet conſtare de delicto ad effectum torquendi ſeu condemnandi, de quo dixi in loco prææallegato, & quæſt. 64. verſicu. debet autem, & quæſt. 66. circa principium, & aliter quo ad effectum inquirendi ſeu procedendi, nam quo ad inquirendum, ſola querela vel denuntiatio ſufficit; quinimo habita querela ſeu denunciatione, tenetur iudex procedere & inquirere. Et ſi id non faciat, poterit puniri tam ex diſpoſitione iuris communis, quàm ex forma decretorum huius ducatus in nouis conſtitutionibus in titulo de accuſationibus, c. delatis. Et dicit Bald. in l. mancipia, nume. 1. C. de ſer. fugi. quòd vidit ſemel condemnari quendam iudicem, qui portauit ad cameram accuſationem ſibi delatam, & noluit ſuper ea procedere. Et illum refert Amad. de ſynd. nu. 72.

2 SCIAS tamen † aliqua eſſe delicta, in quibus iudex tenetur priuſquam inquirat contra delinquentem, inquirere de veritate delicti. Aliqua verò, in quibus non requiritur alia inueſtigatio ſuper veritate criminis, ſed immediate procedi poteſt contra delinquentem. Et ideo debes præſupponere, quòd quando delictum eſt tale, quod ſolo animo perficitur, vt hæreſis; vel etiam tale, quod licet facto committatur, eius tamen facti nulla ſolent remanere veſtigia, vt eſt adulterium, & alij coitus, qui ſine fractura committuntur, furtum pariter ſine fractura, percuſſiones, quæ fiunt alapa vel baculo ſine liuore, iniuriæ verbales, vel ſimilia, in iſtis criminibus non requiritur ad procedendum alia inueſtigatio delicti, ſed ſtatim porrecta querela, poteſt & debet iudex inquirere contra delinquentem, aſſumendo contra eum informationes. Et habitis indicijs, illum carcerari, vel citari facere, prout qualitas delicti requiret, aliàs infinita delicta impunita pertranſirent, quod nullo modo eſt dicendum. Et ſuper hoc in practica nulla ſolet fieri difficultas.

3 QVANDO verò † eſt delictum facti permanentis, cuius ſcilicet certa remanet veſtigia, puta homicidij ipſum cadauer, incendij locus combuſtus, & ſimilia, tunc etiam porrecta querela uel denunciatione, non dicitur legitime conſtare de delicto, niſi prius iudex ſeu curia corpus ipſum ſeu locum in cen-

incendij oculis ſubijciat. Et ita ſuperiorib. annis, quum fuiſſet accuſata quædam Antonia de Nouello, quod partum necaſſet, & ipsa aufugiſſet, ſenatus reſcripſit pretori Luini, ut antequam contra eam procederet, prius faceret cadauer infantis perquiri. Ego tamen quandoq; vidi per ſenatum aliquos imputatos de homicidio cogi ad præſtandam fideiuſſionem de ſe præſentando toties quoties &c. licet de cadauere non appareret, prout ſeruatum fuit in quibuſdam marchettis de loco Aronæ 12. Ian. 1555. & hoc, ne ſi poſtea cadauer repertum fuiſſet, illi poſſent fuga impuniti euadere. Vide etiam, quod ſenatus iuſſit procedi contra quoſdã de Lõginis, q. ſimul viſi fuerant cum eo, qui dicebatur interfectus, etiam quod cadauer repertum non fuiſſet, 10. Septembr. 1555. P. N. Statim igitur, quod ad iudicis notitiam peruenit, delictum fuiſſe commiſſum, puta hominem fuiſſe, interfectum, debet iudex ipſe accedere ad eius cadauer viſendum & inſpiciendum. Et hæc eſt communis practica, ut dicit Blãc. in prac. crim. fol. 3. nu. 6. uel ſecũdum alios mittere notarium, qui cadauer ipſum inſpiciat, & vulnera deſcribat. Et ita ſeruat conſuetudo, ut ait Nouel. in prac. crim. fol. 59. nu. 2. Prac. Iodo. c. 75. nu. 3. hanc etiam dicit eſſe communem practicam totius orbis Io. de Amicis conſi. 13 t. nume. 7. Ita etiam obſeruari dicit Boſſ. in loco præallegato numero 2. Et ita ſeruandũ eſſe reſcripſit ſenatus prætori Malei 14. Febr. 1551. P. N. Et debet recognoſci cadauer per teſtes, qui, dum interfectus in humanis eſſet, illum cognouerũt, ſi id fieri poteſt, ſi uerò, cuius eſſet, ignoratur, debet per veſtes & ſigna deſcribi, & particulariter annotari omnia vulnera. Et hoc modo dicetur cõſtare de delicto. Et ita docent omnes, ut ait Foller. in pract. crim. fol. 15. num. 4 licèt n. ignoretur nomen occiſi, dũmodo conſtet de corpore, ſatis dicetur conſtare de delicto, & proceditur etiam ad condemnationem. Et hoc oẽs ſciunt ut dicit Boſſ. in loco præallegato, nume. 33. Et dicit Bal. in l. quoties, §. ſi qs nomẽ, ff. de hęred. inſti. quod ipſe uidit de facto, quod fuit facta inquiſitio contra unum, q. occiderat quendã, cuius nomen ignorabatur, & fuit miſſus ad furcas. Et illum refert Marſi. in prac. crim. in princ. poſt nu. 17. vbi etiam refert Ang. in l. 1. §. interdũ, nu. 2 ff ſi pars hęred. pet. dicentem, quod ſiue ignoretur nomen delinquentis, ſiue nomen offenſi, ipſe uidit vtroq; caſu practicari, quod procedatur. Et quod eſt bona practica, ne ex eo, quod nomen ignoretur, delicta impunita remaneant. Vide quæ dixi infra q. 52. verſi. Vlterius etiam. Quinimò dicit Ang. in l. eũ q, §. ſi nupta, nu. 3. ff. de iniur. & in l. falſus, §. q. alienũ, nu. 3. per illũ tex. ff. de furtis, quod procedit inquiſitio contra furẽ, narrando, quod furatus eſt contra voluntatem domini, licet non ſit aliquis dominus nominatus. Et refert. quod ita fuit Peruſii obtentum in contradictorio iudicio cõtra quoſdam, qui fuerunt ſuſpenſi, ex eo quod furati fuerant quoſdã porcos domus ſapientiæ. Et illũ refert Ana. in c. q. cum fure, in ultimis uerbis. de furtis, quod eſt ſumme notandum, quia de facili qs reſponderet cõtrarium. Et aduertat notarius vel iudex, vt deſcribat ſeu deſcribi faciat omnia vulnera particulariter cum omnib. qualitatibus ſuis, & cũ quo genere armorũ illata uideantũ, & an punctim, vel cæſim &c. & in ſcriptis reducat mortalia pro mortalibus, & nõ mortalia pro nõ mortalibus, prout dicit obſeruare cõſuetudinem mundi Ang. in l. ſi in rixa, nu. 2. ff. de ſicar. hęc. n. quando que ſunt magnæ importantiæ ad cognoſcendũ à quo ſint illata vulnera, puta ex genere armorũ, quo apparet ex proceſſu quẽlibet ex vulneratibus ſeu admenantibus eo tẽpore armatũ fuiſſe, & ſimilia, propter ea, quæ dixi ſupra hoc eo. lib. § Homicidiũ, uerſi. Alia eſt etiã. Et relatio huius uiſitationis cõiter per totam Italiã appellatur, Viſum & repertũ, quia notarii per illa verba eas incipiunt in actis redigere, ut dicit Marſi. in prac. crimin prin. nu. 4. in fi. Et hęc, quæ dicta ſunt de homicidio, intelligẽda ſunt etiã de ſimilib. delictis, quorũ remanẽt ueſtigia, puta in incendio, ut uiſitetur locus incẽdii & reliquię cõbuſtionis; in furto, ut uideatur fractura facta in arca, hoſtio, uel pariete, in ſtupro illato puero, uel ui illatæ puellæ, vt inſpiciatur partes pudendæ per obſtetrices vel chirurgos, vel alius perſonas, ut quotidie fit. Et vbi tales perſonę referant cum iuramẽto ſe credere ſtuprum illatũ, uel puellã corruptam fuiſſe, ſatis dicetur conſtare de delicto, quo ad hoc ut contra delinquentem procedi poſſit.

4 Hæc Autem † omnia de plano procedunt, quando apparet in re ipſa delictum interueniſſe, puta quando in corpore inſpiciũtur vulnera uel ſigna uiolationis, vel ſimilia. Et hoc eſt quod innuit tex. in d. §. Item illud, ibi ſcelere interemptum &c. Sed quid ſi dubium ſit an ſcelere, au verò alia de cã?

Et poteſt poni exemplum in eo, qui repertus eſt mortuus in puteo, vt in caſu in quo conſuluit Dec. conſi. 438. poteſt enim eſſe, quòd quis ſeipſum præcipitauerit, & quòd ab alijs præcipitatus fuerit, & etiam quòd caſu ceciderit. Sic etiam in eo qui dicitur habere ſigna veneni, poteſt enim eſſe venenum in corpore generatum, & ab alijs propinatum,& etiam ex aeris corruptione contractum, vt eleganter in facti contingentia declarat Gramma.voto 31.num.21. Ego dico, quòd his caſibus iudex debet omnino inquirere, & informationes aſſumere, non quidem tanquam de maleficio, ſed vt ueritatem facti intelligat, ex qua deinde apparere poſſit, an ſit delictum, vel ne, adhibendo etiam, vbi opus ſit, iudicium medicorum, vel aliorum peritorum. Et vbi ex informationib. aſſumptis conſtet ſcelus non interueniſſe, ſilebit proceſſus, vbi verò reſultet aliquod indicium, poterit ad ulteriora procedere. Et hoc modo nihil ei poterit imputari. Et hanc practicam ſeruant cauti Iudices, & aſſeſſores. Et paucis ab hinc annis uidi duos proceſſus agitari contra duos nobiles in ciuitate Papiæ, quorum alter imputabatur uenenaſſe propriam uxorem, alter ſtrangulaſſe eius concubinam. Et certè poterat dici, quòd uix apparebat de delicto, & tamen fuit contra eos proceſſum, etiam re in ſenatu relata cum maxima ſeueritate. Scio etiam pleroſque uiros, quos pro certo fertur proprias uxores uenenaſſe, abſque ulla moleſtia per urbem ambulare, quia dictum fuit non conſtare de delicto. Sed iudices qui doloſe palliant huiuſmodi delicta, non euadent æterni iudicis cõdemnationẽ.

ADDITIONES.

a Conſtet.] Adde, ꝙ de delicto conſtare debet plene. Adeo ꝙ non ſufficeret probari delictũ per coniecturas, ut de omnibus tradit Craue.conſ.244 col.1.ſcias tamen, ꝙ in delictis occultis proceditur ex coniecturis, ſeu præſumptionib.& indicijs,& alijs leuioribus probationibus etiam ad condemnandum ut habetur, & plene per Oſaſc. deciſ. 72.ſub num.1.

b § Item illud.ff.ad S.C.Syll.] Adde, quòd Cra. ad id etiam allegat iſtum tex. & alios etiam alioſque pariter Doc.in conſ.287.col. 3.in prin.quem uide ea.col.in uer. quædam uerò,ubi declarat.

Quæſtio V.

SVMMARIVM

1 *Iudex conſtito de delicto, ſtatim debet delinquentem inquirere.*

2 *Et an regulariter per inquiſitionem procedi poſſit, verſ.Quæro in quibus.*

3 *Et an ſint aliqui caſus, in quibus etiam de iure communi per inquiſitionem procedi poſſit, verſ.Scias etiam.*

Aliquid precedere debere, ad hoc vt aperiatur via iudici ad inquirendum, ibid.

4 *Poteſt iudex ſtatim conſtito de delicto, generaliter contra delinquentem inquirere, verſicu. Poterit igitur.*

1 POSTQVAM igitur † iudici legitime conſtat delictum commiſſum fuiſſe, ſtatim debet ſuper ipſo delicto inquirere, vt quamprimum ſcire poſſit, quis delictum ipſum commiſerit. Qua in re maxime neceſſaria eſt celeritas & diligentia, ne forte propter moram, quæ à iudice interponatur, non modò delinquẽs ipſe fuga euadat, ſed etiam detur ſpacium eius fautoribus & amicis teſtes de negocio ipſo informatos ſubornandi, & à ueritatis depoſitione deterrendi, ut ſępe numero contingere uidemus. Sed hoc quidem loco, in quo de ipſa inquiſitione tractare incipimus, plura eſſent præmittenda, quę ad terminorum cognitionem pertinẽt, ſcilicet quid ſit inquiſitio, ac quotuplex,& huiuſmodi, quæ tamen quum in practica nunquam fere tractari contingat, conſulto omittere decreuimus, poterit enim ſtudioſus lector in locis ordinarijs ea omnia facile inuenire.

2 QVÆRO, in † quibus caſibus per inquiſitionem procedi poſſit? Reſpon. dixi ſupra quęſt 3.uerſi. Debes autem ſcire, quòd regulariter de iure ciuili non poteſt iudex per
a inquiſitionem contra aliquem procedere. a Nemo enim ſine accuſatore puniri debet, ut dicit glo.in l.ſecunda,§.ſi publico,in uerbo, ſine accuſatore, ff.de adulter, quam tenent communiter omnes, ut dicit Ang.ibi, num.2.Et hoc ſecundum ius commune nullam habet difficultatem. Cęterum de conſuetudine regulariter in omnibus caſibus poteſt iudex per uiam inquiſitionis procedere, ut dixi ſupra ea q.3.uerſi. Sed certe.

3 SCIAS etiam † de iure communi multos

tos

tos eſſe caſus, in quibus circunſcripta conſuetudine poteſt ex officio procedi, adeo vt de facili poſſet fieri regula in contrarium. Hos autem caſus inuenire poteris apud eos, qui de maleficijs ſcripſerunt ſub Rub. de inquiſi. pleroſque etiam recenſet Ang. de malefi. in uerbo, Hæc eſt quædã inquiſitio. Et ibi etiam Auguſt in additio. à num. 12. uſq; ad nume. 48. qui non modò ſunt communiter, approbati, ſed in eis nemo contradicit. ut atteſtatur idem Augu. ibi, poſt nume. 48. uer. Item aduerte. Tu per te illos uidere poteris; ſed aduerte ne erres, quia ad hoc ut iudex poſſit in aliquo caſu contra aliquem inquirere, & ex officio procedere, non ſufficit dicere, quòd ille eſt unus ex caſibus, in qbus eſt permiſſa inqſitio, neque q contra eum eſt aliquod indicium etiam proximum maleficio. Sed ſcias, q in quocunque caſu, in quo iudex ſiue de iure communi, ſiue ſtatutario, ſiue ex conſuetudine poteſt procedere ex officio, & ſic per uiam inquiſitionis, nunquam debet neque poteſtã ſeipſo procedere ad inquirendum, ſiue aſſumendas informationes uel indicia ſpecialiter contra aliquem, niſi aliqd præcedat, quod aperiat uiam inquiſitioni, ſcilicet uel diffama-
b tio, b vel querela partis, uel denuntiatio uel huiuſmodi, aliter proceſſus eſſet ipſo iure nullus, etiam ſi delictum fuiſſet deinde plenè probatum. Et memini ego, quòd fuit grauiter reprehenſus Prætor Vallis Sicidæ, qui proceſſerat contra quendam de inceſtu, q propriam filiam carnaliter cognouiſſet, nulla præcedente querela uel denunciatione, & ambo fuerunt abſoluti. 9. Nouemb. 1560. P.N. neque in hoc attenduntur notificationes factæ extra iudicialiter, neque illæ, quę fiunt incerto aut hore, & ſuppreſſo nõie notificantis, nã ſuper hmõdi notificationib. prohibitũ eſt procedi, ẽt ſi in eis eſſent nõiati teſtes de ipſo delicto informati. Et ſi ſuper eis fieret proceſſus, eſſet ipſo iure nullus. Et de hoc extat decretũ in nouis conſtitutionibus in titu. de accu. c. omnibus, §. nec ẽt. Et oẽs illi, contra quos fuit proceſſum ſup huiuſmodi notificationibus, uel denuntiationibus factis per perſonas incertas, fuerunt p ſenatum abſoluti, & in ſpecie de anno 1561. qdã Catherina Zanetta. P.N. & 20. Deceb. eiuſdem anni idem fuit reſcriptum Prætori Vallis Sicidæ. P.N. Et ex hac cã fuit proceſſatus commiſſarius Maſij, qui proceſſerat contra quoſdam ſuper huiuſmodi notificationibus ſecretis. 15. Septembris, 1561. P.N. Hoc aũt fuit à iure introductum ad refrenãdã malitiã & proteruitatẽ iudicum. Si enim daretur eis facultas procedendi ex abrupto contra oẽs ad ſui libitũ poſſent multos indebitè uexare, & ideo ſtatutũ eſt, ut prius aliquid præcedat, quod iudicẽ ad procedendum inducat, & quodammodo neceſſitate officij ſui impellat, puta fama, uel clamor, uel querela partis, vel denunciatio officialis, vel aliquid aliud ex his, quæ infra proximis quæſtionibus ſubijciemus.

4 Poterit igitur † iudex in prædictis caſibus enumeratis per doctores in locis pręallegatis, ex officio procedere, & ſpeciali-
c ter contra aliquem inquirere. c Bene verũ eſt, q abſque eo, quòd aliquid ſpecialiter præcedat contra aliquem, quotieſcunque iudici conſtat aliquod maleficium commiſſum fuiſſe, ſtatim poteſt inquirere generaliter ſuper ipſo maleficio, ut inueniat perſonam, quæ commiſit ipſum maleficium, & habito aliquo indicio contra aliquem, uocat deinde illum ad ſe defendendum. Et
d ita ſeruat totus mundus, d ut dicit Inn. in c. bonæ, el primo, nu. 5. de electio. ſubdens, q illud, quod longam interpretationẽ recepit ex iteratione factorũ, mutari nõ dẽt. Et hoc dictum Inno. refert Bal. in l. edita, in rep. Patauina, nu. 30. C. de edẽ. & in l. ea quidẽ, nu. 42. C. de accu. & Anan. in d. c. qualiter & qñ, el ij §. dẽt, nu. 9. & Card. Alex. in c. de accuſ. col. 14 verſ. Inquiſitio generalis, 2. q. 8. & alij, quos retuli infra quæſt. 50. verſi. Item quia, & ſeq. Practica igitur eſt, q ſi non ſit porrecta contra aliquem querela uel denunciatio, uel aliter aperta uia iudici ad ſpecialiter inquirendum, ſed tãtũ conſtet delictum fuiſſe cõmiſſum, iudex ſtatim ex officio inquirit generaliter, interrogãdo teſtes, quos putat de negocio informatos, in genere, an ſciant, quis delictum cõmiſerit, neminem nominãdo. Quando verò certus eſt delinquẽs, puta quia porrecta eſt contra aliquem querela vel denuntiatio, tũc iudex non inquirit generaliter, ſed ſpecialiter, interrogando teſtes quid ſciant de contentis in ipſa querela, uel denuntiatione, in qua ille ſpecialiter nominatur. Tunc autem illa inquiſitio generalis tranſit in ſpecialẽ, qñ teſtes, qui ſunt in genere interrogati, ſecundũ ea, quæ ſtatĩ dixi, noĩant ipſi in ſpecie delinquẽtem, nam eo caſu illa nomiatio aperit viã iudici ad ĩquirendũ ſpecialiter contra illũ nominatũ, i.

ad alias informationes cõtra eũ aſſumẽdas, nam ubicunque ex informationibus aſſumptis ſuper inquiſitionę generali, oritur aliquod indicium de crimine contra aliquem, illud indicium licet receptum ſit parte non citata, inducit tamen præſumptionem contra eum, quæ ſufficiens eſt ad inquirendum ſpecialiter contra ipſum, vt dicit Bartol. in d.l.2.§ ſi publico, nu.9. & eſt cõis concluſio, vt atteſtatur Aret. in ca. cũ oporteat, nu.44. in fi. de accuſatio. Quinimo ſi ex dictis huiuſmodi teſtiũ receptorum ſuper inquiſitione generali, reſultaret ſufficiens indicium contra aliquẽ, poſſet ille capi, uel citari abſq; alia ſpeciali inquiſitione. Et hoc eſt qđ uoluit dicere Inno. in loco præalle. Et licet ipſe loqui videatur in maleficio notorio, eſt tamen intelligenda eius doctrina in quocũque maleficio, de quo iudici legitime conſtet. Satis enim in hoc propoſito dici poteſt notoriũ, id de quo apparet ex actis, ut dixi inf. li.7.§ Notoriũ. Et hęc oĩa nota, q̃a ille locus Inn. eſt ab oĩbus bene intellectus.

ADDITIONES.

a Procedere.] Regulam, ꝙ Iudex ex officio ſuo ad priuatam vtilitatẽ ẽt in criminalibus procedere non poſſit niſi petatur, cũ ſeptem fallentijs, ui. per Soc. mihi reg. 248.

b Diffamatio.] Adde ut per Cra. con.238. col.4. uer. ſimiliter. etiam ſi uigore ſtatuti habeat poteſtas facultatẽ libere ingredi ibid. Odioſum eſt enim officiũ Inquiſitionis, & contra ius ciuilium regularum. ibid.

c Inquirere.] Aduerte ad vnũ, ꝙ inquiſitio iuris ordine nõ ſeruato corruit per Cra. qui alios allegat in cõ. 262. col. ſi ante n.6. Item ad aliud, ꝙ non licet iudici inquirere abſq; indicijs vt cunq; liberum obtineat arbitriũ inquirendi in criminalibus. ibi. Circa primũ adde, quód ſi ĩquiſitio fuerit nulliter formata, ꝙ poterit reus abſolui ab obſeruatione Iudicij, & noua formari inquiſitio, & accuſatio, per Mariã. in praxi iudi. in 6. & ultima parte prin. fol. mihi 241. ſub num.52. & per Marſ. in Praxi. §. ſecundum. nu.88.

d Et ita ſeruat totus mundus.] Sed pro practica uide quæ adnotaui infra quęſt. 89. ver. mandans homicidium.

Quæſt. VI.

SVMMARIVM.

1 *Diffamationem præcedere debere, ad hoc ut iudex per inquiſitionem procedere poſſit.*

2 *Quid in iudice ordinario, uer. Sed retenta.*

3 *Quid ſi iudex ex mero officio procedat. verſicu. Idem etiam.*

4 *Et an etiam ad aſſumendas informationes, ſuper ipſa fama, ver. Scias etiam.*

Quid in inquiſitione generali. ibid.

5 *Quid inquiſitione, quæ fit contra officiales ſyndicandos, uer. Cæterum quando.*

6 *Quid in crimine hæreſis, ver. Item ſcias.*

7 *Quid ſi formetur inquiſitio ex mandato principis, ver. Præterea ſcias.*

8 *Quid ſi non fuerit de hoc oppoſitum, verſ. Vlterius ſcias.*

An hæc concluſio de conſuetudine obſeruetur, verſi. Vltimo ſcias.

9 *Fama quomodo probetur, uer. Sed quoniam.*

10 *An per duos teſtes tantum, uer. Sciendum.*

11 *An debeant reddere ſufficientem cauſam ſcientiæ, verſ. Illud tamen.*

12 *An debeant dicere, quòd illud audiuerunt à maiori parte populi, uerſiculo Debent etiam.*

13 *An debeant dicere, quòd illud audiuerunt publicè dici, uer. Item requiritur.*

14 *An debeant nominare eos, à quibus audiuerunt, ver. Amplius etiam.*

15 *Quid ſi non fuerint ſuper hoc interrogati, uer. Sed quid ſi non.*

16 *An debeant ſcire, quid ſit fama, verſ. Poſtremo ſcias.*

16 *Fama an probetur per aſſertionem iudicis, verſic. Sed quæro. Remiſſiuè.*

18 *Fama an requiratur, ut ſæpe ad iudicis aures aſcendat, ver. Quæro nunc.*

19 *Et an ſola fama ſufficiat; an autem etiam requiratur, quòd præcedat clamoſa inſinuatio; ver. Item quæro.*

20 *Iudex quid facere debeat poſt aſſumptas informationes ſuper infamia, verſicu. Succeſſiuè quæro.*

21 *Et an repetenti danda ſit copia indiciorum ſuper fama aſſumptorum, verſicu. Sed quid ſi reus.*

DICTVM eſt ſupra quæſt. proxima poſſe iudicem procedere ex officio, ſiue inquirere ſpecialiter contra aliquẽ, dummodo aliquod præambulum legitimum pręcedat, quòd aperiat iudici uiam ad procedendũ contra eum. Inter
1 cætera aũt † præcedat contra aliquem diffa-
a matio, ut omnes fatentur poſſe iudicem procedere, & ſuper ipſo crimine contra eum informa-

informationes & indicia aſſumere. Talis.n. diffamatio ſuccedit loco accuſationis, ut tenent communiter cano. teſte Card. Alex. in d.c. de accuſat. col. 14. in fi. 2. quæſt. 8. quaſi videatur populus ipſe, illum ut reum criminis iudici deferre. Quinimo dici ſolet, ꝙ de iure communi, ad hoc ut poſſit procedi ex officio, ſiue per viam inquiſitionis, requiritur ꝙ præcedat diffamatio rei de crimine, pro quo iudex contra eum procedere intendit, ita colligi uidetur ex uerbis d. c. qualiter & quando. de accuſation. Et hoc etiã ſonant illa verba, quæ ſolent in inquiſitionibus apponi, *Fama publica præcedente*, &c. Et hæc eſt communis ſententia doctorum, ut atteſtatur Hieron. in Apoſtil. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Hæc eſt quædã inquiſitio, poſt nu. 68. uerſi. Secundo in quantum Nouell. in prac crim. fol. 63. poſt num. 17. Sed certè quicquid ſit de iure, totum contrarium docet practica, quæ communiter obſeruatur. Iudex enim conſtito de delicto aſſumit informationes in genere, vt dixi ſupra quæſt. proxima, verſi. Poterit igitur, & interrogat primò teſtes, quos putat eſſe de negocio informatos ſuper ueritate criminis, ſcilicet an ſciant quis maleficium illud commiſerit. Et ſi dicant ſe neſcire, tunc interrogat eos ſup diffamatione, neminem nominando, ſed in genere interrogando, contra quem illius delicti fama laboret, ut dixi infra uerſicu. Sed quoniam. Et ſi ex eorum dictis reſultet probatio famæ contra aliquem, tunc ſpecialiter contra eum inquirit, & ad ulteriora contra eum procedit, uel per citationem, uel ꝑ capturam, iuxta qualitatem indiciorum. Et ſic vides, ꝙ eodem contextu iudex aſſumit informationes ſuper ueritate criminis, & ſuper diffamatione, neq; ego unquam uidi fieri aliquem proceſſum, qui inciperet ab huiuſmodi diffamatione. Sed ſemper præcedit querela, uel denunciatio, uel aliter aperitur uia iudici ad inquirendum, iuxta modos, de quibus ſupra dictum eſt, & infra etiã dicemus.

2 Sed Retenta † communi concluſione, ꝙ ſcilicet ad hoc, vt iudex poſſit inquirere, requiratur, ꝙ diffamatio præcedat, ſcias, quòd Ang. in repe. l. ſi uacantia, C. de bo. uacan. videtur tenere, ꝙ in hoc facienda ſit differentia inter iudicem ordinarium & delegatum, ut ſcilicet iudex ordinarius poſſit abſque diffamatione inquirere, non autem delegatus. In hoc tamen Ang. communiter reprobatur, ut dicit Alcia. in c. 1. num. 34. de offi. ordi. Et hanc opi. contra Ang. dicit eſſe communem Card. Alex. in d.c. de accuſatione, col. 25. verſi. Tamen fortius. quem refert Foller. in prac. crim. fol. 86. num. 32. Et ideo (ſecundum doctores) modus procedendi eſt, ut iudex antequam procedat contra aliquem, aſſumat à ſe ipſo informationes ſuꝑ infamia rei de illo crimine, deinde comperto eum eſſe de ipſo delicto diffamatum, examinet teſtes contra eum ſuper ipſo maleficio. Et aduerte, quia de iure communi ſi iudex uellet procedere ſuper ueritate criminis, nõ facta prius inquiſitione de fama, poſſet reus appellare. Et ita dicunt communiter doctores, ut ait Card. Alexand. in d.c. de accuſatione, col. 25. circa medium. Contrarium tamen, ut dixi, communiter obſeruatur de conſuetudine.

3 Idem Etiam † Ang. in repet. d. l. ſi uacantia nu. 177. uidetur tenuiſſe, ꝙ hæc concluſio non procedat, ubi iudex non ad poſtulationem partis, ſed ex mero officio inquireret, nam eo caſu (ſecũdum eum) non requiritur, ꝙ præcedat diffamatio. Et dicit Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Hæc eſt q̃dam inquiſitio, num. 57. ꝙ aſſeſſores communiter hoc obſeruant. Sed certè in hoc cõtra eum proculdubio eſt magis communis opi. ut dicit Hier. in apoſtil. ad Ang. in loco prællegato, poſt nu. 68. verſ. Quarto in quantum, quem refert Gratus conſi. 57. num. 11. lib. 2. & Roland. conſi. 24. circa fi. lib. 1. Boſſ. in tit. de indicijs, nu. 75. in fi. Hippoly. Riminal. inter conſilia criminalia diuerſorum conſi. 105. nu. 27. lib. 1. Quæ etiam eſt rationi magis conſentanea, nam quando proceditur ex mero officio, tunc magis neceſſaria eſſe debet diffamatio, quæ ſuccedit loco accuſatoris, ut dicunt ſcribentes in d.c. qualiter & quando. Et dixi ſupra in princ. quæſt.

4 Scias Etiam, † ꝙ hæc concluſio, q̃ habet, requiri diffamationem priuſquam ſuꝑ delicto poſſit iudex ex officio inquirere, intelligẽda eſt, vt non procedat in inquiſitione, q̃ fit cõtra aliquẽ ſuper ipſa fama, nã iſta fieri põt modica diffamatione ꝑcedente. Ita dicit Inno. in c. licet, in ultimis uerbis. de accuſatio. quem ſequuntur cõmuniter doctores, ut ait Marian. in eo. c licet, nu. 19. Ideq; dicẽdũ eſt in inquiſitione, q̃ fit ad inueniendũ ipſum crimen, nã in ea pariter etiam non requiritur, quòd infamia præcedat. Et hoc dicit omnes fateri Berous in d.c. qualiter &

quando, num. 34. Et ita obſeruat practica, ut ſcilicet ad eam inquiſitionem, quæ fit ad inueniendum crimen, uel ad aſſumendas informationes ſuper fama, non ſolum modica diffamatio ſufficiat, ſed imo nulla diffamatio requiratur, intellige quando in genere inquiritur neminem nominando, ſed in ſpecie contra certam perſonam nunquam uidi practicari, ut nulla præcedente querela uel denuntiatione aſſumantur huiuſmodi informationes ſuper diffamatione, ut ſupra dixi.

Cæterum quando ſyndicatores procedunt contra officiales in ſyndicatu, utique formant contra eos inquiſitionem generalem, etiam nulla fama publica, uel clamoſa inſinuatione præcedente. Et hoc ualde de conſuetudine obſeruatur, ut dicit Ang. in repe. d. l. ſi uacantia, nu. 170. quem refert Marian. in Rub. de accuſa. num. 9. & in repe. d. c. qualiter & quando, poſt nume. 167. verſi. iij. quæro, & Marſil. in prac. crim. §. conſtante, poſt num. 20. Sed certe illa inquiſitio non fit ad puniendum, neque ex ea ſequi poteſt condemnatio, niſi ſecundum ea, quæ dixi infra quæſt. 50. uerſi. Scias etiã. Et ideo nihil intereſt, an diffamatio præcedat, vel non præcedat. Iudex enim, qui vult aliquem ſyndicare, ſicuti dupliciter ſe mouet ad procedendum contra ipſum, ita etiã duo remedia proponit, quorum primum eſt ad beneficium priuatorum, illos excitando per edictum, quod ſolet in principio ipſius ſydicatus publicari, quòd ſcilicet quicũque vult querelare &c. neque ſuper ipſo edicto iudex aliquid ulterius facit, niſi ad ipſarum partium querelam. Aliud remedium eſt ex officio, & ad hoc proponit iudex illum libellum, qui appellatur inquiſitio generalis, cuius forma traditur per Amadeum in ſuo tractatu ſyndicatus. Et ſuper hac inquirit iudex ex officio reuidendo libros & acta & condemnationes &c. Et ſi aliquid reperiat, in quo officialis deliquiſſe uideatur, uocat ipſum, & fit litis cõteſtatio, &c. ut dixi in d. uer. Scias etiam. Et ſic uides, quod utroq; caſu impertinẽs eſſet requirere, quòd aliqua diffamatio præcederet.

6 Item ſcias, † quòd prędicta concluſio non hẽt locum in crimine hæreſis, nã in eo propter delicti ipſius enormitatem, põt procedi abſque eo ꝙ præcedat diffamatio, ſed ſufficit ad inquirendum vehemens ſuſpicio, ita communiter tenetur, ut dicit Feli. in d. c. qualiter & quãdo. in principio, in ultimis uerbis. Credo tñ, ꝙ ultra ipſam ſuſpicionẽ adhuc requiratur querela uel denunciatio, prout in alijs criminibus, aliàs darentur nimis latæ habenæ inquiſitoribus, ſi poſſent ex ſuo capite contra oẽs inquirere, nulla notificatione uel querela uel diffamatione precedente, ſed ex ſola ſuſpicione tantũ, quod nullo modo eſt dicẽdũ. Erit tñ hoc ſpeciale in hæreſi, ꝙ licet in alijs criminibus de iure requirãtur legitima indicia ad formãdã inquiſitionem, vt dixi infra quæſt. 20. verſi. Ad formandam, in hoc crimine ſufficiat uehemens ſuſpicio. Vide quę dixi ſupra hoc eo. lib. §. Hæreſis, uer. Habet etiam.

7 Præterea ſcias, † ꝙ non habet locũ, qñ inquiſitio formatur de mandato aut cõſcientia principis, nam eo caſu non requiritur, ꝙ præcedat aliqua diffamatio, ita dixit Innoc. in d. c. cũ oporteat, poſt nu. 5. de accuſatio. & poſt eum Bald. in l. nullus, nu. 1. C. ad l. Iul. Maieſt. Aduerte tñ (ſecundum aliquos) quia iſta doctrina ſimpliciter intellecta fecit errare multos ignorantes, ut dicit Auguſt. ad An. de male. in uerbo, fama publica, poſt nu. 5. ſubdens ẽt, ꝙ audiuit ſæpe multos peritos & aduocatos in hoc erraſſe, ideo ſecundum eos intelligenda eſt, ut procedat, qñ tale mandatum emanauit motu proprio, ſecus ſi ad poſtul ationem partis, nã eo caſu adhuc debet præcedere diffamatio, ita tenet glo. in c. 2. in uerbo, fuerat de accuſat. in ſexto, quæ in hoc cõiter à ſcribentibus approbatur, ut dicit Marſil. in prac. cri. in d. § conſtante, poſt nu. 22 uer. Sed hãc tñ. Sed certè ex quo talis poſtulatio partis habet vim querelæ uel denuntiationis, ſicut preces, ſuper quibus impetratur reſcriptũ, habentur loco libelli in cauſis ciuilibus, ut dixi infra li proximo. Credo ego, quòd etiã ſine diffamatione poſſit utroque caſu Iudex inquirere, & informationes aſſumere. Et ita ſemper uidi ſeruari, quia (ut dixi) hęc practica diffamationis apud nos receſſit ab aula. Itẽ intellige, ut procedat, qñ princeps utitur uerbis aſſertiuis, ſecus aũt ſi utatur uerbis narratiuis, hoc enim caſu pariter eſt neceſſaria diffamatio. Et ita cõiter tenetur ut dicit Ana. in d. c. cum oporteat, nu. 2. Et in hoc non uidetur dubitandum.

8 Vlterius ſcias, † ꝙ ſi fuerit proceſſum non præcedente infamia, & hoc nõ fuerit oppoſitũ, ualet proceſſus. Et hæc eſt cõis opi. ut atteſtatur Aret. in c. qualiter & qñ, el

primo, col. tertia. de accuſatio. prout illum refert Foller. in pract.cri.cano.fol.102.verſi. Item poteſt opponi. Et ex hoc corruit illa op. Hoſtien. ꝙ ſi prius recepit fuerint teſtes ſuper ueritate criminis, quàm ſuper infamia licèt deinde probetur infamia, teſtes prius recepti ſuper ueritate criminis nõ probant crimen, ex quo non fuit ſeruata forma, ut ſcilicet prius conſtaret de infamia, quàm reciperentur teſtes ſuper crimine, quę quidem opinio per omnes reprehenditur, vt dicit Areti. in loco pręallegato, poſt num. 11. valet enim proceſſus, vt ſupra dictum eſt, licet omiſſa ſit inquiſitio famæ, ſi pars non opponat. Effectus autem eſt maximus, nam quando huiuſmodi præpoſteratio ordinis reddit proceſſum ipſo iure nullum, poteſt opponi in quacunque parte iudicij, ubi uerò non annullat proceſſum niſi parte opponente, tunc non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, ut dixi infra li. 7. § Exceptio. Et aduerte, quia doctores in hac materia loquentes, & dicentes, ꝙ omnino fama debet præcedere inquiſitionem, intelligendi ſunt de inquiſitione, quæ fit aſſumendo informationes ſuper delicto contra aliquem, contra quem nulla ſit querela uel denunciatio, non autem de inquiſitionis libello, qui tranſmittitur reo qñ citatur, ut in iudicio compareat: nam quum id non fiat niſi præcedente proceſſu informatiuo legitime formato, proculdubio non requiritur in ſpecie, quod fama præcedat ad inquiſitionem reo tranſmittendã, ſed ſufficit etiam aliud indicium, prout etiam obſeruari atteſtatur Boſſ. in tit. de inquiſit. num. 27. Et in hoc multi etiam docti uiri æquiuocando decepti ſunt, quũ tamen nemo deberet eſſe ita ineptus, ut crederet tot partes ſenſiſſe, quòd ſi adeſſent duo uel plures teſtes, qui de viſu maleficij depoſuiſſent tempore uiſitationis cadaueris (vt plerunque contingit) non poſſet contra reum tranſmitti inquiſitionis libellus, niſi fama præcederet, quod eſſet omnino ab ſurdiſſimum.

9 Sed quoniã plerunq; contingit, delicta occulte committi, quo caſu difficile & quandoque ẽt impoſſibile eſt inuenire teſtes, qui de ueritate criminis deponant, quod ſępe euenire ſolet ẽt in delictis palã commiſſis, ex quo non reperitur (de facili qui uelit in cã criminali cõtra aliquẽ ad offenſam deponere, cõſueuerũt iudices, ut dixi, ijs caſibus, poſtquã eis legitime cõſtat delictũ fuiſſe com miſſum, neque reperitur teſtis, qui de veritate criminis deponat, interrogare teſtes ſuper fama, ut intelligãt quis ſit de ipſo crimine diffamatus. Et vbi ex ipſis informationibus aſſumptis ſuper infamia, reſultet ſuſpicio contra aliquem, procedunt ad vlteriora, contra eum ſuper ipſo crimine inquirendo. Videamus igitur, quomodo talis fama contra aliquem probetur. *b* b

10 Sciendum eſt autem, quòd poteſt fama probari etiam per duos teſtes tantum, ita vř ſenſiſſe glo. in l. tertia, §. eiuſdem, in verbo confirmata, ff de proba. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Alber. in d. l. ea quidem, nu. 24. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Sal. in d l. ea quidem in ſexta charta, ver. Venio ad ſeptimam, prout illum refert Dec. conſ. 272. nu. 4. Sed certe Salic. in eo loco, qui eſt nu. 82. loquitur de probatione notorij, & in eo propoſito atteſtatur de cõi opi. vt ego fideliter retuli infra quęſt. nona, uerſi. Quæro nunc. Eſt tamen tenenda hæc concluſio in qua, vt dixi, omnes concordant, ꝙ ſcilicet duo teſtes ſufficiant ad famam probandam, quum in ore duorum • vel trium ſtet omne verbum.*

11 Illud tamen in primis ſciendum eſt, quòd huiuſmodi teſtes deponentes ſuper fama debẽt reddere ſufficientẽ cauſam ſciẽ- c tiæ, *c* alias non probant, ita dicit Bart. in l. de minore, §. plurimũ, poſt nume. 19. ff. de quęſt. Et in hoc oẽs cõcordant, vt dicit Cor. in d. con. 232. in littera D, li. 2 & con. 216. in littera H, li. 3. Hanc ẽt dicit eſſe communem • opi. Simancas de hæret. c. 63. num. 16 debet enim teſtis deponere de his, quæ ſenſu corporis pcipiũtur, ut dixi ſupra li. 2. §. Teſtis.

12 Debent etiam dicere, ꝙ illud audiuerunt à maiori parte populi, alias non probant, ita dixit gl. præallegata, in d. §. eiuſdẽ, & ſequitur Bar. in d §. plurimum, nu. 19. Et ita concludere uidentur doctores omnes, vt ait Marſil. in eo. § plurimum, nu. 46. Et ex hoc infert Bar. in d. §. plurimum, num. 22. ꝙ non ſufficit, quòd teſtes deponentes ſuper fama dicant quòd audientur illud publicè dici, poteſt enim eſſe, quòd audiuerint illud dici in loco publico, ſed tamen à paucis, uel etiam ab uno tantum; ſed opus eſt, quòd dicant, quòd illud audierunt à maiori parte populi. Et ita communiter teneri affirmat Imola in l. heredes palã. in prĩnc. uu. 1. ff. de teſt. quem refert Alex. conſi. 212. nu. 5. lib. 2. & conſi. 20. poſt num. 9. lib. 4. &

conſil.2.nu.16.lib.7.& conſil. 35. num.6.eo. vol.Cor. conſil.84.in littera G,lib.1.& conſi. 68.in littera B. lib. 2. & conſ.198. in littera G, eod.uol & conſi.232.in littera D,eod. vol. & conſi.216. in littera H,lib.3.& conſil. 304. in littera. L,eo.vol. vbi dicit, quòd ita aliàs obtinuit contra d. Benedictum Caprã in cauſa eius propria, & ſæpius uidit in iudicijs hoc pro ſatis claro reputari. Car.Ale. in c.cùm in tua circa fi.de ſponſal. Dec. in c. 1.num.53.de appel.& conſi.133.num.4.in fi. & conſi.210 poſt nu.9. uerſi Secundo dato. Cur.ſen.conſi. 82. poſt nu.9. Crauetta conſi.41 nu.5.& conſi. 262.poſt num.5.Hanc ẽt concluſionem dicit eſſe communem Alex. conſi.123.nu.3.lib.7.Soci.conſ.54.num.27. lib 4.Dec. conſi.37.poſt num.10. verſi. Tertius teſtis. Bertrand.conſi.74.num.10 lib.8. Soci Iun.conſi 69.num.24 lib 1 Gram.conſi.crim.26 poſt nu.14.Sed certè hęc opi.Bar. eſt multum aſpera, & ſi teneretur in practica,vix reperiretur ex mille teſtibus vnus,qui rectè ſuper fama publica deponeret. Et ideo Bal.in c litteras,nume.2.de pręſumptio.tenuit totum oppoſitum, quòd ſcilicet teſtis,qui dicit ſe audiuiſſe aliquid publicè dici, probat famam, quia intelligitur publice, id eſt publica uoce à populo.Et hæc ſecundum cũ eſt aptior expoſitio, & ſecundum communem intellectum loquentium. Et hæc opin. Bal.in practica ſeruatur, & contra Bar.eſt cõmunis obſeruantia, ut atteſtatur Caſſador. deciſ.tertia.maximè num.7.de probatio. Et poſt eum ita ſeruari in curia Romana atteſtatur Pariſ conſil. 52.in fin. lib. 3. Hieron. Mont. in tractatu de finib. fol. 50. nume. 4. Ferret.conſ.168.poſt nume.19.quam quidẽ obſeruantiã Romanæ curiæ in materia probationem omnes aliæ curiæ deberẽt imitari. Apud nos etiam indiſtinctè ſeruatur opin. Bal. contra Bar & ille aduocatus, qui vellet ſuper hoc inſiſtere, reputaretur cauilloſus,& proculdubio ſuccumberet. Quinimò hanc opi.contra Bar. eſſe communem, & in iudicando ſequendum atteſtatur Calcan.cõſil.8.nume.11.Et dicit Alexand. ſibi contrarius conſil.102. nume.17 lib.7.videri, quod magis communiter damnetur illa opi. Bar.

13 ITEM requiritur † quòd dicant ſe audiuiſſe id publice dici, licet enim deponant quòd illud audiuerunt a maiori parte populi,ſi tamen illud ſecretò, non publice audiuiſſent, non diceretur probata fama ſecundum Theoricam Bar. quam dicit eſſe communem Imola in loco prææallegato, prout illum refert Corn.conſi.221.in littera C.in fi. lib.3.Sed certe iudicio meo Bar.in d.§.plurimum, nume. 20. dicit totum oppoſitum, & Imola iam ſupra fuit per me fideliter relatus in uerſ Debet etiam.

14 AMPLIVS etiam debent teſtes deponentes ſuper fama,ſi fuerint interrogati,nominare eos,à quibus audiuerunt id, de quo deponunt eſſe publicam vocem & famam,

d aliàs non probant, *d* Ita dixit Bart. in d.§. plurimum, nume. 23. & ante eum Innoc.in d.c qualiter & quando,num.1 quem ſequũtur communiter doctores ubique, vt atteſtatur Alex conſil.100.poſt nume.4.verſi.Sextus teſtis.lib.1.Et dicit Areti.in d.c cum oporteat,poſt num.58.verſi. Communiter tamen, quòd hæc eſt magis communis opinio quæ etiam ſeruatur in practica.

15 SED quid† ſi non ſunt ſuper hoc interrogati? Reſpond. quòd adhuc debent nominare eos,à quibus audiuerunt, vt poſſit iudex perpendere ex eorum qualitate, quanta ſit illis fides adhibenda. Et ita ſeruari atteſtatur Io. Andr.in d.c.cum oporteat. prout illum refert Marſil. in d § plurimum, nu.50. & conſi. 76.nume. 22. & Gram.conſil. crim. 42. nume.19. & voto 34 nume.14.quamuis ego in libro meo non reperiam Io. And. id atteſtantem. Sed certe communis practica eſt,quòd interrogentur. Et adhuc ſi non eſſent interrogati, crederẽ quòd in criminalibus non probarent, niſi nominarent eos, à quibus audiuerunt. Debet enim fama habere originem à perſonis honeſtis & fide degois,

e *e* non autem à maleuolis vel improbis,vt omnes fatentur; quod intellige,niſi agatur de re turpi, nam eo caſu non eſſet contemnenda fama, quæ eorum haberet à turpibus perſonis, puta ſi agatur de re commiſſa in lupanari, poterit oriri fama à meretricibus & lenonibus, non autem à doctoribus uel equitibus, qui non ſolent ibi conuerſari, ſic etiam ſi agatur de chartis uel taxilis falſis, poterit fama ortum habere à luſoribus & batris, & non erit,ut dixi, per iudicem contemnenda.

16 POSTREMO,ſcias,†quòd huiuſmodi teſtes ſuper fama deponentes, debent ſcire qd ſit fama, & ſi interrogentur quid ſit fama & reſpondeant ſe neſcire,nihil probant Et hęc eſt communis opinio, vt dicit Marſil.in d.§. plurimum, nume. 104. & ſeq Et ex prædictis poteſt conijcere, quàm ſit difficilis pro-

ba-

batio famæ, adeò vt vix ſufficerent ad eam rectè probandã teſtes, qui eſſent iuriſperiti.

17 SED quæro † nunquid fama probetur per aſſertionem iudicis? Dixi infra quæſt. 31. in verſi Fama publica.

18 QVÆRO nunc † nunquid ad hoc vt ſuper fama poſſit formari inquiſitio, requiratur quòd fama ſæpe aſcendat ad aures iudicis? Reſpond. quòd ſic de iure loquendo. Et eſt communis opinio, vt atteſtatur Areti. in d. cap qualiter & quando, nume. 75. & ſeq. ſed (vt ſæpius dixi) practica hæc non obſeruat, quia hodie (ſaltẽ apud nos) non inchoãtur proceſſus ſuper diffamatione, niſi aliud concurrat, quod aperiat viam iudici ad procedendum.

19 ITEM quæro, † nunquid ſola fama ſufficiat, ad hoc vt poſſit formari inquiſitio? Reſpond quòd non, ſed de iure requiritur etiã clamoſa inſinuatio, quæ ipſam famam ad aures iudicis ſæpius detulerit, ita colligitur ex tex in d. c. qualiter & quando. ex quo videntur ſumpta illa verba, quæ communiter in inquiſitionibus apponi ſolent, *Et clamoſa inſinuatione ſubſequente, non tantum ſemel, ſed ſæpe & ſæpius* &c. Quoties autem requiratur, quòd clamor & infamia peruenerint ad iudicem, ad hoc vt poſſit ex officio contra aliquem inquirere, non eſt à iure determinatum. Et ideo dic, quòd eſt arbitrarium iudici, & ita tenent communiter doctores, vt ait Marian. in d. c. qualiter & quando, nu. 119. Hæc tamen omnia intelligo, vt procedant quando inquiſitio fit cõtra prælatum, nam eo caſu non ſufficit ſimplex fama, ſed requiritur, quòd ſit talis, quæ non poſſit ſine ſcandalo vel periculo tolerari. Secus autem quando inquiſitio fit contra ſubditum, tunc enim ſufficit quòd fama præcedat, etiã quòd non ſit ſcandaloſa neque periculoſa, Et ita tenent communiter doctores, vt dicit Car. Alex. in d. c. de accuſatione, col. 28. in fi.

20 SVCCESSIVE quæro † quid facere debeat iudex poſt aſſumptas informationes ſuper infamia? Reſpond. debet vocare ad ſe eum, contra quem intendit procedere, & ei dicere: Ego intendo inquirere contra te ſuper tali crimine, ſuper quo es diffamatus. Et vbi ipſe confiteatur crimen & infamiam, poterit eum punire, vbi verò neget, poterit ad vlteriora procedere, ita dicit glo. in d. c. qualiter & quando. in glo. prima. Sed certe hæc practica communiter de conſuetudine non ſeruatur, imò ſeruatur oppoſitum, quia primo fit inquiſitio, & poſtea ſuper ea inquiſitus interrogatur & examinatur, vt dicit Angel. in repe. d. l ſi vacantia, nume. 197. quem refert Angel. Areti. de malefic. in d. verbo, hæc eſt quædam inquiſitio. & Cardi. Alexand. in d. ca. de accuſatione, col. 36. circa med. licet ipſe Angel. Areti. dicat, quòd illa doctrina Angel procedit, quando iudex contra abſentem inquirit. Sed ſi reus eſt præſens, & in fortia officialis, tunc (ſecundum eum) ſemper iudex eum interrogat cum tortura. & ſi non, in camera pluries, vt videat bene ſuper quo poſſit formare inquiſitionem, & poſt eius interrogationem format inquiſitionem, de quo tamen ego dixi infra q. 45. Marian. autem in repe d. c. qualiter & quando, poſt nu. 212. verſic. Lxx. quæro, dicit & ipſe quòd illa practica, quam ponit glo. prællegata, communiter non ſeruatur, ſed communiter citatur inquiſitus, vt compareat ad ſe defendendum, & ſubijcit formam ipſius citationis. Ego verò ſupra in princ. quæſt. dixi, ꝙ tota hæc practica diffamationis hodie non ſeruatur, niſi quando alia indicia haberi nón poſſunt, propterea ſi caſus contingeret, debet iudex habita informatione ſuper infamia, ſi reus eſt præſens, illum interrogare, ſi verò eſt abſens, debet illum citare, iuxta ea, q̃ dixi infra quæſt. 31. & interea perquirere fortiora indicia ſuper ipſo crimine. Indicium enim famæ ſolũ licet ſufficiat ad inquirendum, ut dixi ſupra in princ. quæſt. non tamen ſufficit ad torturam, ut dixi infra quæſt. 21. verſi. Fama ſola.

21 SED quid † ſi reus dicat iudici, ut priuſquam ad ulteriora procedat, det ei copiam indiciorum, quæ ſuper diffamatione aſſumpſit? Reſpon. Ang in d. repe l. ſi uacantia, nu. 89 dicit, ꝙ cauti aduocati hoc petũt, ut poſſint impugnare teſtes diffamantes, & ut uideant, ſi fama eſt probata, nam ſi aduocatus poterit uidere famam non eſſe probatã, uel teſtes eſſe ſuſpectos, obtinebit i cauſa. Et dicit hoc uidiſſe fieri & peti in ciuitate Aretij, quod q̃dem ꝓculdubio eſſet ualde utile ipſi reo, ꝓſertim quũ probatio famæ ſit multum difficilis, ut potuiſti uidere ſupra uer. Illud tamen, & ſeq. Sed certe mirum eſt, quòd doctores adeò uarie loquãtur in hoc propoſito. Si ſecundũ magis communem opin. creditur iudici aſſerenti famã eſſe cõtra aliquẽ, nec tenetur aliter de ea parti fidẽ facere, ut dixi in d. quæ. 31. uer. Fama publica, non uideo ego, quomodo ſit danda eius copia * reo

petenti,

petenti, præſertim quum ex conſuetudine generali iudex poſſit etiam non præcedente infamia inquirere, ut ſupra dixi. Et ideo dicit Ang. in loco præallegato, quòd hodie Peruſij hoc non ſeruant de conſuetudine, ex quo ibi ſecundum formam ſtatutorum poteſt de omni crimine inquiri. Dic ergo, q̄ quum ex generali conſuetudine non ſeruetur, ut prius aſſumantur indicia ſuper fama, deinde ſuper crimine, ſed omnia eodem contextu recipiantur, Iudex circa copiam diffamationis dandam uel denegandam reo inquiſito, debet obſeruare ea, quæ generaliter dicta ſunt de copia indiciorū infra q.49.

ADDITIONES.

a Diffamatio.] Adde, quæ dixi in quæſtione præcedenti uerſ. diffamatio. Et ad hanc quæſtionem adde, & uide per Duen. plenè etiam mihi reg. 298. Vbi habes plenam regulam cum duabus ampliationibus, ac decem & octo limitationibus.

b Probetur.] Sed & quæ requirātur in eius probatione. Blan. tract. de Indi. num. 131. & ſeq. omnino Ludoui. Catt. inter conſ. crimi. diuer. conſ. 90. nu. 34. cum ſeq. Item hic ſcias quod in caſibus, in quibus ſufficit probatio famæ, teſtes productos ad eius probationem, oportet eſſe omni exceptione maiores per Iaſ. in repet. l. admonendi, nume. 297. & Dec. in conſilio 105. col. 3 uerſ. 3. reſpondetur. Et hoc dictum reputat ſtupendū Craue. in cōſ. 249. nu. fin. ſed aduerte, quod defectus ille ſuppletur ex numero & qualitate aliorum teſtium. Craue. conſ. 73. nu. 27.

c Sufficientem cauſam.] Supple etiam non interrogati per Craue. d. conſ 249. col. fina. uerſi. Item ad probationem famæ. & conſi'. 260. col. 5. ad fin. verſ. tertio reſpondetur. Item debent deponere de cauſis ueriſimilibus ex quibus fama ortum habuit, aliàs non probant. Nam debet fama ſubnixa eſſe aliqua coniectura idonea non leui, & nuda, aliàs dicitur vana vox populi, quæ audienda non eſt, de omnibus per Craue. d. conſ. 260. ſub nu. 7. & in ſumma debet formiter probari, ut docet Lud. Cat. inter conſ. crimi. diuerſ. conſ. 99 à num. 34. uſq; ad nu. 38. Item quomodo & qualiter, & per quæ uerba probetur, habetur per Campeg. de teſtib. reg. 408. Rolan. conſilio 3. numero 48. cum pluribus ſeq. lib. 1. Et quibus caſibus fama plenè probet. Campeg. reg. 405. & quibus non regul. 406. & ſcias, quòd quando ortum habuit à parte, in cuius fauorem tendit, nihil operatur. Natt. conſil. 473. numero 17. Et quando duæ famæ contrariæ ſunt probatæ poſterior elidit priorem; & ſi eodem tempore concurrant, ſtatur illi famæ, quæ proceſſit ex ueriſimillioribus probationibus, p̄ Natt. conſilio 473. numero 20. & 21. Item fauore rei bona fama præualet malæ. Boſſ. tract. crim. titu. de fauo. defen. numero 13. Item quando probantur duæ famæ contrariæ ſtatur teſtibus deponentibus de bona fama. Craue. in conſ. 275. numero 12. Item ſi ſit probata fama affirmatiua in Caſtro ubi delictum eſt commiſſum, & negatiua in Ciuitate, tunc ſi qualitates teſtium, & cauſæ, ex quibus fama proceſſit ſunt ęquales, tales probationes ſibi inuicem derogant, adeò ut neutri fides adhibenda ſit; ſed ſi eſſent inęquales illis ſtabitur, in quibus concurrunt meliores & ualidiores cauſæ, & meliores teſtes, per Foler. in pract. crim. §. dentur capitula. num. 34.

d Aliàs non probant.] Adde nouiſſimè, & plenè per Oſaſc. deciſ. 79. ſub nume. 53. qui nu. ſeq. poſt relatos tenet: quòd teſtes deponentes de bona famà in genere non tollunt infamiam reſultantem ex ſpecialibus delictis.

e A perſonis honeſtis, & fide dignis.] Adde ut per Craue. in conſ. 249 col. fin. verſ. Item in caſibus. vbi etiam illa qualitas debet articulari, atq; probari, quod not.

* Adde, quomodo intelligatur, quando dicitur, quòd non datur copia, per Afflict. deciſ. 391.

Quæſtio VII.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationem aperire viam iudici ad inquirendum.*

2 *Denunciare quis poſſit, verſi. Quæro igitur, & verſi. Dixi ſupra, & ſeq.*

3 *Dictum denunciantis an ſufficiat ad inquirendum, verſi. Habes igitur.*

4 *Officiales quomodo conſtituantur ad denunciandum delicta, uerſi. Scias autem.*

5 *Et an poſſint denunciare etiam delicta non notoria, verſi. Scias etiam.*

6 *Et an teneantur denunciare etiam ea maleficia, quæ ſunt de iure impunita, verſicu. Sed quęro.*

7 *Denunciare, an cuicunque liceat, verſi. Dixi ſupra.*
8 *Monachus an poſſit denunciare, verſicu. Item quaro.*
9 *Laicus an poſſit denunciare clericũ de crimine, verſi. Quaro etiam.*
10 *Denunciationis forma qua ſit, verſicu. Quaro nunc.*
11 *Et an ſint ſeruanda ſolemnitates iuris, verſic. Vlterius quaro.*
12 *Denunciator, qui non probat contenta in denunciatione, an ſit in expenſis condemnandus, verſi. Sed nunquid.*

DICTVM eſt ſupra q quinta, uerſi. Scias etiam, multos eſſe caſus, in quibus poteſt iudex ex officio procedere, etiam ſi nulla partis accuſatio uel querela præcedat. Dictum que eſt etiam ſupra quæſt. proxima, diffamationem inter cætera operari, ut iudex contra diffamatum inquirere poſſit. Nunc ſcias alium etiam eſſe modum, per quẽ aperitur via iudici ad inquirendum, ſcilicet, ſi facta ſit denunciatio apud acta, quòd aliquis maleficium aliquod commiſerit. Et in hoc propoſito ego omitto ea omnia, quæ de iure canonico dicuntur de materia denunciationis de quibus dixi infra lib. 7. §. Denunciatio. Sed tantummodo loquor de illis denunciationibus, ſuper quibus ſolet criminaliter procedi. Et in hoc debes aduertere, q̃a licet aliqui dicant. ꝙ iſte modus procedendi per denunciationem eſt modus ordinarius procedendi, ſicut alii, & Boſſ. in ti. de denunciat. nume. 1. affirmet, ꝙ ita dicunt omnes doctores, nihilominus re uera modus procedendi per denunciationem nõ eſt modus
1 ſeparatus ab inquiſitione, † nam denunciatio nihil aliud operaẽ, niſi ꝙ ſuccedit loco diffamationis uel querelæ, & ſic aperit uiam iudici ad inquirendum ex officio cõtra aliquem, quod alias de iure non poſſet, nõ præcedente querela uel diffamatione, ut ſæpe ſupra dictum eſt, adeò ꝙ ita dicitur procedere iudex ex officio, quando præcedit ſola denunciatio, ſicut quãdo procedit ſola diffamatio. Et ideo facta denunciatione iudex ſuper ea aſſumit informationes & indicia, & eis aſſumptis, format libellum ſiue inquiſitionem, in qua narrat, quomodo propter denunciam datam per talem officialem intendit ex officio procedere, contra &c. Et ita communiter ſeruatur in practica, teſte prac. Papien. in forma inquiſitionis. in uerbo. Hæc eſt quædam inquiſitio, poſt num. 38. Et ita etiam quotidie eſſe in vſu atteſtatur Boſſ. in loco præallegato, nume. 2. Quæ omnia intelligo tam in denunciatione, quæ fit ex neceſſitate officii, quàm in ea, quæ fit ab alio non exercente officium, ut ſtatim dicam.

2 QVÆRO Igitur † pro intelligentia terminorum, quis poſſit denunciare? Reſpon. Bart. in l. diuus, numero 7. ff de cuſto. reorum, dicit ꝙ qui prohibetur accuſare eſt ẽt prohibitus denunciare. Sed hæc opi. Bar. cõmuniter in practica non ſeruatur, nam iſti officiales, qui conſtituuntur ad denunciandum, vt plurimùm ſunt perſonæ pauperes & viles, & quandoque etiam infames, & tamen admittuntur, & ſuper eorum denunciis proceditur ad inquiſitionem. Et ita cõmuniter obſeruari atteſtatur Ang. de malefi. in glo. nec non & ad denunciationẽ, nu. 4. quem refert Card. Alexan. in d. c. de accuſatione, col. 65. in fi. uerſi. Secundo quæro; ſecunda quæſtione octaua, & Marian. in d. repe. c. qualiter & quando, nume. 81. & Prac. Conradi, fol. 236. num. 9. Et reuera ridiculum eſſet in practica, ſi quis uellet aliquam exceptionem proponere cõtra perſonas huiuſmodi antianorum ſiue conſulum, q̃ delicta denunciant. Tu igitur dic, ꝙ aut agitur de delicto, ſuper quo ex forma ſtatutorum vel conſuetudinis non poteſt procedi, niſi ad inſtantiam partis. Et tunc recte procedit opi. Bart. ut qui nõ poteſt accuſare ſeu querelare, non poſſit etiam denũciare, aliàs fieret fraus legi, ſi ille, qui non poſſet accuſare, admitteretur ad denunciandum. Faciunt q̃ dixi infra quæſt. 10. verſi. Scias autem. Aut verò agitur de delicto, ꝑ quo poteſt iudex procedere ex officio, & ſic per uiam inquiſitionis, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine, & tunc quilibet admittitur ad denunciandum, & ita procedat allegata conſuetudo. Et hoc ſiue iſte denunciet motu proprio, ſiue ex neceſſitate officii, quicquid diſtinguat Ang. in loco præallegato, cuius opi. in practica non ſeruatur, & meritò, Publicæ. n. intereſt delicta ad magiſtratuum notitiam quomodocunque peruenire, ne impunita remaneant, & talis denunciatio modici eſt momenti, quia quum nihil aliud operetur, niſi ꝙ aperit viam iudici ad inquirendum, non poteſt ſuper ipſa denunciatione iudex, contra aliquem procedere ad citationem

neque

neque ad capturam, niſi prius habitis cõtra eum legitimis indicijs ſiue informationibus, ut inferius dicemus.

3 Habes Igitur,† ꝙ dictum denunciantis maleficium ſufficit ad inquirendum. Et hanc dicit eſſe communem concluſionem Boſſ. in tit. de denunciatione, poſt numerum 2. quam tamẽ intellige vt procedat, quo ad inquirendum, ideſt ad recipiendum indicia ſiue informationes contra eum, qui pro reo nominatur in denunciatione, ut ſtatim dixi. Si uerò intelligamus ad inquirendum, ideſt ad tranſmittendam inquiſitionem contra eum, qui de ipſo delicto imputatur, tunc eſt diſtinguendum, nam aut talis denunciatio fit per ipſam partem offenſam, & non ſufficit, etiam ſi ipſe denuncians ex vulnere moriatur, & in ipſa denunciatione uſque ad mortem perſeueret, licet in hoc vltimo conſuetudo contrarium obſeruet, ut dixi infra quæſt. 21. verſ. Aſſertio vulnerati. Aut fit per tertiam perſonam priuatam, & pariter non ſufficit, qa ipſe uidetur in tali denunciatione fungi uice accuſatoris. Et ideo ſuper eius denunciatione, etiam iurata, nõ poteſt vllum fieri fundamentum, etiam ſi deponat de viſu. Et in hoc nullus eſt q dubitet. Aut verò fit per ſyndicum ſiue officialem deputatum authoritate publica ad huiuſmodi denunciationes faciendas. Et tunc aut ipſe teſtificatur cum iuramento uera eſſe ea, quę denunciat, & reddit cauſam ſcientiæ, & eo caſu facit fidem, prout al us teſtis, qui ſuper ipſo delicto deponeret. Et poteſt ſuper eius dicto formari inquiſitio, aut uero nõ deponit ipſe ſuper delicto, ſed dicit alios eſſe informatos, & tunc eius dictum nihil operat̃, niſi quia (ut dixi) aperit viam iudici ad inqrendum, & non poteſt ſuper eo procedi, niſi legitima adſint indicia. Et ita obſeruat cõmunis practica. Bene uerum eſt, ꝙ ſi huiuſmodi denunciator fuiſſet deputatus non modo ad denunciandum, ſed etiam ad cuſtodiendum, puta agros uel paſſus, vel ad capiendum, puta fraudantes gabellas, uel deferentes arma, uel ſimilia, tunc ei daretur plena fides nõ modò ad inquiſitionem formandam, ſed etiam ad condemnandum, niſi denunciatus probaret ſuam innocentiam. Et hoc propter iuramentum, quod tales officiales pręſtant in principio officij ſui. Et ita de conſuetudine obſeruatur, ut dicit Gandi. in tit. quomodo in malefi. cog per denunciat. poſt nume. 4. quem refert Auguſt. ad Ang. de malefi. in uerbo, necnon & ad denunciationem, poſt num. 6. Sed hoc intellige ut procedat in cauſis ſeu delictis leuibus, Cæterùm in cauſis grauibus, & in quibus ingeritur pœna corporalis, non credo quòd talis denũciator haberetur pro integro teſte, ſunt enim ut plurimùm uiles perſonæ & infames, ſcilicet Beruarij uel ſimiles, quos Mediolani Borlandettos appellamus. Et ideo non putarem eis tanquam omni exceptione maioribus, plenam fidem adhibendam, niſi aliæ circunſtantiæ iudicis animum mouerent.

4 Scias Autem, ꝙ † antiquis temporibus magiſtratus deputabant officiales, qui eis delicta denunciarent, hodie uerò conſtituũtur ſyndici per parrochias ſiue caſtra, qui ſunt tanquam officiales conſtituti ad denũciandum delicta. Et ita hodie communiter ſeruatur per Italiam, ut dicit Marian. in d. c. qualiter & quando, num. 30.

5 Scias Etiam, ꝙ † de iure huiuſmodi officiales (ſecundum aliquos) non poſſunt denunciare niſi delicta notoria. Et ita tenent communiter cano. ut dicit Card. Alex. in d. c. de accuſatione, col. 67. ver. Quæro, an maleficia, ſecunda quæſt. octaua ita etiam communiter teneri atteſtatur Marian. in d. cap. qualiter & quando, poſt nu. 179. Sed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de cõſuetudine, nam tales ſyndici non modò poſſunt denunciare etiam delicta occulta & non notoria, imo ex neceſſitate eorum officij tenentur ea denunciare, ſub pœna in ſtatutis ciuitatum uel locorũ expreſſa. Et hoc etiam admittit ſtylus curiarum eccleſiaſticarum, ut atteſtatur Diaz in prac. crim. cano. c. 6. quem refert Prac. Conradi, fol. 235. num. 5. in fi. niſi forte delictum eſſet ita occultum, ꝙ ſyndicus illud non denuncians excuſari poſſet. Et ita Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt. 82 dicit ſæpe obtinuiſſe, ſuper quo in pręſentia nihil determino. Bene uerum eſt, ꝙ ſenatus de facili excuſat huiuſmodi conſules ſiue antianos, propter non factas denunciationes, ubi non poteſt in eis argui dolus uel lata culpa, puta ſi fuerit aliquis percuſſus in agris remotis à domibus, & percuſſus rem ipſam conſuli non notificauit, prout cõtigit in loco Caſaleri Laudenſis, & fuerunt homines ipſius loci abſoluti, 12. Auguſti 1546. P. N. & in alijs etiam pleriſque caſibus ſimilibus ita ſemper uidi per ſenatum iudicari.

Sed

6 Sed quæro, † nunquid tales ſyndici tenentur denunciare & ea maleficia, quę ſunt de iure impunita, puta ſi ſit occiſus bannitus, qui ex forma ſtatuti poſſit impune offendi, uel huiuſmodi? Reſpond. quòd ſic, nã ad ipſos non pertinet iudicare, an delictum ſit punibile, uel ne, ita tenent Bar. in l. ſi quis in * graui, §. ſi meritus, ff. ad Syll. & eſt communis opi. ut dicit Auguſti. poſt Ang. de maleſi. in uerbo, nec non & ad denunciationem, nume 7. Et ita in practica obſeruatur. Quinimo ex conſuetudine tenentur denunciare quaſcunque offenſiones & mortes uiolentas, etiam ſi caſu contigiſſe dicantur, puta ſi quis in flumine ſubmergatur, uel è tecto decidat, plerunque enim hęc & ſimilia doloſe commiſſa, ſolent caſu imputari; propterea bonum eſt, ut ad notitiam iudicum perueniant, ad effectum ut rei ueritas detegi poſſit, prout ego in facto multoties uidi.

7 Dixi ſupra, † quòd non modò officiales ad hoc deputati, ſed etiam alij admittuntur ad denunciandum, quę res licet forte de iure communi aliquam debeat difficultatem, tamen de conſuetudine paſſim ſeruatur, ꝙ quilibet accedit ad iudicem, & denunciat iniuriam ſibi uel alteri factam, & iudices de facili procedunt, ut atteſtat Alber. in d. l. ea quidem, num. 9. ſumptis tamen prius debitis indicijs. Et eſt bona practica, ne aliquo modo delicta impunita pertranſeant.

8 Item quęro, † nunquid monachus poſſit denunciare? Reſpond. in forma iudicij non poteſt denunciare niſi proprium Abbatem, extraiudicialiter autem & ad pœnitentiam poteſt denunciare quemcunque. Et hęc eſt * communis opinio, ut dicit Abb. in c. ex parte, nu. 6. de accuſatio. ſed hoc rarò contingit in practica.

9 Quæro etiam, † nunquid laicus admittatur ad denunciandum clericum de crimine? Reſpond. quòd regulariter non admittuntur laici de denunciando clericos, prout neque ad accuſandum, ut dixi infra quę. 14. uer. Propter reuerentiam. Eſt tamen ſpeciale in laico, parochiano, ut poſſit præ- * latum ſuum denunciare. Et eſt communis opinio, ut atteſtatur Aret. in c. illa, nume. 7. de accuſatio. Plurimum enim intereſt etiã laicorum habere bonos prælatos.

10 Quæro nunc, † quæ ſit forma huiuſmodi denunciationis? Reſpond. Syndicus ſeu officialis ad hoc deputatus notificat iudici apud acta, die tali commiſſum fuiſſe tale maleficium à Titio, & eſſe de eo informatos Petrum & Ioannem &c. Et ita uſus obſeruat, ut dicit Angel. de maleſi. in loco præallegatu, num. 20 quem refert Prac. Cõradi, fol. 236. nu. 11. Et hoc ſufficit, neque tenetur denunciator ulterius aliquid facere, ſed relinquit iudici faciendum, cuius partes ſunt ſtatim inquirere de delicto contra nominatum pro delinquente in denunciatione, examinando teſtes in ipſa denunciatione nominatos, & etiam alios, à quibus ueritas haberi poſſit. Et ideo licet de iure denunciator teneatur probare uera eſſe ea, quæ in ſua denunciatione continentur, ut eſt text. in d. l. diuus. & in l. ab accuſatione, §. nunciatores, ff. ad Turpill. tamen cõis uſus & practica hoc non admittit, ut dicit Ang. in loco præallegato. Salic. in d. l. ea quidem, num. 23. Marian. in d. c. qualiter & quando, num. 179. in fi. Card. Alex. in d. c. de accuſatione, col. 68. uerſ. Quęro an iſti. Sed ſufficit (ut dixi) quòd in cedula denunciationis inſcribi faciant nomina teſtium, qui dicuntur eſſe de contentis in denuncia informati. Hæc autem omnia intellige, ut procedant, quando ad notitiam ipſius denunciantis peruenit nomen delinquentis & teſtium. Si uerò eſt ei occultum, ſufficit quòd dicat nomina eorũ, à quibus illud intellexit. Et tunc iudex facit citari partem offenſam, ut habeat indicia, & plerunque etiam mandat ipſimet denuncianti, ut melius ſe informet, & termino bidui uel tridui ueniat de omnibus informatus, & curiæ referat.

11 Vlterius quæro, † nunquid in huiuſmodi denunciationibus ſeruandæ ſunt ſolemnitates iuris? Reſpon. Lucas de Penna in Rubr. de delator. col. ſecunda, uerſi Item dicunt aliqui, lib. 10. dicit, quòd etiam denunciator tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis, ſubdens, quòd ita hodie de conſuetudine obſeruatur, prout illum refert Carauita ſuper ritu 68. magnæ curiæ, nu. 12. quum tamen reuera loquatur in delatore, prout eum fideliter refert Gramm. ſuper conſt. Regni, fol. 61. num. 15. Sed Ang. in d. l. ea quidẽ, num. 3. dicit ꝙ imò denuncians non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis, ſed in alijs ſolemnitatibus, quæ requirunt in libello accuſatorio, ſcilicet expreſſio criminis perſonarum, loci, & temporis, tenet, quòd idem ſeruandum ſit in denunciatione, quod in accuſa-

cuſatione, ſubdens, quòd ita etiam uidetur obſeruari de conſuetudine per totum mundum. Et ita illum refert & ſequitur Aug. ad Ang. de maleſi in loco præallegato, poſt nu. 12. ubi etiam ſubdit, quòd licèt denunciator non teneatur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, debet tamen ipſa denuncia, quam uult dare iudici, eſſe in ſcriptis. Et dicit quòd ita uolunt doctores. Et idem in effectu dicit Boſſ. in tit. de denunciat. nu. 14. & ita etiam quotidie uidemus obſeruari, quia tales ſyndici nunquam ſe ſubſcribunt ad pœnam talionis, ſed tantummodo deferunt in ſcriptis ſuam denunciationem iuxta formam, de qua ſupra dictum eſt, aut ipſimet narrant eam notario, qui ipſis dictantibus illam redigit in actis.

12 SED nunquid † ſi reus abſoluatur, denunciator ratione calumniæ erit in expenſis cõdemnãdus? Reſpon. quòd ſic, ita dixit Cyn. in l. ſeueriter, ĩ ultimis uerbis, C. de excuſa. tutorum. Et ita tenent communiter doctores, ut atteſtatur Alber. in l. ſancimus, num. 6. in fi. C de iudi. quem refert Gratus conſi. 97 nu. 2. lib. 1. Et ita fuiſſe de facto terminatum in ciuitate Regij, atteſtantur nonnulli, quos refert Catal. de ſyndica quæſt 182. Et dicit Guido Papæ deciſ. 269. Denunciator, num. 1. quòd in curia Delphi, denunciãs aliquem nominatim pro aliquo delicto, ſi ille ſit abſolutus, condemnatur in expenſis, ſi uerò denunciat delictum in genere, non tenetur, niſi deinde ſubminiſtrauerit probationes contra aliquem, uel inſtigauerit iudicem ad eum condemnandum. Subdens, ꝙ ita etiam uidit ſuis temporibus ſæpe iudicari. Sed certe quicquid ſit de iure, hodie de conſuetudine iſti ſyndici non puniuntur propter calumniam, nam ex quo denunciãt ex neceſſitate eorum officij, ceſſat omnis præſumptio calumniæ. Et ita de facto ſeruari atteſtatur Alber. in d. l. ea quidẽ, nu. 9. in fi. & Amad. de ſyndi. num. 85. Quod tamen ego intelligo ut procedat, quantum ad hoc ut excuſentur à præſumpta calumnia, quæ ſcilicet oritur ex eo ipſo, quòd delictum nõ probatur, ut dixi infra quæſt. 62. uerſi. Dixi ſupra. Sed ſi appareret de uera calumnia, tũc procederet communis opinio, ut deberet in expenſis condemnari, & forte etiam grauius puniri iudicis arbitrio, iuxta ea quæ dixi infra q 81. uerſi. Sed quæro, ubi uerò eſſet aliquis denunciator, qui non ex neceſſitate officij, ſed ſponte accederet ad denunciandum, crederem de eo iudicandum eſſe, prout de accuſatore, & ideo ratione calumniæ illum eſſe condemnandum, ut de accuſatore dictum eſt in locis præallegatis.

Quæſtio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Deprehenſionem rei in flagranti crimine aperire uiam iudici ad inquirendum.*

2 *Et an faciat plenam probationem, verſ. Scias tamen.*

3 *An reo deprehenſo in flagranti crimine dandus ſit terminus defenſionis, & copia iudiciorum, verſ. Sed nunquid.*

4 *An requiratur ſententia, verſicu. Quæro, an quando.*

5 *Quid ſi iudex oculis proprijs uideat maleficium commiſſi, verſ. Sed pone.*

ALIIS etiam modis aperitur
iudici uia ad inquirendum,
nulla querela aut denuncia-
1 tione præcedente, puta † ſi de
linquens ſit in flagranti crimi
ne repertus, tunc enim non modò iudex po-
teſt contra eum inquirere, ſed etiam proce-
dere uſque ad ſententiam, iuris ordine non
ſeruato.

2 SCIAS tamen, † quòd deprehenſio in crimine non facit plenam probationem, ſed tantummodo operatur, ut reus poſſit torqueri, & ita communiter tenetur, ut ait Alber. in l. defenſores, nume. 2. C. de deſen. ciuit. Et ideo debet iudex bene aduertere, ne ſtatim procedat ad executionem contra eum, qui ad prætorium ducitur tanquam deprehenſus in flagranti crimine, niſi aliter etiam conſtet tale delictum ab eo cõmiſſum fuiſſe. Solent itaque cauti iudices tales homines, qui ad eos conducuntur tanquam deprehenſi in flagranti crimine, examinare, & ubi fateantur, exequi pœnam cõtra ipſos, ubi uerò negent, ſtatim abſque aliquo proceſſu ducere ad torturam, ut eos cogãt ad delictũ cõfitendũ. Et hac practica utũtur aſſeſſores, vt dicit Ang. in l. interdũ, § qui furẽ, nu. 8. de furtis. Et ſcias, ꝙ licet talis po-

ſtea reperiatur innocens, non propterea iudex, qui illum torſit, tenebitur in ſyndicatu, quia illa inciuilis ductio ipſum ita ductũ in illud periculum poſuit, ut dicit tex. in d. §. qui furem, & notat Ang. ibi, ſubdit tamẽ, Vtere hac tortura uelut homo diſcretus, ſecundum cauſam, qualitatem, & conditionẽ perſonæ, ne aliàs vt iudex peruerſus recipias punitionem. Hæc autem intellige, ut procedant in grauibus delictis, pro quibus etiam pœna grauis imponitur. Cæterùm in leuibus delictis poteſt iudex aliquem repertum in flagranti crimine ponere ad catenam, uel berlinam, vt uulgò dicitur, abſque aliquo proceſſu, & ita ſeruari ex conſuetudine terrarum atteſtatur Ang. in d l. ea quidem, nu. 1. in fi. ſubdens ab huiuſmodi conſuetudine non eſſe recedendum. Et illum refert Pariſ. Put. de ſyndicatu, fol. 287 num. 8. Et ita ſe practicaſſe atteſtatur Bar. in l. leuia, num. 12. ff. de accuſa. Dicit etiam Ange. in l. ictus fuſtium, nu. 2 ff. de his qui not. infa. quod uidemus hodie ſeruari, quòd inuenti ad furandum vuas per officiales rectorum, abſque interlocutoria, aut diffinitiua, ducuntur cum vuis ad collum per ciuitatem. Et eodem modo inuenti cum armis de facto ducuntur ad palatium, & compelluntur ad ſoluendam pœnam antequam recedant. Idem dicit Cagnol. in l. unica, in princ. nu. 98. ff. ſi quis iuſdi. non obtemp. Adde tamen, dummodo ille deprehenſus ſit perſona uilis, ſecus autem ſi eſſet perſona nobilis uel honeſta, talis enim non eſſet puniendus pœna infami. Bene uidi aliquando etiam nobiles deprehenſos cũ armis, ſiue proceſſu plecti ictibus funis publice, & nõ eſt iudicio meo mala practica, q̃uis Pariſ. Put. de ſyndi. fol. 339 c. 2 poſt num. 2. aliter ſentiat, dicens, quòd tortura eſt maxima pœna &c. & ego ſæpe uidi illam obſeruari, licet q̃nq; ex eo iudicib. male euenerit.

3 Sed nunquid † reo capto in flagranti crimine debet dari terminus defenſionis, aut copia indiciorum? Reſpond. Bal. in l. ut uim, nume. 2. ff. de iuſti. & iure. tenuit, quòd non debet ei dari copia proceſſus, neque ſtatui aliquis terminus ad ſe defendendum. Et dicit Foller. in prac. crim. fol 197. col prima, in fi. quòd illud dictum Baldi, quotidie practicatur, prout ẽt fuiſſe dicit practicatum Neapoli in illis nobilibus, qui fuerunt reperti cum ſcalis ad domum cuiuſdam nobilis mulieris, refert Grammat. ſuper conſtitut. Regni, fol. 58. num. 15. & deciſ. 36. Ego, ſi reus confiteretur delictum, vtique tranſirem cũ hac ſententia, ſed ſi negaret, putarem illam eſſe ualde periculoſã Et ideo conſulo iudicibus ut caute procedant in huiuſmodi caſibus, neque exequantur pœnas capitales nõ datis defenſionibus, niſi ſit reus præter talẽ deprehenſionem etiam per teſtes idoneos de ipſo delicto manifeſte conuictus, uel confeſſus. Bene verum eſt, quòd vbi eſſet periculum maioris ſcandali, puta quia delictũ eſſet atrox, & populus magnis clamoribus poſtularet eius ſupplicium non differri, uel quia eſſet concitata ſeditio, nec poſſet de facili ſedari, niſi aliquis, qui eſſet deprehenſus concitare populũ, ſtatim ſuſpenderetur, tũc crederem poſſe iudicem excuſari, qui illud faceret. Licet enim dici ſoleat, quod uanæ voces populi non ſunt exaudiendæ, illud tamen intelligendum eſt, quo ad hoc ut innocens condemnetur, ut contigit Saluat. noſtro *Chriſto Ieſu*, vel vt nocens abſoluatur. Sed bene quãdoq; exaudiuntur, ut pęna nocenti acceleretur, & non differatur, donec principi reſcribatur. Et hæc eſt communis reſolutio, ut dicit Salic. in l. decurionum. in fi. C. de pęnis. Et ita ſe vidiſſe de facto Florentiæ atteſtatur Catald. de ſyndic. q. 212.

4 Quæro, an † q̃n reus eſt deprehenſus in flagranti crimine, requiratur ſententia? Reſpon. gl. in l ictus fuſtium, in gl. prima, in primis uerbis, ff. de his qui not. infamia, uidetur ſentire, quòd non, ſed quòd poteſt ei infligi pęna abſque ſententia, & illam dicit
* eſſe communiter approbatam Boſs. in titu. de denunciat. nume. 10. Practica tamen obſeruat, quòd Collaterales nunquam faciunt exequutionem alicuius pęnæ, niſi ſententia præcedat; poſſent tamen his caſibus omitti ſolemnitates requiſitæ in ſententiæ prolatione, & ſufficeret ſimplex ordinatio à iudice ſubſcripta.

5 Sed pone, quòd † iudex oculis proprijs videat aliquem aliquod maleficium committere, nunquid poterit illum condemnare? Reſpon. quòd non, niſi aliter probetur, & ita tenent doctores, ut dicit Alber. in prima parte ſtatutorum, quæſt. 53. Licet enim lex multum de iudice confidat, vult tamen
a quòd ſecundum acta & probata a iuſtitia miniſtret, aliàs poſſet iudex aliquẽ ſuſpẽdi facere, & dicere, ꝗ ipſe uidit aliq̃d maleficiũ ab eo cõmitti, ꝗ eſſet ĩtolerãdũ. uide q̃ dixi ĩfra q. 66. ver. Scias aũt. Et licet aliq dixerint ꝗ poterit iudex eo caſu illum torquere, tũ

hoc

in hoc etiam cōtrarium tenet per doctores, ut dicit Prac. Caier. fol. 108. num. 144. Bene ex eo ꝙ iudex uideat aliquem delinquere, poterit abſq; alia querela aut denunciatione ſtatim ſuper eo informationes aſsumere, & contra eum procedere; & ſic iſte erit unus ex caſibus, in quibus aperitur uia iudici ad inquirendum abſq; ulla querela, de nunciatione, uel diffamatione præcedente. Et adde, ꝙ etiam hoc caſu danda eſt reo copia proceſsus, & terminus defenſionis, prout reſcripſit ſenatus in cauſa cuiuſdam M. Antonij Cribelli, qui coram prætore & fiſcali blaſphemauerat, 6. April. 1559. P. N.

ADDITIO.

a Secundum acta, & probata.] Et regulam, quod iudex omiſſa conſcientia ſecundum acta, & probata pronuntiare debeat, vide p Diaz. mihi reg. 377. poſt Feli. in c. paſtoralis, §. quia uerò. de offi. dele. nu. 23. qui uſq; ad fin. d. §. ſeptem adnotat limitationes, quas vide.

Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

1 *Notorietatem delicti aperire viam iudici ad inquirendum.*

Et quod dicatur delictum notorium, ibid.

2 *An requiratur, quòd ſint etiam notoria qualitates ipſius facti, ver. Sed aduerte.*

3 *An in proceſſu, qui fit ſuper notorio, requiratur citatio, uerſi. Quæro nunquid.*

4 *An requiratur probatio ipſius notorij, verſicu. Item quæro.*

5 *Per quot teſtes probetur notorium, uerſic. Quæro nunc.*

6 *An in crimine notorio danda ſit reo copia indiciorum, & terminus defenſionis, uerſi. Quæro etiam.*

7 *An in notorijs requiratur ſententia, uerſicu. Præterea quæro.*

8 *An in notorijs admittatur appellatio, verſicu. Vlterius quæro, Remiſſiuè.*

SED Quid dicendum in crimine notorio? Reſpon. ꝙ notorietas † delicti non modò aperit a iudici viam ad inquirendum, ſed etiam facit ut poſſit vſque ad executionem procedere iuris ordine non ſeruato. Vt autem ſcias, quid dicatur notorium, uidenda ſunt quæ dixi infra lib. 7. § Notorium. Nam ut dicit glo. unica, in c. manifeſta, ſecunda quęſt. prima, quotidie de notorio loquimur, & quid ſit notorium, ignoramus. In hoc tamen propoſito dic, ꝙ illud dicitur crimen notorium, quod aliqua tergiuerſatione celari non poteſt; ut illud, quod ſit corā populo uel maiori parte populi. Et ita dicūt doctores, ut ait Cyn. in d. l. ea quidem, col. 2. uerſi. Quia ergo. Et ſic vides, ꝙ non modo illud, quod eſt facti permanentis, ſed etiam illud, quod eſt facti momentanei, poteſt tranſire in notorium, licet aliqui contrarium dixerint. Et hæc eſt
* communis opin. ut dicit Tort. inter conſi. Ant. de But. conſi ultimo, poſt num. 27. uer. Ex prædictis ergo. Apoſtil. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Etiam per modum notorij, ſub numero 1.

2 SED aduerte, † quia in hoc propoſito nō ſufficit factum ipſum eſſe notorium, puta ꝙ Seius interfecerit Caium, niſi etiam ſint notoriæ qualitates ipſius facti, ſcilicet quòd nulla defenſio aut excuſatio cōpetat Seio, quominus puniendus ſit pœna homicidij.
* Et hanc dicit eſſe communem omnium cōcluſionem Colleg. Flor. inter conſilia Curtij ſen. conſi. 21. num. 13. Tortus in d. conſi. ult. poſt num. 28. verſi. Nec obeſt tex. Poteſt enim eſſe, ꝙ homicidium fuerit ad ſui defenſionem commiſſum, vel quòd aliàs Caius impune occidi potuerit, uel huiuſmodi, de quibus dixi diffuſius ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium.

3 QVÆRO, Nunquid † in notorijs requiratur citatio? Reſpon. ꝙ ad ſententiam utique requiritur, & in hoc nullus dubitat, ut dicit Alber. in d. l. ea quidem, nume. 14. in
* fi. Hanc etiam dicit eſſe magis communem opin. Areti. conſil 163. num. 7. quem refert Boſſ. in tit. de denunciatione, nume. 9. in fi. & in titulo, Quomodo procedatur in crimine notorio, poſt num. 6. Quod tamen intellige iuxta ea, q̄ dixi infra quæſt. 31. uerſicu. Sed hic quæro. Sed ad aſſumēda indicia ſup ipſo delicto notorio non eſt reus citandus, quotieſcūque ex tali citatione reus inſtrueretur ad fugam. Et hanc dicit eſſe communem opi. Ferret. conſi. 31. nume. 11. Et licet Ant. de Butr. in c. cùm olim. de re iudi. dixerit eſſe ſpeciale in Papa, ut proceſſus per eū factus in notorijs abſq; citatione ualeat, nihilominus illud dictum communiter reprehendi-

henditur,ut dicit Barba.conſil.70.num.14.
lib.4. Dixi infra quæſt.31.circa princ. Bene
verum eſt, ꝙ ſi notorium eſſet, nullam de-
fenſionem competere, eo caſu (ſecundũ ali-
quos) poſſet procedi ſine citatione. Et hanc
opi. dicit eſſe cõem & uerã Colleg. Floren.
inter conſilia Curtij ſen. conſil. 21.num.15.
Tortus in d.conſi.vltimo, nu.30. Secus autẽ
quando certum eſſet defenſionem compete
re, vel eſſet dubium, ut ibi. Et hanc diſtin-
ctionem fieri per omnes atteſtatur Prac.Ca
rer.fol.28.uerſic. Et an quando. Ego uerò
indiſtinctè teneo, ꝙ in quocunque notorio,
ſi reus eſt abſens, debet citari non modò ad
proceſſum, ſi non ſit ſuſpicio fugæ, nam eo
caſu debet (ſi poteſt) perſonaliter capi, ſed
etiam ad ſententiam, vt ſupra dixi, non.n.
video,quomodo conſtare poſſit nullam de-
fenſionem aut excuſationem reo compete-
re, niſi eo monito & audito. Si verò ſit præ-
ſens,ſcilicet in carceribus detentus, crede-
rem, ꝙ poſſet procedere cõis opi. ꝙ vbi cer-
tum eſſet nullã defenſionem cõpetere, nul-
la citatio requireretur. Sed bene reus ipſe
verbo monendus & etiam audiendus eſſet,
ſi vellet aliquid ad ſui defenſionẽ deducere.

4 ITEM quæro† nunquid in notorijs req-
ratur probatio delicti? Reſpond. ꝙ non. Et
* eſt communis opi. ut dicit Alber. in d.l. ea
quidem, nu.18. Et ideo dicit Ang.in l.ictus
fuſtium.num.4.ff.de his qui not.infa. ꝙ mos
hodie inoleuit, ꝙ rectores immediate abſq;
aliquo proceſſu faciunt decapitari & ſuſpẽ-
di, & membra mutilari de facto,malefacto-
ribus notorijs, quibus,ut ipſe ait,ita pœnas
īponi ſubitò expedit reipub. Et licet Cyn.
in d.l.ea quidem,col.2.uerſi.Secũdò iuxta
hoc,teneat, ꝙ vbi negetur, debeat probari,
nihilominus ſecundum Alber. in loco pal-
legato,eius opi.nõ ſeruatur,nec approbatur
per doctores. Sed certe iudicio meo Alber.
non refert fideliter uerba Cyn. Et ideo pu-
to, ꝙ male illum reprehẽdat. Propterea ſci-
re debes, ꝙ magna eſt differẽtia, an dicatur
notorie conſtare de crimine, uel dicatur cõ
ſtare crimen eſſe notorium,iuxta ea quę di-
xit in d. §. Notorium, dico igitur ſic, quòd
aut quęris an ſit probanda notorietas ipſius
delicti, ſcilicet ipſum delictum, de quo agit
notorie, cõmiſſum fuiſſe. Et dic, quòd ſic.
Et ita loquitur Cyn. Et in hoc nemo con-
tradicit, neque ſufficeret, ꝙ notorie de eo
appareret. Poteſt enim eſſe,quòd uel per te
ſtes de uiſu, vel per confeſſionem ipſius rei,
ex quibus dicimus notorie conſtare de cri-
mine, probaretur delictum. Et tamẽ nullus
ſani capitis dicet delictum ita probatum poſ
ſe dici notorium,ad effectum ut ſuper eo tã
quam notorio, ex abrupto procedi poſſit.
Aut quęris,an ſit probandum ipſum crimẽ,
quod prætenditur eſſe notorium. Et adhuc
eſt diſtinguendum, nam aut quæris an de-
beat conſtare iudici ipſum crimen fuiſſe cõ-
miſſum, & tenendum eſt, ꝙ ſic, iuxta ea q.
dixi ſupra quæſt. 4. Aut quæris an debeat
vere probari, quòd crimen fuerit commiſ-
ſum ab eo,contra quem prætenditur eſſe no
torium. Et dic, quòd non. Et ideo licet non
adſint teſtes, qui deponant ſuper ſciẽtia de
licti, ſi tamen appareat de delicto, & adſint
teſtes idonei probantes concludenter, eſſe
notorium, ꝙ Titius illud crimen commiſit,
poterit Titius ex eo cõdemnari. Et ita pro-
cedat opin. Alber. & cõis; quæ tamen iudi-
cio meo eſt multum periculoſa. Et ideo re-
cte dicit Salic. in d.l. ea quidem, nu.93. Ca-
ueat iudex, ne aſſerat delictum notorium,
quum non ſit, multa enim dicuntur noto-
ria,quæ non ſunt;propterea cõſuluit iudici,
ut maiorem partem uicinæ examinet ſuper
delicti commiſſione,ne poſtea tempore de-
poſiti officij puniatur, ſi de notorio non do-
ceret. Debet igitur iudex ſuper tali notorio
* informationes aſſumere. Et hæc eſt cõmu-
nis opin. ut atteſtatur Afflic. ſuper ſecunda
parte cõſtitutionum Regni, Rubr. decima,
poſt nu.30. Et ſcias, ꝙ debet notorium con-
ſtare iudici,ut iudici, ex actis, ſecundum cõ
munem opi. ut dicit Prac. Cõradi, fol. 240.
in fi.& fol 241.num. 14. Et ideo non ſuffice
rent informationes ab ipſo iudice extraiu-
dicialiter aſſumptæ.

5 QVAERO nunc† per quot teſtes noto-
rium probetur? Reſpond. glo.in c.Deus om
nipotens, §. quando autem, in verbo Iudi-
cis,ſecunda quæſt.prima, dicit,quod proba-
tur per duos teſtes. Et ita ſe habet commu
* nis opi.ut atteſtatur Salic.in d.l.ea quidem,
nu. 82. vt in ore duorum vel trium eſſet om
ne verbum. Faciunt quæ dixi ſupra quæſt.
ſexta, uerſi. Sciendum eſt.

6 QVAERO etiam † nunquid in crimine
notorio dãda ſit reo copia indiciorum, aut
terminus defenſionis? Reſpond.quòd ſic. Et
* hanc dicit eſſe communem opinionem Ant.
Gomes.c.1.delictorum, poſt numerum 43.
referens id atteſtari Salic. in d. l.ea quidem
num.86 qui tamen in libro meo hoc ibi non

dicit. Tu ergo dic, quòd, Aut reus proponit aliquam exceptionem uel defenſionem ad excuſandum delictum, & dãda eſt ei defenſio Aut ipſe fatetur nullam excuſationem habere, & non eſt illi danda. Et hanc practicam ſeruat totus mundus, vt dicit Boſſ. in ti. de denunciatione, nu. 6. in fi.

7 Praeterea quęro, † nunquid in notorijs requiratur ſententia? Reſp. glo. in c. euidentia, in uerbo, non indiget clamore, de accuſatio. tenuit, quòd etiam ſuper notorio ferenda ſit ſententia. Et illam dicit eſſe communiter approbatam Marſil. in prac. crim. §. Aggredior, nu. 133. Prac. Conradi, fol. 238. poſt num. 4. Et licet aliqui tenuerint, q vbi crimen eſt ita notorium, q nullla poteſt tergiuerſatione celari, non requiratur ſententia declaratoria, quod etiam in pleriſq; locis frequentiſſimo omnium conſenſu receptum eſſe atteſtatur Didacus in repet. c. Alma mater, fol. 421. numero 9. de ſent. excom. in ſexto, nihilominns quicquid ſit de iure, certe de conſuetudine indiſtincte obſeruatur, ut etiam in criminibus notoriis requiratur declaratoria. Et ita hanc ſententiam eſſe in praxi receptam fatetur idem Didac. in loco prællegato.

Plvs dicunt aliqui, quòd non poteſt dici delictum notorium, quod excuſationem non habeat, niſi prius fuerit ſuper hoc cognitum & declaratum per iudicem, illud eſſe notorium, citato etiam ipſo reo. Et hãc opi. atteſtatur eſſe communem Aret. in d. conſi. 163. quem refert Ferret. conſi. 31. nu. 5. & nume. 35. licet Areti. in libro meo hoc explicite non dicat. Et ideo iudices in huiuſmodi notoriis caute ambulent, ne ſi nimis properent, ſe ipſos inuoluant, ut ſupra dixi. Vidi etiam in propoſito citationis quæ dixi ſupra, verſi Quæro nunc.

8 Vlterius quæro † nunquid in notoriis admittatur appellatio? Dixi infra q. 94. ver. Solet etiam.

ADDITIONES.

a Aperit Iudici,] Adde glo. in c. licet Hely. de Simon. legitur. & not. in c. euidentia, de accu. ubi uide per Abb. & quod notorium dicatur, & quomodo inducatur, uide per Iaco. Menoch. tract. de arbi. iud. li. 2. cen. 2. caſ. 166.

Quæſtio X.

SVMMARIVM.

1 *Querelam partis offenſæ aperire viam iudici ad inquirendum.*

2 *Et an querela ſucceſſerit loco accuſationis, verſ. Scias autem.*

3 *Promotor ſeu inſtigator inquiſitionis quis dicatur, ver. Aliquid etiam, & ſeq.*

4 *Et an ſit citandus, ver. Quæro nunquid.*

5 *Aduocatus ſiue procurator fiſcalis, quis inſtigant inquiſitionem, an reo abſoluto ſint in expenſis condemnandi, verſic. Sed nunquid.*

6 *Et an fiſcus debeat querelam porrigere, verſic. Sed quæro.*

1 ALIVS eſt † modus, per quem iudici aperitur uia ad inquirẽdum, ſ. querela partis offenſæ. Et licet iſti duo modi procedendi, ſ. ad querelam, & ex officio, videantur nõ modò diuerſi, ſed etiam quodammodo incompatibiles, tamen conſuetudo admittit, quòd ſuper querela partis iudex ſtatim incipiat inquirere, ſcilicet informationes ex officio aſſumere, ut dixi ſupra quæſt. 3. verſi. Hinc infertur.

2 Scias autẽ, † q hæc querela multùm differt ab accuſatione, nam in accuſatione de iure requiritur ſolẽnis libellus & inſcriptio, ut dixi infra q. 12. verſi. Dixi quoque, ſed modus ille procedendi per uiam ſolemnis accuſationis abiit prorſus in deſuetudinem, & loco accuſationis ſucceſſit hic modus querelãdi. Et ideo hodie per totam Italiam obſeruatur, q libellus non datur, ſed ſimpliciter fit quædam ſcriptura, quæ datur loco libelli, & debet talis ſcriptura continere nomen accuſatoris, & accuſati, & iudicis, & criminis commiſſi, & quo loco, anno & menſe commiſſum fuerit, nec nõ & diem dati ipſius libelli. Et ſi hęc deficiant, non procedit talis ſcriptura, quæ hodie datur loco libelli, ut dicit Gandi. de malefi. in Rubr. qualiter fiat accuſatio, nu. 6. quem refert Auguſti. ad Ang. de malefi. in uerbo. Et ad querelam, num. 3. & Boſſ. in titu. de accuſa. nu. 2. & Carauita ſuper ritu 20. magnæ curiæ, nu. 4 & ſuper ritu 202. nu. 6. & Prac. Cõradi, fol. 225. nu. 5. Dum tamẽ ipſe Boſſ. poſtea ſubdit nu. 6. q uſus non admittit tales quæ-

querelas pro accuſationibus. Tu dic, id ve-
rũ eſſe, ſi ſumatur accuſatio in forma ſolem-
ni, prout de iure requirit, ſed certe hodier-
nis temporibus vtiq; dici põt hmõi quere-
las ſubrogatas eſſe loco accuſationis. Et quã
uis, vt ipſe dicit, non diſputetur ſuper iſtis
querelis, an habeãt requiſita vel ne, hoc pro
cedit ex eo, quia talia requiſita ĩ parte ſunt
à cõſuetudine ſublata, ut apparebit infra in
diſcurſu materiæ accuſationis, & præſertim
quæſt. 18. per totum. Et etiam quia hodie
inquiſitio concurrit in omnibus ferè proceſ-
ſibus cum ipſa querela ſiue accuſatione, ut
dixi ſupra in d. verſicu. Hinc infertur. Et ſic
iudex ex officio ſupplet quoſcunque defe-
ctus. Sed in caſibus, in quibus ex forma ſta-
tuti vel conſuetudinis iudex non poſſet pro
cedere niſi ad querelam partis, proculdubio
ea, quæ poſſent de iure opponi contra accu-
ſatorem & accuſationẽ, poſſent opponi con-
tra querelantẽ & querelã. Et ita multoties
vidi in facto obſeruari. Plus dico, ꝙ ſi non
eſſet aperta via iudici ad inquirendum ali-
ter q̃ par querelam, puta quia non procede-
ret denunciatio, neq; diffamatio, neque ali-
quid aliud ex his, quæ aperiunt viam inqui
ſitioni, non deberet iudex procedere ſuper
huiuſmodi querela, niſi haberet legitima re
quiſita, iuxta ea, quæ dicit Gandi. in loco
præallegato, licet contrarium plerunq; ob-
ſeruetur de conſuetudine, ſecundum quam
iudices valde prompti ſunt ad proceden-
dum, neque multum ſuper iſtis ſubtilitati-
bus inſiſtunt.

3 Aliqvid etiam † hoc loco dicendũ eſſet
de promotore ſeu inſtigatore inquiſitionis,
ſuper quo ego pauca tantummodo attingã,
ne aliquid prorſus omiſſum fuiſſe videatur,
cætera reperire poteris in locis ordinarijs.

Scias igitur, ꝙ tria ſunt genera eorum,
qui inſtigatores ſeu promotores inquiſitio
nis appellantur. Aliqui enim id faciunt ex
neceſſitate vel ſaltẽ ex debito eorũ officij,
prout ſunt aduocati & procuratores ſeu ſyn
dici fiſcales, ad quos maxime pertinet inſta-
re aſſidue, vt iudices contra delinquentes
inquirant. Aliqui verò id faciunt ex præce-
pto ſiue deputatione iudicum, qui ſolẽt de-
putare aliquem coadiutorem, qui loco par-
tis ſeu fiſcalis aſſiſtat inquiſitioni, nã in quo
cunque caſu in quo iudex poteſt ex officio
procedere, poteſt etiam creare & conſtitue-
re fiſcalẽ, qui accuſet. Et ita practicatur, te-
ſte Anto. Gomez. c. 1. delictorũ, poſt nu. 10.
in prima ampliat. intellige qui accuſet, non
vt aperiat hoc modo viam inquiſitioni, ſed
vt poſtquam illi eſt aperta uia ad inquiren-
dum, aſſiſtat ipſi inquiſitioni, prout faceret
accuſator. Et hoc quando non adeſt aduoca
tus ſeu procurator fiſcalis ordinarius, tunc
enim non ſolet aliquis alius deputari. Po-
ſtremò aliquid faciunt ſponte, quia com-
parent in iudicio, & ſubminiſtrant teſtes &
indicia contra reos inquiſitos.

4 Qvaero, † nunquid inſtigator ſit citan-
a dus in cauſa inquiſitionis? a Reſpond. de
aduocato ſeu ſyndico fiſcali nulli dubium
eſt, quin ſit citandus, nam in quocunq; iudi-
cio, in quo poteſt ex officio procedi, fiſcus
eſt loco partis. Idemq; dicendum eſt in eo,
qui ſit à iudice deputatus, nam & ille ſuc-
cedit loco fiſcalis, & de eo idem iudicandum
eſt in illa cauſa, quod de fiſcali. Si verò loqui
mur de inſtigatore ſeu promotore volun-
tario, tunc dicit Boſſ. in tit. de inquiſitione,
nu. 26. ꝙ ſi talis inſtigator prius querelauit,
& ad eius querelam iudex inquiſiuit, tenet
locum partis, & ideo eſt citãdus. Et ſubdit,
ꝙ ita concludunt doctores, & ꝙ ita ſerua-
tur. Et cum eo eſt lis conteſtanda, prout etiã
cum accuſatore, ſecundum glo. in ca. cum I,
& A, in uerbo lite non conteſtata, de re iu-
di. quam dicit eſſe ab omnibus approbatam
Card. Alex. in ca. de accuſatione, col. 37. in
principio, ſecunda, quæſt. 8. Quod tamẽ in-
tellige ſecundum ea, quæ de litis cõteſtatio
ne dixi infra quæſt. 45. circa principium. Ego
autem dico, ꝙ ſi querelauit, tunc non eſt ci-
tandus tanquã inſtigator ſeu promotor in-
quiſitionis, ſed tanquam accuſator, quia (ut
dixi ſupra) tales querelæ ſuccedunt loco ac-
cuſationum. Sed quando quis nõ querelat,
ſed tantum inſtigat ſeu promouet inquiſi-
tionem, non eſt de neceſſitate citandus, niſi
compareat, & petat in actis ſe citari; nam eo
caſu, licet prius non querelauerit, habetur
loco partis, & citatur. Et ubi ſuccombat, con-
demnatur etiam in expenſis ut accuſator,
prout in facti contingentia condemnatos
fuiſſe quoſdam inſtigatores refert Papo lib.
24. tit. 1. Arreſto ſecundo. Et ita ſeruat com
munis practica.

5 Sed nunquid † aduocatus uel procurator
fiſcalis, qui inſtigant inquiſitionẽ, & faciunt
procedi contra aliquem, tenebunt ad ex-
penſas, ſi reperiũ fuerit illũ non eſſe culpabi
lem? Rñd. de iure forte poſſet dici ꝙ ſic, ſed
de cõſuetudine apud nos cõtrariũ ſeruatur,

dicit. Tu ergo dic, quòd, Aut reus proponit aliquam exceptionem uel defenſionem ad excuſandum delictum, & dãda eſt ei defenſio. Aut ipſe fatetur nullam excuſationem habere, & non eſt illi danda. Et hanc practicam ſeruat totus mundus. vt dicit Boſſ. in ti. de denunciatione, nu. 6. in fi.

7 PRAETEREA quæro, † nunquid in notorijs requiratur ſententia? Reſp. glo. in c. euidentia, in uerbo, non indiget clamore, de accuſatio. tenuit, quòd etiam ſuper notorio fe- * renda ſit ſententia. Et illam dicit eſſe communiter approbatam Marſil. in prac. crim. §. Aggredior, nu. 133. Prac. Conradi, fol. 238. poſt num. 4. Et licet aliqui tenuerint, ꝙ vbi crimen eſt ita notorium, ꝙ nullla poteſt tergiuerſatione celari, non requiratur ſententia declaratoria, quod etiam in pleriſq; locis frequentiſſimo omnium conſenſu receptum eſſe atteſtatur Didacus in repet. c. Alma mater, fol. 421. numero 9. de ſent. excom. in ſexto, nihilominus quicquid ſit de iure, certe de conſuetudine indiſtincte obſeruatur, ut etiam in criminibus notoriis requiratur declaratoria. Et ita hanc ſententiam eſſe in praxi receptam fatetur idem Didac. in loco præallegato.

PLVS dicunt aliqui, quòd non poteſt dici delictum notorium, quod excuſationem non habeat, niſi prius fuerit ſuper hoc cognitum & declaratum per iudicem, illud eſſe notorium, citato etiam ipſo reo. Et hãc * opi. atteſtatur eſſe communem Aret. in d. conſi. 163. quem refert Ferret. conſi. 31. nu. 5. & numè. 35. licet Areti. in libro meo hoc explicite non dicat. Et ideo iudices in huiuſmodi notoriis caute ambulent, ne ſi nimis properent, ſe ipſos inuoluant, ut ſupra dixi. Vidi etiam in propoſito citationis quæ dixi ſupra, verſi Quæro nunc.

8 VLTERIVS quæro † nunquid in notoriis admittatur appellatio? Dixi infra q. 94. ver. Solet etiam.

ADDITIONES.

a APERIT Iudici,] Adde glo. in c. licet Hely. de Simon. legitur. & not. in c. euidentia, de accu. ubi uide per Abb. & quod notorium dicatur, & quomodo inducatur, uide per Iaco. Menoch. tract. de arbi. iud. li. 2. cen. 2. caſ. 166.

Quæſtio X.

SVMMARIVM.

1 *Querelam partis offenſæ aperire viam iudici ad inquirendum.*

2 *Et an querela ſucceſſerit loco accuſationis, verſ. Scias autem.*

3 *Promotor ſeu inſtigator inquiſitionis quis dicatur, ver. Aliquid etiam, & ſeq.*

4 *Et an ſit citandus, ver. Quæro nunquid.*

5 *Aduocatus ſiue procurator fiſcalis, quis inſtigant inquiſitionem, an reo abſoluto ſint in expenſis condemnandi, verſic. Sed nunquid.*

6 *Et an fiſcus debeat querelam porrigere, verſic. Sed quæro.*

1 ALIVS eſt † modus, per quem iudici aperitur uia ad inquirẽdum, ſ. querela partis offenſæ. Et licet iſti duo modi procedendi, ſ. ad querelam, & ex officio, videantur nõ modò diuerſi, ſed etiam quodammodo incompatibiles, tamen conſuetudo admittit, quod ſuper querela partis iudex ſtatim incipiat inquirere, ſcilicet informationes ex officio aſſumere, ut dixi ſupra quæſt. 3. verſi. Hinc infertur.

2 SCIAS autẽ, † ꝙ hæc querela multùm differt ab accuſatione, nam in accuſatione de iure requiritur ſolẽnis libellus & inſcriptio, ut dixi infra q. 12. verſi. Dixi quoque, ſed modus ille procedendi per uiam ſolemnis accuſationis abiit prorſus in deſuetudinem, & loco accuſationis ſucceſſit hic modus querelãdi. Et ideo hodie per totam Italiam obſeruatur, ꝙ libellus non datur, ſed ſimpliciter fit quædam ſcriptura, quæ datur loco libelli, & debet talis ſcriptura continere nomen accuſatoris, & accuſati, & iudicis, & criminis commiſſi, & quo loco, anno & menſe commiſſum fuerit, nec nõ & diem dati ipſius libelli. Et ſi hęc deficiant, non procedit talis ſcriptura, quæ hodie datur loco libelli, ut dicit Gandi. de maleſi. in Rubr. qualiter fiat accuſatio, nu. 6. quem refert Auguſti. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et ad querelam, num. 3. & Boſſ. in titu. de accuſa. nu. 2. & Carauita ſuper ritu 20. magnæ curiæ, nu. 4 & ſuper ritu 202. nu. 6. & Prac. Cõradi, fol. 225. nu. 5. Dum tamẽ ipſe Boſſ. poſtea ſubdit nu. 6. ꝙ uſus non admittit tales

que-

querelas pro accuſationibus. Tu dic, id verũ eſſe, ſi ſumatur accuſatio in forma ſolemni, prout de iure requiriť, ſed certe hodiernis temporibus vtiq; dici põt hmõi querelas ſubrogatas eſſe loco accuſationis. Et quã uis, vt ipſe dicit, non diſputetur ſuper iſtis querelis, an habeãt requiſita vel ne, hoc procedit ex eo, quia talia requiſita ĩ parte ſunt à cõſuetudine ſublata, ut apparebit infra in diſcurſu materiæ accuſationis, & præſertim quæſt. 18. per totum. Et etiam quia hodie inquiſitio concurrit in omnibus ferè proceſſibus cum ipſa querela ſiue accuſatione, ut dixi ſupra in d. verſicu. Hinc infertur. Et ſic iudex ex officio ſupplet quoſcunque defectus. Sed in caſibus, in quibus ex forma ſtatuti vel conſuetudinis iudex non poſſet procedere niſi ad querelam partis, proculdubio ea, quæ poſſent de iure opponi contra accuſatorem & accuſationẽ, poſſent opponi contra querelantẽ & querelã. Et ita multoties vidi in facto obſeruari. Plus dico, ꝙ ſi non eſſet aperta via iudici ad inquirendum aliter q̃ par querelam, puta quia non procederet denunciatio, neq; diffamatio, neque aliquid aliud ex his, quæ aperiunt viam inquiſitioni, non deberet iudex procedere ſuper huiuſmodi querela, niſi haberet legitima requiſita, iuxta ea, quæ dicit Gandi. in loco præallegato, licet contrarium plerunq; obſeruetur de conſuetudine, ſecundum quam iudices valde prompti ſunt ad procedendum, neque multum ſuper iſtis ſubtilitatibus inſiſtunt.

3 ALIQVID etiam † hoc loco dicendũ eſſet de promotore ſeu inſtigatore inquiſitionis, ſuper quo ego pauca tantummodo attingã, ne aliquid prorſus omiſſum fuiſſe videatur, cætera reperire poteris in locis ordinarijs.

SCIAS igitur, ꝙ tria ſunt genera eorum, qui inſtigatores ſeu promotores inquiſitionis appellantur. Aliqui enim id faciunt ex neceſſitate vel ſaltẽ ex debito eorũ officij, prout ſunt aduocati & procuratores ſeu ſyndici fiſcales, ad quos maxime pertinet inſtare aſſidue, vt iudices contra delinquentes inquirant. Aliqui verò id faciunt ex præcepto ſiue deputatione iudicum, qui ſolẽt deputare aliquem coadiutorem, qui loco partis ſeu fiſcalis aſſiſtat inquiſitioni, nã in quo cunque caſu in quo iudex poteſt ex officio procedere, poteſt etiam creare & conſtituere fiſcalẽ, qui accuſet. Et ita practicatur, teſte Anto. Gomez. c. 1. delictorũ, poſt nu. 10. in prima ampliat. intellige qui accuſet, non vt aperiat hoc modo viam inquiſitioni, ſed vt poſtquam illi eſt aperta uia ad inquirendum, aſſiſtat ipſi inquiſitioni, prout faceret accuſator. Et hoc quando non adeſt aduocatus ſeu procurator fiſcalis ordinarius, tunc enim non ſolet aliquis alius deputari. Poſtremò aliquid faciunt ſponte, quia comparent in iudicio, & ſubminiſtrant teſtes & indicia contra reos inquiſitos.

4 QVÆRO, † nunquid inſtigator ſit citandus in cauſa inquiſitionis? a Reſpond. de aduocato ſeu ſyndico fiſcali nulli dubium eſt, quin ſit citandus, nam in quocunq; iudicio, in quo poteſt ex officio procedi, fiſcus eſt loco partis. Idemq; dicendum eſt in eo, qui ſit à iudice deputatus, nam & ille ſuccedit loco fiſcalis, & de eo idem iudicandum eſt in illa cauſa, quod de fiſcali. Si verò loquẽmur de inſtigatore ſeu promotore voluntario, tunc dicit Boſſ. in tit. de inquiſitione, nu. 26. ꝙ ſi talis inſtigator prius querelauit, & ad eius querelam iudex inquiſiuit, tenet locum partis, & ideo eſt citãdus. Et ſubdit, ꝙ ita concludunt doctores, & ꝙ ita ſeruatur. Et cum eo eſt lis conteſtanda, prout etiã cum accuſatore, ſecundum glo. in ca. cum I, & A, in uerbo lite non conteſtata, de re iudi. quam dicit eſſe ab omnibus approbatam Card. Alex. in ca. de accuſatione, col. 37. in principio, ſecunda, quæſt. 8. Quod tamẽ intellige ſecundum ea, quæ de litis cõteſtatione dixi infra quæſt. 45. circa principium. Ego autem dico, ꝙ ſi querelauit, tunc non eſt citandus tanquã inſtigator ſeu promotor inquiſitionis, ſed tanquam accuſator, quia (ut dixi ſupra) tales querelæ ſuccedunt loco accuſationum. Sed quando quis nõ querelat, ſed tantum inſtigat ſeu promouet inquiſitionem, non eſt de neceſſitate citandus, niſi compareat, & petat in actis ſe citari; nam eo caſu, licet prius non querelauerit, habetur loco partis, & citatur. Et ubi ſuccumbat, condemnatur etiam in expenſis ut accuſator, prout in facti contingentia condemnatos fuiſſe quoſdam inſtigatores refert Papo lib. 24. tit. 1. Arreſto ſecundo. Et ita ſeruat communis practica.

5 SED nunquid † aduocatus uel procurator fiſcalis, qui inſtigant inquiſitionẽ, & faciunt procedi contra aliquem, tenebunt ad expenſas, ſi repertũ fuerit illũ non eſſe culpabilem? Rñd. de iure forte poſſet dici ꝙ ſic, ſed de cõſuetudine apud nos cõtrariũ ſeruatur,

prout etiam ſeruari in patria Delphina. atteſtatur Guido Papæ deciſ.269. Denunciator, poſt nu 1. Et q. de conſuetudine procurator regius non ſubijciatur expenſis actiuè neq; paſſiue, atteſtatur Prac. Millei, fol. 16. numero 45. Bene verum eſt, quòd ſi doloſè & calumnioſè perſequeretur aliquem, eſſet in expenſis & damnis verſus partem condemnandus, vti quilibet priuatus. Et ita pluries ſeruatum fuiſſe per parlamentum Pariſienſe atteſtatur Papo in d. titulo primo Arreſto quarto.

6 Sᴇᴅ quæro, † tu ſcis, quòd hodie nemine querelante fiſcus ſuccedit loco accuſatoris, vt dixi ſupra quæſt. tertia, verſic. Sed certè, nunquid ergo debet eo caſu fiſcus querelam ſeu accuſationem porrigere, ſupra qua iudex deinde procedat? Reſpon. quod non, ſed tantùm proceditur ad informationem eo inſtante, & ita ſe habet communis obſeruantia omnium curiarum, vt dicit Carauita ſuper 20. ritu magnæ curiæ, poſt numero quarto. Et dicitur ſemper inſtare fiſcus, vt procedatur contra delinquentes, etiam ſi de huiuſmodi inſtantia in actis non appareat, debet tamen prius eſſe aperta uia iudici ad inquirendum aliter quàm per inſtigationem ipſius fiſcalis, iuxta ſæpius dicta, ut iudicibus præcludatur uia ſubditos vexandi indebitis impenſis.

ADDITIO.

a Inſtigator an ſit citandus in cauſa inquiſitionis.] Et quando procedatur per inquiſitionem, ſi adſit inſtigator vide Bal. in conſ. 226. vol. 1. Sed an inſtigator, & conſultor torqueri poſſit, remiſſiue vide per Carer. in pract. crim. ante nu. 181.

Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

1 *Inquirere quid.*
2 *Inquiſitio an fiat contra abſentem.*
3 *Et an ſit citandus ille, contra quem aſſumuntur indicia, verſ. Item quæro.*
4 *Et an pars offenſa, verſicu. Sed quid è conuerſo.*
5 *Iudex an debeat interrogare reum ſuper his, de quibus contra eum intendit inquirere, verſi. Quæro etiam.*
6 *Et an ante inquiſitionem danda ſit reo copia indiciorum, verſicu. Vlterius quæro. Remiſſiuè.*

Nᴠɴᴄ Videamus, quomodo procedendum ſit in iudicio inquiſitionis, intelligendo ſemper, quòd
1 † inquirere ſit ex officio teſtes
ſeu informationes recipere contra aliquem pro aliquo delicto, vt dixi ſupra quæſtio.
2 tertia. in principio. Et in primis quæro † an
poſſit procedi per inquiſitionem contra abſentem, an autem contra præſentem tantum? Reſpond. de iure loquendo regulariter non proceditur uia inquiſitionis niſi contra præſentem, ſi uerò reus ſit abſens, modò non per contumaciam ſe abſentem fecerit, non poteſt inquiri, ita notatur per omnes in d. capitu. qualiter & quando. Sed certè quicquid ſit de iure, hoc de conſuetudine non obſeruatur, ſed ſemper ſit inquiſitio de delicto, ſiue inquiſitus ſit præſens, ſiue ſit abſens, & ſiue per contumaciam ſe abſentauerit, ſiue non, vt atteſtatur Marian. in repet. d. c. qualiter & quando, numero 91.
3 Iᴛᴇᴍ Quæro, † nunquid priuſquam
iudex ſpecialiter inquirat, & ſic aſſumat indicia contra aliquem, debeat ille citari? Reſpond. de iure communi vtique requiritur partis citatio, aliàs teſtes examinati reo non citato, nullam contra eum fidem facerent, neque ad ſententiam, neque ad torturam. Et hæc eſt communis opinio, ut dicit Blanc. in pract. crim. fol. quinto numero 33. Anton. Gomes. cap 12. delictorum, poſt numerũ 18. Quinimò Anton. de Butrio in d. cap. qualiter & quando, §. debet, poſt numerũ 40. dicit, quòd in receptione teſtium in cauſa inquiſitionis ſpecialis debet reus citari, & quòd ita obſeruat communis practica. Et illum refert Aretinus in eodem §. debet, numero 98. Sed certe quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, ut atteſtatur ipſemet Blancus in loco præallegato, ſubdens, quòd propterea defenſores reorum non debent multum inſiſtere ſuper iſta communi ſententia. Hanc etiam dicit eſſe communem practicam omnium curiarum Foller. in practic. crimin.

cano.

cano. fol. 109 num. 1. Dicit etiam Blanc. ibi nume. 6. quòd ſtylus & conſuetudo eſt in ciuitatibus Lõbardiæ, ꝙ teſtes ſiue ſuper generali, ſiue ſuper ſpeciali inquiſitione, & ẽt ſuper accuſatione examinantur ſine citatione partis, & allegat Alex. conſi. 65. nu. 9. in fin lib. 1. quod eſt duplicatum in conſilio 41. lib. 7. qui dicit, ꝙ (vt uerbo fertur) ita eſt ſtylus & conſuetudo in partibus Lombardiæ, ꝙ teſtes recipiantur ſine citatione partis. Et ita eſſe ſtylum Italiæ aſſerit Prac. Caſoni, fol. 103. poſt nu. 1. Dicit etiam Berber. in Viatorio iuris in Rubr. de iudi. col. 27. ꝙ vſus, conſuetudo, & ſtylus hanc opi. approbant. Hunc etiam eſſe receptum vſum, ſtylum, & conſuetudinem atteſtatur Prac. Iodoci, fol. 24. nu. 18. Tu autem dic, benè verum eſſe, ꝙ de conſuetudine huius prouinciæ teſtes, qui aſſumuntur ad informationẽ curiæ contra reum abſentem, recipiuntur parte non citata, ad effectum procedendi ad capturam, ſiue citationem contra reum, & ſi ipſe deinde uocatus fuerit contumax, faciunt fidem, etiam quo ad hoc, vt ſuper eorum atteſtationibus poſſit contra eum ferri ſententia diffinitiua. Et hæc practica fuit optima ratione introducta, ne ſi reus citaretur, ſtatim aufugeret, vel poſſet facilius teſtes examinandos ſubornare. Sed ſi reus cõparet, tũc atteſtationes talium teſtium examinatorum abſque citatione partis nullam fidem faciunt, neque ad condemnationem, neque ad torturam, niſi parte ipſa præſente aut legitime citata ſeu monita deponãt, vel prius per eos depoſita repetant, & in eis perſiſtant. Cæterùm quãdo proceſſus fit reo comparente, vel in carceribus exiſtente, ſemper ſeruatur communis opin. etiam in hac prouincia. Dixi infra quæſt. 45. verſi. Cæterùm ſi reus.

4 Sed quid † è conuerſo, nunquid in hac inquiſitione debet citari pars offenſa? Reſpon. de iure forte dici poſſet, quòd ſic, ſed hoc de conſuetudine non obſeruatur, niſi Florentiæ, vt dicit Ang. in d. repe. l. ſi vacantia, C. de bo. vocan. quem refert Marian. in repe. d. c. qualiter & quando, poſt num. 213. in 71. quæſt. & Ang. de malef. in uerbo. Et ibi capur, nume. 2. Tu vero dic, ꝙ aut pars querelauit, & de neceſſitate citanda eſt, aut non querelauit, & tunc quamuis neceſſariò citari non debeat, tamen cauti & iuſti iudices illam ſemper citari faciunt ad ſubminiſtrandum indicia, ſi quæ habet, ad coadiuuandam intentionem fiſci. Et ita ſeruatur in hoc ducatu, etiam ſi procedatur per inquiſitionem, vt atteſtatur Boſſ. in titu. de ſenten. nu. 81. in fi. Vide quæ dixi infra quæ. 31. uer. Vlterius quæro.

5 Qværo etiam, † nunquid priuſquam iudex inquirat, debeat reum interrogare ſuper his, de quibus intendit contra eum inquirere? Dixi ſupra quæ. ſexta, ver. Succeſſiuè quæro.

6 Vlterivs quæro † nunquid ante inquiſitionem danda ſit reo copia indiciorũ? Dixi in d. q. 6. uer. Sed quid ſi reus.

Cætera autem, quæ pertinent ad formam proceſſus criminalis, ſcilicet quomodo & à quibus aſſumenda ſint indicia, & quid agendũ ſit poſt ipſas informationes aſſumptas, quum non minus iudicio accuſationis, q̃ inquiſitionis communia eſſe uideantur, paucis in primis de accuſationis iudicio ſpecialiter præmiſſis, infra ſuo ordine explicabimus.

Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio quid ſit.*
2 *Et an ſit remedium ordinarium, verſi. Quarò nunquid. Remiſſiuè.*
3 *Et an ſit actio vel officium iudicis, verſiculo, Item quæro.*
Inquiſitio an ſit actio vel officium iudicis, ibi.
Iudex procedens ſuper accuſatione, an dicatur procedere officio iudicis nobili, vel mercenario, ibid.
4 *Accuſationis forma qua ſit, ver. Quæro quæ ſit.*
Accuſatio an debeat fieri in ſcriptis, ibid.
5 *Et qua in ea requirantur, verſ. Præterea.*
6 *An ſi omittantur, ſit accuſatio ipſo iure nulla, verſi. Dixi exprimendum.*
7 *Quid ſi agatur de crimine ciuiliter, verſiculo, Adde quòd.*
Quid ſi procedatur per viam exceptionis, ibi.
8 *An locus notorius debeat per confines deſignari, verſi. Sed pone.*
9 *An dies exprimendus ſit in accuſatione, verſi. Dixi etiam.*
10 *Et quid ſi dies expreſſus non probetur, verſicu. Sed quid ſi accuſator.*
11 *An accuſator teneatur ſe inſcribere ad pœnam talionis, verſicu. Dixi quoque, & verſiculo, De iure autem.*

12 *Quæ ſit forma inſcriptionis, verſicu. Forma autem.*
13 *Quid de conſuetudine, ver. Caterum.*
14 *Quid de iure canonico, ver. Scias tamen.*
15 *An accuſantes de adulterio teneantur ſe inſcribere ad pœnam talionis, verſicu. Sed retenta.*
16 *An mulier teneatur ſe inſcribere, verſicu. Quæro etiam.*
17 *An in accuſatione requiratur concluſio libelli, ver. Vltimo quæro.*

HACTENVS de inquiſitione dictum eſt, nunc de accuſatione videamus. Quæro igitur inprimis, quid ſit accuſatio?
1 Rñ. Accuſatio † eſt delatio alicuius criminis ad uindictam publicam, legitima interueniente ſubſcriptione, ita diffiniunt cõiter doctores, ut dicit Feli. in Rubrica de accuſat. num. 3. quem refert Gigas de crim. læſæ maieſt. fol. 58. quæ. 1. num. 4. Et dicit Marian in d. Rub. de accuſat. nu. 1. quòd hanc diffinitionem omnes doctores ſequuntur? Mihi (ut ſæpius dixi) diſputatio ſuper diffinitionibus in prac. viſa eſt ſemper inutilis, propterea multa, quæ cõtra hãc dici poſſent, conſulto omitto.

2 QVÆRO, nunquid † accuſatio ſit remedium ordinarium? Dixi ſupra quæſt. 3. uer. Debes autem, & uer. Sed certe.

3 ITEM quæro † nunquid accuſatio ſit actio, vel ſit officium iudicis? Vtilitas autem huius quõnis pôt eſſe maxima, puta ſi extet ſtatutum, quòd non ſoluens collectas non admittatur ad agendum, certe, ſi eſt actio nõ poterit accuſare, ſi uerò eſt officiũ iudicis, vtique poterit, nam qui prohibetur agere, non prohibetur iudicis officium implorare. Præterea multæ & magni momenti ſunt differentiæ inter actionem & officium iudicis, quas ponit Bar in l. 1. num. 10. ff. de iuriſdictio. omnium iud. In hoc autem articulo magis communis opi. videtur eſſe, quòd ſit potius iudicis officium, q̃ actio, prout atteſtatur Berous in Ru. de accu. nu. 7. in fine. licet ipſe poſt multa teneat, quòd ſit quædam tertia ſpecies. Ego uerò ſemper tenui, quòd accuſatio (prout erat de iure introducta) eſſet potius actio, quàm officium iudicis. Sed hodie quum ex generali conſuetudine ſublatæ ſint ferè omnes ſolemnitates & formæ accuſationum, proptereaque (ut ſupra dixi) cũ ac[illegible] ſeu querela partis officium iudicis inquirentis ſemper fere ſimul concurrat, crederem q̧ poſſet ſuſtineri cõis opinio. Et ideo non putarem ab ea eſſe in practica recedendum, quę etiam magis fauorabilis eſt, ne delicta impunita remaneant. Bene verum eſt, q̧ ſi eſſemus in caſibus, in quibus non pôt ex officio procedi, forte verius eſſet dicere, q̧ eſſet de ea iudicandum, prout de actione. Hæ tamen difficultates rarò contingunt in practica. De inquiſitione uerò, nulli dubium eſt, quin ſit officium iudicis. Et hoc omnes fatentur, ut dicit Berous in d. Rub. de accu num. 10. Scias autem in hoc propoſito, quòd iudex procedens ſuper accuſatione, dicitur procedere officio iudicis nobili, non mercenario. Et hæc eſt communis opi. ut atteſtatur ſcribentes in l. imperium, ff. de iuriſ. omnium iud. & in ſpecie Caccialup. nu. 11. & Gaſpar Valaſ. nu 40. & Sapia, nu. 23. quod de iure poteſt eſſe utile ad multa, licet in facti contingentia, nũquam viderim de his tractari.

4 QVÆRO, quæ † ſit forma accuſationis, & in primis nũqnid debeat fieri in ſcriptis? Reſpond Salic. in l. pe num. 2. C. de accuſa. tenuit, quòd ſiue accuſator porrigat libellũ dictatum iudici in ſcriptis, vel porrigat uerbalem querelam apud acta iudicis, & tabellio eam in ſcriptis redigat, iuxta formam l. libellorum, ff. de accuſa. quòd ſatis eſt ſolẽnis accuſatio, ſeruatis tamen alijs ſeruandis. Contrariam autem ſententiam, q̧ ſcilicet libellus accuſatorius debeat porrigi in ſcriptis, tenet Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uerbo, per inquiſitionem, nu. 33. Et hanc dicit eſſe veram & communem opin. Cardi. Alexand. in d c. de accuſatione, col. 6. verſic. Ponitur etiam, ſecunda q 8. Quum enim iudicia criminalia procedant ad inſtar ciuilium, vbi aliter iure cautum non reperitur, & in ciuilibus debeat libellus offerri in ſcriptis, ut dixi infra lib. proximo. idem etiam dicendum videtur de libello accuſatorio, ut ſcilicet in ſcriptis offerri debeat. Sed certè quicquid ſit de iure, in practica ſeruamus opi. Salic. ut ſcilicet ſufficiat verbalis querela per notarium in ſcriptis redacta, modò in cæteris ſeruentur ſeruanda. Et ita quotidie fieri videmus.

5 Præterea † in libello accuſationis requiritur dies & annus, quo porrigitur accuſatio, nomẽ accuſatoris & accuſati, & ſpecies delicti, & locus & tẽpus, quo delictum commiſſum fuiſſe dicitur, item inſcriptio accuſatoris,

toris, de quibus omnibus ex text. in l. libellorum, ff. de accuſat. Sed certe quo ad diem & annum Imperatoris ſiue Conſulum, quo porrigitur accuſatio (quicquid ſit de iure) multi doctores dicunt, quod hodie illud non eſt in vſu, & in ſpecie Salic. in l.pe.nu. 2. C. de accuſatio. quem refert Ang. de male. in verbo, de anno præſenti, nu. 13. Idem dicit Ang in d.l. libellorum, prout illum refert Aug. ad Ang. de male. in loco præallega. Apud nos īn utique ſeruatur, quòd apponatur dies & annus porrectæ accuſationis ſeu querelæ, ut dixi ſupra q. 10 uerſicu. Scias autem. Et ſi notarius non faceret apparere in actis, quo die fuiſſet porrecta querela, poſſet tanquam imperitus uel ſuſpectus officio priuari, non tamen credo hoc eſſe de ſubſtantia, ita quòd ſi non apponatur, vitietur querela.

6 Dixi exprimendum † eſſe locum & tempus delicti, & cætera iuxta diſpoſitionem d.l. libellorum. Et ſi accuſatio criminalis ea non contineat, erit ipſo iure nulla, ēt ſi pars non opponat. Et hæc eſt cōis opin. ut dicunt ſcribentes in l. edita, C. de edendo, & in ſpecie Alex. num. 13. Dec. nu. 34. Claud. nu 22. Ripa, nu. 26 Curt. Iun. nu. 83. Idem atteſtatur Aret. in d.c. qualiter & qñ, § debet, nu. 115. prout illum refert Villalob. in lib communium opin. in littera A, poſt num. 13. ibi tamen Aret. loquitur in inquiſitione, non autem in accuſatione, ut ego fideliter retuli infra quæſt. 31. uerſi. Quod de anno. per Soci. conſi. 109. poſt nu. 2. lib 3. Gomeſ. Inſti. de actio. in princ. nu. 35. Bellon. conſi. 63 num. 2. Niſi enim exprimeretur locus & tempus commiſſi criminis, proculdubio incerta redderetur accuſatio, ita vt non poſſet reus probando negatiuam coarctatam ſe aliquo modo defendere, neq; (ſi opus eſſet) teſtes, qui contra eū deponerent, de falſo conuincere.

7 Adde, quòd † hæc concluſio procedit non modo, quando agit̃ de crimine criminaliter, ſed etiā quando agitur de crimine ipſo ciuiliter, adhuc enim debet exprimi locus. Et eſt communis op. ut dicit Marian. in d.c. qualiter & quando, num. 200. in fi. Et ideo etiam quando proceditur per uiam exceptionis, neceſſarium eſt exprimere in ipſa exceptione locum & tempus commiſſi delicti, iuxta formam d. l. libellorum. Et eſt communis opin. ut dicit Soci. in l. prima, poſt nume. 4. uerſi. Quarto infertur, ff. de exceptio. Boer. deciſ. 321. nume. 2. ubi refert ita fuiſſe per illam curiam bis iudicatum. Et hæc quidem abſque difficultate procedunt, quando actor proponit actionem ciuilem, ex qua tamen condemnatio infamat, nam eo caſu proculdubio neceſſaria eſt ſolemnitas d. l. libellorum. Et ſic quòd exprimatur in libello locus & tempus, aliàs ſecus. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Alex. in l. 1. in prin. nu. 30. ff. de edendo, & in d. l. edita, nume. 13. Soci. in d. conſi. 109. nume. 1. & ſeq lib. 3. Maranta in ſuo ſpeculo, fol. 24. nume 30. Auguſt ad Ange. de maleſi. in uerbo, & ad querelam, nume. 55. licèt ſubdat, quòd hæc opi. non obſeruatur in curia Romana. Eſt tamen tenenda & obſeruanda in practica, ubi enim agitur actione famoſa, licèt ciuiliter procedatur, dicitur tamen cauſa grauis, & æquiparatur criminali, ex quo apud honeſtos & probos uiros fama & uita æquiparantur. Quam tamen intellige ut procedat, ſi opponatur à parte, nam eo caſu neceſſe eſt exprimi locum & tempus, ſed parte non opponente, quando ciuiliter agitur, procedit libellus, etiam ſi ea non exprimantur. & hanc opin. dicit eſſe magis communem Soci. in d. conſi. 109. nume 4. ubi in facti contingentia ita conſuluit, quod nota, quia eſt pulcherrima limitatio.

Est autem exprimendus locus in libello accuſationis, illum deſignando per cohærentias, ut uidere potes apud Ange. de maleſi. in uerbo, in platea communis, quod quidem optime procedit in delictis, quę committuntur aliquid faciendo, ſed ſi committantur non faciendo, puta quia accuſetur ſyndicus, qui non denunciauit maleficium, eo caſu, quum delictum non habeat locum determinatū, quo circūſcribat̃, non credo locū habere hanc cōcluſionem, niſi quis forte uellet apponere locum palatij, in quo ſolent ſyndici deferre denuntias, tanquam ibi commiſſa fuerit negligentia, prout ſeruari Florentię atteſtatur Bald. in l. in cauſis, nume. 3. C. de accuſ. quod eſt iudicio meo ridiculum.

8 Sed pone, † quòd ſit aliquis locus publice nototius, prout eſt platea communis, uel palatium poteſtatis, nunquid adhuc erit deſignandus per confines? Reſpond. quòd ſic, ita dixit Gandi. de maleſic. in Rubrica qualiter fiat accuſatio, numero tertio. prout illum refert Ange. in l. hac conſultiſſ. num. 2. C qui teſt. facere poſſ. ſubdens quòd ita ſeruat conſuetudo, quem ēt refert Aug.

poſt Ang.de maleſi.in verbo, In platea communis, poſt num. 11. Sed certe Gandi. in libro meo hoc non dicit, bene affirmat poſſe ſuſtineri libellum accuſationis, in quo tantũ dicitur maleficium commiſſum fuiſſe ante domum dicti Petri, & quòd accuſator poterit illum declarare, ſubdens ita conſultum fuiſſe Bononiæ per plures legum doctores, non tamen loquitur Gandi. quando locus eſt adeò notorius, vt declaratione non egeat. Ideo dic verum eſſe, vt dicit Ang.in d.l.hac conſultiſſ quòd de conſuetudine (vt plurimum) ſolent apponi cohærentiæ, etiam ſi locus ſit notorius, ſed tamen etiam ſi non apponantur, procedũt querelę & accuſationes, & etiam inquiſitiones, modò locus ſit certus. Et hanc opi.dicit eſſe veram & magis communem Menchiaca li. 1. de teſta.in prima parte, §.4. nume.33 neq; ego vnquã vidi propter hoc annullari aliquem proceſſum, neque dicerem eſſe annullandum.

9 Dixi etiam, † quòd eſt exprimendum tempus delicti, ſcilicet annus & menſis, vt in d.l.libellorum. Sed pone, quòd accuſatus compareat, & petat exprimi per accuſatorem diem certam delicti, quia forte intendit ipſe ad ſui defenſionem probare, quòd eo die erat in alio loco, remoto à loco delicti, nunquid eo caſu debet iudex cogere accuſatorem ad ipſam diem exprimendam? Reſpon. Bar.in l is qui reus num. 10 ff de pub. iudi & in l.arbitraria, §.ſi quis Epheſi. nu.6. ff.de eo quod certo loco, & in d.l.libellorum in princ.nu.13.tenuit, quòd ſic. Et dicit Corſet.in repertorio Abbatis, in uerbo, accuſator, quòd illum ſequuntur communiter doctores. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Iaſ.in d §.ſi quis Epheſi, poſt nume.1. quem refert Simancas de hæret.c 4.num.4. & Boſſ.in tit.de inquiſitione, num.92 Prac. Conradi, fol. 224. poſt nu. 3 Plotus inter cõſilia crim diuerſorum conſi 109 poſt nume. 4.lib.1. Apoſtil. ad Vitali. de maleſi.in Rub. quid ſit accuſatio, ſub nu.12.in verb.ſed anni. Viuius in lib.communium opi. in uerbo, Accuſator vel fiſcus. Et hoc dicit ſe aliquando obtinuiſſe coram magis peritis exiſtentibus Bergomi ad officium maleficiorum. Alber. in d l. libellorum, in princ. nume.5.ff. de accuſa. Aliàs enim tolleretur reo magna pars defenſionis ſuæ, ſcilicet facultas probandi negatiuam, quod eſſet incõueniens, quicquid dixerit Signorol.qui in contrarium cõſuluit conſi. 244. vbi nu.22.dicit, quòd hoc dictum Bar. eſt falſum, & quòd ſuæ opiniones videntur multum ſingulares & phantaſticæ, & deuiantes à communibus opinionibus noſtrorum maiorum. Intellige tamen, ꝙ tenetur accuſator reo id petenti exprimere diem, nõ aũt illum probare. Et hoc oẽs fatentur, vt dicit Bertran. conſ.16.nu.2.lib.6. Quod tamen intellige iuxta ea quæ ſtatim dicam infra in verſic. Sed quid ſi accuſator. Et ſubdit ibi Bertran. quòd ſufficit, ſi diem exprimat accuſator tempore, quo datur reo terminus ſuarum defenſionum, eſt enim ei ſatisfactum, ex quo poteſt deinde probare negatiuã in ſuis defenſionibus, quod eſt notandum. Scias etiam, ꝙ quamuis iudex poſſit cogere accuſatorem ad exprimendum diem, poteſt nihilominus accuſator dicere, quòd non recordatur de die. Et erit excuſandus. Et ita communiter practicatur, vt dicit Ang.in d.l.libellorum, nume.5. quem refert Auguſt.ad Ange. de maleſi. in uerbo, De anno præſenti, poſt num.4. & Apoſtil.ad Salic.in d.l.in cauſis, ſub num.5. C.de accuſatio. quod ego etiam admitterem, ſi caſus contingeret, dummodo accuſator id affirmaret cum iuramento.

10 Sed quid ſi † accuſator in ſua accuſatione expreſſerit diem, qnum non teneretur, & deinde non probauerit, nunquid debet propterea ſuccumbere, licet teſtes aliàs deponant de crimine? Reſpond. Bar.in d.l.is qui reus, nume.9.ff.de publi.iudi.tenuit, quod ſic. Et dicit Bertrand.conſ.217.num.2.lib.6. quòd ita reſpondent communiter doctores. Hanc etiam ſententiam vti communem refert Aug.ad Ang.de maleſi.in verbo, De anno pſenti, nu.4. Quæ tamen opin. mihi nunquã placuit, & credo quòd cum magna difficultate poſſet ſuſtineri in practica, niſi qualitas diei eſſet de ſubſtantia delicti, puta quia adeſſet ſtatutum diſponens, quòd tali die aliquid non fieret, vel huiuſmodi. Tunc enim proculdubio debet probari dies, ad hoc vt reus poſſit de ipſo facto tanquam de delicto puniri. Sed ſi factum, quod proponitur, eſſet ita delictum in vno die prout in alio, non crederem probato delicto, licet dies expreſſus nõ probaretur, reum eſſe abſoluendum. Solent enim in libello accuſationis ſeu querelæ apponi illæ clauſulæ ſalutares, Non ſe aſtringendo, &c. Et ſuper quibus omnibus, &c. quæ ſaluant & ſuſtinent accuſationem & proceſſum, etiam ſi non ſit probata qualitas in accuſatione deducta, modo de crimi-

ne

ne conſtat, ut dixi infra quæſt. 66. verſi. Sed quid ſi pro parte.

11 Dixi † quoque, quòd de iure tenetur accuſator a ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, ut eſt tex. in d.l. libellorum, & in l. 3. C. qui accuſa. non poſſ. Et eſt communis opin. ut atteſtatur Afflic. ſuper conſti. regni in quibuſdam locis, prout illum refert Dueñas regula 27. in princ. licet ego in libro meo non reperiam Afflic. ibi id atteſtantem. Refert ét Marian. in c. ſuper his, nu. 19. de accuſatio. Io. Andr. atteſtari, quòd hæc ſit communis opinio, quòd ſcilicet inſcriptio ſit de ſubſtãtia libelli accuſatorij. Idem atteſtatur Bertrand. conſi. 267. in princ. lib. 4 huiuſq; hoc optima ratione introductum ad refrœnandam temeritatem accuſatorum, ut ſcilicet, ubi accuſationem non probarent, ipſi in ſe ipſos ſententiam talionis propria ſubſcriptione ſuſciperent. Licet autem communiter appelletur inſcriptio, tamen rectè loquendo deberet appellari ſubſcriptio, ſecundum Card. Alex. in d.c. de accuſatione, col. 3. uer. Inſcriptio. Et ita illam appellat iuriſconſultus in d.l. libellorum, uerſ. Item ſubſcribere, quamuis ſecundum Feli. in d c. ſuper his, num. 10. cõmuniter uidetur, quòd inſcribere & ſubſcribere nõ differũt. Et ita videmus, ꝙ ĩ hoc ꝓpoſito doctores vtrunq; ponũt ĩdifferẽter.

12 Forma autem † huiuſmodi inſcriptionis erat, quòd accuſator ſe obligaret ad ſimilitudinem pœnæ, & promitteret de accuſatione proſequenda vſq; in finem, ita dicit Bar. in l ſi cui, in princ. nume. 2. ff. de accuſatio. Et eſt communis cõcluſio, ut dicit Aret. in d. c. ſuper his, nume. 33. Hanc etiam formam dicit communiter approbari Marian. in d.c. ſuper his, nume. 17.

13 Caeterum hodie † de conſuetudine non obſeruatur iſta ſolemnitas ſubſcriptionis, vt dicit Specul. in tit. de accuſatio § 1. num. 4. in fin. quem refert Foller. in pract. crim. fol. 136. poſt num. 3. & Milius in ſuo repertorio, in verbo, accuſator, & Pra. Conradi, fo. 224. num. 4. & Marcus deciſ. 683. quæritur qualiter, num. 6. Io. Andr. ad Specul. in tit. qui accuſ. non poſſ. prout illum refert Grammat. ſuper conſt. Regni, fo. 61. nume. 11. Idem dicit Gandi. de maleſi. in Rubr. qui accuſare poſſint, num. 38 & in Rubr. qualiter fiat accuſatio, poſt num. 6. Bar. in d.l. ſi cui, in prin. nume. 2. in fin. ff. de accuſatio. Salic. in l. qui crimine, num. 4. C. qui accuſ. non poſſ. Ang. de maleſi. in uerbo, & ad querelam, nume. 5. & ibi Aug. in Apoſtil. Prac. Papienſis in forma inquiſitionis, in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, num. 1. in fin. Apoſtil. ad Vital. de maleſi. in Rub. quid ſit accuſatio, ſub num. 12. in uerbo, inſcribere. Rub. in l. pe. §. ad crimen, num. 5 ff. de public. iudi. Gigas de crimine læſæ maieſta. fol 58 quæſt prima, num. 6 Boſſ. in tit. de inquiſitione, poſt nume. 14. Didac. lib. 2 reſolut. c. 9. nume. 1. Dueñas in d. reg. 27. verſi. Eſt tamen notandum. Idem etiam obſeruari in regno Franciæ atteſtatur Prac. Millei, fol. 15. num. 25. & fol 28 num. 2. præterquam in crimine falſi, nam in eo moribus receptum eſt in ea prouincia, ut neceſſaria ſit inſcriptio, nulla facta diſtinctione, an ille, qui vult aliquod inſtrumentum vel aliam ſcripturam de falſo redarguere, ſit actor vel reus, prout etiã atteſtatur Igneus in l fideicommiſſum, nume. 155. ff. ad Sylle. Ratio autem, cur hodie non obſeruetur illa ſolemnitas ſubſcriptionis, eſt, quia quum hodie pariter ex conſuetudine ſublata ſit pęna talionis, ſecundum ea, quæ dixi infra quæſt. 81. ſuperflua eſt etiam ſubſcriptio, propter quam actor ad ipſam pęnam talionis ſe obligabat.

14 Scias tamen, † quòd de iure canonico adhuc neceſſaria eſt huiuſmodi inſcriptio. Et ita quotidie ſeruamus, ut dicit Card. Alexand. in c. libellorum. circa fin. ſecunda qõ. 8. Et ideo in curia Romana ubi quis impetrat beneficiũ per priuationem alterius ex aliquo crimine, non datur ei ſignatura quo ad priuationem, niſi in forma, ut ſcilicet ſe ſubſcribat ad pęnam talionis, & iuxta formam iuris, vt ibi, quem refert Gigas in loco præallegato, quæſt. prima, in fi Idem etiã loquendo per uerbum, forte, dixit Bar. in d. l. ſi cui, nume. 2. in fi.

De iure autem ciuili talis ſolemnitas ſubſcriptionis, ut dixi, abijt in deſuetudinem, b quinimò ſecundum alios (etiam circunſcripta conſuetudine) talis ſolemnitas ſubſcriptionis nunquam fuit neceſſaria. Nam obligatio ad pęnam talionis, etiam ſi expreſſe non fiat, ſubintelligitur ex legis diſpoſitione, prout videtur tenere gloſ. fin in fi. C. de accuſatio. quæ vult, ꝙ ex ſubſcriptione, in qua accuſator affirmet ſe dediſſe illũ libellum, cenſeatur ſe obligaſſe ad pęnam talionis. Refert ét Fel. in d c ſuper his, poſt nu. 10. quòd Bar. in d l. ſi cui. atteſtatur, quòd hæc eſt communis opinio, licet ego in libro meo non reperiam Bar. id atteſtantem. Sed quic-

quicquid ſit, tenenda eſt hæc concluſio, ꝙ etiam de iure, ceſſante ſubſcriptione, accuſator. qui accuſationi ſe non ſubſcripſit, punitur nihilominus pœna talionis, perinde ac ſi ſubſcripſiſſet, quam dicit eſſe communem Abb. in d c. ſuper his, nume. 8. Aret. in eo. ca. ſuper his, nume. 21. Et ideo, etiam ſi omiſſa ſit, non propterea vitiaretur proceſſus, prout etiam tenere communiter doctores affirmat Card. Alexan in d. c. de accuſatione, col. 3. in fi. Foller. in prac. crim. cano. fol. 50. num. 50. licèt in hoc vltimo reuera circunſcripta conſuetudine, fortè dici poſſet contrariam opinionem eſſe veriorem, quòd ſcilicet omiſſa ſubſcriptione, accuſatio eſſet nulla, ex quo tradita videtur ꝓ forma. Sed hæc nunquam contingunt in practica.

15 Sed Retenta † concluſione, ꝙ ſubſcriptio ſit neceſſaria. Quæro, nunquid maritus & alij accuſantes de adulterio, qui præſumuntur accuſare propter immenſum dolorem, & ideo excuſantur à præſumpta calumnia, teneantur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis? Reſpon. ꝙ ſic, & ita communiter tenetur, vt dicit Anan in c. cùm dilectus, poſt nume. 24. de calumniato. Et licet Areti. in d. c. ſuper his, num. 19. referat doctores communiter dicere, ꝙ maritus de adulterio accuſans, iure mariti, non tenetur ſe ſubſcribere, ſed tantum quando accuſat iure extranei, tamen indiſtinctè tenendum eſt, ꝙ teneatur ſe ſubſcribere. Quamuis.n. excuſetur à præſumpta calumnia, non tamen propterea debet excuſari à uera, & conſequenter neq; etiam à ſubſcriptione, vt per Areti. ibi.

16 Quæro Etiam † tu ſcis, quòd regulariter mulier prohibetur accuſare, vt dixi infra quæſt. 14. verſi. Præterea dixi, niſi in quibuſdam criminibus exceptis, nunquid ergo in caſibus, in quibus admittitur ad accuſandum, teneatur & ipſa ſe ſubſcribere? Reſpô. de iure ciuili vtique debet ſe ſubſcribere, ſed de iure canonico non tenetur. Ita dicitur tenere glo. in d. c. ſuper his, quæ per doctores communiter approbatur, ut dicit Card. Alex. in d. c. de accuſatione. col. 1. Hâc etiam opin. communiter teneri à canoniſtis atteſtatur Hiero. in Apoſtil ad Ang. de maleſi. in d verbo. Et ad querelam, nu. 18. quã etiam communem appellat Areti. in d c. ſuper his, nu. 20.

17 Vltimo Quæro, † nunquid in accuſatione criminali neceſſaria ſit concluſio libelli? Reſpond. ꝙ non, ſecundum Bar. in l. libellorum, nume. 19. ff. de accuſ. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Marian. in repe. c. qualiter & quando. nume. 211. de accuſat. Et dicit Bal. in l. ſi quis ſe. in ſi. C. de accuſ. ꝙ ita dicunt omnes doctores. Ratio autẽ, quare non requiratur concluſio libelli in criminalibus, vt in ciuilibus, eſt ſecundum eum, quia in ciuilibus pars poteſt, diuerſis modis concludendo libellum, facere, vt diuerſis ẽt modis poſſit ſequi ſententia, nam etiam ſi quis ſit creditor de mille, poteſt concludere tantummodo in centum, & iudex non poterit vltra illa centum condemnare, etiam ſi de maiori debito appareat. Sed in criminalibus ex narratione facti oritur certa iuris diſpoſitio, quæ pro eo delicto pœnam imponit, quæ ex diuerſitate cõcludendi variari non poteſt. Et ſic lex ipſa ſemper concludit ad commodum fiſci, & iuſtitiæ complementum. Sufficit ergo ꝙ libellus accuſationis ita concludat, Quare peto ipſum puniri iuxta formam iuris & ſtatutorum &c. Et ita eſt de conſuetudine, ut dicit Alber. in l. interdum. in princ. num. 2. ff de publi. iudi. Salic. in d. l. in cauſis, nu. 22. C. de accuſa quem refert Auguſti. poſt Ang. de maleſi. in verbo, Hæc eſt quædam inquiſitio, nu. 66. Idem dicit And de maleſi. in d. verbo. Et ad querelam, nume. 56. quem refert Prac. Conradi fol. 225. nume 7. Ita etiam de conſuetudine ſeruari ait Card Alex. in d. c. libellorum col. 2. verſi. Nota ꝙ non videtur. ſecunda, quæſt. octaua. Faciunt quæ dixi infra quæ. 31. verſ. Super quibus omnibus.

ADDITIONES.

a Tenetur accuſator ſe ſubſcribere.] In quibus autem caſibus nõ requiratur inſcriptio vide poſt gl. 2. in princ. per Fely. in c. ſuper litteris. allegato in tex. nu. 3. ubi alias gl. ſimul. & concord. citat. & an vbi tenetur, id intelligatur ipſo iure uel ſententia. Iaſ. in l. vniuerſa. C de preci. Imper. offeren. v bi.

b Abijt in deſuetudinem.] Adde ad idem, & fuſius per Duen. d reg. 27. verſ. eſt tamen notandum, ubi quod plus eſt, ponit rationẽ, quare in deſuetudinem abijt.

Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

1 *Plures an poſſint in eodẽ libello accuſare eũdẽ.*

Et

2 *Et an plures poſſint ſimul accuſari, verſicu. Quaro nunc.*
3 *An unus poſſit accuſari de pluribus criminibus ſimul, verſi Sed nunquid.*
4 *An unus poſſit de pluribus criminibus ſeparatim accuſari, uerſi. Item quaro.*
An ſuperſedendum ſit in uno, donec ſuper alio cognitum ſit, ibid.

Dictum Eſt de accuſatione & forma libelli accuſatorij, nũc ſucceſſiue videndum eſt, an in eodẽ libello plures accuſare vel accu-
1 ſari poſſint. Et in primis † q̃ro, nunquid plures poſſint ſimul accuſare eundem? Reſpon. Aut cuiuslibet accuſantium intereſt ratione officij, puta, quia ſint plures tutores uel adminiſtratores, & tunc poſſunt ſimul accuſare in eodem libello, non autem in pluribus. Idemque ſi eorum intereſt ratione cõmunis iniuriæ, puta ſi communis eorũ ſeruus occiſus ſit. Aut nullius eorum intereſt neque ratione officij, neque cõmunis iniuriæ, & tunc non admittuntur ſimul ad accuſandum, neque in eodem libello, neque in diuerſis, ſed vnus eorum eligitur qui ſit magis idoneus. Ita dicit Salic. in l. ſi accuſatoribus, num. 2. C. de accuſ. Et hæc diſtinctio in omnibus tribus membris communiter tenetur, ut atteſtatur Hier in Apoſtil. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et ad querelam, nu. 65. ſed hoc ultimum, vt ſcilicet quando plures, qui non proſequuntur ſuam uel ſuorũ iniuriam, uolunt accuſare, debeat iudex vnum eligere, intellige ut procedat parte opponẽte, nam ſi pars nõ opponat, valet iudicium.
* Et hæc eſt communis opi. ut atteſtatur Areti. in c. olim, num. 10. de accuſatio. quem refert Villalobos in ſua collecta communium opin. in littera A, poſt num. 13. Item intellige ut procedat, niſi ipſi omnes uellent unũ procuratorem conſtituere, tunc enim poſſet procurator nomine omniũ cauſam proſequi. Ita tenet Innoc. in d. c. olim, numero 5, quem ſequuntur communiter doctores, ut atteſtatur Imola in d. c. olim. in fin. prout illum refert Anan. in c. 1. poſt num. 3. verſic. Quid autem ſi plures, de colluſ. deteg dicit etiam Aret. in loco præallegato, poſt num. 11. quòd hanc doctrinam approbant communiter doctores, & illum refert Villalobos vbi ſupra.
2 Quæro Nunc è conuerſo † nunquid poſſint plures ſimul accuſari? Reſpond. quòd regulariter quis non poteſt duos ſeu plures in eodem libello accuſare, etiam ſi ſuã vel ſuorum iniuriam proſequatur. Ita tenet Specul. in tit. de accuſatore, uerſi. Itẽ quòd non poteſt. Et dicit Marian. in c. 1. poſt num. 143 col 4. verſi. Eſt ergo uera. de libel oblatio. q̃ ipſe ſecundum hanc concluſionẽ conſuluit, & q̃ ita fuit iudicatum. Hæc tamen concluſio intelligenda eſt ut procedat, quando agitur de diuerſis delictis, ſed quãdo agitur de eodem delicto à pluribus ſimul uel ex eadem cauſa commiſſo, tũc poſſunt plures in eodem libello accuſari, etiam ſi eſſent mille, quicquid dixerit glo. in l. qui pupillã. in glo. fina. ff de adulter cujus opin. commu-
* niter reprobatur, ut dicit Marian. in loco præallegato.
3 Sed Nunquid † poteſt accuſator de pluribus criminibus in eodem libello accuſationem proponere? Reſpond. Aut accuſat unum tantùm, & poteſt contra eum multa crimina in eodem libello deducere. Aut accuſat plures, & non poteſt ex diuerſis delictis eos in eodem libello accuſare. Et hæc eſt communis opin ut dicit Roma. conſilio 240. poſt nume. 1. quem refert Apoſtil. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et ad querelam, ſub num. 25.
4 Item Quæro, † nunquid poſſit quis de pluribus criminibus ſeparatim accuſari? Reſpond. quòd ſic, non modò ſi talia crimina ex pluribus factis reſultent, ſed etiam ſi ex eodem facto oriantur plura crimina, & ſint ſpecie diuerſa, poteſt enim delinquens de ipſis omnibus ſeparatim accuſari, & de pluribus quoque puniri. Et ubi ſuper uno crimine ſit concluſum in cauſa, adeò q̃ ſola ſententia expectetur, erit ſuperſedendũ, donec cauſa etiam ſuper altero crimine expediatur, ita tenet Barto. in l. qui de crimine, verſ. Venio ad ſi. C. de accuſatio. Et hæc
* concluſio eſt communiter approbata, ut dicit Grilland. de diuerſ. crim. lib. 3. quæſtio. prima numero 13. Quod tamen intellige ut procedat, quando tales cauſæ tractarentur ſub eodem iudice, ſecus autem ſi coram diuerſis, nam eo caſu quilibet iudex procedit alio non expectato, niſi tamen reus ſit in uno loco carceratus, tunc enim debet in alio ſuperſederi, iuxta ea, quæ dixi infra quæſtio. 34 verſi. De carcerato. Vide quę in hoc propoſito dixi infra quæſt. 16. uerſi. Quæro nunquid.

Quæ-

Quæſtio XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Accuſare qui poſſint, vel non.*
2 *Et quid ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequamur, verſi. Volo etiam.*
3 *An clericus poſſit accuſare, verſiculo, Dixi in primis.*
4 *An miles, verſi. Quæro etiam.*
5 *An filiusfam. verſi. Sed quid in filiofam.*
6 *An pupillus, verſi. Dicebam etiam.*
7 *An minor, verſ Sed quid in maiore.*
8 *An mulier, verſi. Præterea dixi.*
9 *An crimioſus, verſi. Dixi quoque.*
10 *An conſtitutus in peccato mortali, verſiculo, Quinimo.*
11 *An infamis, verſi. Secundus eſt caſus.*
12 *An accuſatus, verſi. Tertius eſt caſus.*
13 *Quando dicatur nomen accuſati receptum inter reos, verſi. Sed hic incidenter.*
14 *An abſolutus de crimine, verſicu. Quartus eſt caſus.*
15 *An condemnatus de crimine, verſicu. Quintus eſt caſus.*
16 *An excommunicatus, verſiculo, Quæro nunquid.*
17 *An inimicus, verſi. Vlterius dixi.*
Quæ dicatur capitalis inimicitia, ibidem, Remiſſiuè.
18 *An pauper, verſi Sed hic etiam.*
Quis dicatur pauper, ibid. Remiſſiuè.
19 *An laicus poſſit accuſare clericum, verſi. Propter reuerentiam.*
20 *An patronus clericum in ſuo beneficio inſtitutum, verſi. Sed nunquid.*
21 *An vaſallus dominum, verſi. Sed quæro.*
22 *An ſyndicus vniuerſitatis, verſi. Item quæro.*
23 *An compater, vel filius ſpiritualis poſſit accuſare de morte compatris, verſiculo, Quæro, an compater.*
An filii illegitimi de morte eorum parentum, verſi Quæro, an filii.
An ſpurii, ibidem.
An ſpurii poſſint accuſare de morte matrum, verſi Sed an tales.

1 NVNC videamus quæ perſonæ accuſare poſſint, vel non. Et quia materia eſt ſatis trita, breuius, quàm fieri poterit me expediam, Plenius videri poteſt in titulis ordinariis, & apud cri-
a minaliſtas in ſuis rubricis. a In primis igitur fac regulam, quòd quilibet poteſt accuſare, qui non eſt à iure prohibitus, nam hoc edictum eſt prohibitorium, ut dicit Specul. in titu. de accu. §. 1. in primis verbis, vel melius permiſſorium, quia ſcilicet generaliter omnibus illis permiſſum eſt accuſare, qui expreſſe prohibiti non reperiuntur, text. eſt in l. qui accuſare, ff. de accuſat. Et hanc regulam ponunt communiter doctores teſte Ant. Gomes. c. 1. delictorum, nu. 31. Sunt autem aliquæ cauſæ, propter quas multæ perſonæ ab accuſando repelluntur, ſcilicet, Aut propter dignitatem, ut clericus & miles, Aut propter defectum concernentem ſtatum perſonæ, puta filiusfam. vel ſeruus. Aut pp defectum ætatis, ut pupillus & minor.
b Aut pp imbecillitatem ſexus, vt mulier. b Aut propter indignitatem perſonæ, ut criminoſus, infamis, damnatus, excommunicatus, & huiuſmodi. Aut propter defectum fidei, quia ſcilicet lex de eo plene non confidit, vt inimicus & pauper. Aliquando etiam repellitur quis ab accuſando propter reuerentiam, ad quam obligatur uerſus eum, quem accuſare intendit. puta ſi ſeruus, aut libertus, aut uaſallus uelint accuſare dominos ſuos, uel ſi laicus uelit accuſare clericū. Repellitur etiam quandoque propter amorem, ad quem obligatur, puta maritus verſus uxorem, aut frater uerſus fratrem, de quibus omnibus videamus.

SCIAS tamen, quod huiuſmodi quæſtiones raro in practica occurrunt; quia, ut ſæpius dixi, ex generali conſuetudine in omnibus fere caſibus hodie per inquiſitionem ſeu ex officio proceditur, etiam ſi nemo accuſet. Et ideo iudices nunquam reiiciunt querelam ab alio porrectam propter aliquam ex prædictis cauſis, ex quo ipſi etiā ſine querela partis poſſent ex officio procedere. Quinimo talis querela aperit iudici viam aſſumendi informationes, & inquirendi ſuper illo delicto, etiam ſi ſit porrecta ab eo, qui de iure accuſare non poteſt, ut quotidie uidemus in practica obſeruari. Bene verum eſt, quòd in locis, in quibus ſeruaretur ius commune, poſſent hę quæſtiones eſſe ualde vtiles. pariter etiam in locis, in quibus non poſſunt iudices ſuper omnibus delictis ex officio procedere, prodeſſent in illis caſibus, in quibus non poſſet procedi niſi ad querelam partis, quæ hodie ſuccedit loco accuſationis, vt dixi ſupra quæſt. decima, verſi.

verſiculo, Scias autem.

2 Volo etiam, † ut præſupponas unum pro abſoluto in hac materia, quòd ſcilicet omnes illi, qui regulariter à iure prohibiti ſunt accuſare, admittuntur nihilominus indiſtinctè ad accuſandum, ſi ſuam vel ſuorũ iniuriam proſequantur, l. hi tamen omnes, ff. de accuſ. Et eſt communis theorica doctorum, ut atteſtatur Villalpand. ſuper l. 22. c. 50. poſt num. 4. magis enim fauendum eſt his, qui propriam iniuriam proſequuntur. Appellatione autem ſuorum in hoc propoſito qui veniant, non eſt à iure determinatum, & doctores multum varie loquuntur, prout refert Anto. Gomes. in c. 1. delictorũ, num. 33. Vbi recenſet quatuor opin. & tandem dicit, qnòd vera & communis opi. eſt, quòd ille dicitur accuſando proſequi ſuorũ iniuriam, quando non cogeretur contra eum, cuius iniuriam proſequitur, inuitus dicere teſtimonium. Tu uerò dic, quòd in hoc propoſito appellatione ſuorum ueniunt parentes, & deſcendentes omnes, item patroni, & patronæ, & eorum liberi, frater, ſoror, uxor, ſocer, ſocrus, gener, nur', vitricus, nouerca, & priuignus. Et in hoc reſidet cum effectu Abbas in c. de cætero, nume. 7 de teſtib. cuius opi. dicit eſſe communem Feli. in c. cum dilectus, nume. 9. de accuſatio. quem refert Maranta in ſuo Speculo, fol. 84. num. 62. & Carauita ſuper 192. ritu magnæ curiæ, nume. 2. Quod bene nota.

3 Dixi in primis, † quòd aliqui propter dignitatem prohibentur accuſare. Quæro, nũquid clericus poſſit accuſare? Reſpon. quòd ſic, dummodo ex eo crimine, de quo alium accuſare intendit, non ingeratur pœna ſanguinis, nam eo caſu ſi accuſet, efficitur irregularis. Tex. eſt in c. 2. & in c. poſtulaſti. de homicid. & eſt omnium communis ſententia, ut ait Didac. in clem. ſi furioſus, de homicidio, fol. 312. verſi. Tertio eodem. Benè uerum eſt quòd ſi clericus in actu ipſius accuſationis proteſtetur, quòd non intendit agere ad uindictam corporalem, eo caſu non efficitur irregularis, ut dixi infra lib. 7. § Irregularitas. Et hanc cautelam vidi ſæpiſſimè in practica obſeruari. Vide tamen quæ dixi infra quæſt. 24. uerſ. Sed quid ſi clericus.

4 Quaero etiam, † nunquid miles poſſit accuſare? Reſpond. de iure communi milites prohibentur accuſare, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur, tex. eſt in l. nõ prohibentur, & in l. crimine. C. de accuſat. debent enim milites curare ea, quæ ad militiam pertinent, non autem ſe criminalibus litibus immiſcere. Tu uerò dic, quòd hoc forte poterat locum habere in militibus antiqui tẽporis, de quibus dixi ſupra, lib. 2. §. Miles. ſed hodie milites noſtri temporis, indiſtinctè admittũtur ad accuſandum. Et ita communiter concludunt doctores omnes, ut dicit Nouel. in trac. ad defenſam, fol. 73. nume. 32.

Dixi etiam, quòd propter defectum concernentem ſtatum perſonæ aliqui prohibentur accuſare. Exemplum in ſeruo, & ſtatu libero, qui alios accuſare non poſſunt, præterquam in nonnullis caſibus exceptis.

5 Sed quid † in filiofam. Reſpond. ſi accedat conſenſus patris, nulli dubium eſt, quòd poterit accuſare. Punctus eſt, an poſſit accuſare ſine conſenſu patris. Et in hoc glo. in l. ſi §. Neceſſitatem, in glo. magna, in uerbo imponenda, C. de bo. quæ libe. tenuit qu[illegible] non. Et ita magis communiter ten[illegible] ſtatur Prac. Carer. fol. 617. poſt nu. 108. Sed certè quicquid dicat Carer. illa glo. communiter reprobatur, ut dicit Car. Alex. in c. de accuſatione, col. nona, uerſi. Item ſecundum aliquos, ſecunda, quæſt. octaua. Hieron. poſt Angel. de malefi in uerbo, & ad querelam, poſt nume. 81. Dicit etiam Prac. Papien. in forma inquiſitionis, in uerbo, contra & aduerſus, nu. 3. quòd iſtud, quòd filiusfam. non poſſit in iudicio criminali eſſe ſine conſenſu patris, male per iudices obſeruatur. Et ita videmus quotidie contrarium ſeruari, quòd ſcilicet non requiratur conſenſus patris, ſiue filiusfam. accuſet, ſiue accuſetur de publico crimine. Et fuit opin. Bart. in l. inter liberos. §. 1. ff de adulter. quam dicit eſſe cõmunem Hieron. in loco præallegato, ſubdens non eſſe in iudicando ab ea recedendũ, quem refert Carauita ſuper 201. ritu magnæ curiæ, nume. 5. hoc idem atteſtatur Anton. de Tremo. in additio. ad Bonac. in prac. Exceptionum, in Rubr. quibus modis ſuo no. ani. nume. 13. prout illum refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera F. nume. 133. Et dicit Areti. conſi. 138. in primis uerbis, quòd iſta eſt communis omnium ſententia, quòd in criminalibus, maxime ubi filius ſe defendit, non requiritur patris conſenſus. Ego certe nunquam uidi in practica dubitari in cauſis criminalibus, an filiusfam. ſiue agendo ſiue defendendo, poſſet ſtare in iudicio ſi-

ne

ne conſenſu patris, ſed ſemper vidi procedi, ſiue ageretur de crimine publico, ſiue de crimine priuato. Et ideo putarem minimè mutanda eſſe, &c. Et licet Alberi. in l. pe. § ad crimen, num. 15. ff. de pub. iud. dicat, quod aduocati communiter ad tollendum omne dubium, faciunt interuenire patris conſenſum. Ego tamen vidi ſæpe contrarium obſeruari, nihilominus abũdãs cautela nõ nocet.

6 DICEBAM etiam, † quòd propter defectum ætatis nonnulli ab accuſando repelluntur, prout eſt pupillus, qui non admittitur ad accuſandum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, l. ſecunda, § Pupillus, ubi doctores, ff. de accuſatio. Et eſt communis opin. ut ait Hieron. in d. uer. & ad querelam, poſt num. 29.

7 SED quid † in maiore XIIII. an. minore autẽ XXV? Reſpond. ſi eſt minor XX an adhuc repellitur ab accuſando. Et ita videntur concludere cõmuniter doctores, vt dicit Abb. in c. 1. nume. 10. de accuſatio. Intellige, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur, ut in pupillo ſupra dictum eſt. Et ita hanc eſſe communem opin. atteſtatur Ant. de Tremo. in loco præallegato, num. 6. uerſi. Ad illos caſus, prout illum refert Villalob. in loco præallegato, in littera M, num. 91. Si uero eſt maior XX. an. tunc etiam ſi ſit minor XXV. poteſt indiſtinctè accuſare, etiam ſi ſuam uel ſuorum iniuriam non proſequatur, ita tenet Bar. in d. l. ſecunda, §. Pupillus, nume. 2. Et eſt communis opin. ut atteſtatur Alex. in l. de pupillo, quam legit cum §. præcedente, qui incipit. Si in publico. nume. 8 ff. de noui oper. nunc. quem refert Nouell. in trac. ad defenſam, fol 67. nume. 13. Idem atteſtatur Zanettin. in c. 1. de accuſatio. prout refert Hieron. in loco præallegato, poſt nu. 29. & Viuius in libro communium opin. in uerbo, accuſare regulariter. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Modernorum Salic. in l. ſi cautiones, num. 3. C. qui accuſ. non poſſ. Sed certe quicquid ſit de iure, conſuetudo indiſtinctè admittit minores ad accuſandum, dummodo 14. ętatis an. excellerint.

8 PRÆTEREA dixi, † quod propter defectũ ſexus mulier ab accuſando repellitur, ut eſt tex. in l. de crimine, C. qui accuſare non poſſ. Scias tamen, quod ſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur, non eſt ab accuſando excludenda, c ut dicit tex. in d. l. de crimine. Hinc infertur, quòd poteſt uxor accuſare homicidam de morte mariti. Et hæc eſt omnium receptiſſima ſententia, ut atteſtatur Placa lib. 1. delictorum, c. 40. nu. 2. ſubdens etiam, quòd eſt obſeruantior, quàm ipſe uiderit, ſunt enim maritus & vxor tanquam duo in carne una.

9 DIXI quoque, † quòd propter indignitatem perſonæ multi accuſare prohibentur. Quæro ergo, nunquid criminoſus repellatur ab accuſando? Reſpond. Hæc quæſtio poteſt multis modis contingere, nam aut loquimur de criminoſo nondum diffamato, nec accuſato, aut de iam diffamato, & non dum accuſato, aut de accuſato nondum cõdemnato, neque abſoluto, aut de iam abſoluto, aut de iam condemnato. Primo caſu, quando loquimur de criminoſo nondum diffamato, nec accuſato, diſtinguendum eſt inter forum eccleſiaſticum & ſeculare, nam in foro eccleſiaſtico talis criminoſus regulariter repellitur ab accuſando, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur. Et hoc de iure canonico tenetur pro certo, ut dicit Car. Alexan. in c. prohibentur, uerſic. Nota quòd regulariter, ſecunda quæſt. prima.

10 QVINIMO de † iure canonico non modò criminoſus, ſed etiam ſimpliciter conſtitutus in peccato mortali, de quo pœnitentiam non egerit, repellitur ab accuſando. Et hanc dicit eſſe communem opin. Berous in c. 1. nume. 35. de accuſatio. Multum autem intereſt inter criminoſum, & peccatorẽ, ut ibi per te videre poteris. Sed certe ſi peccatores non admitterentur ad accuſandum, nullus reperiretur, qui poſſet accuſare De iure autem ciuili, propter crimen quis ab accuſatione non repellitur, niſi ex eo factus ſit infamis, ut infra dicam.

11 SECVNDVS eſt † caſus, quando loquimur in criminoſo nondum accuſato, ſed tamen de ipſo crimine iam diffamato. Et tunc ſi quidem crimen eſt tale, ex quo non reſultet infamia, non eſt de huiuſmodi diffamatione curandum. Si uero ex tali diffamatione effectus eſt infamis, d uidendum eſt generaliter, nunquid infamis poſſit accuſare. Et in hoc ſcias eſſe diſtinguendum inter infamiam iuris, & infamiam facti, nam infamis infamia iuris prorſus repellitur ab accuſando, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, c. infames, 6. q. 1. l. q accuſare, ff de accuſatio. Et hæc eſt cõis & indubitata concluſio, ut dicit Hieron. poſt Ang de maleſi. in uerbo, & ad querelam, poſt nume. 23. Infamis autẽ infamia facti de iure canonico repellitur

pellitur ab accuſando, ſed de iure ciuili ad mittitur. Et ita tenent communiter doctores, vt dicit Berous in d. c. 1. num. 44. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Hieron. in loco præallegato, quem refert Viuius in lib. communium opin. in uerbo, accuſare non poteſt. Quis autem dicatur infamis in famia iuris, & quis infamia facti, dixi ſupra lib. 2. §. infamis.

12 TERTIVS eſt † caſus, quando agitur de criminoſo iam accuſato. Et tūc eſt diſtinguendum, nam aut nomen ipſius accuſati nondum eſt receptum inter reos, & tunc po teſt accuſare de maiori crimine, nedū quemcunq; extraneum, ſed etiam ſuum accuſatorem. De pari autem ſeu minori crimine neminem accuſare poteſt, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, ſecundum opi. Azo. quam dicit eſſe communem Imola in l. is qui reus, nu. 21. ff. de publi. iudi. Maria. in c. 1. num. 67. de mutuis petitio. Et hanc opi. quantum ad hoc, quòd poſſit proſequē do ſuam iniuriam reaccuſare ſuum accu-
e ſatorem, e & quod ſuper utraque ſit procedendum, dicit ſeruari Bal. in l. 1. poſt nu. 21. verſi. Dicunt ergo, C. qui accuſ. non poſ. Odofred. autem tenuit, quòd etiam de pari uel minori poſſit accuſatorem ſuum reaccuſare. Et hæc opin. per totam Italiam de conſuetudine obſeruatur, ut dicit Gandi. de maleſi. in tit. qui accuſare poſſ. num. 41. quem refert Aug. ad Ang. de malefic. in d. verbo, & ad querelam, poſt nu. 63. Et ideo ab hanc ſententia nō putarem in practica recedendum, reo tamen prius in carceribus conſtituto, ut ſtatim dicam. Poſtquam aūt eius nomen eſt receptum inter reos, poteſt de maiori crimine alium quam accuſatorē
f ſuum accuſare. f Et hanc partem ſequuntur communiter doctores, ut dicit Imola in d. l. is qui reus, nu. 17. Quinimo poteſt etiā ipſummet accuſatorem ſuum reaccuſare de maiori crimine, modò ſuam iniuriam proſequatur. Et hæc eſt communis opi. ut dicit Maria. in d. c. 1. poſt nu. 73. uer. Aduerte etiam. Et hoc etiam dato, quod ille, qui primo loco accuſauit, pariter & ipſe ſuam iniuriam proſequeretur, adhuc enim poteſt accuſatus illum reaccuſare, & ſuper vtraq; accuſatione pariter erit procedendum, quicquid dixerit glo. in d. l. is qui reus, in verbo Accuſare, contra quam eſt communis opi. ut dicit Imola in ea. l. is qui reus, poſt num. 6. uerſic. In ea glo. ibi quod accipe. Marian. in d. c. 1. poſt num. 73. uerſi. Et prædicta procedunt. Sed ſi ſecunda accuſatio eſſet de minori crimine uel æquali, tunc dicit Ang. in l. qui prior, poſt nume 2 uer. Quādoq; uitra que, ff de iudi. & in l. quoniam, poſt num. 1. C. de adulter. quòd licet ordo naturalis cauſarum poſtularet, quòd prius ſuper prima, deinde ſuper ſecunda accuſatione cognoſceretur, nihilominus gratia minuendi rum litium poterit ſuper vtraque cognoſci. Et ponit exemplum, Accuſo te de vulnere mihi illato, tu accuſas me de falſo. Et quod falſam accuſationem inſtitui, certe dicit ipſe, iſta crimina inuicem ſe contingunt. Et poteſt dici, quòd vnum non ſit maius alio. Et ideo ait conſuetudine obtentum eſſe, quod ſuper utroque procedatur. Et quod ex probationibus hinc & inde factis feratur ſententia ſuper utroque iuſtitia mediante. Et hoc dictum Angel. refert Afflictus ſuper ſecunda parte conſtitutionum Regni, Rub. 20. nu. 1. Eandem opin. de conſuetudine obſeruari atteſtatur idem Ang. in l. prima, nu. 5. C. de calumniator. ſubdens quòd hæc practica ſibi uidetur multum commendabilis. Et illum refert Io de Ana. in c. 1. nume. 10. de calumnia. ſubdens quod eſt bonum uerbum & notandum. & Soc. con. 118. nume. 1. in fin. lib. 1. dicens ei credendum eſſe de hac conſuetudine atteſtanti. Apud nos autem regulariter non admittitur in practica querela accuſati contra querelam accuſatoris ſuper eodem facto, niſi reus ſit perſonaliter in iudicio conſtitutus. Aliàs enim eſſet deſtruere totam practicam criminalem, quia per indirectum reus admittere tur ad faciendum ſuas defenſiones extra carceres, quod non eſt dicendum. Et ita hic obſeruatur, etiam ſi ſecunda querela ſit de grauiori delicto. Vbi uerò reus eſt in iudicio perſonaliter conſtitutus, ſemper admittitur querela contra querelā, ſiue de maiori, ſiue de minori crimine agatur, quādo crimina ſe inuicem contingunt, ut loquitur Ang. in locis præallegatis. Et ſuper utraque proceditur, &c. Cæterum ubi crimina ſe non contingerent, forte, in aliquibus locis ſeruaretur communis opi. ut non admittatur reus ad reaccuſandum, niſi de maiori crimine, & in quo ſuam iniuriā proſequatur, vt ſupra dixi. Sed in hoc ducatu, in quo poteſt fieri de quocunque crimine ex officio inquiri, hæc exceptio parum prodeſſet, nam ad inſtantiam fiſci ſolent ſemper & ſuper omnibus

bus aſſumi informationes ex officio, nulla habita ratione an ſuper eo crimine poſſet procedere accuſatio. Et ita uidi pluries obſeruari. Bene verum eſt, quòd ſi iudex uidet, quòd accuſatus reaccuſauerit ſuum accuſatorem, ut illum diuertat à proſequenda accuſatione, ſolet quandoque accipere fideiuſſionem ab accuſatore de ſe conſtituendo, quotieſcunque ipſi iudici uidebitur, & ſuper prima accuſatione procedere. In Regno autem Nea. hæc omnia ſunt ſuperflua, cùm enim nemo admittatur ad accuſandum, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur, indiſtinctè admittitur accuſatus ad reaccuſandū ſuū accuſatorē, ut declarat Maranta in ſuo Spec. fol. 43. num. 48. ſubdens, quòd hodie in Regno nulla cauſa eſt præiudicialis alteri, ſed ſuper utraque eodem tempore proceditur. Idem tamen Maranta ibid. nume. 55. allegat quendam ritum magnæ curię, ſecundum quem dicit non admitti accuſatorem ad reaccuſandum, & conſequenter correcta eſſe iura communia & etiam conſtitutiones Regni. Tu uide Carauitam ſuper ritu 193. Ego enim nolo ſuper his multum laborare, ſatis eſt ea tranſeundo attigiſſe. Et ideo illa Regnicolis diffinienda relinquo. Vide tamen tu Regnicola Grammat. ſuper conſtitut. Regni, fol. 65. colū. 3. in fi. ubi dicit iudicatum fuiſſe per conſi. Neap. quòd quando vtraque querela oritur ex eodem fonte, poteſt ſuper utraque eodem contextu procedi. Et ita ſeruauit magiſtratus in quadam cauſa arduæ ſuperioribus diebus, in qua vnus, cuius famuli deprehenſi fuerant conducere bladū extra territoriū, faſſus eſt delictum, & querelauit officialem, quòd eius conſenſu illud cōduci faceret potens ſe liberari virtute edictorum publicatorū, ex quorū diſpoſitione denūcians officialē conſentientem fraudib. conſequitur impunitatem; nam fuit admiſſa querela iſtius cum fideiuſſionem ſcutorū mille de comparendo quandocunque uiſū fuiſſet magiſtratui. Et cęptum eſt ſuper vtraque querela procedi, & cauſa adhuc pēdet. Solet etiam ſenatus quandoque ex cauſa, vbi videt ſecundam accuſationem eſſe calūnioſam, mandare ut ſuper prima prius procedatur, prout factum fuit in cauſa cuiuſdā d. Margaritæ Cribellæ 24. Octobris 1555. A. C. & aliàs ſæpe.

QVANDO autem criminaliter accuſatus poſſit accuſatorem ſuum ciuiliter reconuenire, dixi ſupra q. 2. ver. Aūt quæris.

13 SED hic † incidenter quęro, quando nomen accuſati dicatur receptum inter reos? Reſpond. In hoc articulo doctores varie loquuti ſunt. Tu uerò dic, quòd regulariter ſi reus eſt præſens in iudicio, per litis conteſtationem dicitur eius nomen receptum inter reos. g Et hæc fuit opin Petri, quam cōſuetudo approbare uidetur, ut dicit Bald. in l. prima, poſt nume. 31. C. qui accuſ. non poſ. Et dicit Villalob. ſuper l. 22. c. 49. in vlt. verbis, quod ita magis communiter concluditur, nam (ſecundum eum) ex conſuetudine non fit aliquis actus deſcribendi inter reos tanquam actus ſeparatus, prout etiam id non eſſe in vſu atteſtatur Sali. in d. l. prima, nume. 15. in fi. ſed ſolummodo fit litis conteſtatio, ideoque dicendum eſt ex ipſa litis conteſtatione dici receptum eſſe nomen accuſati inter reos, ita q̨ ſi iudex interrogat reum, an commiſerit ipſum delictum, de quo imputatur, illico ſiue reus confiteatur, ſiue neget, facta reſponſione dicat̄ eius nomen receptum inter reos. Et in hoc nulla videtur eſſe difficultas; talis enim interrogatio iudicis, & reſponſio rei inducit litis conteſtationem, ut dixi infra quæſt. 45. circa prin. Si uerò reus non eſt detentus, ſed proceditur contra eum abſentem iuxta formā iuris communis in caſibus, in quibus eo iure permiſſum eſt contra abſentem procedi, vel ſtatutorum id permittentium, tunc ſi quidem ex parte rei ſunt propoſitæ exceptiones concernentes merita cauſæ, & reus eſt contumax, ſtatim in primo termino contumaciæ dicitur eius nomen receptum inter reos, quia ex diſpoſitione ſtatutorum contumax habetur pro confeſſo, & conſequenter etiam pro præſente, & ideo contumacia quo ad hoc, ſuccedit loco ueræ confeſſionis & conteſtationis litis. Si uerò opponuntur exceptiones delatoriæ ſiue declinatoriæ, puta concernentes incompetentiam iudicis, uel inhabilitatem accuſatoris, vel huiuſmodi, tunc quando iudex declarat ſuper ipſis exceptionibus, & illas expreſſe reiicit: vel eis non obſtantibus procedit ad vlteriora, dicitur nomen imputati receptum inter reos, & non ante. Et hæc eſt diſtinctio Bar. in d. l. is qui reus, nume. 3. ff. de pub. iudi. quam dicit eſſe communem Ale. in l. cum mulier. nume. 6. ff. ſolut. matri. Et dicit Angel. de malefi. in uerbo, & ad querelam, nume. 61. quòd hæc opi. Bart. in

in practica obſeruatur, quem refert Card. Alexand.in ca.de accuſatione, colum.octaua, circa med. ſecunda quæſt. octaua. Et Hiero.in Apoſtil. ad Angel. in loco præallegato, dicit quòd eſt uera & communis.

14 QVARTVS eſt † caſus, quando loquimur in accuſato, qui tamen fuit de ipſo crimine abſolutus. Et hoc caſu ceſſat omnis difficultas, talis enim proculdubio poterit poſt abſolutionem etiam ipſummet accuſatorem ſuum accuſare. Et ita tenent omnes doctores, ut dicit Marian. in d.c. 1.num. 81.de mutuis petitio.licèt dicat, ꝙ de iure canonico quo ad ipſum accuſatorem non tranſit ſine dubio.

15 QVINTVS eſt † caſus, quando loquimur de criminoſo iam condemnato; & tunc etiam eſt diſtinguendum, nam aut condemnatio eſt talis, propter quam condemnatus non amittat famam, nec ciuitatem, neque libertatem. Et hoc caſu dicendum eſt, quòd pariter poterit accuſare. Et ita concludunt doctores, ut atteſtatur Marian.in d.ca. 1.poſt nume. 81.Aut verò propter condemnationem amiſit famam, ſed non ciuitatem, nec libertatem. Et tunc aliqui dicunt, quòd poteſt accuſare ſuum accuſatorem, etiam ſi ſuam iniuriam non proſequatur. Extraneum verò non poteſt accuſare, niſi ſuam iniuriam proſequatur. Et dicit Imola in l.is qui reus, poſt nume. 13.uerſicu. In ea glo. ibi, ei dicit, quòd ita tenent communiter doctores. Hanc etiam dicit eſſe communem opi.Marian. in d. c. 1.nume. 82.de mut.peti. Alij uerò indiſtincte tenēt, quòd criminoſus damnatus de crimine publico per ſententiam non poteſt accuſare. Et hanc dicit eſſe communem opin. Berous in d.c.1.nu 25 & ſeq. de accuſation. quæ ēt mihi magis placet, ex quo talis proculdubio efficitur infamis, ut dixi infra quæſt. 72.uerſicu. Damnatus, publico. meritò eſt ab accuſando repellendus, iuxta ea quæ dixi ſupra ver. Secundus eſt caſus. quam tamē intellige ut procedat, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur, nam eo caſu non eſt ab accuſatione repellendus. Adde ꝙ hæc concluſio locum habet etiam in criminibus exceptis, nam huiuſmodi infamis ex damnatione publici iudicij, neque etiam in illis admittitur ad accuſandum, ita tenet glo. in l. qui iudicio publico, in uerbo, mortem, ff. de accuſa. & eſt communis opi. vt dicit Berous in d.c.1.nume.43.de accuſatio. Aut uerò per talem condemnationem amiſit ciuitatem uel libertatem. Et tunc nō poterit de nouo accuſare, ſed bene poterit accuſationem iam inchoatam proſequi non ſolum aduerſus ſuum accuſatorem, ſed etiam aduerſus extraneum. Et ita communiter tenetur, ut ait Imola in d.l.is qui reus, num. 15.Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Marian.in d.c. 1.num.83.de mutuis peti. Et hæc omnia benè nota, quia fortè non inuenies alibi tam clare poſita.

16 QVÆRO, nunquid † excommunicatus poſſit accuſare? Reſpond. quòd non, nam excommunicatus non poteſt ſtare in iudicio, ut dixi ſupra lib. 2. §. Excommunicatus. Et eſt receptiſſima doctorum ſententia, vt dicit Placa lib. 1.delictorum, c. 44.nume. 10. Quæ quidem locum habet etiam in foro ciuili, nam (ut dixi in loco præallegato) quamuis hoc, ut excommunicatus non poſſit ſtare in iudicio, ſit introductum de iure canonico, tamen ſeruandum eſt etiam in foro Cæſareo.

17 VLTERIVS dixi, † quòd nonnulli repelluntur ab accuſando, quia lex de his plenè non confidit, prout eſt inimicus.
h *h* Scire tamen debes, quòd hoc non omnino abſolutè procedit, ſed eſt diſtinguendum ſecundum qualitatem inimicitiæ. Non enim ex quolibet odio quis eſt prohibendus, ne alium accuſet, ſecundum Vincen. in ca. repellantur. de accu. quem ſequuntur cōiter doct. ut dicit Hiero. poſt Ang. de malefi. in verb.& ad querelam, poſt nu. 37. aliàs pauci eſſent qui poſſent accuſare. Certum eſt enim, ꝙ nullus amicus alium ſibi amicum accuſat, ſed ſemper accuſationē præcedere ſolet aliqua animorum offenſio. Cæterùm ſi eſſet inimicitia capitalis, utique talis inimicus eſſet ab accuſatione repellendus. Et ita communiter tenetur & ſeruatur, ut dicit Ang. in loco pręallegato, nume. 36. ubi etiam Hiero. in Apoſtil. dicit, quòd ita tenent communiter doctores. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Berous in d. c. 1. num.47.& ſeq de accuſatio. talis enim præſumitur potius accuſare ad priuatam vindictam, quàm zelo iuſtitię. Hoc tamen intellige, niſi propriam iniuriam proſequeretur, tunc enim nullo mō eſſet ab accuſatione repellendus. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia, uel non, relinquitur arbitrio iudicis, ut dixi infra q. 24.uerſi. Item quæro.

18 *i* SED hic † etiam q̄ro, nunquid pauper *i* re

pellatur ab accuſando? Solet enim lex de pauperibus non multum confidere Reſpon. ꝙ regulariter pauper repellitur ab accuſando, qui ſcilicet habeat in bonis minus quã quinquaginta aureos. ut dicit tex. in l. nonnulli, ff de accuſation. Bene uerùm eſt, ꝙ ſi talis pauper eſt bonæ & honeſtæ fidei & uitæ, & non ſuſpectus propter paupertatem, non repellitur ab accuſando, ſecũdum gloſ. in d. l. nonnulli. in glo. unica, quam ſequuntur omnes, vt ait Berous in d. c. 1. poſt num. 54. ſubdens non eſſe ab ea. conſulendo aut iudicando recedendum. Quis autem dicatur pauper, dixi ſupra lib. 2. §. Pauper.

19 Propter reuerentiam † dixi etiam aliquos repelli ab accuſando, puta ſi laicus uelit accuſare ſeu denũciare criminaliter clericum de aliquo crimine, non etiam admittitur, niſi ſuam iniuriam proſequatur. Et hæc eſt communior opin. ut dicit glo. in ſumma 2. quæſt. 7. in glo. unica. Et hoc omnes admittunt ſecundum Foller. in prac. crim. cano. fol. 48. num. 43. quæ etiam locum habet (ſecundum aliquos) in clericis primæ tonſuræ, ut ſcilicet de iure neque ipſi à laicis accuſari poſſint, licet hoc priuilegium quo ad ipſos in deſuetudinem abierit, ut atteſtatur Prac. Caſoni, fol. 99. nu. 5 Ratio autem huius concluſionis eſt maleuolentia laicorum uerſus clericos, propter quã laici præſumerentur potius moueri odio, q̃ zelo iuſtitiæ, ſi clericos accuſarent. Adde ꝙ neque etiam admittitur laicus ad proponendum crimen ciuiliter contra clericum. Et eſt communis regula, ut ait Feli. in c. ex parte. nu. 6. & ſeq. de teſtib. Scias tamen ꝙ quando in accuſatione uerſatur crimen ſiue iuspublicum, puta dilapidationis bonorum Eccleſiæ, tunc quilibet laicus etiam extraneus admittitur ad accuſandum clericum. Et ita tenent cõmuniter doctores, vt ait Ferrer. conſi. 183. nu. 3. Præterea ſcias, ꝙ quilibet laicus etiam extraneus poteſt accuſare clericum proſequendo ſuam uel ſuorum iniuriam corporalẽ, etiã criminaliter Et ita tenẽt oẽs doctores ubique ut atteſtatur Ferret. in d. conſi. 183. poſt num. 4 uerſi. Quinto corroborant.

20 Sed nunquid † poteſt patronus laicus accuſare clericum inſtitutum in Eccleſia, in qua eſt patronus? Reſpon. Glo. in d. c. ex parte, in uerbo Tacito, in fi. tenuit ꝙ ſic, ſed certe communiter tenetur oppoſitum, ut atteſtatur Areti. in c. cum dilectus, poſt num. 10. de accuſatio. Bene uerum eſt, quòd in libro meo illa glo. dicit totum contrarium eius, ad quod allegatur, uidetur enim tenere, ꝙ non poteſt accuſare, ſed tãtum admittatur ad denunciandum. Vide quæ dixi ſupra queſtio ſeptima, uerſi. Quæro etiam.

21 Sed quæro, † nunquid uaſallus poſſit accuſare dominum de delicto? Reſpond. quòd licet inter doctores ſit controuerſia, an poſſit illum criminaliter accuſare, tamen ꝙ poſſit ciuiliter hoc ab omnibus communiter recipitur, ut ait Gratus conſi. 1. nu. 60. lib. 1. Vide quæ dixi infra lib. 7. §. Actio.

22 Item quæro, † nunquid poſſit quis nomine alieno accuſare? Reſpond. quòd regulariter non poteſt. Hinc infertur. quòd ſyndicus uniuerſitatis non poteſt aliquem accuſare nomine ſyndicario, ſed opus eſt, ꝙ accuſet ſuo nomine, ad utilitatem tamen ipſius vniuerſitatis. Et hæc eſt communis opi. legiſtarum, ut atteſtantur ſcribentes in c. dilectus, el ſecondo. de ſimo. & in ſpecie ſo. And. ſuper glo. penul & Anchar. & Henric. Boic. & Anania, num. 16. quos referunt Auguſt. & Hieron. poſt Ang. de maleſi in d uerbo, Et ad querelam, poſt nu 20 Sic etiã põt tutor nomine ſuo accuſare ad utilitatẽ pupilli, ſed tenetur nomine proprio ſe inſcribere, ſecundum communem opin. ut dicit Anan. in c. 2. num. 20. de calumniat. Villalpand. ſuper l. 22. c. 29. num. 3 in fi Sed certe Bal. in l. 1. num. 35. C. de accuſat. tenuit indiſtincte, ꝙ ſyndicus uniuerſitatis poſſit in iudicio capitali comparere pro ipſa uniuerſitate tam accuſando quàm defendendo, & ſubdit, ꝙ ita tenent omnes doctores, q̃ opi. mihi magis placet, & etiam uidetur conſuetudo illam approbare. Poſſet autem contraria opi procedere loquendo ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſecundum quam accuſans ſubijcitur pœnæ talionis. Sed poſtquam hodie ſublata eſt illa pœna talionis, non uideo, cur uniuerſitas non poſſit accuſare per ſyndicum uel procuratorẽ, ſicut quilibet alius, iuxta ea quæ dixi infra quæſt. 32. uerſi. Quæro nunquid. Et idem dico in tutore.

23 Qværo, an † compater k uel filius
K ſpiritualis, quem uulgo filiaſtrum l appel-
l lamus, admittatur ad accuſandum pro iniuria uel offenſa facta eius compatri, uel patri ſpirituali l Reſpond. quòd ſic, ita tenet Bald. in l. prima, numero 55. C. qui accuſ. non poſſ. licet dicat ſe neſcire, quòd de hoc reperiatur lex neque decretalis. Maior enim

eſt

eſt cognatio ſpiritualis, quàm carnalis. Et (ni fallor, Placa lib.1.delictorum, c. 40. nu. 11. in fi. dicit, quòd nemo vnquam doctorum refragatus eſt.

QVÆRO, an filij illegitimi admittantur ad accuſandum de morte eorum patris? Reſpon. ſi quidem ſunt naturales, ſcilicet nati ex ſoluto & ſoluta, non modò admittuntur ad accuſandum, ſed etiam præferuntur cæteris conſanguineis, ita tenet Bal. in d.l. 1 nu.50.C qui accuſ.nõ poſſ. Et eſt receptiſſima omnium ſententia, ut dicit Placa lib. 1 delictorum, c.41.num.5. Si uerò ſunt ſpurij, adulterini, uel inceſtuoſi, non admittuntur. Et eſt communis op. ut dicit Fel. in c. nõ nulli, §. ſunt & alij, nu.58. de reſcrip. & Villalpand. in l. 22.§.42.num. 7. prout illos refert Placa in d.c.41.num.26.in fi & ſeq. Tales enim filij uti à lege reprobati, pro filijs non habentur, cùm certum patrem non agnoſcant. Et ideo vbi certum patrem agnoſcerent, fortè non eſſent ab accuſatione re-
• pellendi. Et ita concludunt communiter doctores, ut atteſtatur Pet. Bellus de re mili. fol.139.nu.64.

SED an tales filij ſpurij poterunt accuſare de morte eorum matrum? Reſpon. quòd ſic. Et eſt omnium receptiſſima ſententia, ut dicit Placa in d.c.41. nu. 29. certa eſt enim mater, & quo ad ipſam lex eos pro filijs accipit, ut dixi ſupra li.2.§ Filius. ꝙ tamen intelligendum eſt vt procedat, modò tales ſpurij non ſint nati ex damnato coitu, & à lege punibili. Vide quæ dixi infra q.58. ver. Scias autem.

ADDITIONES.

a In ſuis rubricis.] Et uide præcipuè per Boni fa.de Vitalin.tit. qui accu. non poſſunt, qui in fi. duas ponit fallen. & quoniam ſecunda eſt in criminibus exceptis, ideò etiam ibid. vi. quæ ſint crimina excepta.

b Vt mulier.] Quid de vxore, an poſſit nomine ſuo accuſare occiſorem mariti ſui. ui. per Boer. deciſ.233. vbi decidit poſſe.

• Omnino text. qui tollit omne dubium. in c.2. de homicid. in 6.

c Non eſt excludenda.] Ad hoc faciunt deducta per Craue.con.220 in 1.dub.

d Effectus eſt infamis.] Adde, ꝙ ſemper admittitur ſi ſe conſtituat in carcere cum accuſato. Ex quo tunc ceſſat omnis ſuſpicio, & præſumptio, ut infra eo.q. in tract. de inimico, & paupere.

e Proſequendo ſuam iniuriam reaccuſare ſuũ accuſatorem) Et an ambæ accuſationes eodem tempore ſimul tractari debeant, an uerò prior producta. uid. per Hip. Rim. conſil. 114.

f Et accuſare.] Limita hãc communem decem modis, vt per Maria. Soc. d.c. 1. à nu. 69. vſque ad nume. 79 quem retulit Duen. qui regulam ponit ſub regu. xxix.

g Receptum inter reos.] Adde, quòd per iſtam rationem tenet Oſaſc. deciſ. 149. nu. 9 ſententiam in pęna pecuniaria ferri poſſe in perſonam procuratoris domini litis effecti, mortuo reo, poſt litem conteſtatam, & de delicto confeſſo, vel conuicto, non autem in hęredum vocatorum, & in illa quæſtio. dubitabili exiſtimauit opinionem hanc affirmatiuam crebriorem eſſe, & ſecundũ quã iudicatum extitiſſe retulit. Hancque etiam ſententiam poſt Oſaſc. veriorem, & receptiorem eſſe inquit Manſuer. ad pract. Papien. ti. inquiſitio, poſt gl. contra & aduerſus. poſt medium.

h Inimicus.] Hic aduerte, quòd in illis caſibus, in quibus inimicus ab accuſando repellitur, quod in eiſdem accuſando admittitur, quando ſe conſtituit in carcere cum accuſato; quia tunc indubitanter ceſſat omnis ſuſpicio, & omnis præſumptio, quæ ei poſſet obijci, & opponi tollitur. Ita latè ui. per Marſi. in pract. crim. §. diligenter. poſt num.208.

i Nunquid pauper.] Adde, vt ſupra adnotaui, quòd admittitur, quando ſe conſtituit in carcere cum accuſato; quia tunc indubitanter ceſſat omnis ſuſpicio.

K An compater, vel commater accuſare poſſit occiſorem ſui compatris, vltra Bald. in tex allegatum. ui. per Boer. deci.233.col.2. cum ibi allegatis.

l Filiaſtrum.] Item, quod filiotius, ſeu filiolus admittatur ad accuſandum pro iniuria vel offenſa facta patri ſpirituali. uid. etiam per Boer. eadem deciſ. 233. in fin.

Quæſt. XV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit ex officio repellere accuſatorem non idoneum.*

2 *Et quid ſi accuſatus contra eum aliquid oppo-*

opponere non poſſit, verſ. Et hoc quidem.

3 *Et quid ſi vterque ſit infamis. verſ. Sed quæro.*

4 *Accuſatore minus idoneo, ſi pars non opponat, an proceſſus valeat, verſ. Sed pone.*

5 *Iudex an poſſit cogere partem offenſam ad accuſandum, verſ. Item quæro.*

6 *Quis in accuſando præferatur, verſicu. Succeſſiuè quæro.*

VISVM eſt, quæ perſonæ accuſare poſſint, vel non, reſtat vt pro complemento aliquas etiam quæſtiones in hoc propoſito ſubijciamus. Quæro
1 igitur in primis, nunquid † iudex poſſit ex officio repellere accuſatorem non legitimnm, etiam ſi pars non opponat? Reſpon. quòd ſic, ne ſi legitimus non fuerit accuſator, fruſtra fatigetur accuſatus, vt dicit tex. in ca. 1. de accu. Et ita communiter dicitur, vt ait Oldrad. conſ. 124 nu. 1. 4.

2 Et hoc quidem † de plano procedit, quã do accuſator ex culpa vel defectu ſuo repellitur ab accuſando. Sed pone, ꝙ accuſatus (iure in ſui odium ita diſponente) non poſſit opponere contra perſonam accuſatoris, puta epiſcopus contra familiarem ſuum, vt eſt tex. in ca nulli, de accuſat. nunquid ad huc poterit iudex ex officio ſuo illum repellere? Reſpond. ꝙ ſic, ita ſentit loquendo per uerbum, fortè, glo. in d. c nulli, in gl. ſi. cuius opi. communiter ab omnibus approbatur, ut dicit Corſe. in reper. Abb. in verbo, iudex. Poteſt enim iudex in his, quæ ſibi vt iudici nota ſunt, procedere ex officio, & conſequenter proponere exceptiones, quas ipſi parti opponere non liceret.

3 Sed quæro † quid ſi aliquis, qui non poteſt accuſare, puta infamis, vel excommunicatus, accuſet alium infamẽ vel excõmunicatum. Et iſte excipiat contra accuſatorem ꝙ eſt infamis, nunquid erit hæc exceptio admittenda, an autem poterit accuſator dicere reo, ꝙ quum ipſe ſit infamis, non dẽt poſſe talem exceptionem proponere, iuxta illud, quod vulgò dici ſolet. Nihil Iudæus Iudæo, nihil Catilina Cethego? Reſ. ꝙ reus põt hac exceptione repellere accuſatorẽ, nõ obſtante ꝙ ipſe ſit infamis, ita dicit Bar. in l. ſeruos, ff. de accuſ. cuius opin. communiter tenetur per doctores, ut atteſtatur Hiero. in Apoſtil. ad Ang. de maleſi. in verbo, & ad querelam, poſt nu. 69.

4 Sed pone, † quòd aliqua perſona ex his, quæ de iure accuſare prohibentur, aliquem accuſauerit, & non fuerit contra eam oppoſitum, nunquid proceſſus factus ſuper huiuſmodi accuſatione ſubſtinebitur, an autem erit ipſo iure nullus? Reſpond. quòd talis proceſſus factus parte non opponente ualet, ita tenet Bar. in l. prima, §. accuſationem, nume. 2. ff. ad Turpil. & dicit Ana. in d. ca. 1. nu. 2 de accuſat. quòd ita tenent communiter doctores. Hanc etiam atteſtatur eſſe cõmunem opin. Aretin. in d. c. 1. nume. 21. in fi. quem refert Prac. Conradi, fol. 230. num. 14. Hieron. poſt Ange. de maleſi in verbo, & ad querelam, poſt num. 40. Sibi enim imputare debet accuſatus, qui exceptionem ſibi competentem non propoſuit. Sed hoc rarò contingit in practica, quia quum in quocunque crimine (vt ſæpe dixi) poſſit iudex per inquiſitionem procedere, nũquam ferè diſputatur, an accuſator ſit idoneus, vel non.

5 Item quæro † ſi alicui ſit illata iniuria, uel facta aliqua offenſio, & ipſe nolit de hoc querelare ſiue accuſare, nunquid iudex poterit illum cogere ad accuſandum? Reſpon. quòd non, ita tenet glo. in l. ſi quis homicidij, in uerb. coges, C. de accu. quę frequẽtiori doctorum conſenſu probatur, ut ait Didac. lib. 1. reſolutionum, c. 11. circa fin. Et licèt Bar. in l. in eum, num. 1. ff. de accuſat. tenuerit quòd ſpecialiter in crimine homicidij hæres poſſit cogi à iudice ad porrigendum querelam ſiue accuſationem de homicidio commiſſo in perſonam eius, cui ſucceſſit, tamen contra eum eſt communis opi. ut atteſtatur Salic. in ea. l. ſi quis homicidij, numero 10. Hieron. poſt Angel. de maleſic. in d. uerbo, & ad querelam, poſt numerum 57. Benè uerum eſt, quòd Bald. in d. l. ſi quis homicidij, nume. ſecundo, dicit contrarium communiter obſeruari, ſcilicet quòd iudex poteſt cogere hæredes occiſi ad accuſandum de eius morte, quem refert etiam Auguſti. poſt Angel. in loco præallegato. Sed certè neque in hac prouincia, neque alibi ego unquam uidi obſeruari. Benè cogitur offenſus narrare cum iuramento iudicialiter ſeriem rei, ſed poteſt ipſe dicere uel cum querela, uel ſine querela, prout ſibi magis placet. Et ita ſemper uidi practicari.

6 Svccessive quæro † ſi multi ſint qui uelint accuſare, qbus ẽt de iure ſpectet ius accuſandi, qs corũ ſit in accuſando præferendus?

dus? Reſpon quòd ille, qui proſequitur ſuã vel ſuorum iniuriam, præfertur extraneo accuſare volenti. Inter eos verò, qui proſequuntur ſuam vel ſuorum iniuriam, proximior præfertur. Si autem omnes ſint in pari gradu, omnes ſimul admittuntur, ita tenent communiter doctores, teſte Anton. Gomes. lib. delictorum, ca. 1. nume 35. Et ꝙ proximiores defuncti ſint in ipſa accuſatione cæteris præferendi, dicit eſſe frequentiorem doctorum ſententiam Placa lib. 1. delictorum, c. 39. nume. 4 Proximus autem eſt, quem nemo antecedit, vt dixi ſupra lib. 2. §. Proximus. Inter extraneos verò accuſare volentes, iudex poteſt & debet eligere magis idoneum, vt eſt tex. in l. ſi plures, ff. de accu.

Quæſt. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Accuſari qui poſſint vel non.*

2 *Et an accuſatus de vno delicto, poſſit de alio crimine accuſari? verſ. Quæro nunquid.*

3 *An condemnatus abſolutus de vno crimine, poſſit de eodem crimine accuſari, verſ. An autem Remiſſiue.*

4 *An bannitus pro vno delicto, poſſit de alio accuſari, verſ. Sed nunquid.*

5 *An ille, qui poſt delictum pœnitentia ductus eſt, poſſit de eo delicto accuſari, ver. Itẽ quæro.*

6 *Officialis an poſſit durante officio accuſari, ver. Præterea quæro.*

7 *Vniuerſitas vel collegium an poſſint accuſari, verſ. Vlterius quæro.*

Et quomodo dicatur Vniuerſitas vel collegium delinquere, ibid.

8 *Et quomodo poſſit vniuerſitas puniri, verſicu. Sed quomodo.*

SVCCESSIVE videamus, quæ perſonæ accuſari poſſint
1 vel non. Et in hoc † pariter
facienda eſt concluſio, ꝙ regulariter omnes de quibuſcunque delictis accuſari poſſunt.

2 QVÆRO, nunquid † accuſatus de vno crimine, poſſit eodẽ tpe etiã de alio crimine accuſari? Rñ ꝙ ſic, non modo ab alio accuſare, ſed etiã ab ipſomet qui de primo crimine accuſauerit, modo in hac ſecunda accuſatione propriã vel ſuorum iniuriam proſequatr̃.

Et ita ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Ang in l. qui de crimine, poſt nu. 5. ver. Deſcendo igitur, C. de accuſa. Sed certè apud nos accuſatus de vno crimine, põt à qbuſcũque ẽt pluribus de alijs quibuſcũque criminibus accuſari. Et ita quotidie recipiuntur huiuſmodi querelæ, quum enim (vt ſæpius dixi) in quocunque crimine procedatur ex officio, & ſic per inquiſitionem, non attenditur perſona neq; cã accuſatoris, ſed omnes querelæ ſolent admitti, & ſuper omnibus procedi. An autem omnes proceſſus ſint eodem contextu expediendi, dixi ſupra quæſt. 13. verſ. Item quæro.

3 AN autem † accuſatus de vno crimine, poſſit de eodem iterum accuſari, dixi infra, quæſt. 57. per totum.

VNVM tamen perpetuò non obliuiſcaris ꝙ ſi reus accuſatus de aliquo crimine corã vno tribunali, fuerit contumax, poteſt de eodem crimine ad inſtantiam accuſatoris coram alio tribunali accuſari & banniri, ſi in eo pariter fuerit contumax, ita dici Bal. in l. 1. nume. 5. C. vbi de crim. agi oportet. & eſt in viridi obſeruantia, vt dicit Carauita ſuper ritu 205. magnæ curiæ, nu. 1. neque tenetur ſecundus iudex, neque ad inſtantiam partis, neq; ad inſtantiã primi iudicis in cauſa ſuperſedere, vel cãm ipſam illi primo iudici remittere. Ita dicit Barto. in l. ſepulcri, nu. 3. ff. de ſepul. violato. Et ita quotidie obſeruatur, vt atteſtatur Carauita in loco præallegato, nu. 3.

4 SED nunquid † bannitus pro vno delicto poterit de alio delicto accuſari, & banniri? Reſp ꝙ ſic, ita dicit Specul. in tit de accuſato. §. Sequitur videre, nu. 23. & dicit Nell. de bannitis in prima parte primi temporis, q. 3. ꝙ ita determinat cõiter doctores, quem refert Boſſ. in titu. de banni nulli. nu. 9. Dicit etiam Io. And. in addi. ad Spec. in loco præallegato, ꝙ ita videmus de facto ſeruari. Ita etiam teneri & ſeruari atteſtatur Alber. in Rub. ff. de his qui notan. inſa. poſt nu. 8. uer. Et faciunt prædicta. Benè uerum eſt, quòd hoc caſu poteſt bannitus petere ſibi concedi ſaluum conductum, ad hoc ut poſſit, non obſtante prima condemnatione comparere & ſe defendere, qui non eſt illi denegandus, vt dixi infra quæſt 32. verſic. Tu ſcis, ꝙ bannitus.

5 ITEM quæro, † pone quòd aliquis poſt commiſſum delictum, puta homicidiũ, pœnitẽtia ductus fuerit, & pœnitẽtiã pro delicto

fecerit, nunquid talis pœnitens poterit dein
de accuſari de ipſo delicto ? Reſpond quòd
ſic. Et ita tenent communiter doctores, ut
dicit Aret in c. accuſati, num. 5. de accuſa-
tio. quem refert Villalob in ſua collecta cō-
munium opin. in littera A, poſt nu. 13. nam
in delictis pœnitentia non excuſat, ut dixi
infra q 60. ver. Fui quādoq Quinimo neque
etiam pęna impoſita in foro conſcientiæ li-
berat delinquentem à pœna imponenda in
foro contentioſo, vt dixi infra quæſt. 57. uer
ſi. Sed nunquid.

6 Præterea quęro, †nunquid officiales poſ
ſint accuſari durante eorum officio ? Reſpō.
Aliqui dicunt ſimpliciter quòd non, ſed
quòd debet expectari tempus ſyndicatus.
Et ita obſeruari ubique locorum atteſtatur
Vitali. de malefi. in Rubr. qui accuſ. nō poſ.
in ultimis uerbis. Tu uerò dic, quòd aut
delictum, de quo officialis accuſatur, eſt ta-
le, pro quo à iure impoſita ſit pœna priua-
tionis officij, puta quia fortè aliquid de-
dit, ut haberet officium, vel quia commiſe-
rit baratariam, uel huiuſmodi. Et tunc po-
teſt accuſari & condemnari etiam duran-
te officio; aliàs ſi eſſet expectandus finis offi
cij, abſurdum eſſet dicere, quòd lex impone
ret pœnam, cui tempore condēnationis lo-
cus eſſe non poſſet. Aut uerò pro delicto nō
imponitur pœna priuationis officij, & tunc
expectandum eſt tempus ſyndicatus. Et ita
de facto obſeruatum fuiſſe in ciuitatibus
Florentiæ & Caſtelli refert Amad. de ſynd.
num. 43. in quodam capitaneo & collatera-
li, qui fuerunt durante eorum officio remo-
ti. Et ita ego quandoque vidi ſeruari. Et ꝙ
pro barataria & furtis poſſit officialis etiam
durante officio accuſari, non expectato tēm
pore ſyndicatus, dicit eſſe communem
opin. Boſſ. in titu. de offi. corrup. pecu. nu-
me. 34.

7 V L T E R I V S †quero, nunquid uniuer-
ſitas uel collegium poſſit accuſari ? Reſpon.
quòd poteſt accuſari, & puniri criminali-
ter. Et ita communiter tenetur, ut dicit Al-
ber. in l. ea quidem poſt num. 15. C. de accu-
ſatio. Et quòd vniuerſitas, collegium, ſiue
capitulum poſſit conſentiendo, & etiam cō-
mittendo delinquere, & conſequenter puni
ri, dicit eſſe cōem opi. Alber. in l. ſi quis in
tantam, col. tertia, uerſic. Quidam dicunt,
C. unde ui. Parīſ. con. 21. nu. 30. li. 4. Sed hic
aduerte, quia ad hoc ut ciuitas, uniuerſitas,
uel collegium dicatur delinquere, & poſſit
pro tali delicto puniri, non ſufficit, quòd to
tus populus uel omnes de collegio aliquid
faciant, ſed neceſſe eſt, ꝙ præceſſerit ad id
a conſilij publici cōuocatio, *a* ita dicit Bar. in
l. aut facta, §. fi. nu. 9. ff. de pę. Et eſt cōis opi.
ut dicit Abb. ī c. dilectus, el 2. nu. 13. de ſimo.
quem refert ſumma Silueſtrina, in uerbo,
Excommunicatio, 7. in decimaquinta excō-
municatione, in 4. dubio. Tortus inter con-
ſilia Ant. de Butrio conſ. ult. nu. 3. Anan. in
d. c. dilectus, el ſecondo, nu. 12. Collegium
Florentinum inter cōſiliā Curtij ſen. conſ.
21. num. 5. in fi. Curt. Iųn. conſi. 174. nu. 36.
& conſi. 184 quod eſt conſi. ult. num. 9. Fel.
in d. c. dilectus, el ſecondo, num 12. prout il-
lum refert Blanc. in prac. crim. fol. 26. nume.
85. Prac. Carer. fol 400. nu. 348. & ſeq. in fi.
Boſſ. in ti. Banniri qui poſſint, num. 1. Et ita
in facti contingentia eleganter conſuluit
Corn conſi 224 li. 4. Sed ſi omnes de colle-
gio uel uniuerſitate non præuia conſilij de-
liberatione committerent aliquod delictū,
tunc non punitur ipſa uniuerſitas ſiue col-
legium, ſed illi, qui delinquerunt tanquam
b ſinguli. *b* Et ita ſeruauit quidam prætor
Veronæ qui proceſſit contra conuentum &
fratres ſancti Franciſci, ex eo quòd interfe-
ciſſent quendam Cremonenſem, qui apud
eos hoſpitatus fuerat, & fecit ipſos omnes,
qui erant ultra numerum quinquaginta, ſu
ſpendi per eorum hortulanum, qui erat mi
nus grauatus, ut refert Marian. in repe. d. c.
qualiter & quando, nu. 43. de accuſatio.

8 S E D quomodo† punitur uniuerſitas pro
delictis, quæ ab ipſis de vniuerſitate & totā
vniuerſitatem repræſentantibus commit-
tuntur ? Reſpond. Aliquando punitur in a-
demptione priuilegiorum & iurium ſuo-
rum, quandoque publicantur bona ipſius
uniuerſitatis, & quandoque etiam ciuita-
tes ipſę ſubijciuntur aratro, ut de his om-
nibus potes videre exempla apud docto-
res in locis pręallegatis. Quandoque etiam
punitur uniuerſitas ciuiliter, ſcilicet in pu-
blicatione alicuius rei, uel in pœna pecu-
niaria ſeu mulcta. Et tunc ſciendum eſt, ꝙ
ſi talis pœna pecuniaria non æquè cadit in
ſingulos de uniuerſitate ſicut in ipſam uni-
uerſitatem, puta quia publicatur res ex de-
licto, tunc ſi illa res eſt uniuerſitatis, ipſa uni
uerſitas punitur. Et in hoc conueniunt om-
nes, ut dicit Boer. de ſeditioſis, in ſeptimo
præſuppoſito, nu. 16. Si uerò pœna æque ca-
dit in ſingulos, tunc aut collegium eſt par-
uum,

uum, & non punitur totum collegium, ſed tantùm delinquentes; aut eſt magnum, & punitur totum collegium ſiue vniuerſitas, vt dicit Bar in d. l. aut facta, §. fin. poſt num. 7. ff. de pœn. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Boer. in d. 7. præſuppoſito nu. 26. Scias tamen, quòd in omnem caſum non euadent pœnam rectores & gubernatores ciuitatum, qui conſilium & mandatum dederunt. Et ita fuiſſe practicatum atteſtatur Anto. Gomes. c. 1. delictorum num. 54 in fi vbi dicit, ꝙ quando aliquæ ciuitates illius regni fuerunt rebelles contra Carolum Imperatorē, licet communi conſilio deliquiſſent, tamen fuerunt etiam punitæ perſonæ particulares & ſingulares, quæ verò & realiter commiſerunt delictum, & ſimiliter ipſi rectores & gubernatores culpabiles. Et ita etiam me mini ego obſeruatum fuiſſe contra ciuitatē Gandenſem & eius rectores.

ADDITIONES.

a Quod præceſſerit ad id conſilij publici conuocatio, & eius deliberatio]Adde communem eſſe, & plenè per Oſaſc. deciſ. Pedamon. 138. ſub nu. 27. qui nu. ſeq. ponit, quę nam ſint articulanda, & probanda ad hoc, vt teneatur, quæ illic vide.

b Sed illi, qui deliquerunt tanquam ſinguli.] Ad idē vide poſt relatos per Oſaſc. ead. deci. 138. ſub num. 15.

Quæſt. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio an de quocūq; crimine inſtitui poſſit. Et an pro crimine priuato, ibid.*

2 *Et quid ſit pro huiuſmodi crimine priuato impoſita ſit pœna pecuniaria fiſco applicanda, ibid. verſi Sed quid ſi pro aliquo.*

Et an in criminibus priuatis poſſit per inquiſitionem procedi, ibid.

1 QVAERO, an † pro omni crimine inſtituta ſit accuſatio? Reſpon. Si crimen eſt publicum, vnicuiq; licet pro eo accuſatio nem deferre; ſi uero eſt priuatum, regulariter nō admittit

a ad accuſandū, niſi ille, cuius intereſt. a Quæ verò ſint publica vel priuata delicta, dixi ſupra hoc eo. li. §. 1. circa prin. Et dixi regulariter, nam aliquando ratione utilitatis lex permittit, vt ēt pro crimine priuato quilibet poſſit accuſare. Et pōt poni exemplum in ſuſpecto tutore, qui poteſt accuſari à quolibet de populo, vt eſt tex. in §. Conſequēs, inſt de ſuſpec. tuto. Et tamen illud eſt crimē priuatum ſecundum communem opin. vt atteſtatur Sali. in l. cum rationibus, circa fi. C. qui accuſ. non poſſ.

2 SED quid † ſi pro aliquo delicto priuato, puta pro furto imponeretur pœna pecuniaria, quæ veniret applicanda fiſco, nunquid eo caſu propter illam pœnam quilibet de populo admitteretur ad accuſandum? Reſpond Bar. in Rubr ff de popul. ac. nu. 5. tenuit quòd ſic. Et hanc eſſe comunem opin. atteſtatur. Auguſt poſt Ange. de malefic. in verbo, & ad querelam, nume. 9. quem refert Prac. Conrad. fol. 226 poſt num. 9. verſ. Declara ſecundo. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quòd imò etiā ſi pro crimine priuato imponatur pœna pecuniaria applicanda fiſco, non admittatur ad acuſandum niſi ille, cuius intereſt, tenuit Bald. in Rubr. C. qui accuſ non poſſ. nu. 9. & 10. dicens, ꝙ contra Bart. tenuit communis opinio doctorum maiorum noſtrorum. Et illum refert Ana. in Rub. de furtis, num. 10. & ſeq. illam etiam opin. Bar. eſſe communiter reprobatam atteſtatur Roma. conſil. 152 num. 2. Et opin. Bal. communiter hodie in prac. ſeruari atteſtatur Blanc. in prac. crim. fo. 69 num. 41. in fi. Ego verò dico, quòd vbicunq; etiam pro crimine priuato imponitur pœna pecuniaria applicanda fiſco, ſemper admittitur accuſatio per quemlibet de populo. Et hęc opi eſt magis cōis, ut oſtendit Aug in loco præallegato, & ideo obſeruanda, niſi certa cōſuetudo alicuius prouinciæ eſſet in contrarium, tanto magis quia fauet iuſtitiæ, ne delicta impunita remaneāt. Et de dicto Bal. non eſt curandum, ex quo fuit ēt ſibi in hoc contrarius, ut dicit Aug. ad An. in loco pręallegato. Adde, ꝙ plerunque non modò ad querelam ſiue accuſationem proceditur ꝓ priuatis delictis, ſed ēt ex officio, & ſic per inquiſitionē, ēt ꝙ non ſit impoſita pœna corporalis, nec certa pęna pecuniaria & talis delinquēs punitur extra ordinem, ut ego uidi ſ[illegible]q; ſeruari in crimine uſurarū, ꝗ practica fundaē ſuper illa cōcluſione, quæ hēr, ꝙ pro quolibet delicto ēt priuato pōt rōne intereſ ſe rei procedi ad pęnā extraordinariā, quam dicit eſſe communem regulā Dec. conſi. 170.

poſt nu. 1. Cõtrarium tamen uidi ſeruari in furto, nam nemine querelante vidi reos abſolui rebus ſtantibus, & in ſpecie quendam Hieronymũ de Lardis imputatum, ꝙ furatus fuiſſet examen apum, 17. Nouẽb 1559, Idem etiam uidi ſeruari in adulterio, ut dixi ſupra hoc eod. lib. §. Adulterium, uerſic. Eſt autem.

ADDITIO.

a Cuius intereſt.] Conſidera an intelligatur in ſpecie, uel in genere, quoniam uerba magis ſunt accipienda in ſpecie, ut l. hoc legatum. ff. de lega. 3.

Quæſtio XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo procedatur in iudicio accuſationis ſecundum diſpoſitionem iuris communis. Et quomodo ſecundum conſuetudinem.*

2 *Accuſator an teneatur ſidei iubere de lite proſequenda Et pro expenſis, uerſ. Eodẽ etiam, & verſi. Tenetur etiam.*

3 *Et an teneatur iurare de calumnia, verſic. Dicit etiam.*

4 *Et an teneatur ſimul cum accuſato carceres ingredi, verſi. Quando deinde.*

1 QVAERO, Quomodo † procedatur in iudicio accuſationis? Reſpond. de iure communi accuſator debet ſe coram iudice præſentare, & ei dicere, Domine ego volo accuſare Titium de tali crimine, vnde poſtulo, ut eũ citeris, ita colligitur ex tex. in l. nullus, C. de exhib. reis. Sed hoc de cõſuetudine non ſeruatur, ut dicit Specul. in tit. de accuſatione, §. 1. nu. 3.

Debet autẽ iudex ei dicere, Ex quo uis illum accuſare, obligate, ꝙ acccuſabis, & ꝙ inſcribes, & ꝙ accuſationem proſequeris, & alia facies, quæ ſunt in accuſatione neceſſaria, & ſic citabo eum. Sed hoc etiam vſus non tenet, ut dicit Specul. in d §. 1. nu. 5. nã (ut ipſe ait) Iudices parati ad prædam, ad nutum citant, nec clamorem expectant, tãto magis cùm de conſuetudine pariter ſublatæ ſint huiuſmodi inſcriptiones, ut dixi ſupra quæſt. 12. uerſ. Cæterùm hodie.

Hoc Facto reus citatur per edicta, ut dicitur in l. abſentem, C. de accuſ. ſcilicet per tria edicta, cũ interuallo xxx. dierũ pro quolibet, ſecundum cõem opi. ut dicit Salic. in ea l. abſentem, num. 5. Marian. de citatio. in 27. art. principali, in 8. quæſt. nu. 58. & ſeq. quem refert Boſſ. in tit. de ſenten. num. 10. Sed neq; hæc edicta hodie ſunt in uſu, ut atteſtatur idem Sali. in d. l. abſentẽ, num. 7. ſed fiunt citationes per nuncios, ut dixi infra quæſt. 31. Iſte etiam numerus dierũ & quamtitas dilationum non ſeruatur ex generali cõſuetudine, teſte Specul. in tit. de citatio. §. Viſo de temporum interſtitijs, poſt nu. 1. quẽ refert Marian. in loco præallegato, poſt nu. 59. Sed iudex in citatione, habita conſideratione perſonæ & locorum, ponit terminum arbitrio ſuo. Apud nos cõmuniter in citationibus ſiue inquiſitionibus, quæ reis tranſmittuntur, ſolet dici, ꝙ ſtatim habito præcepto compareant. Sed deinde, ſi petatur dilatio, ſolet concedi Puto in his (ut ſæpius dixi) ſeruanda eſſe ſtatuta & conſuetudines loci, in quo fit proceſſus.

Reo citato non comparente, annotantur eis bona, ut dixi infra qſt. 44. in princ. Si uerò uelit comparere, dandus eſt ei terminus 30. dierum ad componendum mœſtos penates, ut habetur in d. l. nullus, C. de exhib. reis. Sed neq; hoc de conſuetudine ſeruatur, ut quotidie uidemus, ſed allegatur aliqua alia iuſta cauſa, propter quã reus impeditus ſit cõparere, illud autẽ quod dictum eſt de dicto numero dierũ, de facto nõ ſeruari atteſtatur Spec. in d §. 1. nu. 15. in fi.

Postea accuſator offert libellũ accuſationis, de cuius forma & ſolemnitatibus requiſitis, dictũ eſt ſupra in d. quæſt. 12. Sed certe hodie non datur libellus accuſationis ſecundum conſuetudinem totius Italiæ, ut dicit Ca'epſ. inter conſilia criminalia diuerſorum conſi. 52 num. 9 lib. 1. Sed datur ſimplex accuſatio ſiue querela, ut dixi ſupra quæſt. 10. uerſi. Scias autem.

2 Eodem etiam † contextu tenetur accuſator præſtare fideiuſſionem de accuſatione uſq; ad finẽ proſequenda, ut habetur in l. 3. C. qui accuſ non poſſ. Sed neq; hoc de conſuetudine obſeruat, ut dicit Vitali. de maleſi. in Rubr. quid ſit accuſatio, nu. 15. Marcus deciſ. 683. Quærit generaliter, nu. 4. Et ideo quũ quidã prætor cõſuetudinis ignarus admitteret in cauſis criminalibus hmõi exceptiones de iurãdo & ſatiſdãdo de proſequẽda querela, ſenatus illũ ſeuere monuit ne illas admitteret, 2. Septẽbris 1558. P.N.

Tenetur

Tenetur etiã accuſator ſatiſdare de ſoluendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ. Sed hæc etiam ſatiſdatio receſſit ab aula, ut dicit Boſſ. in tit. de accuſ. nu. 4. Reperio tamẽ, ꝙ Carauita ſuper ritu magnæ curiæ 199. nu. 4 dicit, ꝙ parte accuſata petẽte tenetur accuſator præſtare hanc cautionem, & ſubdit, ꝙ ita ſeruatur. Sed in hoc ut in cæteris iudex debet ſeruare conſuetudinẽ prouinciæ, i qua ius dicit. Et ita faciẽdo nõ errabit.

3 DICIT † etiam Bart. in l. 1. nu. 6. C. de iura. calum. ꝙ hodie ſecũdum communem vſum Italiæ, accuſator tenetur iurare tẽpore quo offert libellum, ꝙ accuſatio eſt vera, & ꝙ non animo calumniandi *a* hoc facit. Et illum refert Aug. ad Ang. de maleſi. in verbo. Et ad querelam, poſt nu. 4. & Mantua in l. tranſigere, poſt nu. 23. C. de tranſactio. & Xuarez in lib. repetitionũ, fol. 845. nu. 16. ubi etiã dicit, & ſtylus Hiſpaniæ in hoc concordat cum ſtylo Italiæ. Et ita de generali cõſuetudine ſeruari atteſtatur Alber. in l. libellorum. in princ. nu. 1. ff. de accuſ. Hanc etiam dicit eſſe communẽ practicam & conſuetudinem Curt. ſen. de iur. calum. in prin. num. 2. Et ꝙ in cauſis criminalibus iurandum ſit de calumnia atteſtatur eſſe communem opi. Apoſtil. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Hæc eſt quædam inquiſitio, poſt nume. 68. uerſi. Sexto quæro. Sed certè hoc apud nos hodie non ſeruatur in practica, prout etiam nũquam ſe uidiſſe illud obſeruari, niſi petente aduerſario, atteſtatur Foller. in prac. crim. cano fol. 50. nu. 51.

4 QVANDO † deinde accuſatus comparet, & eſt pro eo crimine in carceribus ponendus, tenetur etiam ipſe accuſator carceres ingredi eodẽ tempore, ut ſi deinde non probet accuſationem, poſſit puniri pœna talionis, ut eſt tex in d. l. nullus, C. de exhib. reis. Sed neq; hoc de conſuetudine ſeruatur, ut dicit Bar. in l. fi. C. de accuſ. Vitali. de maleſi. in loco præallegato. nu. 14. Idem atteſtatur Feli. in c. ſuper his, nu. 6. de accuſat. quẽ refert Prac. Cõradi, fol. 224. poſt nu. 4. Boer. ſuper cõſuetu. Bituricen fol. 23. col. 1. Boſſ. in titu de tortura accuſatoris, nu. 1. Marcus deciſ. 709. nu. 4. Et dicit Guido de Suzar. in l. fi. C. de accuſ. quòd ſæpe uidit peti, quòd accuſator in carcerem detruderetur, tamen hoc nunquam de conſuetudine ſeruatum fuit, quem refert, & idem atteſtatur Alber. in ea. l. fin. num. 2. & Rubeus in l. penul. §. ad crimen, num. 4. ff. de publi. iud. Idem etiam obſeruari de conſuetudine regni Franciæ atteſtatur Prac. Millei, fol. 15. nume. 25. Et reuera, cum hodie ſublata ſit illa pœna talionis, ut dixi infra quæſt. 81. ſuperfluum omnino eſſet accuſatorem ipſum ea ex cauſa in carceribus detinere.

ET hæc eſt forma, ſecundum quam proceditur de iure communi in iudicio accuſationis, quæ tamen (vt vides) tota ferè abijt in deſuetudinem. Voluit tamen illam non prætermittere, ut ſcias quid ſeruãdum ſit de iure communi, & quid de conſuetudine. Cætera uerò ad examen rei, & alios actus iudicij pertinentia, præſertim quomodo reo contumace procedatur, infra ſuis locis explicabimus.

ADDITIO.

a Non animo calumniandi.] Quid ſi quærelatus uellet querelantem de falſo, ſiue magis de calumnia querelare. Aduerte quòd in querela debet concludere ſic. Dico, ꝙ Titius ſcienter accuſauit me contra veritatem, & ita probare, quia obtinebit. Et ubi non poſſet probare ſcientiam, ſed tantum calumniam in ſe, debet interrogare eum, an uelit querela uti, & ſi reſpondet uelle, dicitur ſcienter produxiſſe illam querelam falſam, ut per Boſſ. titu. de accuſatio. poſt nu. 24 qui nu. 26. declarat prædicta procedere, quando querela continet rem alienam: at ſecus ſi contineret factum proprium querelãtis, puta ꝙ fuit inſultatus, & falſum demonſtraretur, ſatis eſt fundata intentio querelantis de calumnia ex ipſa querela, ut per Feli. in c. præſentium. poſt nu. 11. de teſti. & atteſtatio.

Quæſtio XIX.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo procedatur in delictu per viam actionis.*

2 *Quomodo procedatur in delictis per viam exceptionis ciuiliter, verſicu. Per exceptionem.*

3 *Et quomodo criminaliter, verſi. Criminaliter autem.*

Quomodo procedatur in delictis per viam confeſſionis, verſicu. Vltimo non eſt omittendum.

PRIVE-

PRIVSQVAM tamen ad vlteriora progrediamur, paucis dicendum eſt, quomodo in delictis procedatur per viā actionis, vel exceptionis. Tu ſcis, regulariter ex quocunq; delicto, vltra accuſationem criminalem, quæ oritur reip. ad publicam vindictam, oritur etiam parti actio ciuilis ad intereſſe, vt dixi ſupra quæſt. ſecunda, circa principium. Quando autem pars intentat pro crimine actionem ciuilem ratione proprij intereſſe, neque veniat imponenda aliqua pœna corporalis, aut pecuniaria fiſco applicanda, hoc non pertinet ad præſentem materiam, quia illud dicitur iudicium mere ciuile, vt dixi ſuper quæſ. prima, & infra lib. proximo. Neque de eo aliquid hoc loco attingam, vbi de criminalibus cauſis tantummodo tractatur, ne materias ipſas contra operis ipſius inſtitutum confundamus. Illud enim iudicium in omnibus & per omnia regulatur ſecundum formam iudicij ciuilis. Et quis actio ipſa oriatur ex crimine, nihil habet cõmune cũ criminalibus.

1 VNVM tamen † ſcias, quòd hic etiam eſt vnus ex modis, per quos aperitur via iudici ad inquirendum, nam ſi iudex coram quo agitur huiuſmodi cauſa ciuilis, habeat iuriſdictionem etiam in cauſis criminalibus, poterit conſtito ei de crimine ex probationibus factis in ipſa cauſa ciuili, procedere cõtra delinquentē ad eũ puniendũ, & cõtra eum ex officio inquirere, etiam nulla partis querela criminali præcedente. Et hoc vbi pro eo delicto poſſet aliàs per inquiſitionē procedi. Et ita de facto ſeruatur, vt dicit Iaco. de Beluiſ. in prac. crim. fol. 28. in Rubr. de cauſ. crim. num. 1. & 2. An autem probationes factæ in hoc iudicio ciuili faciant fidem in criminali, dixi infra q 54. verſi. Item ſi producantur.

2 PER exceptionem † autem deducitur crimen in iudicium duobus modis, ſcilicet ciuiliter, & criminaliter. Ciuiliter, puta quando excipio de crimine contra teſtem vel cõtra inſtrumentum, & peto nullam fidem ei adhiberi. Dicitur autem hoc caſu procedi per viam exceptionis ciuiliter, quia ſuper huiuſmodi proceſſu non poteſt ſequi ſententia criminalis, etiam quòd conſtet de delicto, ſed tantum ſententia ciuilis, vt teſtis repellatur a teſtimonio tanquam criminoſus, vel inſtrumentum non probet tanquam ſuſpectum de falſo. Et ideo in omnibus & per omnia hoc iudicium reputatur ciuile, & ad inſtar iudiciorum ciuilium in eo proceditur, vt dixi infra lib. 7. §. Exceptio. Neq; poteſt iudex talem teſtem, etiam ſi ſit de crimine conuictus, punire pœna ordinaria, neque extraordinaria ſecundum magis communiter doctores, vt dicit Boſſ. in titu. quomodo procedatur per exceptiones, nu. 2. Bene verum eſt, ꝙ ſi ex probationibus factis ſuper hac exceptione appareat de delicto, poterit iudex criminaliter procedere & inquirere contra delinquentem, prout etiam dixi ſupra verſi. Vnum tamen, quando delictum per viam actionis ciuilis fuit deductum in iudicium. Et ex hac noua inquiſitione & nouo proceſſu poterit reus criminaliter puniri. Et ita obſeruatur, vt dicit Barr. in l. ſecunda, §. ſi publico, num. 20 ff. de adulter. Vide quæ dixi infra verſi. Vltimo non eſt. An autem probationes factæ in hoc iudicio ciuili, faciant fidem in iudicio criminali, recurrendum pariter eſt ad ea, quæ dixi in d. quæſt. 54.

3 CRIMINALITER † autem agitur via exceptionis, quando quis excipiendo puta contra teſtes, petit illis tanquam falſis nullam fidem adhiberi, prætereaque eos de falſo puniri. Et hoc quidem caſu ita excipiens dicit aſſumere partes accuſatoris. Et perinde proceditur contra ipſos teſtes, ac ſi fuiſſent accuſati ſeu querelati de falſo & poteſt contra eos ferri ſententia condemnatoria criminalis, & iudicium ipſum, quamuis à principio fuerit ciuile, efficitur criminale, & in eo proceditur in omnibus & per omnia ad inſtar criminalium iudiciorum.

HINC infertur, quòd ſicut in iudicijs criminalibus, in quibus vſque ab initio proceditur per accuſationem vel inquiſitionē, requiritur quòd in ipſa accuſatione vel inquiſitione exprimatur dies & annus & locus cõmiſſi delicti, pariter etiam eadē ſunt exprimenda, quando proponitur crimen per viam huiuſmodi criminalis exceptionis vt dixi ſupra quæſt. 12. verſi. Adde quòd.

ITEM ſicut in iudicijs criminalibus non poteſt regulariter procurator interuenire, quando cœptum eſt agi via accuſationis vel inquiſitionis, ita nec etiam quando agitur hac via exceptionis criminaliter intentatæ, vt dixi infra q 32. ver. Tu ſcis, ꝙ in cauſis.

ET breuiter dic, quòd ea omnia, quæ ſeruantur in iudicio accuſationis, ſeruanda ſunt in hoc iudicio exceptionis criminalis, quia

quia (ut dixi) talis exceptio, quæ tendit ad puniendum, æquiparatur accuſationi.

4 VLTIMO † non eſt omittendum, quòd alio etiam modo deducitur crimen in iudicio abſq; accuſatione uel exceptione, quando ſcilicet pars ſeu teſtis incidenter confitetur ſe aliquod delictum perpetraſſe, prout de facto quandoq; vidi contingere. Et hoc quidem caſu ſcias, quòd talis confeſſio incidenter facta non nocet confitenti, quoad hoc vt poſſit ex ea puniri; operatur tamen ut ex ea aperiatur via iudici ad inquirendum ſuper ipſo crimine confeſſato, abſque vlla partis querela. Et eo caſu debet iudex inchoare nouum proceſſum ſuper illa confeſſione, & dare ſuas defenſiones reo, & alia facere, quæ in proceſſibus criminalibus requiruntur, ita dixit Bar. in l. ſi confeſſus, circa fi. ff de cuſtod. reorum, & in d. l. ſecunda, § ſi publico nu. 20. ff de adulter. Vbi etiam dicit, quòd ita obſeruatur, prout illum refert Boſſ in tit. quomodo procedatur per exceptionem nume. 4. & ego etiam ſupra retuli uer. Per exceptionem. Et ita in facti contingentia fuit iudicatum per conſi. Neap. teſte Afflic. deciſ. 176 Quædam mulier, quem refert Foller. in prac. crim fol. 276. num. 31.

Quæſt. XX.

SVMMARIVM.

1 *Indiciorum gradus qui ſint.*

2 *Et quæ indicia ſufficiant ad inquirendum, verſi. Ad inquirendum.*

3 *Et quæ ad inquiſitionem formandam, verſicu. Ad formandam.*

4 *Et quæ ad torturam, verſi. Ad torturam.*

5 *Et quæ ad cond. mnationem, verſicu. Ad condemnandum.*

6 *Et an ex indicijs uel præſumptionibus quis poſſit in pœnam corporalem condemnari, verſic. Sciās tamen.*

7 *Et quid in crimine aſſaſſinij, hæreſis, & ſimoniæ, uerſi S. ias etiam Remiſſiuè.*

8 *Et quid ſi præſumptio ſit poſita a lege, uerſicu. Item ſcias.*

CONSTITO de delicto iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra quæſt. quarta, ſolent iudices recipere informationes ſiue indicia contra delinquentē. Conueniens igitur eſt, ut de ipſis indicijs videamus. Repetenda tamen ſunt hoc loco ea, quæ in hoc propoſito dicta ſunt ſupra quæſt. quinta, verſ. Poterit igitur, quòd ſcilicet iudices ad indicia aſſumēda duobus modis procedunt; nam quando non eſt certus delinquens, procedunt inquirendo generaliter., quando verò eſt certus delinquens, procedunt inquirendo ſiue aſſumendo indicia ſpecialiter contra eum, ut ibi declaraui. Hoc præmiſſo, ſcire debes, quòd ſecundum omnes in materia indiciorum
a non poteſt dari certa doctrina, a ſed totum relinquitur arbitrio boni uiri, ſcilicet iudicis, qui ſecundum qualitatem perſonæ & delicti & demonſtrationum ſeu ſuſpicionum, iudicabit indicium eſſe ſufficiens uel non Et ita dicunt doctores, vt atteſtatur Angel de maleſi. in uerbo, fama publica, nume. 9. dicit etiam Prac. Caſoni fol. 14. nume. 2. quòd ita dicunt omnes. Nihilominus ut materia
1 ipſa diſtinguendo clarior reddatur, dico † ego
b tres eſſe gradus indiciorum. b Aliqua enim ſunt leuia, aliqua grauia, & aliqua grauiſſima. Leuia ſufficiunt ad capturam, non tamen, ut ſtatim debeat reus examinari ſuper delicto, ita ut eius nomen recipiatur inter reos, ſed ut tollatur ei facultas fugiendi, iuxta ea, quæ dixi infra quæſt. 28. circa principium. Sufficiunt etiam ad inquirendum, idest ad aſſumendas ex officio informationes contra aliquem de delicto, non tamen ad illi tranſmittendam inquiſitionem uel citationem. Et huiuſmodi indicia, ſi non ſint multum urgentia, ego puto recte appellari poſſe ſuſpiciones; ſi uerò magis vrgeant, crederem poſſe dici præſumptiones ſiue argumenta. Grauia ſufficiunt ad tranſmittendā inquiſitionem reo abſenti, uel ſi ſit captus ad examinandum eum ſuper delicto tanquā reum, & etiam ad torturam. Et hoc ego credo proprie in hac materia appellari poſſe indicium, quod ſcilicet ſit pluſquam ſimplex præſumptio, & minus quàm ſemiplena probatio. Et de hoc loquitur in propoſito torturæ glo. in l. cum probatio. in glo. prima, ff. de probat. Et idem etiam tenent doctores communiter omnes, teſte Corn. conſi. 101. in littera L, lib. 2. Grauiſſima uerò ſufficiūt etiam ad condemnationem. Et hæc procul dubio debent eſſe non modò pluſquam ſemiplena probatio, ſed etiam quaſi plena probatio. Et ſic habes in hac materia ſuſpiciones, præſumptiones, indicia, ſemiplenā probationem, & pluſquam ſemiplenam probationem.

tionem. Et ex hac breui diſtinctione vna cũ
exemplis inferius poſitis, facilè poterit qui-
libet iudex intelligere. quomodo in quocũ-
que caſu procedere debeat, præſuppoſita ta
men ſemper ſupradicta concluſione quę per
omnes doctores traditus, quòd in hac mate-
ria indiciorum non poteſt dari certa regu-
c la, *c* ſed multũ iudicis arbitrio cõmittitur.
2 Ad inquirendum† igitur, id eſt ad aſſu-
mendas informationes ſuper delicto, di-
xi ſufficere leuia indicia, ſufficit enim ali-
qua probabilis ſuſpicio, propter quam iu-
dex rationabiliter credat delictum ab eo
commiſſum fuiſſe, contra quam inquirere
intendit, vt dicit Salic. in l. ea quidem, nu.
41 C. de accuſ. Et cum eo concordat com-
munis practica, vt atteſtatur Marian. in re-
pe c. qualiter & quando, poſt nume. 108. de
accuſ. quem refert Boſſ in tit de inquiſi nu.
8. Et poteſt poni exemplum in dicto ſeu aſ-
ſertione morientis, vt dixi infra quæſt. pro-
xima, uerſi. Aſſertio vulnerati. Item in gra-
ui inimicitia, ut dixi in ea quæſt. ver. Inimi-
citia, item fama, ut dixi ſupra quæſt. ſexta
circa principium. Hæc eadem ſufficiunt etiã
ad capturam, iudicis tamen arbitrio, iuxta
ea, quæ dixi in allegata q. 28. circa principiũ,
conſiderata facti & perſonarum qualitate.
3 Ad formandam† ſeu tranſmittendam in
quiſitionem contra aliquem, id eſt ad eum
citandum pro delicto, de quo imputatur,
omnes doctores concludunt, quòd omnino
d neceſſe ut præcedant legitimæ indicia. *d*
Et ita generalis conſuetudo interpretatur,
ut dicit Fulgo. conſil. 175. poſt nu. 1. Et ideo
male faciunt iudices, qui nulla fama vel in-
dicijs præcedentibus formant inquiſitiones
prout facere conſueuiſſe officiales Montiſ-
ferrati dicit Prac. Pap. in forma inquiſitio-
nis, in uerbo, fama publica, num. 2. Et ſena-
tus grauiter reprehendit capitaneum Vico-
mercati, ex eo quòd non præcedentibus le-
gitimis indicijs formaſſet inquiſitionem cõ-
tra quoſdam de Vertemate, 11. Decembris
1532. C.C. Meritò igitur inquiſitio taliter
formata cum omnibus exinde ſequutis eſt
nulla. Et ita doctores intrepide tenent, ut at
teſtatur Gratus conſil. 57. poſt nu. 13. li. 2. Et
hanc concluſionem, quod inquiſitio, non
præcedente diffamatione, & non ſumptis in
formationibus ſuper ea, eſt nulla, totus mũ
dus ſequitur, ut dicit Catus inter conſilia
criminalia diuerſorum conſ 99 nume. 1. lib.
1. ubi etiam num. 3. dicit, quod hæc conclu
ſio eſt valde trita, & conſulẽtes omnes illam
affirmant. Sed quæ ſint iſta legitima indi-
cia, doctores in ſpecie non exprimunt, &
quidem (ſecundum aliquos) non deberent
iudices procedere ad tranſmiſſionem alicu-
ius inquiſitionis, niſi delictum eſſet contra
reum taliter probatum, quòd ſuper eo poſ-
ſet etiam torqueri. Vſu tamen contrarium
obtinuit, nam iudices ualde prompti ſunt
ad huiuſmodi inquiſitiones formandas, ét
ſi non ſubſint indicia legitime probata,
quos appellat malos aſſeſſores & proteruos,
& ignorantes iuris, Vitali. de malefi. in titu.
de inquiſitionibus, num 8. ſubdens, quòd ta
les non ſunt iudices, ſed potius canes nuncu
pari mereãtur Nihilominus attenta hac ge
nerali conſuetudine, uel potius corruptela,
poterit fieri concluſio, quod ex uehementi
ſuſpicione, quæ contra reum ex probabili-
bus argumẽtis reſultet, poterit contra eum
formari inquiſitio, licet talia indicia non
ſint talia, uel taliter probata, quòd ſuper eis
poſſet reus torqueri. Et ideo dicit Boſſ. in
tit. de inquiſitione. num. 61. quòd ad formã
dam inquiſitionem ſufficiunt indicia leuia,
puta diffamatio delicti. Et ſubdit quòd ita
ſeruatur, quod tamen ego non puto de iu-
re verum, niſi ut dixi ſupra uerſi. Ad inqui-
rendum. Hæc autem, quæ dixi in propoſito
formandæ inquiſitionis, intelligo vt etiam
procedant in examine ſiue interrogationi-
bus, quæ fiunt reo præſenti, in locis, in qui-
bus quando reus eſt in carceribus, non ſolet
formari aliqua inquiſitio, prout ſeruatur
in hoc Ducatu. Nunquam enim reo præſen
ti leguntur capitula, neque inquiſitio, ſed
examinatur reus ſuper delicto. Dico igitur,
quòd ſicut non poteſt contra abſentem
tranſmitti inquiſitio, niſi præcedentibus in-
dicijs legitimis, ita etiã non debet iudex in
terrogare ſiue examinare aliquem præſen-
tem ſuper crimine, & ſic facere ut eius no-
men recipiatur inter reos, niſi præcedant,
talia indicia, quæ ſufficerent ad forman-
dam inquiſitionem, vbi reus eſſet ab-
ſens. Cæterum ubi indicia ad formandam in
quiſitionem uidentur iudici debilia, apud
nos ſeruatur q; iudex iubet reum detineri,
nam ad capturam ſufficit quæcunque infor
matio, ut dixi infra quæſt. 28. circa princip.
Et ſucceſſiue ubi reus non inuenitur, fit de
hoc relatio apud acta, quo caſu dicitur con-
ſtare de eius fuga, quæ quidem fuga procul-
dubio iuncta cum alijs præexiſtentibus in-
dicijs

dicijs ſufficit ad tranſmittendam reo inquiſitionem, iuxta ea, quæ dixi infra quæſt. proxima, ver. Fuga delinquentis. Et eſt iudicio meo ſatis bona practica.

4 Ad torturam † e etiam, quæ indicia
e ſufficiant, f non poteſt dari certa doctri-
f na, ſed pariter relinquitur arbitrio iudicis, vt dixi infra q.64. ver. Dixi quoque. Poteris tamen videre aliqua exépla infra q. prox. ſufficit autem minus quàm ſemiplena probatio, ſecundum glo. in l. cum probatio, de qua dixi ſupra circa princ. quæſtionis.

5 Ad condemnandum † verò grauiſſima indicia requirũtur, & (vt doctores appellãt) indubitata, prout poteſt poni exemplum infra q. pxima, ver. Si aliquis, & huiuſmodi.

6 Scias † tamen, ꝙ in hoc articulo doctores multum varie loquuntur, nam aliqui dicunt, quòd regulariter ex præſumptionibus violentis vel indicijs quantumcunque indubitatis non debet aliquis in cauſa criminali condemnari, quam opi. dicit eſſe communem Dec. conſi. 175. poſt nume. 8. col. fi. ver. Præterea etiam. Marſil. in Rubr. de probatio. nume. 237. circa fi. Nonel. in prac. crim. fol. 118. num. 34. Alij dicunt, quòd ſi agatur ad pœnã pecuniariã, poteſt reus ex indicijs indubitatis etiam criminaliter condemnari. Et ita cõiter teneri atteſtatur Gratus, cõſi. 136. nu. 22. li 1. ſecus autẽ ſi agatur de pœ-
g na corporali. Alij debẽt, g ꝙ vbi ex præſumptionibus proceditur, multum debet iudex temperare ſuam ſniam, & maxime ne condemnet niſi rarò & modice ad pœnam nec pecuniariam nec corporalem. Et hæc ſunt verba Innoc. licet non multum fideliter per doctores relata in c. quia veriſimile, num. 2. de præſumpti. quem dicit ſequi cõmuniter doctores Marſil. in l. 1. § diuus Adrianus, nu. 25. ff. ad l. Corn. de ſicar. Cauenſ. ſuper ritu magnæ curiæ 274. nu. 15. Hanc etiam dicit eſſe cõem opi. Palac. Ruuios in allegatione hæreſis, §. 11. & Iacobi. in Rubr. ff de probat. nu. 7. prout illos refert Placa lib. 1. delictorum, c. 14. nu. 3 in fin & Dueñas regula. 303. circa med. Apoſtil. ad Ang. de maleſi. in verbo, fama publica, ſub num. 22. quem refert Villalpan. in repe. l. 22. c. to. poſt nu. 7. Gandi. autem de maleſi. in titu. de præſumptio. circa fi. dicit, ꝙ de conſuetudine vidit obſeruari, quòd ex indicijs quãtumcunque indubitatis non imponitur pœna corporalis, ſed
h tantum pecuniaria h quod dictum Gandi. refert & ſequitur Paul. de Caſtro conſ. 299. num. 3. in fi. lib. 2. ſubdens quod propter illud defendit quendam imputatum de homicidio, & Cepolla conſi. crim. 32. circa fi. & conſi. 39. in primo dubio, verſi. Nec propter dictam, & Prac. Iodo. fol. 143. nume. 11. & Aug. ad Ange. de maleſi. in verbo, fama publica, nume. 28. & Brun. de indi. & tortura, fol. 57. nume. 16. & Marſil. conſi. 96. num. 10. Et ita tenere communiter doctores atteſtatur Carer. in prac. crim. fol. 36. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Boſſ. in titu. de conuictis, nume. 34 & ſeq. affirmans quòd ita ſeruatur in practica, & quòd iſte eſt communis ſenſus doctorum. Hoc idem ſe obſeruari vidiſſe atteſtatur Bal. in l. milites, nume. 6. C. de quæſt. prout illum refert Anton. de Canar. de quæſt. in ſecundo membro, poſt nume. 44 licet Bal. in libro meo nihil dicat de obſeruantia. Alij dicunt totum contrarium, quòd ſcilicet etiam ex præſumptionibus reus eſt condemnandus pœna ordinaria delicti, neque propterea eſt aliquo modo pœna mitiganda, & quòd illud dictum Innocen. communiter reprobatur. Et ita atteſtari videtur Bellame. deciſ. 689. verſi. Ad vndecimum dico. Alij verò dicunt, quòd quando indicia ſunt indubitata, ſemper poteſt deueniri ad condemnationem, maxime in delictis occultis, & difficilis probationis, & tractatibus ſecretis, & in quibus veritas clarius haberi non poteſt, prout etiam communiter teneri atteſtatur Prac. Carer. fol. 72. verſi. Ex quibus omnium. Et hæc opin. apud nos ſeruatur, quantum ad hoc vt ex præſumptionibus deueniatur ad condemnationem, nam quotidie ex indicijs & præſumptionibus, rei per ſenatum condemnantur, non quidem in pœnam mortis, neque pœnam ordinariam ipſius delicti, ſed in pœnas etiam corporales, puta triremium, fuſtigationis, ictuum funis, & huiuſmodi, & in ſpecie ita ſeruatum fuit in quodam Antonio Maria Fayta, qui cum eſſet indicijs indubitatis grauatus de homicidio, fuit per decennium ad triremes condemnatus, 2. Ian. 1557. P. N. & in alijs multis. Et idem etiam ſeruatur in ſacro conſilio Neapol. ut videri poteſt apud Grammaticum, præſertim deciſ. 42. & alibi ſæpe.

7 Scias etiam † aliquos eſſe caſus, in quibus etiam de iure communi ex præſumptionibus põt quis ad mortem cõdemnari, put eſt in aſſaſſinio, ut dixi ſupra hoc eo. li. §. Aſſaſſiniũ, ver. Præterea, & in crimine hæ-

reſis,

reſis, vt dixi ſupra hoc eo.lib.§.Hæreſi, ver. Habet etiam, & in crimine ſimoniæ, vt dixi ſupra hoc eo.lib.§.Simonia, uerſi. Itẽ ſcias. f

8 Item ſcias † quòd quando præſumptio eſt poſita à lege, tunc poteſt ex ea ſequi condemnatio capitalis. Et ita tenent omnes, vt dicit Boſſ. in tit.de conuictis, nume. 29. ponens exemplum in ea præſumptione, de qua habetur in l.ſi qui, C.de adulter.

ADDITIONES.

a Non poteſt dari certa doctrina.] Vi.tamen de triginta octo indicijs per Carer. in ſua pract. crim. Item & de indicijs plene ui.per Iacob. Nouel. in pract. & theor. crim. in 1. & 2.Rub.& per Blan. de indi. & per Boſſ. de indi.& confi.ante tortu.

b Indiciorum.] Item indicium quid, argumentum, præſumptio, ſuſpicio, coniectura, fictio. Item vnde dicatur indicium, qualiter probetur, & quotuplex, ui.per pract. Carer. pag. mihi 74 75. poſt num.106. vbi etiam habes quomodo debeat probari indicium proximum maleficio, & quomodo indicium remotum à maleficio.

c Non poteſt dari certa regula.] Et hoc dicere communiter Doct. & bene etiam dicit Bart. in l.fin.ff. de quæſtionibus. ſub num.5. ſequuntur alij poſteriores, quos citat pract. Carer. pag. mihi 76. col. 2. vbi etiam ſubiungit, quòd licet indicia arbitraria ſint, tamen ſemper dẽt arbitrari taliter, ut inclinet in mitiorẽ partẽ. Itẽ indicia arbitraria licet ſint, non tamen iudex paſſim ex quolibet indicio arbitrabitur ad torquendum; ſed talia eſſe debent indicia, quæ de iure ſubſiſtant, & à iure approbentur, & non aliter; & ponit exempla, & late comprobat iſtam ſententiã. Item indicium à iure approbatum quod Item quando ex teſtibus ſingularibus, & ex pluribus probationibus ſemiplenis torqueri quis debeat. ui. ibid. nu. ſeq.

d Præcedant legitima indicia.] Adde etiam in cauſa hæreſis iſtud procedere ſecundum Craue. in conſi. 262 in princip. qui ſubiungit, quòd crimen probari oportet clarè, pure, & ſpecifice, certo, & limitato modo, non etiam in genere. Ratio eſt, inquit ipſe, quia aliàs poteſtas defendendi auferretur reo inquiſito, uel accuſato; alia quædam in materia hæreſis ibidem habes, uideto.

e Ad torturam.] Sed an, & quãdo unum indicium ſufficiat ad torquendum, an uerò plura requirantur ui. per pract. Carer. pag. 80. ſub nume. 109.

f Sufficiant.] Item quæ ſint indicia ſufficiẽtia ad torturam per Campeg. tract. de teſtib. reg. 395. & per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 3 caſ. 270. Vbi etiam de eorum diuiſione multa notatu digna habes. Et qñ ꝑ torturã purgata ceſſeant, oĩa remittuntur arbitrio iudicis ꝑ eundẽ, de arbitr. iud caſ. 273.

g Alij dicunt.] Adde, & ui. per Diaz. mihi reg. 370. ubi iſtorum opinionem refert, comprobat, ſequitur, ampliat, ac limitat, ut per Carer. in pract. pag. 418. num. 168.

h Sed tantum pecuniaria.] Adde ad idem, atq; vide per Carer. in pract. crim. fol. mihi 199. & 200. nu. 46. vbi etiam inſtruit iudicẽ quomodo ſe habere debeat, & nume. 47. limitat, & nume. 48. 49. declarat.

* Adde., & vi. Natt. conſ. 407. nume. 13. & Hip. Rimi. in conſ. 121. ſub nu. 25.

Quæſtio XXI.

SVMMARIVM.

1 *Fama an ſit ſufficiens indicium ad inquirendum, & ad torturam, verſi. Fama ſola.*

2 *Teſtis de viſu an faciat indicium ad torturam, verſi Vnus teſtis.*

3 *Et quid ſi non viderit, ſed audiuerit, & dicat cognouiſſe ad uocem, uerſicu. Sed quid ſi teſtis.*

4 *Dictum ſocij criminis an faciat indicium contra eum qui pro ſocio nominatur.*

5 *Dictum, ſeu depoſitio ſocij criminis quod faciat indicium, verſicu. Retenta igitur.*

6 *Et an ad formandam inquiſitionem, uerſicu. Si verò queris.*

7 *Et quid ſi ſit etiam periurus, uerſicu. Scias tamen.*

8 *Et an faciat indicium ad torturam, uerſicu. Succeſſiue quæro.*

9 *Et quid in criminibus exceptis, uerſicu. Sed quid in criminibus.*

10 *Mandatarij dictum an probet contra mandantem, uerſi. Et ex hac.*

11 *Et quid ſi ſint plures ſocij criminis, qui contra alium deponant, verſi Sed pone.*

12 *Et an requiratur, quod ſocius criminis deponat cum iuramento, uer. Quæro nunquid.*

13 *Et an quod confirmet dictum ſuum in tormentis, verſic. Scias etiam.*

14 *Aſſertio vulnerati an faciat indicium ad inquirendum*

quirendum, verſi. Aſſertio vulnerati.
Et an ad capturam, ibidem.
Et an ad excuſandum à calumnia hæredẽ qui accuſationem inſtituit, ibidem.
Et an ad torturam, ibidem.
15 *Fuga an probet contra delinquentem, verſi. Fuga delinquentis.*
Et quid ſi opponatur vt delictum, ibidem.
Et quid ſi opponatur vt indicium, ibidem.
Et an ſemiplenè probet in criminibus, ibid.
Et an ſit ſufficiens indicium ad torturam, ibidem.
Et quid ſi reus aufugiat poſt formatam inquiſitionem, ibid.
Et quid ſi reuertatur, ibid.
16 *Et quid in fuga facta à carceribus, ibidem verſi. Tertio autem modo.*
Et quid ſi non erat legitimè detentus, ibid.
Et an indebitè carceratus poſſit licitè auferre ibidem.
Et quid ſi ſtatim ad carceres reuertatur, ibidem.
17 *Et an fuga iudicis, qui non ſtetit in ſyndicatu per quinquaginta dies, faciat contra eum plenam probationem, verſicu. Præterea etiam.*
18 *Et an inimicitia faciat indicium, ver. Inimicitiam.*
19 *Et an confeſſio extraiudicialis, verſi. Confeſſio extraiudicialis.*
20 *Et an confeſſio facta coram iudice incompetenti, verſi Sed hic quæro.*
21 *Et an confeſſio clerici facta coram iudice laico, verſ. Hanc tamen.*
22 *Et quid ſi illam deinde coram iudice competenti reuocauerit, verſi Sed quid ſi reus.*
23 *Et an confeſſio facta coram iudice non ſedente pro tribunali, ver. Sed hic cadit.*
24 *Et an confeſſio facta in tormentis, & deinde reuocata, verſi. Vlterius quæro.*
25 *Et an mina, verſi Minæ præcedentes.*
26 *Et an pax facta cum offenſo, verſicu. Pax, ſeu tranſactio.*
27 *Et an mendacium, inconſtantia, vacillatio, & trepidatio rei, & num. 28.*
29 *Et an ſi viſus fuerit cum gladio ſanguinolento, ver. Si aliquis.*
30 *Et quid ſi res furata reperta ſit penes aliquem, verſi. Si res furata.*

DICTVM eſt de indicijs in genere, nunc in ſpecie de aliquibus indicijs videamus. *a*
a
1 FAMA ſola † quæ fit contra aliquem, quòd maleficium commiſerit, eſt ſufficiens indicium ad inquirendum contra eum, ut dixi ſupra quæſt. 6. circa principium, ipſa autem fama abſque alijs ad-
b miniculis *b* non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Et ita tenent communiter Doctores, ut ait Marſil conſi. 3. nume. 4 in fine. Hanc etiam dicit eſſe communem concluſionem, Iaſ in repet. l. admonendi, numero 251. ff. de iureiuran. quem refert Crauetta conſil 41. nume. 6. & Blancus de indicijs nume. 313. & Dueñas regula 300. 4 limita & Villalobos in ſua collecta communium opin. in litera F, nume. 7. & Foller. in pract. crimi fol. 156. nume 28 Crottus in trac de teſtib. nume. 147. Marſi. in l. de minore, §. plurimum, numero 30 ff de quæſtio. & ſingu. 97 fama ſola, quem refert Diaz regula 333. Carer. in prac. crim fol. 82 nume. 111.
c quem refert Plottus *c* in repe. l. ſi quando, 54. 80. 15. Et quamuis in hoc articulo magna ſit controuerſia inter ſcribentes, & Io. And. ad Specu. in tit. de not. crim. §. Fama, in verbo veniens, circa finem, quem refert Pariſ Put. de ſynd. fol. 446. c. 11. num. 2. Marſi. in d. § plurimum, nume. 30. & conſi. 72. nume. 16 qui atteſtatur contrarium de conſuetudine ſeruari, quòd ſcilicet fama ſola ſit ſufficiens ad torturam, prout etiam ſe uidiſſe aliquando per aſſeſſores obſeruari dicit Gandi. de maleſi. in titu. de quæſtio. nu. 39. quem refert Augu ad Ang. de maleſi. in verbo Fama publica, poſt numeru 41. & Carauita ſuper 41. ritu magnæ curiæ, nume. 8. & Brunus de indicijs fol. 41. numerum 32. Ego tamen ſemper ſequutus ſum communem opin. & ab alijs etiam iuſtis iudicibus ſemper uidi obſeruari, vt niſi cũ ea concurrat aliquod aliud adminiculum, nunquam
d ex fama ſolet procedatur ad torturam, *d* quam etiam credo tutiorem & ueriorem, Fama enim in criminalibus non probat ne-
e que etiam ſemiplenè, *e* ut uidetur ſentire glo. in c. ueniens, el primo, in verbo illorum teſtibus, quam ait communiter eſſe approbatam Berous in d. c qualiter & quando, nume. 78. de accuſatio. Et hanc eſſe communẽ opin. atteſtatur Dec. in d. c. veniens, numero 25. prout illum refert Blancus de indi. num. 313. de accuſat. quòd ita ſe habet communis practica, quem refert & ſequitur atteſtans ita ſe habere communem opinio. Bertran. conſi. 126. nume. 11. lib. 7. Et licet (vt dictum eſt ſupra quæſt. proxima uer. Ad torturam)

tutam) videatur ſufficere ad torquendum
minus quàm ſemiplena probatio, nihilomi-
nus quum fama ſit indicium ualde remotũ
à delicto, ſit etiam indicium valde fallax, ut
quotidie experiẽtia docet, crederem tutius
facere iudicem, ſi nullo alio adminiculo cõ-
currente, reum tormentis non ſubijceret.
Cæterùm ſi cum ipſa fama concurrant ali-
qua alia adminicula, eo caſu vtiq; faceret
indicium ad torturam. Et hoc omnes faten-
tur, ut dicit Gratus in d. conſi. 57. nume. 8.
lib. 2. Poſſet etiam eſſe delictum adeò diffi-
cilis probationis, vt ſola fama ſufficeret, ut
quandoque etiam uidi ſeruari. Quomodo
autem fama probetur, dixi ſupra quæſt. 6.
verſi. Illud tamen, & ſeq. Sed pone, q reus,
contra quem eſt probata fama publica de
aliquo maleficio, probet in ſuis defenſioni-
bus ſe eſſe bonæ vocis, conditionis & famæ,
nunquid adhuc erit torquendus? dixi infra
q. 60. verſi. Frequens etiam. Scias tamen, q
hæc omnia procedunt in ſola fama, quæ ſit
contra aliquem in ſpecie de eo delicto, de
quo agitur, ſed ſi eſſet mala fama in genere,
quia ſcilicet ille eſſet homo diffamatus de
alijs delictis, & ſic malæ vocis, conditionis
& famæ, tunc ex qualibet leui ſuſpicione at
tingente delictum, de quo agitur, ſolet reus
tormentis ſubijci, modò illa fama ſit in eo-
dem genere delicti, nam ſemel malus ſemp
pręſumitur malus in eodem genere mali, c.
ſemel malus, cum ibi nota. de reg. iu. in 6. Et
hæc eſt communis regula, ut atteſtatꝰ Blanc.
in prac. crim. fol. vlt. cautela 14. Cæterùm ſi
delicta eſſent diſſimilia, non oriretur contra
eum ex ea fama aliquod iudicium, nam ad
hoc ut mala fama noceat reo, debet eſſe in
eodem genere mali. Et ita dicunt omnes,
vt ait Prac Caſoni fol. 16. nu. 5. Bene uerum
eſt, q ſi talis ita diffamatus probaret, quòd
per triennium proximum bene vixiſſet, &
fuiſſet bonæ vocis, conuerſationis & famæ,
illa mala fama contra eum probata nihil ei
noceret, ſed cẽſeretur in totum purgata. Ita
dicit Sal. in l. ſi minorem, poſt num. 2. C. de
integ. reſti. min. Et dicit Gramm. ſuper ca-
pi. Regni, fol. 142. num. 7. quòd ita conclu-
dunt omnes. Quod nota, quia poſſet tibi fa
cere magnum honorem in practica. Vide in
hoc propoſito ea, quæ dixi in d. verſi. Fre-
quens etiam.

2 V N V S teſtis † deponens de maleficio fa-
cit indicium contra reum, hoc tamen intel
lige vt procedat quod ad inquirẽdum, ideſt
quo ad aſſumendas ſpecialiter contra reum
informationes ſuper delicto. Sufficit. n. vni
cus teſtis etiam aliàs inhabilis, & minus ido
neus. Et ita (iudicio meo) intelligi debet di-
ctum Bal. in l. ſeruos, C. de teſti. quamuis ali
qui illum intelligant, ut loquatur de inqui
ſitione generali. Et hoc appellat Bal. ibi indi
cium facti, q ſcilicet dirigit iudicem in viã
perſcrutationis ad indagandum, an ille ta-
lis, qui ab eo nominatur, ſit reus illius deli-
cti. Et ſic ad inquirendum ſpecialiter contra
ipſum. Cæterùm ad hoc vt teſtis faciat legi
timum indicium, quod Bal. ibi appellat in-
dicium iuris, requiritur q ſit integer, & om-
f ni exceptione maior, *f* id eſt talis, contra
quem nulla poſſit opponi exceptio. Et hæc
* eſt communis omnium ſententia, vt dicit
Ruin. conſil. 147. poſt nu. 3. lib. 5. Et huiuſ-
g modi teſtis ſufficit etiam ad torturam. *g*
ſecundum communem opi. de qua atteſta-
tur Rom. conſi. 451. nu. 4. Viuius in lib. com
munium opin. fol. 300. uerſ. Teſtis vnicus.
Plot. in repe. l. ſi quando, nu. 879. quam ta-
h men intellige *h* iuxta ea, quæ dixi infra q.
proxima circa principium, & uerſic. Vnum
tamen. Reperio tamen, q Prac. Caſoni fol.
12. nu. 4. dicit q (ſecundum opi. multorum)
quando tractatur de inquirẽdo ſiue torquẽ
do, teſtes etiam non integri admittuntur.
Et re vera multi iudices de facili etiam ſu-
per dicto teſtis inhabilis & minus idonei for
mant inquiſitiones, & quandoque etiam tor
quent, & male faciunt, quia ſæpe vexant in-
debite innocentes.

3 S E D quid † ſi teſtis non uiderit commit-
ti maleficium, ſed deponat ſe audiuiſſe pu-
ta de nocte Titium percutientem Caium,
& dicat ſe eum cognouiſſe ad vocem, nun-
quid faciet contra eum indicium ad tortu-
ram? Reſpond. Bal. in l ſi non ſpeciali, num.
1. C. de teſtam. loquendo per verbum fortè
tenuit, q ſic. Et dicit Cotta in memor. in
uerbo teſtis deponens, q hoc firmant docto
res ubique. Hoc tamen intellige, ut proce-
dat, modò teſtis ita deponens habeat ueriſi-
militer adeò notam uocem rei, ut decipi
non poſſit, aliàs ſecus; tale enim indicium
uocis eſt multum fallax & periculoſum. Et
ego multos cognoui ita propriè imitantes
uocem aliorum, ut omnes etiam familiariſ-
ſimos & domeſticos eorum facile decipe-
rent. Cęterùm teſtes, qui dicunt ſe uidiſſe
quum eſſet de nocte, nec dicunt q luna lu-
cebat, uel q lumen erat accenſum, à ſeipſis
natu-

naturaliter reprobantur, & nullam fidem faciunt. Et ita dicunt doctores, ut ait Boſſ. in tit. de indic. num. 172. Dicit etiam Io. And. dialogo 70. licet uera, ꝙ ab hac concluſione, doctorum nullus diſcrepat, quam etiam communem appellat Viuius in libro communium opi. fol. 255. uerſi. teſtis deponens. Videntur enim deponere ea, quæ ſecſidum naturã eſſe non poſſunt, ut manifeſtè patet.

4 Dictvm ſocij † criminis facit indicium contra eum, qui pro ſocio nominatur De-
i bes autem ſcire, ꝙ regulariter delinquens *i* non poteſt interrogari de ſocijs, text. eſt in l. fin. C. de accuſatio. & eſt communis omniũ ſententia, ut dicit Io. de Amicis, conſ. 27. nume. 1. præter quam in nonnullis criminibus, in quibus propter eorum immanitatẽ permiſſum eſt ut interrogetur, quæ quidem dicuntur crimina excepta, ea uidere potes apud glo. in d. l. fina. quamuis Auguſti. ad Ange. de malef. in uerbo, Et Semproniũ, nume. 5. dicat, quòd illa glo. ſimpliciter non approbatur à Doctoribus quia multi etiam alij caſus traduntur per ſcribentes, præter illos, quos ipſa glo. enumerat, ut ibi per eum, Bart. autem in l. repeti §. primo, ff de quæſtio. diſtinguit, quòd aut agitur de delictis, quæ non committuntur principaliter in offenſam uel odium alicuius, ſed in commodum ipſius delinquentis, vt falſare monetam, furari &c. Et tunc poteſt delinquens de ſocijs interrogari. Aut verò agitur de delictis, quæ principaliter committuntur in odium vel offenſam alterius, vt eſt homicidium, adulterium &c. Et tunc non poteſt delinquens, licèt contra ſe confeſſus, de ſocijs interrogari. Et dicit Auguſti. ad Ang. de maleſi. in verbo, Fama publica, poſt num. 106. quòd hodie aſſeſſores communiter videntur obſeruare hanc doctrinam Bart. Si tamen interrogetur, faciat indicium non qui-
K dem ad torturam, ſed ad inquirendum. *k* Et hanc dicit eſſe communem concluſionem Public. ſuper conſue. Aluer. fol. 25. nu. 3. Alia fuit opi. Salic. in d. l. fi. qui more ſuo ſatis prolixè diſtnguit, & inter cætera concludit, quòd in ijs criminibus, quæ regulariter non ſolent committi ſine ſocijs, poteſt delinquens de ſocijs interrogari. Et hanc appellat communem opi. Anton. Gomeſ. c. 12. delictorum, nume. 16. in fin. & dicit Boſſ. in tit. de indic nume. 145. quòd illæ conſiderationes Salic. ſeruantur in practica. Alij verò dicunt, quòd quicquid ſit de iure, hodie ex
l conſuetudine *l* interrogantur rei in omni caſu & de ac conſuetudine atteſtatur Gandi & Iac. de Beluiſ. prout illos refert Blanc. de indicijs num. 374. & Fulgo. conſi. 173. num. 2. qui ſubdit illud intelligendum eſſe in eo, qui eſt malę famæ prout eſt q̃ſtio propoſita per Gandi in loco præallegato. refert etiam Pariſ. Put. de ſyndi fol. 460. ca. 4. poſt nume. 1. & fol. 480. poſt nume. 1. Prac. Caſoni. fol. 85. nume. 6. fol. 86. nume. 3. Sed certè hæc conſuetudo in hoc dominio non ſeruatur, niſi in furibus, fraudatoribus ſalis uel bladorum aſſaſſinis, & latronibus, qui in uijs publicis graſſantur, in cæteris autem ſemper uidi ſeruari ius commune. Et ideo laudabile eſſet iudicio meo adhærere iuri communi, ubi in ſpecie non uigeret talis cõſuetudo. Vnus tamen eſt caſus, in quo ſemper reus interrogatur & torquetur ſuper mandante, quando ſcilicet apparet, quòd illud delictum commiſit non ſua cauſa, puta quia nihil ad eum pertinebat tunc enim quia tenetur pro certo, quòd fecit ad alterius inſtantiam, ſolet torqueri ſuper mandante. Et ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in tit. præallegato de indic. poſt num. 156. uerſi. Primo conſidero. Et licet ipſe poſt Sali. loquatur in perſona uili, ego tamen illud uidi in omnibus indiſtinctè obſeruari.

5 Retenta igitur † communi concluſione & diſpoſitione iuris communis ſcilicet quòd delinquens non ſit ſuper ſocijs interrogãdus. niſi in criminibus exceptis ſecũdum ius commune uel conſuetudinem loci, in quo proceditur, uideamus quod indicium faciat dictum ipſius delinquentis contra ſocium ab eo nominatum. Et pro reſolutione dico, quòd aut quæris an dictum ſocij criminis ſufficiat ad inquirendum, id eſt ad aſſumendum alias informationes contra, qui ab ipſo nominatur. Et in hoc Roma. in l. & ſi certus, in princ. ff. ad Sylle dicit quòd communiter concluditur, quòd ſufficiat ad fundandam inquiſitionem, quem refert & ſequitur Augu. ad Ang. de maleſi. in uerbo, fama publica, num. 31 & Grammat. conſi. 21. nu. 40. & conſi. 67. in fi. & Io. de Amicis conſi. 27. num. 2. & Nouel. in prac. crim. fol. 64. nu. 19. Et quòd ſufficiat ad inchoandam inquiſitionem dicit cõiter ita intelligere doct. Io. de Amicis in d. conſ. 27. nu. 3. Et hæc cõcluſio intelligẽda eſt, ut procedat, ſiue talis delinquẽs illum ſocium noĩauerit ad interrogationẽ iudicis ipſum in genere

M interro-

interrogantis, an in maleficio committendo aliquis alius interuenerit, ſiue etiam illum ſponte ſua nominauerit, dum contra ſe examinaretur, puta quia poſtquam confeſſus eſt ſe Titium occidiſſe, iudex iubeat illum narrare, quomodo occiderit, & ipſe dicat, quòd tali die ipſe & Petrus tali & tali modo illum occiderunt, &c. nam vtroque caſu talis nominatio aperit viam iudici ad inquirendum, & aſſumendum alias informationes contra Petrum nominatum, etiam ſi prius contra ipſum nihil aliud eſſet in proceſſu, neque puto faciendam eſſe aliquam differentiam, an ſimus in criminibus exceptis, vel non; nam etiam in criminibus non exceptis credo quòd faciat indicium ad inquirendum. Et ita loquendo etiam in criminibus non exceptis dicit tenere communiter doctores Blancus de indicijs, nu. 399. quem refert Villalob. in ſua collecta cõmunium opin. in littera C, nume. 203. Et licet Ruin. conſi. 147. nu. 1. in fi. lib. 5. dicat communem opi. eſſe, quòd in caſibus non exceptis nullum faciat indicium ad inquirendũ neque ad procedendum, ſiue id ſponte dixerit, ſiue ad interrogationem iudicis, quem refert & ſequitur Roland. conſi. 73. num. 2. lib. 1. ego tamen credo contrarium opinionem eſſe magis communem, & illam ſemper vidi de conſuetudine obſeruari; hoc enim caſu dictum iſtius ſocij non eſt tanquam dictum teſtis, ſed tanquam denunciatoris uel notificationis, qui tantũmodo aperit viam iudici ad inquirendum, prout faceret quicunque alius notificator ſeu denũciator, etiam infamis & vilis, iuxta ea, quæ dixi ſupra quæſt. ſeptima, uerſi. Quæro igitur, & ſeu quilibet alius teſtis etiam non idoneus, iuxta ea, quæ dixi ſupra ver. Vnus teſtis. Et opin Rui. poſſet procedere in caſu ſuo, ſcilicet ad formandam inquiſitionem, de quo dixi infra verſi. Si verò quæris. Debent tamen iudices, quantum poſſibile eſt, cauere ne reos interrogent ſuper ſocijs, niſi in caſibus, in quibus id ſibi eſt à iure vel à cõſuetudine permiſſum, præcipue verò ne in aliquibus caſibus etiam permiſſis reos interrogent in ſpecie de aliqua certa perſona; niſi contra eam adſit aliquod indicium ſufficiens ad inquirendum ſpecialiter contra ipſam, ſiue ſimus in criminibus exceptis, ſiue non, id enim potius eſt officium ſuggerẽtis quã interrogantis, debentq; ab eo iudices omnino abſtinere, ne proprias animas perdant, & alios indebite vexerent. Et hoc caſu crederem, ꝗ totus proceſſus, qui deinde fieret contra aliquem ita ſuggerendo à iudice nominatum, non præcedentibus aliquibus indicijs, eſſet ipſo iure nullus, & proximis mẽſibus in facti contingentia ita iudicatum fuit per Magiſtratum, & grauiter reprehenſus quidam prætor à nobis delegatus, quã delinquentem, ita ſuggerendo, contra alium interrogauerat.

6 Si verò† quæris, an dictum ſocij criminis ſufficiat non modò ad fundandam vel inchoandam inquiſitionem, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam ad formandam & tranſmittendam inquiſitionem ſeu libellum criminalẽ contra ſocium nominatum, ita vt teneatur perſonaliter comparere, & defenſiones ſuas facere. Aliqui tenent, quòd ſufficit, & dicit Boſſ. in tit. de inquiſitione, nume. 44. & clarius in tit. de indicijs, num. 182. quòd ita ſeruatur, in quibus locis loquitur etiam in caſibus non exceptis. Et allegat in hoc propoſito deciſ. Roma. quam ego ſuperius retuli, verſi. Retenta igitur. Tu dic quòd imò in caſibus non exceptis non eſt ſufficiens indicium ad formandam inquiſitionem. Et hãc dicit eſſe cõem doctorum ſententiam Dec. conſi. 189. nu. 9. quem refert Prac. Conradi, fol. 255. in princ. & Viuius in libro communium opin. fol. 263. verſi. In teſtem non admittitur. Roland. conſi. 16. nu. 7. lib. 1. ſed in exceptis vtique eſt ſufficiens, ſecundũ Roland. in eo. conſi. 16. nu. 2. qui dicit, ꝗ hęc eſt recepta doctorum ſententia, quòd ſufficiat ad inquiſitionem, non tamen clare explicat, an ſimpliciter ad inquirendum, an autem etiam ad tranſmittendam inquiſitionem, ſed ego ita ſemper vidi ſeruari.

7 Scias, tamen, † quòd hæc concluſio, ꝗ dictum ſocij criminis ſufficiat ad inquirendum, locum non habet, quando talis ſocius criminis, vltra illud crimen, eſſet etiã periurus nam eo caſu neque etiam facit indicium ad inquirendum. Et hæc eſt indubitatum iuris concluſio, ut dicit Rolã. conſi. 73. num. 18. lib. 1. quod quidem ego intelligo, vt procedat quo ad tranſmittendam inquiſitionẽ, ſed quo ad aſſumendas informationes certe ſufficeret; quinimò etiam ad formandam inquiſitionem, & plerunque etiam ad torturam, conſuetudo obſeruat, quòd ſufficiat. Vide quæ dixi ſupra hoc eo. lib. §. Falſum, verſi. Subornans.

8 Svccessive quæro, † nunquid huiuſmodi

modi nominatio facta per ſocium criminis faciat indicium ad torturam? Reſpond. Si loquamur in criminibus nõ exceptis, in quibus non põt delinquens de conſocijs interrogari, res de iure nullã habet difficultatẽ; talis.n nominatio nullum facit indicium niſi ad inquirendum, ut dixi ſupra uerſi. Si verò quæris. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Prac.Carer.fo.95.num 122. Sed quicquid ſit de iure, dicit Gandi. de maleſi. in tit. de quæſtio.num. 28. quòd de conſuetudine vidit torqueri. Idem etiam ferè per eadẽ uerba dicunt Iacob de Meluis in prac. crim. in tit. de quæſtio col. 11 ver. Iuxta hoc quæritur, & Guido de Suzar. in trac. de indicijs & tortura, nume. 55. & Bal. in trac. de quæſtio. fol. 258. num. 4. in ſi.

9 Sed quid † in criminibus exceptis? Reſpõ. ꝙ adhuc talis nominatio (alia præſumptione non concurrente) non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Et eſt communis opi. ut dicit Boer. deciſ. 319. nu. 1. quem refert Roland. in d. conſi. 16. num. 17 Grammatic. uoto 6. num. 7 quem refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera C, nume. 152. Roland. in d. conſ. 73. num. 20. Et dicit Afflic. ſuper prima parte conſtit. regni, Rubr. 27. num. 34. ꝙ uidit per multos ſapientes ſic fuiſſe deciſum in facti contingentia in crimine læſæ maieſt. Et illum refert Prac. Carer. fol 320. nu. 101. in ſi. Bene facit hæc nominatio cõtra nominatum aliqualem præſumptionem, ut fere oẽs fatentur. Et dicit eſſe cõem opi. Boer. in d. deciſ. 319. nu. 4. quę quidẽ aliqualis præſumptio habet tantam vim, ꝙ concurrente aliqua alia ſuſpicione põt reus tormẽtis ſubijci, ita cõcludit Sali. I l. ſi. circa ſi. verſi. Sed ego rñdeo, C. de accuſ. Et dicit Boſſ. in tit. de indi. nu. 149. ꝙ illud dictum Sali. quotidie practicatur, & doctores illud ſequunt̃. Et ita ſæpius vidi ſeruari.

10 Et ex † hac concluſione infertur, quòd n ſolum dictum mandatarij n non facit indicinm ad torturam contra mandantem, niſi alia cõcurrant. Et eſt cõis opin. ut dicit Paris Put. de ſyndicatu, in uerbo Tortura, el terzo, prout illum refert Nouel. in pract. crim. fol. 66. nu. 31. & ſeq. licet ego eum in eo loco id dicentẽ in libro meo non inueniã. Et ita in facti contingentia conſuluit Signorol. cõſi. 209. Reperio tamen, quòd Bal. conſi. 429. lib. 3. diſtinguit, ꝙ aut talis mandatarius non ſuſcepit mandatũ, & facit indicium ad torturam; aut uerò ſuſcepit, & non facit ſufficiens indicium ad torturam. Et dicit Boſſ. in tit. de indic. nu. 154 quòd ita obſeruatur. Mihi placet communis opi. ut nullo o caſu faciat indicium ad torturam, o niſi aliqua alia præſumptio, vel ſaltem ſuſpicio concurrat contra eum, qui nominatur pro mandante, aliàs eſſet in facultate cuiuslibet ſcęleſti, facere quòd quilibet vir probus ſubijceretur tormentis, quod eſſet impium & abſurdum. Et ita ſemper ſeruari vidi. ita tamen ut in criminibus exceptis leuiores ſuſpiciones ſufficiant, quàm in non exceptis.

In hoc autem propoſito aduerte tu, qui nis excipere contra ſocium criminis, vt non dicas, excipio contra te, quia es ſocius criminis, ne uidearis fateri delictum, ſed dicas excipio contra te, quia tu hoc delictum commiſiſti. Et ita conſuluit Vbert. de Bobio. Vel ſi eſt tale delictum quòd ſine ſocio committi non poſſit, ut ſodomia vel huiuſmodi, dicas excipio contra te, quia facis te ſocium criminis, & ideo nihil probas, quod eſt iudicio meo tutius.

11 Sed pone, † quòd non unus tantùm, ſed duo ſocij criminis contra aliquem deponant, nunquid iſte dicetur conuictus, ita ut poſſit contra eum ſequi condemnatio? Reſpond. quòd non, ſed bene faciunt contra eum indicium ad torturam. Et ita in facti contingentia ſeruauit curia Burdegalen. in quodam notario, contra quem depoſuerant duo teſtes, qui aſſerebant ſe ab eo corruptos fuiſſe, ut refert Boer. in allegata deciſ. 319. ubi etiam numero 17. atteſtatur idem ſeruatum fuiſſe in quodam alio imputato de homicidio, contra quem depoſuerant tres teſtes ſocij criminis, & tamen ſolummodo fuit tormentis ſubiectus. Et idem etiam ſeruari per curiam Pariſien. atteſtatur Papo. lib. 22. tit. 13. Arreſto ſecundo & tertio. Et nota, quòd hoc caſu tales teſtes faciunt indicium ad torturam, etiam quòd ſint ſingulares. Et ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in tit. præallegato, de indicijs, nu. 159. Idem etiam ſeruari in Regno Neap. vt ſcilicet faciant indicium ad torturam, atteſtatur Grammat. ſuper c. Regni, fol. 120. col. 1. in ſi.

12 Qværo, † nunquid ad hoc ut dictum ſocij criminis faciat indicium, requiratur quòd illud deponat cum iuramento? Reſpoud. Marſil. in pract. crimi. §. diligenter, numero 62. tenet, quòd ſic, & narrat ſe propterea liberaſſe quendam furem; & dicit ꝙ in hoc totus mundus errat. Et iudicio

meo verum dicit, quia licet quo ad ſeipſum ſit reus, tamen dum deponit contra aliū, fungitur vice teſtis, meritò non eſt ei adhibenda fides niſi cum iuramento, ut dixi ſupra lib. 2. §. Teſtis. Et ita ſemper vidi ſeruari, quicquid dicat Blancus de indicijs, nume. 384 Sed intellige, quòd ſufficiat, quandocunque interueniat iuramentum, ſcilicet ſiue antequam ponatur ad torturam, ſiue ēt ſi iuret præſente ipſo, contra quem depoſuit, prout ſeruatur in confrontatione, teſte Boer. in allegata deciſ. 319. poſt nume. 4.

13 Scias etiam † quòd dictum ſocij criminis, ad hoc ut fidem faciat, requiritur ꝙ fuerit confirmatum in tormentis, quū enim ex proprio delicto effectus ſit infamis, non debet admitti in teſtem ſine tortura, iuxta ea, quæ dixi infra q. 25. circa princ. & ita apud nos ſeruatur, licèt Chaſſ. ſuper con. Burgun. fol. 44 poſt nume. 14. dicat, quòd ſæpe hoc allegauit in curia, ſed non uoluit ad illud attendere. Dicit etiam Simancas de hære. c. 62. nume 6. quòd iudiciorum uſus illud non admittit. Ego puto noſtram conſuetudinem eſſe magis iuridicam, tu tamen obſerua id, quod ibi ſeruatur, vbi ius dicis.

14 Assertio † vulnerati, ꝑ dicentis ſe
p ab aliquo fuiſſe vulneratum, an faciat indicium contra eum? puto eſſe diſtinguendum, nam ſiquidem vulneratus conualuerit, reus non habet difficultatem, quia tale dictum habetur loco denunciationis, ſiue querelę. Et ideo niſi aliqua concurrant indicia, non pōt ſuper eo de iure procedi niſi ad īq̄rēdū, i. aſſumēdas informationes cōtra eū, qui ab offenſo nominatur, non autem ad tranſmittendam illi inquiſitionem, ſiue citationem, licet multi de facto contrarium obſeruent, quos appellat iudices imperitos Ang. de malefi. in uerbo, qui iudex ad probationem, nume. 6. de quo dixi ſupra quæſt. ſeptima, uerſi. Dixi ſupra. Si verò vulneratus moriatur, & vſque ad mortem in tali dicto perſeueret de iure loquendo, non facit indicium. Et ita tenet gl in l. mater, in gl. 1. C. de calū. quam dicit eſſe communiter receptam Villalpand. ſuper l. 22. c. 61. poſt num. 7. nihilominus quicquid ſit de iure, certe de conſuetudine practicatur, quòd ſit ſufficiens indicium ad inquirendum. Et ita ſeruat communis ſtylus & obſeruantia Italiæ, ut dicit Igneus in l. Caius Seius, num. 13. ff. ad Sylle. Et quamuis contrariam ſententiam, ſcilicet ꝙ neq; ēt ſufficiat ad inquirēdum, uideatur cōem aſſerere Plot. ī tabula rep. l. ſi qñ, C. vnde vi. in uerbo, indicium ad inquiſitionē, prout illū refert Prac. Conradi, fol. 256. ver. Decimo adde, licet Plotus ibi hoc explicite non dicat, ex quo tñ longo uſu obtentū eſt ut ſufficiat, non putarē ab ea eſſe in practica recedendum. Eſt ēt tale dictum vulnerati morientis ſufficiens ad capturam, ſecundum cōem opi. vt atteſtatur Gomes. c. 13. delictorum, num. 16. prout illum refert Placa lib. 1. delictorum, c. 13. nu. 15. ſubdens, ꝙ ita paſſim uidemus in practica ſeruari. Eſt ēt ſufficiens ad excuſandū à calūnia & temeritate hæredē mortui, q motus eſt ad accuſandū eū, qui fuerat diffamatus à vulnerato moriēte, ſecūdū gl. in d. l. mater, in gl. 1. C. de calūnia. quam ſequuntur cōiter doctores, vt dicit Bertran. cōſi. 137. num. 10. li. 2. in 1. parte. Ad condemnationem uerò non eſt ſufficiens, nā talis aſſertio vulnerati morientis non probat plenè delictum, & ideo non ſufficit ad condemnandū, & eſt cōis opi. ut dicit Placa in loco præallegato. Sed nūquid facit ſaltē indiciū ad torturam? Rñ. Ang. in d. l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens, poſt nu. 1. ff. ad Sylle. tenuit ꝙ ſic, ſed eius opin. cōiter non tenetur, ut dicit Grammat. conſi. 57. nu. 13. & 14. Et ita contra Ang. eſſe cōmunem opi. atteſtatur Placa in loco præallegato. Prac. Conradi, fol. 297. uer. Trigeſimū ſeptimū eſt indicium. Dicit ēt Chaſſen. conſi. 58. poſt nu. 28. ꝙ ita tenent omnes. Ita etiam de ſtylo ſeruari, ut ſcilicet talis aſſertio ad torturam non ſufficiat, atteſtatur Mantua conſil. 118. in fi. lib. 2. ſubdens quòd minimè mutanda ſunt &c.

q Fuga q delinquentis † contra eum facit
15 indicium, ſed ad hoc vt habeas in materia fugæ perfectam doctrinam, debes ſcire, ꝙ fuga tribus modis opponitur contra fugientē. Primo ut crimen, puta qñ miles in bello aufugit, & ſigna deſeruit. Et hoc caſu probata ipſa fuga, dr probatū crimē, neque aliud requiritur, ad hoc ut reus poſſit ex ipſa fuga condemnari. Et ita tenent omnes, ut dicit Brun. de indic. fol. 26. nu. 7. Secundo opponitur fuga tanquā indiciū, qñ dr reū cōmiſſo aliquo delicto aufugiſſe, & à loco ipſo delicti ſe abſentem feciſſe. Et hoc caſu aut eſt tale crimen, ad cuius probationem ſufficiat ſola ſuſpicio, puta in tutore, l. impuberibus. in fi. ff. de ſuſp. tuto. Et tunc ſola fuga facit delinquentem ſuſpectum, ad hoc etiam ut poſſit ex ea ſola ſequi condemnatio, ut ibi.

Et

Et in hoc etiam concordant omnes, vt dicit Brunus in loco præallegato. Aut verò eſt tale crimen, ad cuius probationem ſuſpiciones non ſufficiant, ſed plena probatio requiratur. Et in hoc caſu licet aliquando magna fuerit inter doctores altercatio, an fuga delinquentis faciat contra eum plenã probationem, uel ſemiplenam, & aliqui tenuerint, quòd ſolummodo faciat cõtra eum vnam probationem ſatis magnam, quam opin. dixit eſſe communem Roma. in d. l. admonendi, num. 70. & Curt. ſenior num. 130. & Cato Saccus num. 78. tamen magis communis opi. eſt, ꝙ fuga probet ſemiplene illud crimen, ad quod probandum plena probatio requiritur. Et hanc eſſe communem opin. atteſtatur Ripa in d. l. admonendi, nume. 168. Et ideo facit contra eum ſufficiens indicium ad torturam. *r* Ita tenuit Dyn. in d. l. diuus, ff. de cuſtod. reo. & eſt cõmunis opin. ut atteſtatur Iaſ. in d. l. admonẽdi, in repe. nu. 158. quem refert Dueñas regula 390. in prin. & Blanc. de indic. nu. 278. & Gomez Arias ſuper lege 74. Tauri, num. 18. Et dicit Io. And. in addi. Spec. in titu. de preſũptio. §. 1. ſub num. 3. quòd hæc opin. Dyn. de conſuetudine obſeruatur, prout illum referunt doctores in locis præallegatis. Et ideo quamuis multi teneant contrariam opin. quòd ſcilicet fuga non ſit ſufficiens ad torturam, adeò vt Curt. Iun. in d. l. admonendi, num. 49. & ſeq dixerit illam eſſe magis communem, nõ tamen putarem ab opi. Dyn. aliquo modo eſſe in practica recedendum. Quæ tñ intelligenda eſt, ut procedat in ea fuga, quæ fit ante formatam inquiſitionẽ vel aſſumptas informationes, talis enim fuga *ſ* vere arguit conſcientiã delicti commiſſi. Et hæc eſt communis opinio, vt dicit Boſſ. in ti. de indicijs, nu. 49 Cæterùm ſi quis fugat poſt tranſmiſſam inquiſitionem, vel info rmationes aſſumptas per officiũ, talis fuga nõ eſt ſufficiẽs ad torturã. Et ẽ cõis opi. ut dicit Blã. de indi. nu. 281. prout illum refert Villalo. in ſua collecta communium opi. in littera F, num. 175. Ripa in d. l. admonendi, nu. 168. prout illum refert Simancas de hæret. c. 63. nu. 19. Ant. Gom. ſuper lege 76. Tauri, poſt nu. 13. Don Ant. de Padilla in l. tranſigere, nu. 3. C. de tranſact. Hoc tamen locum habet ſolummodo in cauſis capitalibus, ſi cum fuga concurrant fama publica, ſemper facit indicium ad torturam, ſiue ſit ante, ſiue poſt accuſationem. In capitalibus autem, quando ſumus poſt accuſationem, nunquam facit indicium ad torturam. Et hæc eſt magis communis opin. vt atteſtatur Io. de Amicis conſil. 37. num. 5. & conſi. 131 nu. 3. Scias etiam, quod quando ille, qui aufugiat, poſtea citatus ſponte comparet, tunc fuga præcedens nullum contra eũ facit indicium, neque etiam leue, ſecundum Bar. in l. quis ſit fugitiuus. §. 1. ff. de ędil. edicto, quem omnes ſequuntur, ut dicit Io. de Amicis conſil. 7. nume. 19. ſubdens quòd in hoc profectò nemo dubitat. Hanc etiam dicit eſſe communem op. idem Io. de Amicis conſi. 85. nu. 8. *

16 Tertio autem† modo opponitur fuga delinquenti tanquam confeſſio, puta q̃ reus è carceribus aufugerit, videtur enim fateri delicto, de quo imputabatur, & ideo facit plenam probationem contra eum. Et ita cõiter tenetur, ut dicit Ripa in d. l. admonendi, nu. 170. Cato Saccus in d. l. admonendi, nu. 81. quem refert Dueñas reg. 389. in ij. limi. licet loquatur in fugiẽte effractis carcerib. Talis. n. q ex carcerib. aufugit, habetur pro confeſſo & conuicto de eo crimine, de quo eſt imputatus, vt eſt text. in l. in eos, ff. de cuſtod. reorum, ſecundum cõem doctorum ſententiam, ut atteſtatur Boer. deciſ. 215. nu. 9. quamuis fortè ille text. hoc non probet. Hunc etiam fatetur eſſe communem intellectum illius legis, quamuis illum non ſequatur, Anto. Gomes. ca. 9. delictorum, nu. 11. Et ideo poteſt de iutis rigore in pœnam ordinariam condemnari, licèt ſenatus hoc non obſeruet, niſi contra cõtumaces; nam ſi quis poſt fugam captus ſit, uel ſponte reuertatur, non ſolet propter ſolam fugam e carceribus factam illum condemnare, ſed tantùm grauius torquere, prout etiam obſeruauit in facti contingentia curia Neapol. ut refert Grammat. uoto 37. Quinimò ſecundum aliquos illa lex non habet locum niſi in eo, q aufugit fracto carcere, & ruptis ferris, & cippis cũ cõſpiratione. Et dicit Prac. Carer. fol. 88. in fi. ꝙ ita illã legẽ intelligũt doctores. Scias aũt, ꝙ hæc cõcluſio, ꝙ fuga è carceribus faciat cõtra reum plenam probationẽ delicti, intelligenda eſt ut procedat, qñ talis carceratus fugit legitime detẽtus. Talis enim iuſte carceratus, non põt licite aufugere, qnimò ſi fuerit relaxatus cũ promiſſione de redeũdo, teneẽ promiſſionẽ ſeruare, & ad carceres redire. Et eſt cõmunis op. ut atteſtaẽ And. de Beſet. i te. l. pri

mæ, poſt num. 59. C. de ſacroſan. Eccleſ. Sed quando fuit indebitè & iuris ordine non ſeruato carceratus, tunc propter talem fugam, etiam cum fractione carceris non puni-
t tur, *t* neque habetur pro confeſſo. Et hanc
* dicit eſſe communem Theoricam doctorũ Roland. conſi. 7. nume 47. lib. 1. Poteſt enim licitè talis carceratus indebitè detentus aufugere. Et ita cõmuniter receptum eſſe ait Didacus lib. 1. reſolutionum, c. 2. nume. 11. quem refert Dueñas reg. 393. in quarta limitat. neq; tenetur redire ad carceres, etiã ſi iuraſſet ſe rediturum, ſecundum glo. in cle. paſtoralis, in uerbo. per uiolentam. de re iudica. quam dicit eſſe ab omnibus receptam Didac. in d. c. 2. poſt num. 7. Placa lib. 1. delictorum, ca. 23. nume. 6. ſubdens quòd doctores etiam communiter addunt, quòd reus, qui verisimiliter eſt iniuſtè damnandus, tenetur fugam arripere, ſi poteſt &c. ut ibi per eum. Item intelligenda eſt hæc concluſio vt procedat in eo, qui aufugit ex carceribus publicis, ſecus autem ſi quis aufu-
* giat de carcere priuato. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Boer. in d. deciſ. 215. nume. 13. prout illum refert Viuius lib. 1. communium opin. in verbo, fugiens à carcere Scias etiam, quòd ſi carcerati fugiant nulla facta uiolentia, puta quia iuuenerint portã apertam negligentia Commentarien. male carceres cuſtodientis, non debent capite puniri. Et hoc ſe pluries de facto vidiſſe atteſtatur Ang. in l. prima, ff. de effrac. Item ſcias, quòd ſit carcerati non aufugerint, ſed tantũ modo tentauerint fractis carceribus aufugere, ſenatus non ſolet ex ea cauſa aliquid graue contra eos decernere, propter attentatam fugam uel fracturam. Et ita obſeruatũ fuit in carceratis Laudæ 10. Decemb. 1543. P. N. Bene ſolet quandoque eos publice torqueri facere. Et ita ſeruari uidi in duobus, qui carcerem fregerant, ut aufugerent. 16. Iul. 1558 P. N. Scias etiam, quòd ſi talis fugiens è carceribus, ſtatim ad ipſos carceres reuertatur, non eſt tanquam fugitiuus vel
u fractor carceris puniendus. *u* Et eſt communis opin ut dicit Boer. in allegata deciſ. 215 nu 18 & 19.

17 PRAETEREA † etiam poteſt poni ex-
x emplum in iudice, *x* qui poſt finitum officium non ſtetit per quinquaginta dies in loco officij, nam eo caſu habetur pro confeſſo & conuicto omnium, de quibus eſt querelatus, vt colligitur ex tex. in l. conſiliarios,
* C. de aſſeſſo. ſecundum cõem doctorũ opin. vt atteſtatur Igneus in l. lege Cor. nu. 63. ff. ad Sylle. & Viuius in loco præallegato circa ſi. qui tamen tex. hoc non probat. Et ideo tenendum eſt, ꝙ talis fuga officialis ſolummodo operatur, vt per querelantes poſſit cõtra eum iurari in litem, & iudicio meo hanc ſñiam videtur inclinare cõiter doctor.

18 INIMICITIA † vigens inter offenſum & eum, qui eſt de delicto ſuſpectus, ſi quidem orta eſt ex cauſa leui, non faciat indicium, ſi uerò ex graui & capitali, tunc ex ea reſultat indiciũ. Et dicit Nouell. in prac. crim. fol. 60. nu. 3. ꝙ cum iſta opinione pertranſeunt fere omnes doctores. Et ꝙ ex inimicitia leui non oriatur indicium, dicit eſſe communem opi. Plottus in rep. l. ſi quando. §. 55. nu. 3. Quæ autem dicatur capitalis inimicitia, ſtatur arbitrio iudicis, ut dixi infra quæſt. 24. verſi. Itẽ quæro. Tu verò dic, ꝙ aut quæritur, an inimicitia faciat indicium ad formandam inquiſitionem, & placet diſtinctio ſuperius relata, ut ſcilicet non ſufficiat inimicitia, niſi ex cauſa graui &
y capitali, *y* nam, ut uidetur ſentire Blanc. de indicijs, nume. 175. omnes doctores indifferenter tenent, ꝙ grauis inimicitia ſufficiat ad inquirendum; quod ego intelligo non modò ad aſſumendas informationes ſpecialiter contra eum ſuper delicto, ſed & ad formandam ſiue tranſmittendam contra eum inquiſitionem. Aut verò quæritur, an faciat indicium ad torturam, & dic, quòd ſola inimicitia non faciat ſufficiens indi-
z cium ad torturam. *z* Et hanc dicit eſſe cõmunem opi Anto. Gomes. c. 13 delictorum, nu. 11. Et hoc non modò ſi ſit leuis inimicitia, ſed etiam ſi ſit capitalis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Grammati. cõſi. crim. 2. num. 16 Carer. in prac crim. fol. 90. nume. 118. Hanc etiam opin. ꝙ indicium inimicitiæ (vti remotum a facto) non ſufficiat ad torturam, dicit magis communiter teneri Grammat. uoto 30. num. 20. & uoto 34. nu. 7. Plottus in repe d. l. ſi quando. nu. 517. Et ita practicatur, ut dicit Boſſ. in tit. de indicijs, nume. 47. Bene uerum eſt, quòd ſi agatur tantummodo de captura, uel de inquirendo, ideſt procedendo ad aſſumendas informationes, tunc poterit iudex arbitrari ꝙ faciat ſufficiens indicium inſpecta qualitate perſonarum & delicti. Ego tamẽ qñque vidi, etiam quo ad torturam idem ſeruari, quando delictum fuit clàm commiſſum, & nullus

nullus alius imputatur, quia ſcilicet ijs con-
currentibus vidi aliquos propter ſolam ini-
micitiam ſuſpectos torqueri.

19 CONFESSIO † extraiudicialis facit con
tra confitentem ſufficiens indicium ad tor-
a turam. *a* Ita tenet glo. in l. capite quinto,
in glo. fin. ff. de adulte. quæ in hoc ab omni-
bus approbatur, ut dicit Marſil. ſing. 310. cre
do te ſcire. Hanc etiam eſſe cõem opin. atte-
ſtatur Feli. in c. olim, nu. 5. de reſcrip. Dec.
in c. at ſi clerici, poſt num. 17. uer. Alia opin.
principalis. de iudic. prout illum refert Pu-
blic. ſuper conſi Aluer. fol 20. nu. 6. ubi etiã
dicit, q omnes hoc fatentur. Ferret. cautela
27. circa principium. Alcia. in c. cum non ab
homine, num. 98. de indi. quem refert Villa
lobos in ſua collecta communium opin. in
littera C, num. 135. Blancus de indi. nume.
204. Et licet aliqui ex præallagatis doctori-
bus teneant, q poſſit talis confeſſio hoc ca-
ſu reuocari, etiam ad hoc vt euitetur tortu-
b ra, licet non doceatur de errore, *b* hoc cer-
te iudicio meo nullo modo eſt tenendum,
nam ſi ſola reuocatio hoc operaretur, nun-
quam eſſet locus communi concluſioni; pro
pter hoc enim deuenitur ad torturam, quia
reuocatur confeſſio, quia ſi reus non reuoca
ret, non eſſet opus tortura. Tene igitur, q
niſi probetur error, ſemper talis confeſſio fa
ciet indicium ad torturam. Et ita ſemper
vidi obſeruari.*

20 SED hic quæro, † an confeſſio facta coram
iudice incompetenti faciat indicium ad tor
c turam? Reſpond. q ſic, *c* & eſt communis
opi. ut dicit Imola in c. at ſi clerici, nume. 7.
de indi. quem refert Bologni. conſi. 8. col. fi.
& Auguſt. ad Ange. de maleſi. in uerbo, Nec
non ad denunciationem, poſt num. 22. & in
verbo, Comparuerunt, & confitentur totũ,
ſub nu. 14. relatus & ipſe per Prac. Conradi,
fol. 282. nu. 10. ubi etiam dicit Abbatem cõ-
ſi. 25. lib. 1. atteſtari contrariam opi. eſſe ma-
gis communem, quem tamen in libro meo
hoc atteſtantem non reperio. Hanc etiam
concluſionem dicit eſſe communem Alex.
in l. Magiſtratibus, num. 6. ff. de iuriſd om-
nium iudi. quem refert Dec. in ea. l. Magi-
ſtratibus, num 8. & Ruin. conſi. 80. nu. 2. lib.
4. Soci. in d. l. Magiſtratibus, prout illũ refert
Blanc. de indi. nu. 218. Feli. in d. c. at ſi cleri-
ci, in princ. nu. 15. in fi. Decius in d. c. at ſi cle
rici, poſt nu. 17. Boer. deciſ. 90. poſt nu. 9. vbi
in fi. dicit, q ita ſeruatur, & q ita iudicatum
fuit. Iafred. deciſ. 104. quem refert Viuius in
libro communium opi. in verbo, Confeſſio
facta coram. Menchiaca lib. 3. de teſtam. §.
23. nume. 32.

21 HANC tamen † concluſionem aliqui re-
ſtringunt, vt procedat, modò iudex, coram
quo facta eſt talis confeſſio, non ſit prorſus
incompetens, ſed q eius iuriſdictio ſit ali-
quo reſpectu prorogabilis, ſecus autem ſi eſ
ſet prorſus incompetens, nam eo caſu (ſecũ
dum eos) talis confeſſio non operatur ne-
que ad condemnationem, neque ad tortu-
ram. Et dicit Foller. in pract. crim. fol. 270.
nu. 1. q omnes doctores in hoc uidentur cõ-
currere. Sed certe (iudicio meo) hæc diſtin-
ctio nullo modo eſt tenenda, ſi enim confeſ
ſio prorſus extraiudicialis facit indicium
ad torturam, ut ſupra dixi, eadem ratione
& multo magis idem dicendum eſſe uide-
tur, qñ facta eſt in figura iudicij, licet coram
iudice incompetenti. Et ideo uidemus, q
confeſſio clerici, facta coram iudice laico, fa-
cit contra eum indicium ad torturam, ſecũ-
dum communem opin. de qua atteſtantur
ſcribentes in d. capit. at ſi clerici, & in ſpecie
Aret. & Dec. prout illos refert Boſſ. in tit. de
confeſſis, nu. 56. & Berous in eo. c. at ſi cleri-
ci, num. 124. in fi. Vbi etiam ipſe num. 127. &
ſeq. affirmat illam eſſe communem opi. qñ
non metu tormentorum, ſed ſponte facta
fuit. Boer. deciſ. 90. nu. 3. vbi etiam dicit q
ita ſeruatur; referens idem atteſtari Au-
frer. in repe. clem. pe. de offi. ordinar. in ter-
tia regula, nu. 16. quem refert etiam Carraui
ta ſuper ritu 235. magnæ curiæ, nume. 16. &
ſeq. Et licet Blancus de indicijs, nu. 215. aſſe
rat, q in contraria ſnĩa reſident cõiter docto
res, vere tñ opi. affirmatiua eſt magis cõis, ut
videre potes in locis præallegatis. ex qua ne
ceſſario infertur, q confeſſio facta corã quo-
cunque iudice, etiam prorſus incompeten-
ti, & cuius iuriſdictio prorogari non poteſt,
ut eſt illa, quæ fit à clerico coram iudice lai-
co, eſt ſufficiens indicium ad torturam. Et
ita teneas. Bene verum eſt, q ſi talis confeſ-
ſio extorta fuiſſet à reo per iudicem incom
petentem ui uel metu tormentorum, eo ca-
ſu nullum contra eum faceret indicium. Et
hanc opin. ſequutos eſſe doctores commu-
niter, atteſtatur Berous in d. c. at ſi clerici,
num. 126. Vide in hoc propoſito ea, quæ di-
xi infra quæſt. 36. verſi. Vltimo quæro.

22 SED quid ſi † reus, qui confeſſus eſt deli-
ctum coram iudice incompetenti, deinde
poſtquam fuit conſtitutus coram ſuo iudi-

te competenti, confeſſionem illam reuocauerit, nunquid nihilominus faciet contra eũ indicium ad torturam? Reſpond. Bal. in l.
d vnica, nu. 96. C. de confeſſ. tenuit ꝙ non, d ſed contrarium in practica ſeruatur, vt dicit Boer. in d. deciſ. 90. in ultimis verbis. Nã de facili quilibet reus talem confeſſionem reuocaret, & fieret fraus iuſtitiæ. Bene uerum eſt, ꝙ ſi reus reuocando huiuſmodi cõfeſſionem doceret de errore, crederem talem reuocationé ei prodeſſe debere, idéque ſi doceret talem confeſſionem non ſpontè, ſed metu tormentorum emanaſſe coram illo iudice, qui erat incompetens, ut ſupra dixi.

23 Sed hic † cadit pulchra quæſtio. Pone, ꝙ reus conſtitutus coram iudice tanquam priuato, confiteatur delictum, nunquid poterit ex ea confeſſione condemnari? Reſpond. quòd confeſſio facta coram iudice, non tamen in forma iudicij, ſed coram eo tanquam priuato pro tribunali non ſedente, non habet uim plenæ probationis, ita ut poſſit reus ex illa condemnari, ſed bene facit ſufficiens indicium ad torturam. Et eſt communis opin. ut dicit Rom. in l. ſi quis in graui, §. primo, ff. ad Sylle. prout illum refert Boer. in d. deciſ. 90. num. 8. idem etiã dicit Roma. conſi. 8. poſt nume. 2. Foll. in pract. crim. fol. 271. nume. 7. Et ex hoc inoleuit practica aſſeſſorum, ꝙ faciunt reum confiteri ad tribunal, ut ibi confiteatur in forma iudicij, ut dicit Angel. in l. ictus fuſtium. in fi. ff. de his qui not. infa. quem refert Barba. conſi. 70. nu. 4. Faciunt quæ dixi infra quæſt. 49. uerſi. Sed hic incidenter.

24 Vlterius † quæro, quid ſi reus confeſſus ſit delictum in tormentis, & deinde ductus ad ratificandam huiuſmodi confeſſionem extra tormenta, iuxta ea, quæ dixi infra quæſt. 64. verſi. Cæterùm ſi reus, reuocet ipſam confeſſionem, & neget delictum commiſiſſe, nunquid talis confeſſio facit contra eum indicium, ita ꝙ poſſit denuò torqueri, & cogi ad perſeuerandum in ipſa confeſſione? Reſpond. ꝙ ſic, ita dixit Bart. in l. vnius, §. reus. in ultimis uerbis, ff de quæſtionib. & ita tenent communiter doctores, vt dicit Blancus de indic. nu. 219. Prac. Carer. fol. 164 nu. 190. Hanc etiam cõem opi. atteſtatur Boſſ in tit. de tortura, nu. 34. ubi etiam ſubdit, quòd ita practicatur ubique abſque vlla hæſitatione. Hanc quoq; ſententiam dicit eſſe uſu receptam Simancas de hæret. c. 63. nume. 43. Aduerte tamen, quia dum doctores dicunt, quòd hoc caſu poteſt reus reiterata tortura cogi, ut in ipſa confeſſione perſeueret, hæc uerba debent ſano modo intelligi, ut ſcilicet, poſſit de nouo torqueri, tanquam ſi unum aliud nouum indicium ſuperueniſſet, non autem ut tandiu torquendus ſit, donec in ipſa confeſſione perſeueret; quod nota contra eos, qui reum in tormentis confeſſum die noctuq; torquẽdo fatigant donec perſeueret, quia non poſſunt hoc facere. Et illos grauiter reprehendit Auguſti. ad Angelum de maleſi. in verbo, comparuerunt & confitentur totum, poſt nu. 10. Quinimò ſi reus iterum poſitus in tormentis confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget, prout refert in facto contigiſſe Paris Put. de ſynd. fol. 482. c. 6. poſt nume. 1. non eſſet procedendum in infinitum, ſed crederem ſufficere, quòd tormẽta repeterentur vſq; ad torturam, & ubi deinde ductus ad ratificandum ſemper negaret, abſolueretur rebus ſtantibus.

25 Minæ † præcedentes delictum, faciunt indicium contra eum, qui offenſo minatus eſt. An autem faciant indiciũ ad torturã, eſt diſtinguendum, nam ſi quidem ſunt minæ prolatæ per uirum potentem & malæ famæ in eodem genere mali, qui de facili potuiſſet minas ſuas exequi, & eas ſolitus erat exequi, faciunt indicium ad torturam, quando ſcilicet ignoratur quis maleficium commiſerit, aliàs autem ſecus. Et ita communiter diſtingui atteſtatur Imola in l. fin. num. 10.
e ff. de hæred. inſtituen. Carer. in prac. e crim. fol. 102. num. 126. quem refert Plot. in repe. l. ſi quando, §. 54. nu. 10. Blancus de indicijs, nume. 183 quem refert Dueñas reg. 192. in quarta ampl. circa fin. & Placa lib. 1. delicto. c. 28. poſt nu. 18. uerſi. Secundo ſubijciam. Hanc etiã opi. dicit eſſe cõem Boſſ. in tit. de indicijs, nu. 44. Sed apud nos non ſemper admittuntur huiuſmodi diſtinctiones, nã probatis minis, & cauſa minarũ, ſenatus mãdat ſæpe numero reos tormentis ſubijci.

26 Pax, ſeu † tranſactio facta per aliquem cum offenſo de ipſa offenſione ſeu iniuria, facit contra eum indicium ad inquirendum. Sed nunquid talis tranſactio ſeu pax erit ſufficiens indicium ad torturam contram eum? Reſpond. Aut ſumus in delictis, in quibus de iure licitũ eſt trãſigere, & nõ ſufficit, nã quod ſit iure permittente, nemini obeſſe debet. Aut ſumus in criminibus,

in quibus non eſt de iure licita tranſactio.

f Et in iſtis vtiq; facit indicium ad torturã. *f* Et hæc eſt communis opin. vt dicit Blancus de indic.nu.306. prout illum refert Villalobos in ſua collecta communium opi. in litera D, num.121.licet Blanc. in libro meo, in eo loco id non atteſtatur. In quibus autem caſibus licita ſit tranſactio, dixi infra q. 58. verſi.Succeſſiue.Sed certe apud nos ſi reperitur inſtrumentum pacis, illud plene probat delictum contra eum, qui pro eo pacem facit. Et ideo cautela eſt, quòd pax fiat per aliquem tertium nomine omnium, quorũ
g intereſt. *g* Talis enim pax valet, & prodeſt cuicunque illam producenti, non ſecus ac ſi eſſet in ipſa remiſſione ſpẽaliter noĩatus, vt dixi in d.q.58.ver.Dictum eſt. Et forte ẽt ſi ille tertius in ſpecie pacẽ faceret nomine ipſius rei, adhuc non deberet ei talis pax obeſſe, prout in facti contingentia iudicauit curia Neap. ut refert Gram. vo. 39. circa fi.

27 MENDACIVM, † ſeu uariatio, incon-
h ſtantia, & titubatio *h* rei faciunt contra ipſum indicium ad inquirendum, & in hoc nemo dubitat. Quò uerò ad torturam ſolet allegari Bar. in d.l.fi.nume. 3.ff. de q. ubi dicit, quòd ex inconſtantia & trepidatione poteſt haberi aliqua præſumptio contra reũ, & quòd ſi repertus fuerit in mendacio, erit maxima præſumptio contra eum. Et ſic uidetur Bart. conſtituere differentiã inter eam præſumptionem, quæ oritur ex trepidatione,ut ſit aliqualis pſumptio;& eã, q̃ orit ex mẽdacio, ut ſit maxima pſumptio Et pp̃ter hoc multi allegant Bar. in eo.loco tenere, quòd mendacium ſit ſufficiens indicium ad torturam. Et hanc opi. in practica obſeruari atteſtatur Paris Put. de ſyndi. fol.441.poſt num.4. quem refert & ſequi uidetur Grammatic.conſi.5 num.5.Sed reuera Bar. hoc non dicit,ut bene animaduertit Paris Put.in loco prællegato, poſt num.6. ſed tantum, quòd erit maxima præſumptio contra eum, licet Boſſ. in tit. de indi.nume. 36. dicat, quòd quicquid ille dubitet, ipſe ita uidit ſemper illud dictum interpretari, ut ſcilicet faciat indicium ad torturam. Et ibi etiam dicit,num.38.& ſeq. quòd practica ſeruat,quòd ſola uariatio rei, etiam ſine trepidatione, modò ſit circa ſubſtantia-
i lia, *i* facit indicium ſufficiens ad torturam. Et q; mendacium ſolum ſit ſufficiens indiciũ ad torturam, dicit concludere communiter doctores Nouel. in trac. ad defenſam, fol. 125. poſt num. 5. Multi tamen tenuerunt
K cõtrarium, q; ſcilicet ſolum mendacium, *k* non ſit ſufficiens indicium ad torturam, ſed ſolummodo faciat quandam ſuſpicionem, quæ iuncta cum aliis ſufficiat ad torquendum, quam ẽt dicit communiter teneri Pract. Carer.fol.92.num.119.Hanc ẽt dicit eſſe communem Grammatic. uoto 30.nu.15.in fi. Ego uerò in hac uarietate opinionum crederem hoc eſſe relinquendum iudicis arbitrio,conſiderata qualitate perſonę & rei, ſi per qua eſt mendacium ſeu uariatio, an ſcilicet ſit talis, in qua uerisimiliter poſſit cadere obliuio, & an ſit circa ſubſtantialia ne-
l gocij, *l* & an incontinenti ſe correxerit, nã talis uariatio diceretur potius emendatio, quàm mendacium. Si tamen eſſem iudex, uix eſſet, ut ex ſolo mẽdacio uel uariatione ponerem reum ad torturam, niſi aliquod aliud adminiculum concurreret. Et hoc puto eſſe tutius.

28 CÆTERVM † ſola inconſtantia, titubatio & trepidatio rei proculdubio non eſt ſufficiens indicium ad torturã, ſed tantum facit contra eum aliqualem præſumptionẽ, ut dicit Bal.in loco p̃alle.Et ita cõiter tenẽt ut dicit Prac.Caretti.fol.92.nume.120. Hãc etiam dicit eſſe ueram & receptã ſñiam Simancas de hæret.c.63 num.24.quam etiam communem appellat Plottus in repet.l. ſi quando. §.54.nu.11 Multi enim ſunt adeò natura timidi, ut quum ducũtur ad pręſentiã iudicis adeo turbẽtur, ita ut neſciant q̃d dicant, etiam ſi ſint innocentiſſimi, ut contigit illi nobili,de quo ſcribit Pariſ. Put. de ſynd fol.441.nu.7. quos propterea impium eſſet tormentis ſubijcere.

29 Si aliquis † uiſus ſit exire ex aliqua domo cum gladio ſanguinolento, & cum facie pallida, quę domus non habeat niſi unicum hoſtiũ, & intus reperiatur homo mortuus, tale indiciũ eſt ſufficiẽs ad condemnationẽ,
m *m* ita allegãt tenere Ange.in l.fin in princip. ff. quod metus cauſa. Et eſt cõis opin. ut dicit Blanc. de indiciis, nu.292. prout illum refert Nouell.in pract.crim.fol.61. nume.8. quamuis Ang. in loco prællegato in libro meo uideatur tenere contrarium, quinimo ipſemet Ange. in l.quamuis, in fin.ff.de fur. expreſſe tenuit contrarium, ſcilicet, q; imò non ſufficiat ad condemnationem, ſed tantum ad torturam,& dicit, q; ita practicatur,quem refert Brun.de ind.fol.51.nu. 6.Ego in practica ſemper uidi ſeruari, quòd

hoc

hoc poſitum ſit in arbitrio iudicis, nam aliquando uidi reos, contra quos extabant huiuſmodi grauiſſima indicia, grauiter torqueri aliquando etiam vidi eos condemnari, non tamen pœna ordinaria delicti, ſed tãtùm extraordinaria, b iuxta ea quæ dixi ſupra quæſt. proxima, uerſi. Ad condemnandum. Et ideo poterit iudex, conſiderata qualitate facti & perſonarum, amplecti quam opi. maluerit.

30 SI res furata † reperiatur penes aliquẽ, o talis inuentio facit cõtra eum indicium ad torturam, niſi ipſe doceat à quo habuerit. Ita dicit Bart. in l. fin. poſt nume. 5. ff de quæſtio. Et hæc eſt communis doctrina doctorũ, vt dicit Marſi. conſi. 130 num. 42. Roland. conſi. 45. nume. 39. & ſeq lib. 1. Et ita in facti contingentia conſuluit Gram. conſi. crim. 14. & ait ita fuiſſe exequutum. Hæc tamen concluſio intelligenda eſt ut procedat, modò ille, penes quem res furtiua reperta eſt, ſit malæ uocis, conditionis & famæ, ſecus autem ſi ſit bonæ uocis, tunc enim etiam ſi non doceat à quo habuerit, non facit contra eum indicium ad torturam. Ita dicunt doctores, teſte Bruno de indicijs, fol. 25. numero 5. Dicit etiam Aug ad Ang. de malefi. in uerbo. Et ueſtem cœleſtem, ſub num. 19. ꝙ hanc diſtinctionem omnes doctores communiter approbare videntur. Ita etiam cõmuniter diſtingui atteſtatur Roland. in allegato conſi. 45. num. 41. Et ſecundum hanc opi. in facti contingentia cõſuluit Bertrand. conſi. 107. lib. 1. in prima parte. Idem etiam dicendum eſt, ſi eſſet reperta apud aliquem, qui ſolitus eſſet emere & vendere tales res mobiles, & illam palàm teneret, nam eo caſu nulla ex eo ſuſpicio contra eum oriri poſſet, *

ADDITIONES.

a De aliquibus indiciis uideamus.] Hic no. ꝙ indicium mediatum, ſeu remotum debet regulariter per duos teſtes probari, ut late per Oſaſc. deciſ. 79. nu. 16. & 29.

b Abſque aliis adminiculis] Vide per Duen. mihi ſub reg. 301. ubi ad regu. ponit quinque fallentias, quę pro iſtis adminiculis ſeruiunt.

c Plottus] Vide per eum, quia ſex tradit fallentias ibid. in quibus quis ex ſola fama poteſt torqueri.

d Ex ſola fama procedatur ad torturam.] Adde hic, quòd ſi iudex ex ſola fama, & nuda poneret reum ad torturam; & ille fuiſſet confeſſus, talis confeſſio nõ noceret, ſed haberetur, ac ſi fuiſſet extorta abſque indiciis; ſed quibus caſibus faciat indicium ad torturam, uide etiam per pract. Carer. ubi ſupra per totum.

e Semiplene.] Regulam, ꝙ fama in criminalibus non faciat ſemiplenam probationẽ, cum quinque ampliationibus, atq; ſex limitationibus uide per Duen. ead. reg. 300. & aliam regulam, ꝙ fama in criminalibus non faciat indicium ad torturam cum quinq; limitationibus, uide per eundem reg. ſeq.

f Omni exceptione maior.] Vide plene Rolan. in conſi. 3. nu. 38. conſi. 37 num. 9. lib. 3. & Craue conſi. 9. num. 11. teſtes autem omni exceptione maiores dicuntur, ubi contra eos nihil opponi poteſt, nec defectus, ut plene per Carer. in pract. nu. 165. Et aduerte; quia iſta qualitas debet articulari, & probari, uide per Rolan conſi. 50. num. 17. lib. 2. & Dec 37. col. 4.

g Ad torturam.] Adde quibus caſibus vnus teſtis faciat indicium ad torturam per Campeg. tract. de teſtibus reg. 365.

h Quam tamẽ intellige] Item intellige, atque uide fuſius per pract. Carer. pag. mihi 80. 81. ſub nume. 110. qui loquitur in teſte de uiſu; & ibid. declarat, quando vnus teſtis de uiſu ſufficiat ad torquendum, ad illum in hoc recurre.

i Regulariter delinquens.] Et iſtam regulã, quod teſtis ſocius criminis regulariter non admittatur cum tribus fallentiis, vide per Soc. in tract. fallentia. mihi regu. 517. Alex. conſi. 69. nu. 8. lib. 2. Carer. in pract. crimi. ſub nu. 122. per totum, & de cautela adhibenda in opponendo ei. Item & quibus caſus, & quomodo debeat interrogari, ut faciat indicium.

K Sed ad inquirendum] Adde & communẽ etiam uide per pract. Carre. pag. 95. ſub nu. 122 col. 2. verſi. ex quorum. Fallit tamen in caſibus per eum ibi adnotatis. Item limita, atq; declara, ut illic per totum.

l Ex conſuetudine.] Adde ultra allegatos in tex. quòd idem nouiſſime teſtatur Fran. Caſon. tract. de torment. c. 16. nume. 6. ubi formaliter dicit, ꝙ de conſuetudine totius Italiæ rei interrogantur de ſociis in omni caſu. Et idem etiam tenet, quando proceditur per accuſationem, quod nota.

* Ad idem uide Natt. conſilio 138. numero

mero 22.& 298.nu.2.

m Subornãs] Item in materia corruptionis, ac ſubornationis teſtium & in materia teſtis periuri, ac falſitatis, & probationis indiciorum, uide per Ioann. Cæphal. conſi.233. & conſi.ſequen.

n Mandatarii.] obiter hic ſcias mandatariũ excuſari in quampluribus caſibus, de quibus per Carer.in pract.pag 320.nume. 303. vſque ad 115.

o Indicium ad torturam.] Adde ut per Marſi.ſuo conſi.22.gratia domini verſi. non obſtat. & Anto. Cai. ad Ange.de Aret.in.§. interdum furti. Inſti.de oblig. quæ ex quaſi delict.naſcun. Item adde, atque uide per Carer. in ſua pract.crim.ſub nu.123. vbi etiam concludit, quod ſtantibus aliquis præſumptionibus pro mandante, excuſatur mandans, licet contra eum eſſent indicia; ſi verò non concurrant, non excuſari inquit. Itẽ quòd mandatarii dictum non faciat indicium ad torturam contra mandantem, vide fuſius per Rolan. in con.14. vol.4. qui tamen in caſu illo aſſaſſinii tenet facere, tametſi alia non concurrant, ſed multò fortius vbi concurrunt, vt per eundem ibi.col. ſna. vbi conſiderat aliqua adminicula concurrentia.

p Aſſertio vulnerati.] Adde, atque vide per Carer. in pract.crim ſub nu.124.

q Fuga.] Ad materiam quęro, quid de eo, qui ui fores carceris fregit, ut carcerati de criminibus fugiant, dic, ꝙ punitur eadẽ pœna, qua puniendi erant, qui aufugerunt, ut per Iacob.Menoch. de arbitr. iudi.lib.2.centur.3.caſ.301. in 3. caſ.nu.16.& idem in inſtigatore, fautore, & conſultore, qui ſuaſit carceratis fugam, ibi. nu. 21. Idem in eo, q effregit carcerem, vt aliquorum debitores effugerent. Is enim effractor tenetur loco illorum debitorum, ibid. nume.23. Declaratur tamen ille caſus, ut nõ habeat locum in eo, qui notorie & clare eſſet iniuſte carceratus ibi.num.14 & 24. Ad materiam tñ principalem, quando fuga faciat indicium uel non ſufficiens ad torturam, & quando probet,.... crimen ultra Authorem hic & allegata, adde, & uide per Zilet. deducta ad pract.Papien.titu.inquiſitio poſt glo 1.additio. 6.fuga facit eum ſuſpectum, & uide fuſius in collecta mea commu. opi.§.fuga.nu. 1.2.atque per Carer.in pract. crim.pag.84. vſque ad 90. ſub nu. 112. vſque ad 118. Vbi declarat plene & elegauter totam materiã.

r Torturam.] Fallit ubi aliqua iuſta cauſa poſſet opinari, ita per Tob. Noni. conſi. 99. nu 12 qui nu.ſeq. dicit, ſi ſit dubium de cauſa, ſtatur iuramento rei.

ſ Talis enim fuga, Idem dic de eo, qui viſus fuit aufugere cũ enſe euaginato, & ſanguinolento de aliquo loco, ut domo, vel uinea, & ibi reperiatur homo mortuus; nam præſumitur, quod ipſe occiderit, vt late per Carer. in pract. nu.135.& Nouel.nu.7.

* Vide Nattam conſi.407. nu.10.11.& omnino conſi.499.nu.14.cum ſequen.& per totum; & per Iacob. Menoch.ubi ſupra nu.6. cum pluribus ſequen. & per pract. Carer. pag.88.ſub nu.116.uerſi. aut iuſte, & in ver. ſeq. vbi declarat qualiter conſtet de animo redeundi, & quando non, & faciat indicium.

t Non punitur.] Adde ut per Iacobum Menoch. de arbitr. iudi.lib.2. centu.3.caſ. 301. nu.14.15. & per pract. Carer. ubi ſupra, qui in fin.verſi. quod tamen ſubiungit, ꝙ non ſolum aufugiendo non habetur pro confeſſo: imò tunc licet occidere cuſtodes carceris impune, & nume.117.quòd nõ dicitur rumpere fideiuſſionem de ſecuro carcere. Idem de illo, qui aufugit timens ſæuitiam Iudicis minantis, & metum inferentis, vel quia ſolitus erat de facto procedere. Idem ſi dolo iudicis aufugiat.

u Puniendus] Adde, ut per Iacobum Menoch. ubi ſupra num.12. An autẽ aufugiens fractis compedibus, & carcere, etiam abſq; conſpiratione teneatur de fractoribus, & qua pœna, uide per Carer. in pract.cri. relatiue pag. 89. col 2. vbi etiam ſi attentauerit fugere; ꝙ ex hoc fuit poſitus ad torturã, ex quo conſpirauerunt, & non aufugerunt, quia detecti, & nõ potuerunt aufugere: quę benenotanda eſſe dicit, quia quotidiana, & ſolent in facto contingere.

x In iudice.] In officiali uerò, inquiſito de baratāria, qui ſi aufugiat, habetur pro confeſſo, & condemnari poſſit, vide per Carer. vbi ſupra ante num.118. qui limitat procedere niſi reuertatur: nam eo caſu requiruntur plenæ probationes.

y Niſi ex cauſa graui, & capitali.] Adde ad idem per Rolan. conſil. 14.nu.21.uol.4.vbi plene.

z Indicium ad torturam.] Adde, ut per Natt. conſi.42. ante num.6. & Oſaſc. deciſ. 79. col.6. in fin.cum ſit indicium à remotis. Contrarium tamen voluit Natt. in hoc ſibi parùm conſtans conſi. 499.nu. 6. vbi ſubiungit,

biungit, ꝙ ad hoc vt faciat indicium ad torturam, requiritur, ꝙ ſit capitalis inimicitia, vel quæſtio de maiori parte bonorum. Adde etiam Gramm. deciſ. 33 nu. 8.

a Ad torturam.] Adde per pract. Carer. fol. 93. ſub num. 121. quem vide, quia declarat, ampliat, atque limitat.

b De errore.] Adde, ꝙ hanc tenent nouiſſime Natt. conſ. 6. num. 4. & Rolan. conſi. 31. num. 17. lib. 3. vbi de communi, vide etiam per Carer. in pract. crim. pag. 427. ſub num. 182. Aduerte tamen, quia retenta communi opinione punitur de iactatione, ſeu de gloriatione extraiudiciali Iudicis arbitrio per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſu 331. num. 2. cum ſeq. Adde pract. Carer. fol. mihi 94. col. 2. in fin. Item ad communi. opin. adde per Diaz. reg. 125. verſ. ſublimitas ſecundo in fine.

• Idem dicit infra quæſtio. 55. in vltimis verbis.

c Quod ſic.] Et iſta eſt vera, & approbata Doctorum ſchola teſte Rolan. d. conſil. 31. nu. 17 lib. 1. ad idem per pract. Carer. fol. 94. col. 2. verſ. quid autem, vbi relatiue, & an cogatur perſeuerare coram competente. Item confeſſus de crimine extra iudicium, quando puniatur vide per Diaz. ſub eadem reg. 125.

d Tenuit quod non.] Adde, ꝙ iſtam Bald. opi. ſecuti ſunt quamplures alii Doctores, quos recenſet Oſcaſc. eius deciſio. 79. ſub nu. 25. ex quibus forte dici poſſumus communiter teneri, ſicuti etiam adnotauimus ſupra in iudicio confeſſionis extraiudicialis verſ. de errore.

e Carer. in pract.] Adde, atque uide per eundem in §. homicidium 6. nu. 93.

f Ad torturam.] Adde, atq; uide per Plot. in tract. de in lit. iuran. §. vltimo. nume. 16. Item vide pract. Carer. ſub nu. 125. uide etiã Boſſ. titu. de pace. num. 23. & fuſius titu. de indi. & conſidera. ante tortu. & Iaſ. l. tranſigere. col. fin. C. de tranſ.

g Quorum intereſt.] Adde, ꝙ hanc cæteris meliorem inquit Iaſ. in l. tranſigere, col. fin. uerſ. aliam meliorem. C. de tranſac. & fuit cautela Alber. ibidem.

h Inconſtãtia, & titubatio.] Quid de teſtiũ vacillatione, & trepidatione? dic, quòd dẽt ſcribi in actis, & tunc iudex poteſt illis teſtibus fidem non adhibere: ſed talis cauſa dẽt inſcribi in actis; ne poſtea teneatur iudex in ſyndicatu. Et quando teſtes dicantur uacillare uel uariare, uide de omnibus per Dec. in c. quoniam contra. de proba. nu. 49. & 50. & not. ad materiam, inquit, quod talis vacillatio debet ſcribi præſente ipſo teſte, ne contradicere poſſit: quia ex tali vacillatione puniri poteſt ſaltem pœna extraordinaria. Item poſt Abb. inquit, quòd notarius debet uacillationem ſcribere ad mandatum iudicis, dato quòd ipſe non uideat; & debet ſcribere, quòd iudex ita dicit, non quòd ita ſit. Et non poteſt Not. ſcribere uacillationem, niſi de conſenſu iudicis, aliàs non probaret; quia officium Iudicis neceſſarium eſt in ſcribendo, ut per Dec. illic.

i Subſtantialia.] Quinimò iunctis alijs indicijs, ita communiter tenetur. Vti habetur abunde per Oſaſc. deciſ. 79. ſub nu. 17. Item hic aduerte, quòd uariationes factæ circa factum principale non nocent inquiſito, ubi ſunt factæ ſuper inquiſitione inepta, & inualida, ut ex pluribus plene probat Rolan. conſ. 3. col fin. lib. 3.

K Mendacium.] Adde tu, quod hanc cõmunem etiã ultra Oſaſc. ubi ſupra, dixit Natt. noſter conſ. 499. num. 7. ex Gram. d. uot. 30. & de utroque, uide per Rolan. conſ. 14. nume. 19. lib. 4.

l Negotij.] Adde, quòd aliàs non nocet, ut per Natt. conſ. 42. nu. 4. & conſi. 43. col. 2. & per Craue. conſ. 260. poſt num. 5. uerſ. 2. ubi alios allegat, & num. 6. reſpondet, quod uariatio conſideratur, quando eſt doloſa, non autem ſi ſit per errorem; & paulo inferius etiam dicit, ex uariatione indicium ad torturam fieri non poſſe: niſi prius conſtet commiſſum eſſe flagitium, quæ not. Item quòd uariationes non faciant indicium ad torturam, quando principaliter uariatio non eſt circa factum, ſed circa circunſtantias, & qualitatem delicti, habetur etiam plene per Rolandum eius conſi. 3. nu. 53.

m Ad condemnandum.] Adde, quod Doctores appellant hoc indicium indubitatum, & iſtud exemplum fuit do. Thomæ de Piperata, qui etiam alia ponit exempla, de quibus uide per Iacobinum de S. Georg. in l. cum probatio. colum. 1. ff. de probatio. & omninò, col. fin. Item indicium indubitatum qđ dicatur, uide per pract. Carer. pag. 72. col. 2. in fin. & pag. ſeq. col. 1. ubi etiam citat Docto. ponentes exempla alia indicij indubitati.

n Extraordinaria.] Adde, ac plene uide de hoc per Carer. in pract. crim. §. homi-

cid.

eid.cap.vltimo,ſub nu.39.

o Reperiatur penes aliquem.]Item, ꝙ poſſeſſor rei furtiuæ teneatur ex voluntate in iudicio nominare authorem ſuum, ſi vult euitare ſuſpicionem. quæ ab omni bono viro debet eſſe aliena: legitur, atque notatur in l.inciuile eſt.C.de furtis, & ſcr.corrupto.

p Ad materiam.] Adde,quòd ex conuerſatione malorum, multum mouetur animus Iudicis circa indicium ad torturã per Crau. conſ.220.nu.12.per totum.

Quæſtio XXII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia quomodo probentur.*
Et an per vnum teſtem,ibid.

2 *Et quid ſi non ſit omni exceptione maior, verſ. Vnum tamen.*

3 *Et quid ſi cognouit tantummodo ad vocem, verſ. Sed nunquid. Remiſſiuè.*

1 VIſvm eſt quæ ſint ſpecies indiciorum, quæro nunc,qualiter indicia ipſa probentur? Reſpond. Io. de Amicis conſil.127.nu.10. dicit, ꝙ eſt indubitata in iure concluſio, ꝙ quodlibet indicium ſeu adminiculum, maximè ſi ſit remotum à facto, quamuis minimum & leue faciens ad cauſam, de qua agitur, ad hoc vt de eo mentio & ratio habeatur, de neceſſitate debet ſaltem per duos teſtes probari. Et ſubdit,quòd in iſta concluſione non legit aliquem contradictorem. Hæc autem concluſio ſumpta eſt ex vulgata glo. in l. fi. in verbo.Vel indicijs, C.fami.herciſc.quã ſequuntur communiter doctores, vt dicit Ang. de Caſtro inter conſilia criminalia diuerſorũ, conſi. 94.nu.26.lib. 1. Illam etiam dicit eſſe communiter approbatam Soci. conſil. 54. num.2.lib.4. Et dicit Michellus patrocinio 46.poſt nume.13.ꝙ illam glo. paſſim doctores ſequuntur.Alia autem eſt gl.in l.ſi quis, in verbo,conuictus, C.ad legem Iul.maieſt. quæ videtur velle, ꝙ per vnum teſtem reus dicatur conuictus, ſaltem ſemiplenè, & ſic, ꝙ dictum vnius teſtis ſit ſufficiens ad torturam. Et hanc glo.dicit eſſe communiter approbatam Boer. deciſ.163.nume.3. & Gull. de Benedic. in prima parte repe. c. Raynutius, fol.217.num.34. licèt dicant,ꝙ ex ordinamentis & ſtylo curiarum Franciæ contrarium ſeruatur,ad quod non aduertit Simancas, qui Gull.refert in trac.de hæreti.c.63.num.12. tanquam de iure communi loquentem. Placa lib.1.delictorum, c.46.poſt num.18.verſ.11.libet.Breuiter tu dic,quòd aut adeſt vnus teſtis de veritate, deponens de ipſomet delicto, puta quia vidit Titium vulnerantem Seium, vel audiuit Sempronium blaſphemantem,& tunc talis teſtis facit indicium ad torturam. Et ita procedat glo.in d.l.ſi quis, & ita eam dicit communiter approbari Roland. conſi.7.nume.3.lib.1. Ita etiam communiter ſeruari in iudicijs atteſtatur Alber.in d.l.ſi quis,num.1. Et dicit Cepolla conſi.crim.40.in 4.dubio, uerſi. Imò plus, ꝙ ita tenent communiter doctores. Et dicit Paris Put. de ſyndic.fol.491.c.12. in princ. ꝙ ita communiter dicitur. Aut uerò teſtis non deponit de uiſu ipſius maleficij, ſed de aliquo actu uel remoto, uel etiã proximo ipſi maleficio. Et tunc talis teſtis non facit indicium ad torturam, ſed requiruntur duo teſtes ad ipſum indicium probãdum. Et ita procedat glo.in d.l.fin.& ita eã dicit communiter approbari Socin. conſil. 54.num.2.lib.3.Marſil.conſi.59.numc.6.Et hanc diſtinctionem dicit eſſe canonizatam in iudicijs & in ſcholis Alciat.cõſ.455.nu.1.

2 Vnvm tamen † ſcias,ꝙ ad hoc ut dictum unius teſtis faciat indicium ad torturam, requiritur quòd ſit integer,& omni exceptione maior, aliàs autem unus teſtis nunquam facit indicium ad torturam. Ita dicit Bart. in l.maritus,num.1 ff.de quæſtio. & ita concludunt omnes, ut dicit Io.de Amicis conſ. 37.nu.6.Marſi.cõſ.101.nu.37. Vide quæ dixi ſupra quæſt.proxima,uerſi. Vnus teſtis.

3 Sed nunquid † teſtis non deponens de uiſu, ſed dicens cognouiſſe delinquentem ad uocem, facit ſufficiens indicium ad torturam? Dixi ſupra quæſt. proxima, uerſic. Sed quid ſi teſtis.

Quæſt. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia à quibus perſonis ſumi debeant.*

2 *Et an ad ea ſumenda debeat pars citari, verſi. Quæro nunquid. Remiſſiuè.*

3 *Et an ſint danda interrogatoria teſtibus à reo, verſ. Item quære.*

Qva-

1 QVÆRO, poſtquam † eſt aperta via iudici ad inquirendũ, à quibus perſonis debeat ſumere indicia ſiue informationes? Rñ. Si quidem pars in querela aut conſul in denũcia nominauerit aliquos, tanquam de ipſo delicto informatos, prout cõiter fieri conſueuit, vt dixi ſupra quæſt. ſeptima, verſ. Quæro nunc, tunc eorum dicta ante omnia recipi debẽt, ſin minus, examinandi ſunt illi, qui veriſimiliter poſſunt eſſe informati, puta vicini, ſecundum practicam, quam docet Bar. in l. fi. poſt num. 2. ff. de quæſtionib. Debet autẽ iudex in hoc caute ambulare, quia ſæpe numero delinquentes ſeu agentes pro eis contrahunt ſecretò pacem cum offenſis, & deinde faciunt, ꝙ ipſi vel alij eorum nomine ſubminiſtrant teſtes, qui eorum atteſtationibus deſtruunt intentionem fiſci. An autẽ verum uel falſum deponant, Deus ſcit. Et ita ſolere aliquando practicari admonet Blãcus in pract. crim. fol. 22. poſt num. 58. Propterea forte bonum eſſet, quòd iudex vel notarius, qui recipiunt teſtes ſuper delicto, prius ab eis oretenus intelligerent breuiter ſeriem facti, quàm eorũ dicta in ſcriptis redigerunt. Et ubi cognoſcerent, quòd affectarent defenſionem rei, poſſent eos diligentius interrogare, perſcrutando à quibus fuiſſent vocati aut inſtructi, aut cũ quibus allocuti fuiſſent antequã deponerent, & ſimilia, cogẽdo etiam eos ad fideiubendũ, vbi ipſi iudici viderentur de ſubornatione ſuſpecti. Et hoc maximè, qñ tales teſtes ſuperueniunt poſt iam fundatam intentionem fiſci. Quod nota, quia aliqñ uidi ſuper hoc fieri egregias impoſturas iudicibus non indoctis neq; inexpertis. Non autẽ probo, imò deteſtor quandã practicã, quã ſeruant multi iudices & notarij parũ timẽtes Deũ, qui dum recipiunt, & in ſcriptis redigunt dicta teſtium deponentium ad informationẽ curiæ, ſcribunt tantũmodo ea, quæ faciunt pro fiſco. Et ſi teſtis aliquid dicat, quod exgrauet delinquẽtem, omittunt illud ſcribere. Male enim faciunt, quia debent veritatẽ inueſtigare, tam pro fiſco, quã contra fiſcũ, neq; aliud omittere. Sed ubi teſtis eſſet ſuſpectus, bene poteſt (vt dixi) iudex illum interrogare de ſubornatione, & facere, quòd de hac ſuſpicione in actis appareat, cogendo etiam eum ad fideiubendum, vbi ita ipſi expedire videatur. Et nota in hoc propoſito vnũ quod licet regulariter iudex non debeat cauillare dicta teſtium, ſed adiuuare, nihilominus ſi iudex habeat teſtes pro ſuſpectis, poteſt & debet ſtudere, vt eos in uerbis capere poſſit, eos interrogando etiam ſuper circunſtantijs, ſcilicet an tempus eſſet clarum vel nebuloſum, quibus veſtibus erat indutus ille, de quo deponunt, & quid habeat in capite, & ſimilia. Ita dixit Azo in ſum. C. de teſtib. nu. 7. & ita (ni fallor) dicit obſeruari Gramma conſi. cri. 1. nu. 9.

2 QVÆRO, † nunquid ad recipiendum examina teſtium debeat reus citari? dixi ſupra quæſt. 11. verſi. Item quæro.

3 ITEM quæro, † nunquid danda ſint interrogatoria teſtibus ab ipſo reo inquiſito? Reſpon. Aut quæris de teſtibus, qui examinantur ad informationem curiæ parte abſente, & res non habet difficultatem, quia reus non admittitur ad aliquid faciendum, niſi perſonaliter compareat. Aut uerò quæris, an ſi recipiantur teſtes poſt litem conteſtatã, poſſit reus dare interrogatoria. Et dic, ꝙ de iure cõi forte dicendũ eſt ꝙ poſſet, ꝑ tex. in l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de adulter. ſed de cõſuetudine contrariũ ſeruatur, quia ſcilicet non dãtur interrogatoria per inquiſitũ. Et ita hodie ſeruari de ſtylo omnium curiarum atteſtatur Foller. in pract. crim. fol. 252. nu. 32. Ratio autẽ, cur in cauſis criminalibus admittantur interrogatoria fiſci cõtra reũ, nõ aũt rei cõtra fiſcum, q̃uis in iudicijs ſeruãda ſit æqualitas, imò fauorabilior ſemꝑ eſſe debeat cã reorũ, eſt ſecũdũ ipſum, qa reus deinde publicato proceſſu, põt probare cõtra perſonas & dicta teſtiũ, quicqd vult; fiſcus aũt non ſolet probare contra defenſiones, neq; datur ei aliquis terminus ad repulſam, prout ſeruari atteſtatur Caraui. ſuꝑ ritu 258. magnæ curiæ, nu. 3. & eſt omnibus nõtiſſimũ. Quę tñ rõ non militaret, qñ extaret accuſator, nã eo caſu, ſi petat, ſemꝑ ei daĩ terminus ad repulſam. Sed qcqd ſit, cõſuetudo utroq; caſu obſeruat, ꝙ inqſitus vel accuſatus nũquã dat interrogatoria teſtibus pro fiſco deponẽtibus, nõ ẽt dat accuſator interrogatoria teſtibus deponẽtibus ad defenſã, ſed iudex aut fiſcalis eos interrogat, prout ſibi vĩ. Vidi ẽt dari qñq; per accuſatorem interrogatoria facienda teſtibus, q ad defenſã deponunt, nõ qdẽ in forma iudicij, ſed priuatim in aliqua cedula ad inſtructionem ipſius iudicis uel fiſcalis, quod mihi non diſplicet.

Quæ-

Quæſtio XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in cauſis criminalibus qui eſſe poſſint.*
2 *Et an mulier, verſi. Quæro igitur.*
3 *Et an in cauſis capitalibus, verſi. Adde, quòd.*
4 *Et quid de iure canonico, verſi. De iure autem.*
5 *Et an inimicus, verſi. Item quæro.*
6 *Et quid ſi ſequuta ſit reconciliatio, verſi. Sed quid ſi ſequuta.*
7 *Et an ille qui dixit contra me teſtimonium in alia cauſa, verſi Sed nunquid.*
8 *Et an clericus, verſi. Vlterius quæro.*
9 *Et quid ſi proteſtetur, quòd non vult reum puniri in pœnam ſanguinis, verſi. Sed quid ſi clericus.*
10 *Et an laicus contra clericum, verſi. Præterea quæro.*
11 *Et an pauper, verſi. Quæro etiam.*
12 *Et an affinis, verſi. Quæro modò.*
12 *Et an infamis, verſi. Item infamis.*
14 *Et an meretrix, uerſi. Item meretrix.*
Et quæ dicatur meretrix, ibidē. Remiſſiuè.
15 *Et an conſtitutus in peccato mortali. uerſicu. Quæro nunquid.*
Et an ſemel conuictus de crimine, ibid.
16 *Et an pupillus, verſi. Vide quandoque.*
17 *Et an in ſubſidium teſtes inhabiles aliquando admittantur, verſicu. Sciendum eſt tamen.*
18 *Et an ad defenſam, uerſi. Item ſcias.*
19 *Iudex an poſſit cogere teſtem ad teſtificandum, verſi. Succeſſiuè videamus.*
20 *Qui non poſſint cogi ad perhibendum teſtimonium, verſi. Scias tamen.*
21 *Teſtis, qui non debuit examinari, ſi fuerit examinatus, an faciat indicium, verſicu. Vidi etiam.*

CAETERVM in aſſumēdis indiciis ſiue informationib. contra reum non debet iudex oēs paſſim ad teſtificandū ad
1 mittere, multi.n.ſunt,† qui à
a teſtimonio dicēdo repelluntur, *a* de quib. abūde dictum eſt ſupra lib.2. §.Teſtis. Et licet ibi multa dicta ſint de cauſis ciuilibus, ſcire tñ debes, ꝙ qui repellitur à teſtificādo in cauſa ciuili, multo magis repellitur in criminali, in qua debent eſſe probationes luce meridiana clariores, l.ſciāt cūcti, C.de probatio.prout oēs ſciunt & dicūt, vt ait Boſſ. in tit. de conuictis,num.8. Quinimò multi admittuntur in cauſis ciuilibus, qui non admittuntur in criminalibus. Et de his hoc loco uidendum eſt.

2 Quæro igitur † in primis, nunquid mulier admittatur ad teſtificandum in cauſis criminalibus? Rñd. Eſt diſtinguendum inter ius ciuile & canonicū, nam de iure ciuili mulier admittitur indiſtincte ad teſtificandum in cauſis criminalibus. Et ita communiter tenetur, ut dicit Grammat.conſi.crim. 12.nu.17. quem refert Viuius in libro communium opin. fol.281.uerſi.Teſtis idonea. Blanc. de indic.num.350. Hanc etiam opin. dicit eſſe cōem Abb.in c. quoniam, num.2. de teſtib. Bologni. in addi. ad Butr. con.17. poſt num.16. Feli.in d.c. quoniam, poſt nu. 1.prout illum refert Roland. conſi. 7.nu.12. lib.1. Dec.in d.c.quoniam,nume.8.Bertran. conſi. 259.nume.2. lib.3. in ſecunda parte. Crot. de teſtib.nu.37. Gratus conſil.57.nu. 3.lib.2.Gigas de crim. læſæ maieſt. fol. 100. quæſt.6.n.3.Iacob.de S.Georgio in l.ex eo, nu.4 ff.de teſtib.prout illum refert Dueñas regula 315.in ſecūda limitat.Anto.Gomeſ. c.12.delictorū,nu.13.Rolād.conſi.24.nu.13. lib.1.Et dicit Io.And.in addi.ad Spec.in tit. de teſte, § 1.ſub nu.83.ꝙ ita ſeruatur in practica, quem refert Soci.conſi 54.nu.6.lib.3.

3 Adde,† quòd admittitur ad teſtificandum
b etiam in cauſis capitalibus, *b* & ita communiter teneri atteſtatur Alex.conſ.11.nu. 6.lib 1. Imola in l.qui teſtamento,§. mulier circa fi.ff. de teſta. quem refert Auguſti. ad Ang. de maleſi. in uerbo comparuerunt & negauerunt, poſt num.14. Et dicit Vitali.de maleſi. in Rub. de teſtib.nu.37.ꝙ in hoc ius ciuile vbique ſeruatur.

4 De iure † autem canonico mulier non admittitur ad teſtificandum in cauſis crimina-
c libus. Et ita tenent cōiter doctores, vt dicit Blanc. de indi.nu.351. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Abbas in d.c. qm̄,nu.2. quem refert Dec.in l.fœminæ,nu.34 & ſeq. ff de reg. iu.& Apoſtil. ad Crot.de teſtibus, ſub nu.55.& Dueñas in d.reg.315.in princ. Butr. in loco præallegato. Dec. in d.c. quoniam, nume.20. & ſeq. Hoc tamen intellige vt procedat in cauſis criminalibus criminaliter intentatis, in illis enim utique mulier de iure canonico à teſtificando repellitur. Et ita communiter teneri atteſtatur Io. de Imola in d.§.mulier,circa fi.quē refert Au-

guſti. in loco præallegato. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Io. de Ana. conſil. 17. poſt nu. 16. Prac. Conradi fol. 105. poſt num. 75. Sed in cauſis criminalibus ciuiliter intẽtatis benè admittitur etiam de iure canonico ad teſtificandum.

5 Item Quæro, † nunquid inimicus c repellatur à teſtificando in cauſis criminalibus? Reſpond. ꝙ ſi inimicitia eſt capitalis, repellitur, aliàs ſecus. Et ita tenent omnes, vt dicit Anan. in c. cum oporteat, num. 6. de accuſa. Feli. in eo. c. cum oporteat, poſt num. 8. Hanc etiam atteſtatur eſſe communem opi. Areti. in d. c. cum oporteat. num. 19. Leuis ergo inimicitia non repelleret teſtem à teſtificando. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alber. in auc ſi teſtis, nu. 3. C. de teſtibus. Et ſcias quòd in cauſis criminalibus repellitur inimicus d à teſtificando etiam in caſibus exceptis, puta læſæ maieſt. & huiuſmodi, vt eſt tex. in cap. per tuas, de ſimonia, quem doctores reputant eſſe in hoc propoſito ſingularem, vt dicit Marſil. conſil. 65. num. 20. Quis autem dicatur inimicus, ſtatur arbitrio iudicis. Ita dicit Io. And. in d. c. cum oporteat, quem ſequuntur communiter doctores, vt ait Marſil. in l. 1. §. præterea, nu. 53. ff. de queſtio. Pariter etiam quæ dicatur inimicitię capitalis, vel nõ, relinqui tur arbitrio iudicis. Et ita tenent omnes doctores, & in hoc reſident, ut dicit Feli. in ca. repellantur, nu. 3. de accuſa.

6 Sed quid † ſi ſequuta ſit reconciliatio, nunquid adhuc propter priores inimicitias erit quis à teſtificando in cauſa criminali repellendus? Reſpond. ꝙ ſic, talis enim recõciliatio recens & nouiter facta non tollit effectum præcedentis inimicitiæ. Ita ſentire videtur Innoc. in d cap. cum oporteat, nu. 6. quem omnes ſequuntur, vt ait Feli. ibi, poſt num. 10. ubi etiam num. 12. atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, prout etiam atteſtatur Didacus prac. quæſtio. 18. nu. 3. Plottus in repe. l. ſi quando. § 54. nu. 5. Et ideo ſecundum aliquos, ad hoc vt quis poſt reconciliationem poſſit tanquam inimicus repelli à teſtificando, requiritur non modò ꝙ inimicitiæ ſint recentes, ſed etiam quòd nondum ſit lapſum triduum à die reconciliationis. Et hanc dicit eſſe communẽ opin. omnium doctorum Sigiſmund. conſi. feudali 46. poſt num. 27. quod ego non credo uerum, ſed puto relinquendum eſſe arbitrio iudicis, qui ex circunſtantijs, & qualitate perſonarum & inimicitiæ æſtimabit, an ſit repellendus, uel nõ. Et in omnem caſum nũquam dicerem, ꝙ talis, qui ſemel fuit capitalis inimicus, etiam poſt mille reconciliationes poſſet unquam dici integer teſtis, uel omnis exceptione maior, licet forte non eſſet in totum à teſtificando repellendus.

7 Sed nunquid † ille, qui ſemel dixit teſtimonium contra me in cauſa criminali uel ciuili, in qua ageretur de maiori parte bonorum, poterit adhuc eſſe teſtis contra me in alia cauſa criminali? Reſpond. Si ſponte accedat in iſta cauſa criminali ad teſtificandum, non poteſt examinari, ſi uerò accedat ad deponendum coactus & citatus, utique debet examinari, & ita communiter tenetur, ut dicit Pariſ. in c. fraternitatis, num. 14. de teſtib. Hanc etiam diſtinctionem dicit eſſe communem Aretin. in c. cum P. Manconella, num. 3. & ſeq. de accuſatio. Sed certe in omnem caſum talis teſtis nunquam poterit dici omni exceptione maior.

8 Vlterius quæro, † nunquid clericus poſſit teſtificari in cauſa criminali? Reſpon. quòd ſic, debent tamẽ clerici abſtinere à teſtificando in cauſis criminalibus, in quibus ingeratur pœna ſanguinis, nam ex tali teſtificatione ubi contingat ſequi mortem, aut membri mutilationem, efficiuntur irregulares, vt dixi ſupra lib. 2. §. Clericus. Et quid in hoc propoſito obſeruetur in Regno Neapol. uide per Carauitam ſuper Ritu 144.

9 Sed quid ſi † clericus in actu teſtificandi proteſtetur, quòd non intendit teſtimonium perhibere, ad hoc ut reus pęna ſanguinis afficiatur, nunquid propter talem proteſtationem euadet irregularitatem? Reſpon. ꝙ non. Et ideo ſi reus, contra quem teſtimonium perhibuit, afficiatur pęna mortis, uel mutilationis membri, ipſe erit nihilominus irregularis. Et hæc eſt communis opin. ut ait Didacus in repe. cle. ſi furioſus, fol. 314. uerſi. 13. his omnibus, de homicid. Vide quæ dixi ſupra q. 14. uerſicu. Dixi in primis.

10 Pręterea quęro, † nunquid in cauſa criminali poſſit laicus contra clericum teſtificari? Reſpond. quòd in cauſa criminali non admittitur in teſtem contra clericum, ille qui non eſt clericus, & tale patitur corporis uitium, quod à promotione & ſacerdotio repellat. Ita colligitur ex tex. in c. 1. de exceptio. ſecundum communem intellectum, ut ait Feli. in eo. c. 1. in primis uerbis, & Dec. num.

num. 13. quos refert, & atteſtatur hanc eſſe communem opinionem Dida[illegible] practica, q. 13 poſt num. 2. verſi. Secund[illegible] Et quòd ſi agatur contra clericum c[illegible]ter, non admittuntur lai[illegible] nec [illegible] nec mulieres, dicit eſſe communem opi. O[illegible] ad conſ. 145. num 3. Tu dic, q; ſi laicu[illegible] non ad mittitur in teſtem contra [illegible]cum in cauſis criminalibus criminal[illegible] ,pr[illegible] eſt communis opi. vt att[illegible] Di[illegible] co præallegato, & Vi[illegible] nium opi. fol. 286 ver T[illegible], & M[illegible]hiaca li[illegible].3 d[illegible] 73. ubi l[illegible]tur etiam [illegible] cer te illud, quod d[illegible] doctores, ut repellatur ille qui [illegible] p[illegible]r aliquod c[illegible]o ris u[illegible] e[illegible]tur non ſati bene poſſet procedere Nam ſi intelligatur in laico, uidetur ſuper[illegible]um ex quo [illegible] repe[illegible] ſupra dixi: ſi vero intelligatur in iam clerico, qui tam[illegible] patiatur aliquē defectum, propter quem n[illegible] po[illegible] no uo pr[illegible] , non [illegible] con cluſio rati[illegible] Di dac. ibi, nume 2 [illegible] in pra ctica di[illegible] communem opinionem obt[illegible] Cr[illegible] ſi clericus ſit ac cuſatus de c[illegible] , uti[illegible] p[illegible] laicis contra [illegible] Et ita con cludunt do[illegible]es om[illegible] atteſtatur Fe[illegible]ret. conſil. 18[illegible]. poſt nu[illegible] 5 [illegible]u. V[illegible] mo co[illegible]rm[illegible]tu[illegible].

11 Q v æ r o cui[illegible]n[illegible]quid pa[illegible]es admittatur ad teſtificandum [illegible]uta crimina l[illegible] Rn Tanc. in c. ſi quis, [illegible] dicit, q; non Et ita tene[illegible] comm[illegible]ter omnes ſcribentes, ut ait [illegible]ein. regula 2[illegible]9. pauper, quē refert Prac. Conradi, fol. 1[illegible]7 nume. 8. Io. de Amicis conſ 78. nume [illegible]quem refert Roland. conſil. 64. nume. 34 [illegible] H[illegible]c tamen intellige, ut procedat in [illegible] & t[illegible] perſona, ſecus ſi ſit pe[illegible] vitæ & bonæ conditionis & famæ [illegible] ar[illegible]mento e[illegible]rum, quæ d[illegible]i ſupra q[illegible]. ver[illegible]cu. Sed hic etiam. Quis autem dicatur pauper, ſtandum eſt ar[illegible]trio iudicis, ut dixi, ſupra lib. 2 §. Pauper.

12 Quæro† modo, nunquid in cauſis criminalibus affinis repellatur a teſtimonio? Reſp. quod ſic. Et [illegible] communiter ten[illegible]tur, ut [illegible]cit C[illegible]rn[illegible] conſ. 172. in [illegible] 2. Hoc etiam atteſtatur eſſe communem [illegible]. Aret. in ca. cùm oporteat, nume. 11. de accuſ. Hoc etiam dicit eſſe certum ſecundum omnes

Alber. de teſtib. in prima parte, §. primo nume. 16. Quę quidem concluſio abſque [illegible] cul[illegible]te proce[illegible]t, quando affinis vel c[illegible]anguineus accuſatoris, uel partis offenſ[illegible] vult c[illegible]tra reum teſtificari, nam eo caſu proc[illegible]dubio repell[illegible], quum iniuria facta c[illegible] g[illegible] ſuo cenſeatur etiam ipſi communi[illegible] ita hanc eſſe communem opin. atte[illegible] Villalpand. ſuper l. 22 c 33. poſt num. 2. Sed ad d[illegible]ſenſam ego vidi multiores examinari affines ad probandam innocentiam rei, iuxta ca[illegible] dixi infra ue[illegible]ſcu. Item ſcias, & qua[illegible]ie etiam ad offenſam, l[illegible]cet non ſint inte[illegible] te[illegible]es [illegible] ea quæ di[illegible] ſupra [illegible] 21. ve[illegible]ſi[illegible]. Vnus teſtis.

13 I t e m in[illegible]ami[illegible]famia iuris prorſus repe[illegible]itur a teſti[illegible]cando in cauſa criminali e Et hoc ſine c[illegible]ntr[illegible]uer[illegible]a admittunt omnes, vt dicit Prac. Conradi, fol 77. nume. 12. Sed q[illegible]id in eo qui eſt infamis infamia facti? Rñ. q[illegible]d [illegible]te[illegible] repe[illegible] in cauſis criminalibus, & e[illegible] c[illegible]mmunis opin. vt atteſtatur Alber. i[illegible] t[illegible]a. de teſtib. li 1. §. con[illegible]uenter, nu. 7 & [illegible] dicit, quod ita communit[illegible]uatur, quem [illegible] Prac. C[illegible]radi, f[illegible] 79 nu. 15. Hoc tamen intel[illegible] c[illegible] dat r[illegible]lariter ſed in [illegible]ſi[illegible]ium [illegible] v[illegible]i al[illegible]r ver[illegible]as habe[illegible] p[illegible]eſt, f t[illegible] vtique admittitur teſtis infamis hac infamia facti cum tortura g Et ita concludunt c[illegible]m[illegible]unite[illegible] doctores ut d[illegible] A[illegible] in c[illegible]. nume. 40. de accuſatio V[illegible] quæ d[illegible] in[illegible]a [illegible]t proxima circa principium.

14 I t e m meretrix† non poteſt eſſe teſtis in criminalibus Et ita tenent communiter doctores, vt dicit Iaſ. in l. cunctos populos, in ſecun[illegible]da [illegible] nume. 54. C. de ſumma trin. & poſt eum atteſtatur hanc eſſe communem opi Prac. C[illegible]nradi, fol 8[illegible]um 18. Quæ autem [illegible]ur meretrix, dixi ſupra lib. 2. §. Meretrix.

15 Quæro, [illegible] conſtitutus in peccato m[illegible] repe[illegible]atur à teſtificando in cauſa criminali? Reſpond. Aliqui dicunt ſimpliciter, quod [illegible] in peccato [illegible] repellatur a teſtimonio, uel [illegible]tem [illegible] de fide [illegible]itur. Et hanc opi. [illegible]it eſſe communem Alb. de teſt. in prima parte, §. conſequenter, numero 11. in fine. quem refert B[illegible] conſil. 203. nume. 4. lib. [illegible]. Tu dic, quod omne peccatum mortale continuum, puta concubinatus, vel frequentatum, puta adulterium, repellit

repellit à teſtimonio. Si verò eſt momentaneum uel tranſitorium, repellit quidem in foro eccleſiaſtico in cauſis criminalibus, etiã inter laicos, ſed non in foro ciuili. Et ita cõmuniter tenetur, ut ait Fely. in c. inquiſitionis, poſt num. 13. de accuſatio. Et ſi dicas, quòd ſecundum hoc pauci poterunt in teſtes admitti, quum nemo ſine crimine uiuat. Poteſt reſponderi, quòd ubi pœnituerit de peccato, poterit admitti, quia amplius non dicitur in crimine conſtitutus. Et in dubio ſemper erit præſumendum, quòd pœnituerit, niſi appareat, quòd in eo perſeueret. Scias tamen quòd ſemel conuictus de crimine pcedẽte accuſatione, repellitur à teſtificando in cauſis criminalibus, licèt poſtea fuerit emendatus. Et eſt communis opi. vt dicit Barba in tracta. de teſtibus, in prima parte, nu. 23. quem refert Prac. Conradi fol. 79 uer. Quarta eſt.

16 VIDI quandoque [illegible] itari, nũquid pupillus in cauſis criminalibus poſſit teſtificari, & fuit concluſũ, quod licet de iure minores 14. an non poſſint teſtificari ut dixi ſupra li. 2 § Teſtis. tamẽ conſuetudo admittit, quòd poſſint examinari, ſi non ut probent, ſaltem ut poſſit ad veritatem indagandam, & hoc præſertim in criminibus atrocioribus. Et ita tenent glo & doctores vt dicit Nicellus in concord. glo ca. 30. & ita etiam deciſum fuit per Capell. Tholo. teſte Aufr. deciſ. 237. An teſtimonium. Et ego intellexi, quòd plura delicta ex depoſitionibus huiuſmodi puerorũ in lucem uenerunt. Et refert Igneus in l. excipiunt, nu. 37. [illegible] ad [illegible] quòd ex teſtimonio filij impuberis 12. annorum detectũ fuit homicidium commiſſum ab eius parte in perſonam eius uxoris. Cęterum illud eſt indubitatum, quod poſtquam quis factus eſt pubes, poteſt teſtificari de his, quæ vidit in pupillari ætate. Et hęc eſt communis omnium ſententia, ut dicit Calca. conſi. 110. poſt nu. [illegible] Nec obſt. quod iſti. Igneus in d. l. excipiuntur, n. 36. Et hoc dũ modo deponat de rebus, quas uidit tempore, quo erat proximus pubertati, non autem ante. Et hoc dicit eſſe de communi omnium ſententia Alber. de teſtib. in 1. parte, §. Vidẽdum eſt, nu. 11. ibi tamen hoc eleganter declarat. Item intellige ut procedat, modo ferat teſtimonium de his rebus, quas eo tempore intelligere poterat, alias ſecus.

HABES igitur plures cauſas, ex quibus poteſt quis à teſtificando in cauſis criminalibus repelli, plures etiam explicauimus ſupra lib. 2. §. Teſtis.

17 SCIENDVM eſt† tamen aliquos eſſe caſus, in quibus etiam teſtes inhabiles admittũtur, puta propter immanitatem criminũ, vt in cauſa hæreſis, & læſæ maieſt. & huiuſmodi, ut ſuis locis explicauimus. Item ſcias, quod quãdo ueritas delicti aliter haberi nõ poteſt, tunc in ſubſidium teſtes inhabiles admittuntur, ne delicta probationum defectu impunita remaneãt. Et eſt regula, quòd quando ex natura facti alij teſtes haberi nõ poſſunt, admittuntur teſtes, qui alias prohibentur, quam dicit eſſe cõem Dec. conſil. 342. num. 9. Bene verum eſt quòd Antonius Butri. in c. tertio loco. de prob. dixit hoc intelligendum eſſe, ut procedat, quando neque habitu poteſt ueritas delicti aliter haberi. Et ſic (ſecundum eum) non ſufficit, quod non adeſſent alij teſtes, ſed opus eſt etiam, quod adeſſe non potuiſſent. Et hoc dictũ reputas ſingulare Marſil. ſing 73. vbi ait hoc eſſe nõ ti tenendum, quia quotidie occurrit de facto, & quod ipſe alias fecit reprobare [illegible] es teſtes minus idoneos, quẽ poſt alios refert & ſequitur Roland. *h* conſ. 14. nume. 67. lib. 1. Sed certe apud nos vidi plurimũ ſeruari cõtrarium, & iudicio meo melius, nam ratio propter quam doctores mouentur, quæ eſt difficultas probationis, ita militat, quando certum eſt alios non adfuiſſe, ut quando ad[illegible] potuerunt. Et [illegible] cibus vbi certum eſt, aut etiam veriſimile alios non adfuiſſe, ſenatus ſolet fidem adhibere teſtibus inhabilibus, ſi non ad condemnandum pœna ordinaria, ſaltem ad infligendam pœnam extraordinariam, vel ad torquendum, & ita teneas.

18 ITEM ſcias† quod iſti omnes, quos ſupra diximus repelli à teſtificando in cauſis criminalibus, poſſunt nihilominus & debẽt admitti, ſi producantur ad defenſam, & ſic ad probandam innocentiam ipſius rei. Ita ſenſit Specul. in [illegible] §. [illegible] nu. 22. & eſt communis opin. ut atteſtatur Ant. Gomes. c. 12. delictorum num. 25. Quod tamẽ intellige, non ut omnino plene probent, ſed ut deinde, inſpecta facti & perſonarum qualitate, iudicis ipſius religioni relinquatur, quanta ſit eius fides adhibenda.

19 SVCCESSIVE videamus, † nunquid poſſit iudex cogere teſtes ad dicendum teſtimonium in cauſis criminalibus? Reſpon. de iure ciuili vñ expeditum, quòd poſſit eos cogere, ſed de iure canonico variæ sũt opinio-

nes

nes doctorum, nam aliqui dicunt, ꝙ non poſſunt cogi teſtes in mere criminalibus, neq; etiam in criminalibus ciuiliter intẽtatis. Et dicit Goffre quem refert Bald. in Rubr. de teſtibus cogend. circa fi. ꝙ de conſuetudine curiæ in medijs cauſis, & in criminib. qualitercunq; intentatis teſtes non cõpelluntur teſtificari, niſi de ſpeciali mandato Papæ, dicit etiã Capella Tholoſ. deciſ. 412. ꝙ cõmuniter tenetur, ꝙ etiam ubi obijciũtur teſtibus crimina per uiam exceptionis, non poſſunt cogi teſtes ad teſtificandum. Sed quicquid ſit de iure, hodie indiſtinctè ſeruat cogi teſtes tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ad teſtificandum, ut atteſtatur Foller. in prac crim. cano fol. 121. num. 34 in fi.

20 Scias tamen, † ꝙ ſunt aliquæ perſonæ, quæ in cauſis criminalibus non coguntur teſtificari, & in primis frater contra fratrẽ non põt cogi teſtificari in cauſa criminali. Et hoc eſt indubitatum apud oẽs, ut dicit Alber. de teſtib. in 2. parte in princ nu 2. ubi etiã poſt nu. 3 dicit hanc eſſe cõem ſententiam. Item clericus non eſt compellendus ad perhibendum teſtimonium in cauſa criminali. Et ita reſcripſit ſenatus prætori Laudæ 4. Ian. 1557. P. N Sed quid in milite? Respond. ꝙ utique cõpellitur teſtificari in cauſis criminalibus. Et ita cõcluſum fuit in ſenatu 20. Iul. 1556. P. N Benè uerum eſt, ꝙ ubi aliter ueritas haberi non poteſt, eo caſu etiã priuilegiati poſſunt cogi ad teſtimonium perhibẽdũ, quod quidem in ciuilibus nullam habet difficultatem, ut dixi infra lib proximo, & illud uidi etiam in criminalibus plerunq; obſeruari. Debet tamẽ iudex, quantum fieri poteſt, abſtinere ab examinandis teſtibus, qui de iure contra reum non poſſunt compelli ad teſtificandum, & ubi occurreret caſus, ꝙ ueritas aliter haberi non poſſet, & delictum eſſet atrox, poſſet cõſulere princip em, prout factũ fuit in cauſa quorundã fratrũ de Barzaniga imputatorum de incendio, in qua ſenatus permiſit, ꝙ contra ipſos examinare tur eorum mater, & ſuper eius dicto ambo fuerunt capti & interrogati, & quũ fuiſſent confeſſi delictum, fuerunt ſuſpenſi.

21 Vidi etiam † plerunque dubitari, nun-
1 quid teſtis, qui non debuit examinari in cauſa criminali, ſi tamen fuerit examinatus, faciat indicium. Et in hac quæſt. reperio, quòd Prac. Carer. fol. 109. num. 152. dicit, quod traditur per doctores quædam magiſtralis doctrina longa diſtinctione, ut ibi per eum. Ego uero breuiter dico, quòd aut teſtis prorſus à lege repellitur, & non facit indicium, niſi ad inquirendum, ideſt ad aſſumendas informationes ſuper delicto ſpecialiter contra aliquem, uel ad capturã, ubi ita iudici uideatur, nam ad hos effectus quę libet ſuſpicio ſufficit, ut dixi ſupra quæſt. 20. uerſi. Ad inquirendum, & infra quæſt. 28. in princ. Ad tranſmittẽdam uerò inquiſitionem ſeu citationem, neq; ad torturam, non facit indicium. Aut uerò teſtis non omnino à lege repellitur, ſed illi de fide diminuitur. Et tunc ſi fuerit examinatus parte nihil opponente facit indicium, parte uerò opponente non facit ſufficiens indicium. *

ADDITIONES.

a Repelluntur.] Hic aduerte, quòd quando teſtes [omnino repelluntur: quod tunc teſtium defectus non ſuppletur per numerũ. Item in cauſa graui, & ardua, teſtium numerus illorum defectum non ſuplet, licet teſtes non omnino repellantur. Vide de omnibus per Crauet. in conſ. 281. col. 4.

b Etiam in cauſis capitalibus.] Sed aduerte, quia in cauſa criminali, & capitali fęminæ non ſunt omni exceptione maiores: quia uarium, & mutabile teſtimonium ſemper producit, uide per Cępollam late in conſi. crim 32. in 1. dubio.

c Inimicus.] Adde, & quod extenditur quatuor modis, ut per Iacobum Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. quæſt. 28. nu. 6. cum ſequen. uſque ad fin.

d Inimicus.] Adde idẽ de inimico præſumpto, ut ſunt ualde amici, ſubditi aut conſanguinei inimici capitalis. Communé uide in collec. mea communu. opin. § Inimicus, ubi talis repellitur etiam in criminalibus exceptis. Sed quid ſi inimicitia fuiſſet procurata, ſi eſſemus in ciuilibus, non eſt dubium, quod talis malitia non debet procuranti prodeſſe. Vide per Iacobi. de S Georg. conſ. d. allegantem in l. conſenſiſſe. §. ſed ſi agant nu 2. ff de iud. & d. l. teſtium. num. 18. ff. de teſtibus, & in l. non exigimus. §. fin. nu. 5. ff. ſi quis cautio.

e In cauſa criminali.] Adde, & declara quatuor modis, ut per Iacob. Menoch. de arbit. iudi. lib. 1. q. 27. nu. 7.

f Vbi aliter ueritas haberi non poteſt.] Supple dummodo articuletur, atque probetur, quòd aliter ueritas haberi non poterat,

al[illegible] ſecus, vt per Rolan. conſilio 3. nume. 48. lib. 3.

g Cum tortura] Intellige, vbi plures defectus non miſtarent contra eum ut per Roland [illegible] conſ. 3. nume. 49 cum tribus [illegible] qu[illegible].

h [illegible]an] Adde, quod ſe[illegible], & etiam multi alij, quos recenſui in conſ. [illegible] di[illegible]. num. 82 cum ſequentibus, & eſt commune [illegible] de ibi . . . & illud [illegible] reperitur in [illegible]ne iſtius pract.

i Qui non deb[illegible]] Hic aduerte circa conſanguineos, q[illegible] appellantur, debent eſſe de gradu aſ[illegible], aut deſcendentium, & non tranſuerſalium, quod intellige tam ad condemnandum, quàm ad torquendum, v[illegible] Carer. in pract. crim. pag. 123. col. 2. [illegible] unum notatu dignum [illegible], quod requiritur, ut teſtis ſit omni exceptione ma[illegible], ubi deponit de facto proximo, & maleficio immediato, ſecus uero de re[illegible] a maleficio, quia tunc non requiruntur, quod ſint omni exceptione maiores; & quod iſt[illegible] debet articulari, & probari, vt [illegible] 123. 124 & quæ adnotaui ſupra q[illegible] 21. verſ. unus teſtis add[illegible]. A omni exceptione maior[illegible] tamē qualitas remitti[illegible] in [illegible]ſidium, [illegible] aliter [illegible] habere[illegible], niſi per tales te[illegible] nō omni exceptione maiores. Nam tunc tales inhabiles, et [illegible] meretrix, leno [illegible] & aliæ perſonæ inhabiles ad teſtificandum [illegible], admittuntur in ſubſidium, [illegible] per eundem Carer. [illegible] pagin. 124 [illegible] limita.

* Tu vid[illegible] ſub nume. 3. [illegible] per Carer. [illegible] & v[illegible] Pap[illegible] tit. 1. inquiſito. Gl[illegible] & contra [illegible] Barto[illegible] maritus, [illegible] ad [illegible] ciam, vt ibid.

Quæſtio XXV.

[illegible] M A R I [illegible]

1 *Teſtes quando in [illegible] torqueri debeant.*

Et quid ſi ſint infames, ibid.

2 *Et quid ſi ſint ſocij criminis, verſicu. Item in [illegible]o, Remiſſiuè.*

3 *Et quid ſi ſint varij, verſ. Item teſtis.*

4 *Et quid in clericis, verſi. Sed nunquid.*

5 *[illegible] in conſtitutis in dignitate, verſicu. Sciat [illegible]n.*

6 *Et quid ſi teſtis dixit [illegible] extra iudicium, [illegible] contrarium in iudicio, verſicu. Sed [illegible].*

7 *Et quid ſi ſit vilis perſona, v[illegible] quero.*

8 *Et quia ſi interfuit delicto, & dicit ſe non [illegible], verſ. Torquentur etiam.*

9 *Et [illegible] torquendis tanta ſit copia indiciorum, verſ. [illegible] dubitari.*

1 [illegible]V[illegible] etiam † [illegible] quibus teſt[illegible] tuntur cum tortura, [illegible] etiam tortura pur[illegible] ctum teſtis, adeo ut [illegible] contra reum, licet [illegible]

2 non probaret. a Excipiunt autem [illegible] [illegible], quiſ[illegible], [illegible] ſiue [illegible], nunquam pro[illegible] Et [illegible] B[illegible] [illegible] tra[illegible], num. [illegible] etiam [illegible] quod teſt[illegible], [illegible] ſit [illegible] perſona [illegible] Vide quæ [illegible] q[illegible] verſi. Quæ[illegible].

2 I[illegible] in ſocijs criminis, de quo [illegible] ſupra quæſt. [illegible] etiam.

3 I[illegible] in [illegible] bus [illegible] diſtum [illegible] in tortura [illegible] Vide [illegible] q. x[illegible]. Quæ [illegible] eſt crimen.

4 S[illegible] quid [illegible] in clericis, ut [illegible] c[illegible] l[illegible] e[illegible] t, [illegible] & eſt communis [illegible] in pract. crim [illegible] 4[illegible] [illegible] Et [illegible] I[illegible] [illegible] de iure [illegible] l. presbyteri, C. de epiſco. & [illegible] ut [illegible] Bal. in tit. de [illegible] ſtiuo, [illegible] lex [illegible] non ſeruatur [illegible] contra Bar. qui (ut dixi) tenet de iure ca[illegible]

presby[illegible]

presbyteros torqueri non poſſe, eſt commu nis opin. ut dixi infra q. 64. uer. Sed an clerici. Intellige tamen, quod poteſt torqueri à ſuo iudice eccleſiaſtico, nõ autem à iudice laico, & quod coram eo uacillet. Et ita reperio in facti contingentia deciſum fuiſſe per conſi. regni Siciliæ teſte Capic. deciſ. 142. Faciunt quæ dixi infra q. 38. uerſ. Sed hic quæro.

5 SCIAS tamen,† quòd hæc concluſio non habet locum in teſtibus in dignitate conſtitutis, tales enim, etiam ſi uacillent, non torquentur niſi in criminibus exceptis. Et hæc eſt communis opi. ut dicit Boſſ. in loco præallegato, nu. 7. circa fi.

b SED pone, b † quod teſtis unum dixerit ex-
6 tra iudiciũ, deinde in iudicio deponat cõtrarium eius, quod extraiudicialiter dixerat, nunquid poterit ex hoc torqueri? Reſpon.
c quòd ſic. c Et ita tenent communiter omnes, ut dicit Alex conſi. 63. circa fi. lib. 1. quẽ refert Turzan. in ſua collecta communium opin ca. 134. Dicit etiam Alex. conſi. 25 t. in fi. lib. 6. quòd in hoc omnes conueniunt. Et ita practicari atteſtatur Boſſ. in loco præallegato, nu. 21 in fin. An autem hoc caſu ſtandum ſit primo uel ſecundo dicto, dixi infra in d. q. 53 uerſ. Primus eſt caſus.

7 SED quæro † nunquid uilis perſona, d ſi
d teſtificetur in cauſa criminali, probet contra reum ſine tortura? Aliqui dicunt, quòd ſic. Et hanc dicit eſſe communem opi. Roland conſi. 24 nu. 64. lib. 1. Alij verò dicunt, quòd teſti vili & ignobili non creditur ſine tortura. Et hanc dicit eſſe communem regulam Igneus in l. prima, §. ſerui appellatione, num. 75. ff. ad Sylle. Tu dic, quòd hoc relinquendum eſt arbitrio iudicis, qui iuxta qualitatem perſonarum & facti poterit arbitrari, an talis teſtis torqueri debeat vel non. Sed in omnem caſum huiuſmodi teſtibus nunquam tanta fides adhibetur, ſicut alijs.

e TORQVENTVR e etiam † teſtes, qui
8 delicto interfuerunt, & tamen dicunt neminem vidiſſe aut cognouiſſe, ex hoc enim reddunt ſe ſuſpectos, tanquam quòd veritatem celare velint. Ita dicit tex. in l. vnius, § iudex, ff. de quæſtio. non tamen poſſet hôc caſu iudex omnes eos, qui interfuerunt, torquere, ſed tantummodo duos uel tres, ſecũdum cõiter doctores, vt dicit Boſſ. in tit. prę allegato de tortu. teſtium, nu. 10. in fi. Sed hoc non ſeruatur in practica, uidi enim multo plures aliquando torqueri, præſertim quando omnes ſunt ſuſpecti, quòd verum dicere nolint. Et ideo crederem hoc relinquendũ eſſe iudicis arbitrio, tam circa numerum, quàm circa qualitatem & modum torturæ, quæ tamen nullo modo debet eſſe ita grauis in teſtibus, prout in reis.

9 SOLET dubitari, † nunquid quando teſtes ſunt torquendi, debeat eis dari copia indiciorum & proceſſus. Et dicendum eſt quòd non, ita tenet Bar. in d. l. vnius, §. iudex, num. 1. ff. de q. cui nemo contradicit, ut dicit Boſſ. in tit. præallegato, num. 38. & ſeq. ſubdens, quod ita & uidit in practica obſeruari. Et certe ſi aliter fieret, deſtruerent mille proceſſus, talis. n. tortura plurimũ fit ſup inquiſitione generali ad indagationem ueritatis, cuius quidem generalis inquiſitionis nõ datur copia parti, nec teſtibus. Et ita obſeruat conſuetudo, ut dicit Anto. de Canar. de quæſtio. in ſecũdo membro, nu. 52. Bene uerum eſt, quòd ſi teſtis ſit torquẽdus propter cauſam quæ aliunde quàm ex proceſſu oriatur, puta ex eo quia ſit ſeruus uel infamis, uel huiuſmodi, utique prius ſuper hoc eſt diſputandum & cognoſcendum, dato etiam illi termino ad deducendum, ſi quid in contrarium habet ad torturam euitandam, ut ibi. Et dicit Boſſ. in tit. de mandato ad homicidium, poſt nume 30. quòd ita ſeruat uniuerſus mundus. Quod tamen ego in practica nunquam uidi ſeruari, nam iudices ſemper torqueri faciunt teſtes abſque ulla diſputatione; quod quidem tutius eſt propter timorem ſubornationis. Faciunt quæ dixi infra q. 64. uerſ. Quæro nunc.

ADDITIONES.

a Sine tortura non probaret.] Aduerte, quod licet oppoſitiones, quæ fiunt contra teſtem referuentur poſt examen: quòd hoc tamen non procedit, ubi eſt examinandus cũ tortura, ne tortura ſit ſuperflua, per Bart in l. 1. § ſi quis dicatur. ff. de quæſtio. Brun. in l. prius. ff. ad S. C. Syll char. 6. col. 2. circa fin. ut refert Boſſ qui idẽ tenet titu. de indi. & conſid. ante tortu. nu. 153. Vbi ſubiungit, quod multi ſunt, qui inaduertenter ſeruant contrariũ, quod uot. Et quibus caſibus teſtes nõ omni exceptione maiores, & inhabiles admittantur, ui. per Carer. in pract. pag. 127.

b Sed pone.] Adde, & uide in collec. mea commu. opin. §. depoſitio teſtis.

c Quod ſic.] Adde, atq; uide per Cæpol. cõ ſi. crim. 60. nu. 3. & 12.

N 3 Vilis

Vide Taſsur. diſ. 42.

d Vilis perſona.]Vi. Didac. pract. quæſt. ca. 18. ſub nu. 1. vbi quid in ciuilibus cauſis.

e Torquentur etiam teſtes.] Hic nota, q regulariter teſtis in tribus caſibus torquet, qñ vacillat, qñ conuincitur de mendacio, & quando ſponte accedit ad ferendum teſtimonium. Ita per Tobi. Noni. con. 99. col. 3. in fi. ver. nec dicatur, ex doctrina Bart. in l. libero. ff. de quæſt. in fi.

Quæſt. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes debent coram iudice examinari in cauſis criminalibus.*

2 *Et quid ſi ſint perſona egregia, verſicu. Et aduerte.*

3 *Iudex an poſſit concedere litteras ſubſidiales pro examine teſtium exiſtentium extra territorium, verſ. Sed quæro.*

Id tamen ſine magna cauſa fieri non debere, ibid.

4 *Princeps an poſſit receptionem teſtium alteri committere, verſ. Vnum ſcias.*

5 *Citatus ad perhibendum teſtimonium, qui propter legitimum impedimentum non comparuit, & fuit excommunicatus, an dicatur legitime excommunicatus, verſ. Sed pone.*

1 SOLENT autem † in cauſis criminalibus teſtes plerunq; ab ipſimet iudicibus examinari, quandoque etiam per iudices notarijs eorum examina committi, ſed quando deponunt ad informationem curiæ ex ſtylo huius prouinciæ, notarij etiam abſque vlla commiſſione iudicis eorum dicta recipiunt. Teſtes verò, qui ad defenſam deponunt, vt plurimum recipiũtur ab ipſis iudicibus, quia eo caſu maior ſubeſt fraudis ſuſpicio. Si tamen teſtes eſſēt in longinquis partibus, eo caſu qñque eorum examina committuntur alijs iudicibus, ſub quibus habent domicilium, idq; fit conſulto prius ſenatu. Cæterum in omnē caſum ſi ſubeſt aliqua cauſa, propter quā iudex velit teſtem videre & examinare, non attenditur diſtantia loci, neque cõmittitur alteri eius examen, ſed citatur, vt veniat per-
a ſonaliter *a* ad deponendum. Et ita ſeruatur, vt ait Carauita ſuper ritu 87. magnæ curiæ, nume. 5.

2 ET aduerte, † quia diſpoſitio l. ad egregias, ff. de iureiur. ut ſcilicet perſonæ egregiæ examinentur in earum domibus, non habet locum in cauſis criminalibus, ſed debent uenire ad deponendum coram iudice, ſi ita ei uideatur. Et ita ſeruatur, vt dicit Carauita ſuper. 142. ritu magnę curiæ, num. 1. Si tamē eſſent perſonæ, quæ aliquo iuſto im-
b pedimento eſſent impeditæ, *b* puta honeſtæ mulieres, infirmi, aut debilitati, eo caſu n coguntur ad iudicem venire, ſed ad eas accędit ipſe iudex, uel mittit notarium. Et ita obſeruat, ut dicit Carauita ſuper ritu 155. magnæ curiæ, num. 2. & aliis ſeq.

3 SED quæro, † quid agendum ſit, ſi teſtes, qui ſunt examinandi, reperiantur abſentes, & extra territoriũ iudicis procedentis? Rñ. De iure non poteſt iudex aliquid facere, niſi teſtes perſonaliter ueniant coram eo ad teſtificandũ, ut eſt tex. in Aut. apud eloquen-
c tiſſimum, *c* C. de fide inſtrum. & eſt communis opi. ut dicit Viuius in libro communium opi. fol. 265. uerſi. Teſtium examina-
d tionem. Sed de conſuetudine ſeruatur, *d* quòd iudex poteſt & debet concedere litteras ſubſidiales, ſiue remiſſorias pro eis examinandis illi iudici, in cuius territorio ipſi teſtes reperiuntur. Et ita dicunt de conſuetudine ſeruari ſcribentes, in ca. conſtitutus, de fideiuſſo. & in ſpecie Io. And. & Anton. de Butr. & Ancha. quos refert Auguſti. ad Ang. de malefic. in uerbo, qui iudex ſtatuit, circa fi. & Carauita ſuper ritu 157 magnæ curiæ, nu. 7. & Socin. Iun. con. 60 nu. 7. in fi. lib. 2. Idem atteſtatur ſeruari de conſuetudine ēt in cauſis capitalibus. Bald. in d Aut. apud eloquentiſſimum, nu. 2. quem refert Anan. in c. fi. nu. 3. de colluſ. detegē. & Curſen. de teſtibus, concl. 29. num. 61. & Grammat. con. crim. 41. nu. 16. & Afflic. ſuper prima parte cõſt. Regni, Rub. fi. in prin. poſt nume. 2. & Boſſ. in tit. de oppoſ. contra teſtes, num. 26. Dicit tamen Alciat. conſi. 462 nu. 1. quòd licèt plerunque ſecundum cõſuetudinem tales litteræ remiſſoriæ concedi ſoleant, id tamen non fit, niſi ex magna & neceſſaria cauſa, quando aliter ueritas haberi non poteſt, ibique recenſet aliquos caſus, in
e quibus ſunt concedendæ. *e* In hoc autem Ducatu nullus iudex inferior tales litteras concedit, niſi iuſſu ſenatus, qui etiam hoc niſi rarò, & ex magna cauſa fieri permittit. An aũt poſſit alteri cõmitti repetitio teſtiũ iam examinatorum ad informationem cu-

riæ,

riæ,dixi infra quæſt.45.ver. Cæterũ.ſi reus.

4 VNVM ſcias, † q; diſpoſitio d.Aut.apud eloquentiſſimum . non habet locum in prin cipe , nam quilibet princeps tam eccleſiaſticus , quàm ſecularis poteſt etiam in cauſis criminalibus receptionem teſtium alteri cõ mittere.Et hæc eſt communis opi.ut atteſta tur Nunius de los corregidores fol. 211.uer-
g ſic. [illegible]o fallit. *g*

5 SED pone , † q; iudex eccleſiaſticus citauit aliquem ad deponendum ſub pœna excommunicationis,qui non comparuit, neq; miſit excuſatorem , & ita fuit excommunicatus; deinde comparuit , dicens ſe non potuiſſe comparere propter legitimum impe-
h dimentum, *h* nunquid talis dicetur legitime excommunicatus? Reſpond gl. in ca.cũ ſuper,in gl.fi.de teſtib.cogen.dicit, q; ille teſtis, quo ad Deum nõ eſt excommunicatus, ſed quo ad eccleſiam ſic; tamen conſtito de legitimo impedimẽto debet de facili abſolui. Et eſt communis opi. ut dicit Feli. in eo. c.cum ſuper,num.7. & ſeq. Foller. in pract. crim.cano fol.122.num.38.Hæc tamen concluſio in puncto iuris non tranſit ſine difficultate , ex quo ſtante iuſto impedimento, quum non ſit dolus neque culpa,non deberet dici excommunicatus , ut dicit Feli. in loco præallegato , qui nihilominus ſubdit, quòd non auderet contra hanc communem opinionem conſulere.

ADDITIONES.

a Sed citatᷣ,ut ueniat perſonaliter .] Adde, q; communis opinio eſt , ut primo iudex teneatur remiſſoriam cõcedere,de qua vi.per Dec.in c.quoniam,3 de teſtib. in 3.no. Sed non loquitur ſubſiſtente cauſa .

b Impeditæ.]Ad hoc adde,& uide per Iacobi.de S.Georg.in l.teſtiũ fides.§ fi.ff.de teſt. poſt.num. 5.

c Apud eloquentiſſimum.]Adde , q; idem per illum tex.no. Bal. Ange.& Saly.ibi,& Diaz regul.757.

d De conſuetudine ſeruatur.]Adde, & per Caſſad. de dilation. deciſ. 4. Iaco. Menoch. de arbitr.iud.li.2.centur.3.caſ. 250.Simon. de Pret.eius conſi.

e Conſi.452.]Adde,quòd in recentioribus eſt reſpon.15.lib.7.

f Non ſunt concedẽdæ.]Scias,quòd idẽ eſt in cauſis ciuilibus arduis , & magni ponderis per Alciat.d.reſp.15.nu.9.lib. 7.Adde,& vide per Benintend.deciſ.74.& per Hip.Rimi.in conſi.119.vlt.dub.

g Alias fallentias ui.per Fely. c. cũ cauſam, de teſtibus,nu.22.cum ſequẽt.& Iacob.Menoch.de recuper poſſeſſi.15. reme. nu. 359. cum ſequentibus.& Corſe.in reper. Felyn. colum. 669.

h Impedimentum.]Adde,quibus probationibus probari poſſit, per Iacob. Menoch. de arbi.iud.lib.2.centu.2.caſ.118.vbi plene.

Quæſtio XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit perquiri facere rem furatam in domo alterius.Remiſſiuè.*

2 *Reus an teneatur in cauſis criminalibus edere fiſco contra ſe iura,vel inſtrumenta,verſi.Sed hic incidenter.*

3 *Iudex an poſſit publicare edictum vel litteras monitorias,ut propaletur, ubi ſit res furata, ver.Sed quaro.*

4 *Et an ad detegendum ipſum furem ſeu delinquentem,ver Sed nunquid.*

5 *Statutum dans pręmium reuelanti malefactorem , an habeat locum etiam in participe ipſius maleficij,ver.In multis.*

6 *Et an ille,qui reuelauit malefactorem,ſed non probauit, conſequi debeat pramium à ſtatuto propoſitum,verſi. Sed pone .*

VISVM eſt de indicijs,ſed qd ſi nulla reperiãtur ĩdicia? Rñ.
1 Aliquando † iudex ſolet ea perquirere in domo ipſiuſmet rei , puta ſi dicatur res furata eſſe in domo alicuius, mittit ſatellites ad eã perquirendam, ut dixi ſupra hoc eod.lib. §. Furtum,uer. Quæro nunquid.

2 SED hic † incidenter quæro; Tu ſcis, q; in cauſis ciuilibus reus tenetur edere iura & inſtrumenta fiſco , etiam ad ipſius intentionem fundandam , nunquid idem erit dicendum etiam in cauſis criminalibus ? Reſpon. q; non , & eſt communis opin. ut atteſtatur Dec.in l.ſecunda,num.41.C. de edendo. Et hoc non modò ſi cauſa ſit capitalis , ut ſentire videtur tex.in l.ſecunda , §.item diuus. ff.de iure fiſci , ſed etiam ſi non ſit capitalis , ſed mere pecuniaria . Et eſt communis opin.ut dicit Ripa in d. l. ſecunda, num.22. C.de edendo. Quod etiam dicit eſſe ex mẽ te omnium Boſſ.in titu. de fiſco,nu.11.Par

ti verò proculdubio non tenetur edere niſi eſſent acta communia, non autem tenetur edere atteſtationes, confeſſiones, repetitiones, uel confrontationes teſtium. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Practi Millei fol. 28. nu. 6.

Aliqvando etiam facit iudex proponi edictum, vel litteras monitorias, ad hoc ut reueletur delinquens.

3 Sed quæro † nunquid poſſit iudex eccleſiaſticus concedere literas monitorias, a & pariter iudex laicus proponere edictum ad inſtantiam partis, ut quicunq; ſciuerit, apud quam perſonam, uel in quo loco reperiatur talis res, quæ dicitur furto ſubtracta, debeat reuelare? Reſpon. ꝙ ſic, & ita pro regula infallibili traditur ab omnibus doctoribus, ut dicit Foller. in pract. crim. cano fol. 119. nu. 27. Quod intellige, ut ex eo quis obligetur ad propalandum, dummodo id ſciat aliunde, quàm ex reuelatione ipſius furis, nam ſi haberet ab ipſomet, qui furtum commiſit, eo caſu non teneretur reuelare, prout in facti contingentia conſuluit Soci. conſi. 102. lib. 4.

4 Sed nunquid † poterit iudex concedere huiuſmodi literas, & edictum proponere, nō modò vt reueletur res furata, ſed etiam vt reueletur qui illam furto ſubtraxit? Rñ. Legiſtæ diſtingunt, quòd aut id fit ex officio, & poteſt iudex id facere; aut fit ad inſtātiam partis, & non poteſt Sed quicquid ſit de iure, conſuetudo diœceſanorum, & ſtylus Romanæ curiæ ſeruat indiſtinctè, vt & ad inſtantiam partis concedatur, ut atteſtatur Neuizza. in ſylua nuptiali li. 3. nu. 30. Foller. in loco præallegato, nu. 28. Hanc etiā eſſe communem opi. atteſtatur Neuizza. in loco præallega. quem refert Prac. Conradi. fol. 366. nu. 12. in fin.

5 In multis † autem locis adſunt ſtatuta proponentia præmium reuelanti, ſeu denuncianti malefactorem. Quæro, ſtante hoc ſtatuto, ſi cōpareat aliquis ex participibus vel complicibus ipſius delicti, qui illud reuelet, an gaudeat beneficio ipſius ſtatuti? Reſpon. ꝙ nō, ita tenet Bar. in l. 3 §. ſi ex ſtipulatu, ff. ad Sylle. & eſt communis opi ut dicit Aug. ad Ang. de malefi. in uerbo. nec non & ad denunciationem, nu. 31. Et refert Ange. in l. 4. §. ſi tibi, nu 2. ff de cond. ob turpem cauſ. quòd quum in nocte Veneris ſancti fuiſſet interfectus quidam Hebræus cum filiis ſuis, & quidam Formolus ſub ſpe præmii quingentorum aureorum indicaſſet ſocios & ſe ipſum, fuit ipſe Pormolus laqueo ſuſpenſus. Et hoc idem refert Ana. in c. qui cum fure, nu. 8. de furtis.

6 Sed ponet † ſtat ſtatutum, vel propoſitū eſt edictum, ꝙ denuncians uel detegens vel arguens malefactorem, conſequatur certū pręmium, modò aliquis denunciauit vel arguit aliquem de maleficio, ſed nō probauit, nunquid conſequetur præmium propoſitū à ſtatuto uel edicto? Reſpond. quòd non, & ita interpretatur cōſuetudo generalis, quę ſeruanda eſt, ut atteſtatur Alber. in l. diuus Adrianus, num. 10. ff. de cuſtod. reorum. Intelligenda enim ſunt uerba cum effectu, vt ſcilicet non ſufficiat denunciaſſe, deteg iſſe, vel arguiſſe, niſi etiam conuincat.

ADDITIO.

a Monitorias.] Amplia quinq; modis, atq; etiam limita ſeptem, ut per Neuiz. in loco in tex. allegato. & adde ꝙ nō fertur excommunicatio ob furtū omne mortale, ut per Mar. Nauar. in ſuo manual. & quoniā egregie materiam pertract. de furto, quod mentale, quod reale; & quod paruitas à mortale excuſat, & quæ qualitas excuſat à mortale. Et qualiter furtum notabile, & furtum notabiliter differant, & furtum factum pauperi, & diuiti qualiter metiendum. Et furtum mortale, quæ quantitas faciat, & ponit quæ à mortali culpa excuſant, de illis ſi uis ſcire apud illum uideto, & etiam de reſtituendi ordine. Et quis reſtituere teneatur, & quid reſtituendum, & quantum reſtituetur, & cui reſtituendum, & ubi reſtitutio facienda ſit, & etiam quomodò reſtituendū, & de ordine abhibendo, & quando reſtituendū. Et quę cauſæ non reſtituentē à peccato excuſant. Et de reſtitutione bonorum incertorum. Quæ omnia hic placuit relatiue poſuiſſe, quoniam aliis iudicandum relinquo.

Quæſt. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *De captura reorum.*

2 *Captura an concedi debeat, ſtatim porrecta contra aliquem accuſatione, uerſicu. Scias autem.*

Mulie-

3 *Mulieres an poſſint perſonaliter detineri, verſic.Quæro igitur.*
4 *Doctores an poſſint carcerari, verſic. Item quæro.*
5 *Clerici an poſſint de iure detineri, verſi.Quæro nunquid.*
6 *Et an à iudice ſeculari, verſi. Si vero.*
7 *Capi nemo debet ſine iudicis commiſſione, ver. Dictum eſt.*
8 *Captura an poſſit committi ipſi parti offenſæ.*
9 *Detentus appellans an ſit relaxandus, ver.Quæro, ſi detentus. Remiſſiuè.*

DICTVM eſt de informationibus & indicijs per curiam aſſumendis, ſequitur nunc vt videamus quid facere debeat iudex poſt ipſas informatio-
1 nes aſſumptas. Et in primis† quidem debet iudex diligenter conſiderare, quid ex ipſis informationibus contra reum reſultet, & an ei videatur deueniendum eſſe ad decretũ capturæ contra ipſum, in quo quidē ad tria præcipue animaduertere dēt, ne ſi iniuſte aliquem detineri faciat, teneatur in ſyndicatu. Primũ eſt, ut delictũ, de quo agitur, ſit tale, ꝓ quo ingeratᷣ pęna corporalis, alias.n. nõ eſt reus ad carceres cõducẽdus. Quæ aũt ſint delicta, in quibus pęna corporalis ingeratur, dictum eſt infra quæſt.64.& alijs ſeq.

Secundum eſt, vt indicia, quæ reſultant ex proceſſu, ſint ſufficientia ad capturam, de quo aliquid dixi ſupra quæſt. 20.verſicu. Ad inquirendum.

2 SCIAS autem† ꝙ in hoc puncto aliqui tenuerunt, ꝙ ex eo ſolo, ꝙ contra aliquem porrecta ſit accuſatio criminis, pro quo pœna ſanguis ingeratur, debet, reus detineri, etiam quòd nulla contra eum adſint indicia. Et dicit Paul.de Caſtro conſi.328.nu.1. libro 2. quòd ita eſt generalis conſuetudo. Alij vero dicunt, ꝙ antequam iudex procedat ad retẽtionẽ ſeu carcerationẽ rei, neceſſe eſt, ut in primis ꝓcedant legitima indicia. Et hãc eſſe cõem doctorum opi.affirmat Nouel. in prac. crim fol.23.nu.7. Mihi non placet prima nec ſecũda opinio: ſi enim (ſecundũ primã opi.) porrecta accuſatione, ſtatim abſq; alia informatione iudex deberet capi facere reũ accuſatum, eſſet in facultate cuiuſcunque vilis perſonæ carcerari facere quemlibet probũ & inſignem virum, vt recte conſiderat Paul.de Caſtro in loco præallegato, neq; verum eſt hãc eſſe generalem conſuetudinem, quia imò priuſquam deueniatur ad capturam, ſolẽt ſemper examinari teſtes. Et hanc dicit eſſe cõem conſuetudinem totius Italiæ Ang. de Caſtro inter conſilia criminalia diuerſorum, conſil. 94. nume. 2.lib.1. Et ita etiam hodie ſeruari ait Blanc. in pract.crim.fol. 25.num.68.in fi. Et ſi iudex ſine indicijs aliquem carcerari faceret, teneretur in ſyndicatu. Si uerò teneamus ſecũdam opin. quòd ante capturam debeant præcedere legitima indicia, poterit reus de facili fugam arripere & iudicem eludere. Et ideo dic, ꝙ iudex, habita aliquali informatione, põt deuenire ad capturã rei. Et hãc eſſe puto ueriorẽ, opin. quã etiã dicit eſſe cõem Blanc.de indicijs, num.6. Et cauti iudices illã obſeruant, ut dicit Ang. de maleſi. in verbo iudex commiſit ꝙ Caius, nu. 4. quia. ſ. habita qualiquali informatione de delicto iubent reum capi, ſi crimen ſi tale, ꝙ pœna ſit corporis afflictiua. Dicit etiam Boſſ. in tit. de captura, nu.3. ꝙ ita decidunt cõiter doctores, ſubdens ꝙ iudices boni ita obſeruant. Hanc etiam dicit eſſe iuridicam practicam, & quam iudices moderni obſeruant, Xuarez in ſuo uol.alleg.fol.685.nu.5. Et ſecundum hoc ntelligendum eſſe puto dictum Salic. in l.fi.in fi. C.de quæſt de quo etiã aliquid dixi infra q. 45.uer. Cæterùm ſi reus, ubi ait, ꝙ iudex habita informatione dẽt formare inquiſitionẽ, & deinde capi facere reũ, non quidẽ ut loquatur Sali. inquiſitione, prout eſt libellus ſeu citatio. ꝗ tranſmittitur reo, prout illũ forte intellexit Dec. cõſi.89.in fi. neq; etiã de inquiſitione generali quo ad ꝑſonas, & ſpeciali quo ad delicta, ꝓut illũ intelligit Brun.de iud. & tort. fol.167.nu.5.& poſt eũ Boſſ.in tit.de captura, n.82. ſubdens quòd ita practica obſeruat, ſed de proceſſu informatiuo, ꝗ formatᷣ à iudice aſſumẽdo indicia & informationes contra aliquẽ ſpecialiter, ex ꝗbus iudex deinde elicit titulũ criminis, ꝗ eſt forma & ſubſtantia ipſius inꝗſitionis ſiue proceſſus, iuxta ea quæ dixi ſupra quæſt.3.uerſi.Et aduerte. Et hoc modo utique debet formari inquiſitio ante capturam, ut dicit Salic. in loco prępallegato, non autem debet reo trãſmitti ante capturam, quia illud eſſet uerbaliter illũ citare, ut dixi infra q. 31. Et certe ſi eo modo intelligeretur Sali. eſſet ſibi ipſi contrarius, & eſſet ridiculum tranſmittere reo inquiſitionẽ, priuſquã iudex illũ capi faceret,

quia

quia nihil aliud eſſet, quàm ipſũ ad fugam inſtruere. Et quia ictâ materia indiciorum eſt arbitraria iudici. vt dixi ſupra quæſt. 20. poterit iudex, inſpecta qualitate perſonæ & delicti, decernere capturam contra reum, habita ea informatione, quæ ſibi ſufficiens videbitur. Aliter enim procedendum eſt cõtra nobilem & contra diuitem, qui non præſumuntur velle aufugere, quàm contra pauperem & vilem perſonam. Et ideo fortiora indicia haberi debent ad carcerandum perſonam nobilem & inſignem, quàm pauperem. Præterea aliter procedendum eſt in delictis occultis, quàm in publicis, & ſic minora indicia ſufficient ad decernendum capturam, quando agitur de crimine occulto, q̃ de publico, quæ omnia & alia multa huiuſmodi diſcretus iudex conſiderare debet, nõ enim poteſt in his dari certa regula. Poterit ergo iudex capi facere reum, ubi ei ſuſpectus videatur & de fuga & de delicto, & ad carceres conduci præcedente aliquali informatione. Et ita practicant iudices deputati ad maleficia, ut dicit Salic. in d.l. ea quidem nu.77. & in l. nullus, nu.4. C. de exhib. reis, quem refert Carauita ſuper 34. ritu magnę curiæ, poſt num. 10. Non tamen debet iudex illum examinare, neque reum facere ſuper delicto, niſi legitima præcedant indicia, ut dixi ſupra quæſt. 20. circa principium. Et certe ſi in cauſis ciuilibus licet iudici, & q̃nque etiam ipſimet parti capere debitorem, qui ſit de fuga ſuſpectus, vt dixi infra li. proximo, multo magis id dicere debet iudici in cauſis criminalibus, quæ ſunt multo maioris momenti, & præſertim, vbi agatur de criminibus atrocibus. Et ſic uides, quòd hęc materia informationum & capturæ eſt, qua ſi arbitraria iudici. Quinimò Sali. in l. ſecunda, nu. 2. C. de cuſtod. reorum. dicit, quòd aliquando dicitur etiam ſemiplenè conſtare iudici per informationem ab ipſo habitam à pluribus non in figura iudicij, & ꝙ hoc ſufficit ad capturam. Et dicit Cauenſ. ſuper 41. ritu magnæ curiæ, nu. 10 quòd ita hodie ſeruatur in delictis enormibus, quòd eſt ualde notandum ad excuſationem iudicũ, qui plerunque antequam indicia in ſcriptis redigantur, faciunt reos detineri, & bene faciunt, quando delictum eſt graue, & ſubeſt probabilis ſuſpicio fugæ.

Tertio debet iudex animaduertere, ne forte perſona, contra quam captura decernitur, ſit talis, quæ ex priuilegio detineri non poſſit.

3 Quaero igitur† nunquid mulieres poſſint de iure perſonaliter detineri? Reſpond. quòd non, tex. eſt in c. mulieres, de iudi. in 6. & eſt communis opin. ut atteſtatur Boer. in repe. l. conſentaneum, nume. 144. C. quomodo & quando iudex. quod tamen intellige ut procedat in mulieribus honeſtis, ſecus autem in meretricibus a & vilibus. Sed certè quicquid ſit de iure, hodie de conſuetudine contrarium ſeruatur, nam indiſtinctè mulieres capiuntur pro delictis, & carcerantur, ſed bene ponuntur in carceribus ſeparatis à carceribus uirorum. Et de hac conſuetudine atteſtatur Imola in ca. 2. nu. 16. de pigno. quem refert Marian. de citation. artic. 5. quæſt. 17. uerſi. xvi. fallit. & Grammatic. deciſ. 33. nume. 11. Idem etiam atteſtatur Blan. in Prac. crim. fol. 4. num. 27. Et ita etiam ſeruari de ſtylo & conſuetudine curiam Franciæ ait Boer. deciſ. 349. num. 5. in fin. Bonum eſt tamen, ꝙ iudex in hoc ſit ualde circunſpectus, quia ſi mulier ſit nobilis uel honeſtæ conditionis, non debet illam cum dedecore ad ſe conduci facere, neque ſtatim in carcerem conijcere, ſed poterit ei dare pro carcere domum alicuius nobilis & honeſtæ matronę ſub idonea fideiuſſione, & hoc niſi delictum ſit atrox, nam eo caſu eſſet detrudenda in carcerem uel in monaſterium, uel in prætorio in aliquo cubiculo ſub honeſta cuſtodia & fideiuſſione retinenda, arbitrio iudicis, inſpecta qualitate delicti & perſonæ. Et ita in hoc ducatu ſeruatur. In regno autem Neapolitano, ſi delictum eſt tale, propter quod reus non ſolet relaxari fideiuſſori, mulieres carcerantur, aliàs non. Et ita ſeruari hodie in magna curia Vicariæ atteſtatur Gramma. in d. deciſ. 33. quem refert Foller. in prac. crim. fol. 34. nume. 18.

4 Item quæro† nunquid doctores poſſint carcerari? Reſpond. quòd quando agitur de delicto leui, non poteſt doctor carcerari, ſecus aũt ſi agatur de delicto graui. Ita dicit Glo. in l. medicos, in uerbo, exhiberi, C. de profeſſo. & med. lib. 10. quam videntur ſequi doctores, ut dicit Marcus deci. 81. nu. 1. Et ego uidi in facti contingentia plures doctores carceratos ex diuerſis criminibus.

5 Quaero, nunquid† clericus poſſit pro crimine perſonaliter detineri? Reſpon. Si loquimur in iudice eccleſiaſtico competenti, nulla uidetur eſſe difficultas, quominus ab

eo

ſo poſſit clericus propter crimen perſonaliter detineri. Et ita quotidie uidemus obſeruari. Scias tamen, quòd de iure antequam clericus detineatur, debet conſtare iudici de delicto, pro quo talis clericus eſt detinendus. Ita dicit Io And. in c. ſi clericos, in uerbo, commiſſos, de ſent. exc. in 6. ſubdens ꝙ caueant ſibi prælati noſtri temporis, qui capiunt ſtatim, quia (ſecundum eum) incidũt in pœnam excommunicationis. Et ita tenent communiter doctores, ut ait Corn. cõ ſi. 325. quod eſt conſilium vltimum in littera C, lib. 4. Quando autem dicatur conſtare de delicto, dixi ſupra quæſt. 4. Item ſcias, ꝙ requiritur, quòd ipſe clericus ſit fugitiuus. Ita colligitur ex tex. in c. ut famæ, de ſenten. excom. & ita cõiter intelligunt doctores, ut ait Corn. in loco prællegato. Scias etiam, ꝙ talis carceratio clerici debet eſſe ad cuſtodiam, non autem ad pœnã. Ita dicit glo. in d. c. ſi clericos, in uerbo, poſtea, quam ſequitur omnes, ut ait Cor. in d. conſi. in littera E. Sed certe quicquid ſit de iure, hæc omnia de conſuetudine male obſeruantur hodiernis temporibus, forte quia multùm creuit malitia clericorum.

6 Si verò † loquimur in iudice ſeculari, tunc facienda eſt regula, quòd ab eo non poteſt clericus detineri, niſi in caſibus, in quibus poteſt etiam ab eo puniri, de quibus dixi infra quæſt. xxxvi. Bene uerum eſt, ꝙ ſi clericus inueniatur in flagranti crimine, poteſt capi à familia iudicis ſecularis, non quidem vt puniatur, ſed ut tradatur iudici eccleſiaſtico. Et hæc eſt cõmunis opi. ut dicit Feli. in c. ſi uerò, nu. 4. de ſenten. excom. quẽ refert Villalob. in ſua collecta communium opi. in littera C, nu. 77. Viuius in lib. communium opi. in uerbo, iudex laicus, quam etiam dicit eſſe conſuetudine approbatam Gramm. ſuper conſt. regni, fo. 29. col. 2. uer. XIIII. iudex. Publice enim intereſt, ne delinquentes impuniti euadant. Quinimò hoc caſu poteſt capi non ſolùm a familia, ſed ẽt à quocunque laico. Et eſt cõis opi. ut dicit Aretin. in d. c. cùm non ab homine, nu. 14. & ſeq. Pariter etiã, ubi clericus delinquens veriſimiliter eſſet ſuſpectus de fuga, poteſt capi, ut epiſcopo ſuo conſignetur. Et eſt cõis opi. ut dicit Alcia. in d. c. cùm non ab homine, 63. quem refert Villalobos in loco prællegato. Nam & hoc caſu publice intereſt, ut talis delinquens capiatur, ne crimen impunitum remaneat.

7 Dictum eſt, † quæ perſonæ detineri poſſint uel non. Quæro nunc, quomodo decernenda eſt talis captura? Reſpond. quòd licet in cauſis ciuilibus in uerbali citatione quilibet nuncius abſque iudicis ſpeciali mãdato poſſit quemcunque citare; tamen in cauſis criminalibus, ſecus eſt, nam niſi præcedat ſpecialis cõmiſſio iudicis, nemo debet perſonaliter detineri. Hæc tamen concluſio locum non habet, quãdo aliqui reperiantur in flagranti crimine facere rixam, deferre arma contra formã edictorum, portare aliquid cõtra decretum extra territorium, uel ſimilia, nã in ijs caſibus utique capi poſſunt per familiam abſq; iudicis cõmiſſione. Ita dicit Paris Put. de ſynd. fol. 188. nu. 15. & ita ſeruatur in practica, ut atteſtatur Carauita ſuper 24. ritu magnæ curiæ, poſt nu. 2. An autem poſſit quis ſine iudicis mandato citari verbaliter, dixi infra quæſt. 31. uerſi. Vnum autem ſcias.

8 Solet autem † captura committi ſatellitibus & familiæ ipſius iudicis. Sed nunquid põt iudex cõmittere capturam perſonalẽ rei delinquentis ipſimet parti offenſæ? Reſpon. ꝙ ſic, dummodo exequutio huiuſmodi capturæ nõ habeat annexã cauſæ cognitionẽ, & dummodo fiat ſine armis & reſiſtentia. Et hæc eſt cõis opi. vt dicit Cagnol. in l. nõ eſt ſingulis, nu. 6. ff. de regul. iur. Sed certe, quicqd ſit de iure, ego conſulo quibuſcunq; iudicibus, vt à talibus cõmiſſionibus abſtineant, ne detur occaſio ſcandalorum, q̃ quidem de facili eueniunt, quãdo huiuſmodi actus non publica ſed priuata manu peraguntur, quod etiam conſiliũ dat Paris Put. de ſyndi. fol. 291. nu. 3. Poſſet forte tolerari, ſi unà cum familia curiæ tranſmitterentur aliqui ex offenſis, qui aſſiſtendo auxilium & fauorem præſtarent ipſi familiæ, non autem ut ad ipſius capturæ actum manum apponerent. Sed hoc etiam non niſi ex urgenti neceſſitate fieri debet.

9 Quæro, ſi † detentus appellet, nunquid pendente appellatione ſit relaxandus? Dixi infra quæſt. 45. uerſi. Sed quid ſi reus.

ADDITIO.

a Meretricibus.] Adde, quòd ẽt carcerantur pro debito, ſiue priuato, ſiue publico: quod etiam procedit in coniugatis, ſi tamen illarum viri ſint conſcij turpitudinis, ſecus ſi ignari. Sed quid de leui crimine. Et vbi de graui,

graui, & atroci agatur. Et ſi carcerandę ſunt, quibus in carceribus ſunt detrudendæ. De omnibus vide per Iacob Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 84. nu. 13. cum ſequentibus, vſque ad fin.

Quæſtio XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Familia officialis an poſſit detinendum, ſi reſiſtat, impunè interficere.*

2 *Officiali reſiſtere an aliquando liceat, uerſicu. Sed hic incidenter.*

3 *Eximens detentum è manibus familiæ qua pœna ſit puniendus, uerſicu. Eximens autem. Remiſſiuè.*

4 *Et quid ſi erat indebitè detentus, verſicu. Sed quid ſi ille.*

5 *Et an eximens ſeipſum incidat in pœnam, verſi. Quæro etiam.*

6 *Index an poſſit ſtatuere præmium capienti delinquentem, verſicu. Sed quid ſi delinquens.*

7 *Capiens delinquentem recuperat à fiſco id, quod expendit in eo capiendo, verſicu. Vnum tamen.*

8 *Statutum, conſtituens pręmium capienti delinquentem, an habeat locum in officiali, uerſi. Cæterùm in multis.*

9 *Statutum quòd villa teneatur capere malefactorem, an habeat locum, quando maleficium fuit de nocte commiſſum, & claues portarum erant apud rectorem, verſicu. E conuerſo.*

10 *Delinquens ſi fugiat in aliam iuriſdictionem, ibique captus ſit à familia eum perſequente, an ſit liberandus, uerſicu. Sed pone.*

SÆPENVMERO contingit, quòd† delinquentes ne capiantur, familiæ reſiſtunt, & ſe armis tuentur. Quæro, nũquid familia poſſit illos interficere? Reſpond. quòd ſi familia habet mandatum iudicis aliquem capiendi, & ipſe reſiſtat, neque aliter capi poſſit, poteſt illum impunè interficere. Ita colligitur ex text. in l. ſi ſeruus, C. de his qui ad eccle. confug. Et hoc verum eſſe nullus dubitat, vt ait Bolenc. in repe. l. capitalium, §. famoſos, num. 196. ff. de pœnis. Et dicit Bald. in l fi. C. de exhib. reis, quòd vidit de facto liberari baruerium, qui vulnerauerat fugiẽtem, quem capere volebat. Et illud dictum Bal. refert Auguſti. ad Ang. de malefi. in verbo fama publica, poſt num. 54. Et ita etiam pluries iudicatum fuiſſe in facti contingentia refert Amad. de ſyndi. num. 100. & ſeq. quem refert Boſſ. in tit. de captura, num. 12. Et licèt Amad. in loco pręallegato videatur ſentire, quòd in prædictis caſibus ſatellites ſint liberandi, dummodo captura ſit iuſta, aliàs ſecus, ego indiſtinctè puto eſſe liberandos. quia ad eos nõ pertinet cognoſcere, an commiſſio iudicis ſit iuſta vel iniuſta, ut dixi infra quæſt. 60. verſicu. Solet dubitari, ſed ſolummodo illam exequi Et ideo, ubi ipſa commiſſio eſſet in forma fidem faciente, illos ſemper excuſarem. Admonet tamen & rectè Amad. ibi officiales & familiam, vt quantum fieri poteſt, caueant ab huiuſmodi vulneribus & percuſſionibus, referens ſe vidiſſe in ciuitate Peruſij populum inſurgẽtem contra poteſtatem & familiam, quia vulnerauerat quendam captum reſiſtentẽ familiæ. Debent etiam ſatellites cautè in hoc procedere, quia ſi deinde appareret q̃ illum capere potuiſſent, abſque eo quòd interficerent uel vulnerarent, non euaderent pœnam ſaltem extraordinariam, prout in facti contingentia iudicatum fuit per curiã Neapol. teſte Gramm. decis. 41. Item debẽt aduertere, vt habeant ſecum licentiam illũ capiendi in ſcriptis, vel ſaltem habeant inſignia quòd ſint ſallites, aliàs verò poſſet reus licite ab eis aufugere; & etiam ſe defendere, non enim tenetur eis credere. Et ita in facti contingentia aliàs determinatum fuiſſe atteſtatur Ang. in l. Item apud. §. ſi quis virginem, num. 2. ff. de iniur. quem refert Auguſt. in loco præallegato.

2 SED hic† incidenter quæro, nunquid ali-
2 quando liceat officiali ſeu iudici reſiſtere, præſertim ſi de facto procedat? Reſpond. Aliqui tenuerunt abſolute quòd ſic. Et hãc ſententiam dicit eſſe frequentiori doctorũ calculo receptam Placa, lib. 1. delictorum, c. 28 nu. 9 Sed hæc opi. iudicio meo periculoſa eſt. Ideo tu dic, quòd aut iudex procedit tanquam index, & nullo modo debet ei reſiſti, niſi vellet inferre aliquod præiudiciũ irreparabile. Aut procedit eo modo, quo ſolent procedere priuati, & tunc impune licet ei reſiſtere. Et hæc diſtinctio colligitur ex glo. in l. non videtur, §. qui iuſſu. in glo. unica, ff. de reg. iuris, quam dicit eſſe communi

ter

ter approbatam Bol[illegible] in repe. l. capitaliũ, § famoſos, poſt nu. [illegible] de pœnis [illegible] Claud. in lectura l. ut [illegible] nume. [illegible] & 2[illegible]. & in repe. nu. 48. ff. [illegible] quod ita omnes uolunt, [illegible] dixi latius ſupr: [illegible].

3 Eximens autem [illegible] tum e manibus familiæ punitur pœna capitis, ut dixi infra qu. [illegible] verb. Ex[illegible].

4 Sed quid [illegible] erat [illegible] detentus, nunquid eximens ſit puniendus [illegible] quod non, & eſt communis [illegible] teſtatur Iaſ. in l. [illegible] §. quod præt[illegible] ſine ipſis eum [illegible] prout [illegible] refert B[illegible] tit. de captura, nu. 7. & tit. de carcere, nu. [illegible].

5 Quæro etiam, [illegible] qui [illegible] ipſum [illegible] de manibus [illegible] tradat in [illegible] Reſpond. [illegible] in tit. de captura, [illegible] 17. & ſeq. [illegible] refert in facti contingentia [illegible] ſtatum [illegible] quid ſic, [illegible] quod in eo caſu fugiens [illegible] eximens ſe, [illegible] manuerat [illegible] em, & ſic [illegible] eriam [illegible] familiæ [illegible] credo, [illegible] manibus familiæ ſit puniendus, [illegible] nam etiam [illegible] dicitur [illegible] ex [illegible] non di[illegible] carcere [illegible] quando [illegible]. Sed [illegible] defendat ſe cum armis, [illegible] puniendum eſſe prout [illegible] tamen omittam, [illegible] quæ [illegible] Pi[illegible] maritum capitaliter damnatum [illegible] tandem [illegible] non [illegible] donec aliud per ſtatutum [illegible] ſeſ. 5. Iul. 1563. P. N.

6 Sed quid [illegible] ſi [illegible] quod [illegible] ſtatueri præmium [illegible] Reſpond. quod [illegible], & ita communiter tenetur, ut A[illegible] parte ſtatut. [illegible] quæſt. 4. [illegible] Angel. ad Ang. [illegible] poſt nume. 75. Quid tamen ego [illegible] delictum [illegible] & [illegible] pœna [illegible] ſed [illegible] genere cuicunque [illegible] eſſet condere legem, quod non permittitur niſi ſupremis magiſtratibus.

7 Verum tamen [illegible] nota in hoc propoſito, quod quicunque etiam non habens mandatum [illegible] aliquem malefactorem, & tradiderit curiæ, & [illegible] aliquid [illegible] poterit [illegible] recuperare a [illegible] officiali, vel a [illegible]. Et hoc fatentur omnes, ut [illegible] e Petrus de Monforte [illegible] fol. [illegible] nume. [illegible] dicens, illud [illegible] tenendũ.

8 Cæterum † in [illegible] ciuitatibus & oppidis Italiæ extant ſtatuta quæ [illegible] præmium capientibus delinquentes. Quæro, nunquid officialis [illegible] habere tale præmium a ſtatuto [illegible] Reſpond. [illegible] ex [illegible] & hoc ſtatute [illegible]. Et [illegible] ſicut [illegible] de [illegible] magni conſilii, paulo poſt [illegible] Bre[illegible] poſt nu. 14. verſ. Et [illegible]. Et dicit [illegible] in tit. de captura, nu. 7. [illegible] ita uidit ſeruari in facti [illegible].

9 Econ[illegible] † etiam in multis ciuitatibus ſtant ſtatuta [illegible] malefactor [illegible] Pone, quod fuit cõmiſſum [illegible], & [illegible] poteſt [illegible] a quod illi [illegible] capere malefactorem. Quæro, nunquid [illegible] pœna ſtatuti? Reſpond. [illegible], ita dixit Bart. [illegible] ad Sy[illegible]. Et [illegible] ut dixit Angel. ad Ang. [illegible] in uer. [illegible] poſt nume. 1[illegible]. Quum [illegible] re [illegible] aliquid [illegible].

10 Sed [illegible] incipiat [illegible] ſuo territorio [illegible] qui delinquẽ[illegible] & eum [illegible] & ſic auferat in territorium [illegible] & ibi [illegible] ab [illegible] & ab eo [illegible] quod [illegible] debet [illegible] Barba [illegible] de captura, nume. 14. & [illegible] Bo[illegible] tit. de [illegible] num. 7. [illegible] dicit [illegible]. Ita [illegible] practicari [illegible] Gomez. c. 9. [illegible] delictorum, nu. [illegible]. Non enim in hoc caſu attendi debet [illegible] caſus [illegible] contingeret [illegible] Papa Pu. de ſynd. fol. 190. c. 4 [illegible] in quodam, qui cõmiſerat delictum

delictum Peruſii, & fuit inſequutus à familia uſque ad ciuitatem Florentiæ, & ibi captus.

ADDITIO.

a Officiali, ſeu iudici reſiſtere.] Ad idem ad de & per Lud. Carer. in ſua pract. crim. § homicid. 6. ſub nu. 78. vſque ad nume. 83. ubi quamplura ponit exempla, quę per te uidere poteris. Vide etiam per Thom. Gram. crim. conſi. 51.

Quæſt. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia habet immunitatem, ut delinquens, qui in eam confugerit, non ſit inde violenter extrahendus.*
2 *Et an ambitus, qui eſt extra eccleſiam per quadraginta paſſus, verſi. Hinc eſt.*
3 *Et an palatium epiſcopi, uerſi. Scias etiam.*
4 *Et an eccleſia nondum conſecrata, uerſi Quæro, ſi conſtructa.*
5 *Et quid ſi eccleſia ſit interdicta, uerſicu. Idem etiam.*
6 *Et quid ſi ſit deſtructa, verſi. Maius eſt.*
7 *Et an oratoria priuata, uerſi. Sed quid dicendum.*
8 *Et an omnes delinquentes gaudeant hac immunitate, uerſi. Quæro nunquid.*
9 *Et an raptores virginum, ibid.*
Et an homicida proditorius, uerſicu. Scias tamen.
10 *Et quid in homicida animo deliberato, verſi. Punctus eſt.*
11 *Et an ille, qui ex inſidiis alium interfecit, ver. Hoc autem.*
12 *Et an fures, uerſi. Quæro, an fures.*
13 *Et an i[illegible], qui in eccleſia delinquunt, verſi. Item quæro.*
14 *Et quid ſi delinquens in una eccleſia confugiat in aliam, uerſi. Sed quid ſi aliquis.*
15 *Et an clerici, verſi. Vlterius quæro.*
16 *Et an Iudæi, uerſi Præterea quæro.*
17 *Et an excommunicati, uerſi Quæro etiam.*
18 *Et quid ſi delinquens iam inſequente familia à loco prophano in eccleſiam ſe receperit, ver. Pone, familia.*
19 *Et an poſſit iudex ſecularis propria authoritate delinquentem ab eccleſia extrahere, virſicu. Quæro nunc.*
20 *Et an poſſit iudex ponere cuſtodes, ut delinquentem obſideat, uerſi. Quæro modò.*
21 *Et an immunitas eccleſię proſit iam condemnatis, uerſi. Scias autem.*
22 *Et an delinquens extractus ab eccleſia poſſit puniri corporaliter, verſicu. Succeſſiuè quæro.*
23 *Delinquens, confugiens ad ſacerdotem portantem ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, an gaudeat immunitate, verſi. Vltimo quæro.*
24 *Delinquens an poſſit extrahi à ſcholis, uerſi. In hoc autem.*
25 *Et an à domibus Cardinalium, uerſicu. Item adde.*
26 *Et an auelli à ſtatuis principum, uerſi. Tertio adde.*

1 CAETERVM ſi† delinquens ad eccleſiam confugerit, non eſt ab ea extrahendus, c. inter alia. de immun. eccleſ. nã in eccleſia nemo perſonaliter capi debet. Et hæc eſt communis opi. ut ait Maranta in ſuo Speculo, fo. 105. nu. 29. Violatores autem huius immunitatis eccleſiarum puniuntur à iure pœna triginta librarum argenti puriſſimi, ut habetur in ca. quiſquis, decimaſeptima, quæſt. quarta. Bene uerum eſt, quod hæc pœna hodie nõ exigitur, nam per deſuetudinem perdidit eccleſia ius eam exigendi, ut atteſtatur glo. in c. cum multæ, in uerbo, connubio, 15 quæſt. ultima, quam glo. refert & ſequitur Ange. de Caſtro inter cõſilia Pauli de Caſtro eius patris conſi. 458. circa fi. lib. 2. Sed quicquid ſit circa pœnam, uera eſt concluſio, quod delinquentes fugientes ad eccleſiam conſequuntur immunitatem. Et hæc eſt communis omnium doctorum, ut dicit Gomes. inſti. de actio. in principio, nu. 67. quam pro regula ponunt omnes legiſtæ & cano. ut ait Remig. de immu eccl. fol. 14 in regula Hæc autem immunitas in duobus conſiſtit. Primùm, ut inde uiolenter extrahi nõ poſſint, ſecundum ut etiam ſi violenter inde extracti non fuerint, ſed ab ipſo epiſcopo uel abbate iudicibus laicis ſponte traditi, nõ poſſint amplius ex eo delicto condemnari ad mortem uel ad aliam pœnam corporalem, uel corporis afflictiuam. Poſſunt tamen pecuniariter damnari, vel alia pœna extra corpus, & cogi ad pœnitentiam agendam, & aliam ſatisfactionem. Et hanc dicit eſſe magis

gis communem opi. ſumma Angelica in §. Immunitas, nume 16. Idem etiã dicit tenere communiter doctores Abb. in d. c. inter alia, num. 8. Sed certe hoc apud nos non ſeruatur, nam illi qui poſt delictum aufugiunt ad eccleſiam, ſi ſponte traditi fuerint à prę- latis, uel aliter ſponte exierint, vel per vim licite extracti fuerint, puniuntur. Et ſi traditi non fuerint, ſolent inquiri & citari, & ſi non compareant, condemnantur ad pęnam mortis uel aliam corporalem iuxta qualitatem delicti. Et ita hanc partem immunitatis eccleſiarum hodie non eſſe in vſu atteſtatur Remigius de immunit. eccleſ. fol. 7. & ſeq & fol. 235. in tertia quęſt. in fi q affirmat in ſpecie illam in Hiſpania non ſeruari, ut dixi infra verſ. Succesſiue quæro.

Sᴄɪᴀꜱ autem, quòd etiam prima illa pars immunitatis conceſſę eccleſiis, vt ſcilicet delinquentes, in eis capi non poſſint, hodie propter ingentẽ numerum eccleſiarum, & frequentiã delinquentiũ eſt à cõſuetudine valde reſtricta, alias .n de facili q libet maleſactor eudaret manus iuſtitię, quũ nulla fere ſit via in ciuitatibus, in qua non ſit vna, & quandoque etiam plures eccleſiæ, ita ut prius quam caperetur, facillime poſſet in aliquam earum ſe recipere, maxime nemine perſequente; quod tamen eſſet contra mentem eorum, qui eccleſijs immunitatem hãc tribuerunt, non quidem vt eſſent aſyli delinquentium, & ſpeluncæ latronum, ſed ut præſtarent refugium miſeris, qui humana fragilitate aut caſu in aliquod crimen incurriſſent.

2 Hɪɴᴄ eſt, † quòd licet de iure communi non modo eccleſiæ ipſius ambitus gaudeat priuilegio huius immunitatis, ſed etiã quicquid eſt per quadraginta paſſus circa ipſam eccleſiam ſi ſit matrix, & per triginta ſi ſit alia eccleſia, hoc tamen vſu non obſeruatur, ut dicit Igneus in l. prima, in princ. nu. 58. ff. ad Sylle. quem refert Remig. de immun. eccl fol. 52 in ſexta ampliatione. Fab. in prac arbit. fol. 4 6. num. 21. Bene uerum eſt, ꝙ ſenatus ultimo Octobris 1559. P. N. iuſſit prætori Papiæ, ut reſtitueret eccleſiæ quendam Pitium imputatum de uxoricidio, captum in cubiculo cuiuſdam domus ſitæ intra xvi. paſsus ab eccleſia maiori, dummodo ipſa domus cohæret eccleſiæ, & eſset ipſius eccleſiæ. Et ita his concurrentibus ſeruandum eſſet in hoc Ducatu; aliàs verò non eſset à communi conſuetudine recedendum.

3 Sᴄɪᴀꜱ etiam, † quòd licet de iure communi gaudeat hac immunitate non ſolùm ipſa matrix eccleſia, ſed etiam palatiũ epiſcopi, c. id conſtituimus, 17 quæſt. quarta & fuit opin Hoſtien. quam ſequſitur communiter doctores, ut dicit Barba. conſi. 33. nu. 7. lib. 4. & hoc non modò ſi ſit annexum eccleſiæ, ſed etiam ſi ſit ſeparate conſtructum, & longe ab ipſa eccleſia vltra quadraginta paſſus, ſecundum gl in d c. id conſtituimus, in glo. prima, & eſt communis opin. ut atteſtatur Didacus lib. 2. reſolutionum, c. 20. num. 5. in fi. Remig. de immunit. eccleſ. fol. 70. in 15. ampliatione, ubi ſubdit etiam communem opi. eſſe, quod gaudeat, etiam ſi in eo nulla capella conſtructa ſit; nihilominus contrariam opi. praxis forenſis frequẽti omnium vſu recepit, ſcilicet quod palatiũ epiſcopi non gaudeat hac immunitate, niſi ſit conſtructum intra dictos quadraginta paſſus ab ipſa eccleſia, ut atteſtatur Didacus in loco præallegato.

Hᴠɪᴠꜱᴍᴏᴅɪ autem conſuetudines maxime ſunt obſeruandæ, ut ait Didacus in d. c. 20. poſt num. 4. ſubdens, quod eſt præcauendum, ne hiſce temporibus canones ipſos extendamus, quum oporteat reprimere audaciam eorum qui freti hac immunitate paſſim crimina committunt. Et ibi atteſtatur multos eſſe prælatos, qui in ciuitatibus ſuis non tutantur delinquentes hac immunitate aduerſus iudices ſeculares, niſi in ijs eccleſijs, in quibus continue ſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum.

4 Qᴠᴇʀᴏ, ſi † constructa ſit eccleſia quæ tamen nondum fuerit conſecrata, neque in ea ſint celebrata diuina officia, nunquid talis eccleſia gaudeat immunitate prædicta? Reſpon. quòd ſic, modo ſit authoritate epiſcopi conſtructa Et ita frequentiore interpretum conſenſu receptum eſt, vt ait Didacus in d. quæſt. 20. num. 4. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Remig de immun. eccleſ. fol. 15. vbi etiam poſt Boni. affirmat, quòd ita ſeruat conſuetudo.

5 Iᴅᴇᴍ etiam † dicendum eſt in eccleſia interdicta, nam & ipſa gaudet eccleſiaſtica immunitate. Ita tenuit Goſtr. & ſequuntur communiter doctores, ut atteſtatur ſumma Angel. in verbo, immunitas, quæſt. 27. Honos enim, qui eccleſijs debetur, ob Dei reuerentiam præſtatur, quæ propter hominum culpam ceſſare non debet.

6 MAIVS eſt dubium † in eccleſia deſtructa, an ſcilicet gaudeat eccleſiaſtica immunitate. Dic ergo, quod ſiquidem eccleſia ſit deſtructa authoritate ſuperioris, vel ſine ſpe reædificationis, non gaudet; ſi vero eſt deſtructa ſine authoritate ſuperioris, vel ſub eſt ſpes refectionis, utique retinet priuilegium immunitatis. Et hæc eſt communis opi. ut atteſtatur Remigius in loco præallegato, fol. 92. in 10. ampliatione.

7 SED quid dicendum in oratorijs priuatis? Reſpond. quod illa non gaudent immunitate eccleſiæ, etiam ſi in eis diuina celebrentur officia. Et hæc eſt communis conclusio, ut atteſtatur. [illegible] ſecundum 4 [illegible] cenſib. Remig. in loco præallegato, fol. [illegible] num. [illegible] Sunt enim huiuſmodi oratoria, loca priuata, [illegible] ad voluntatem domini domus, hodie poteſt eſſe oratorium, & cras erit camera, merito non debent eccleſiarum priuilegio gaudere.

8 QVÆRO, nunquid [illegible] generaliter omnes delinquentes, qui ad eccleſiam confugiunt, gaudeant ipſius eccleſiæ immunitate? Reſpon. Communis concluſio cano. [illegible], quod omnes delinquentes gaudeant immunitate eccleſiæ, præter latrones viarũ, depopulatores [illegible] nocturno agrorum, & homicidam, qui ex inſidijs alterum interfecerit. Ita atteſtatur Pac. [illegible] c. [illegible] 6 [illegible] ubi dicit, quod in hac concluſione omnes [illegible] nulli [illegible] ſentiat. Et ducunt [illegible], quia ad hoc [illegible] latrones & depopulatores [illegible] ſed [illegible] tur beneficio immunitatis eccleſiæ, [illegible] in [illegible] ta publica [illegible] ſtrata pa[illegible] [illegible] int, ut homines [illegible] tes, vel agros depopulentur. Et ita [illegible] canonica [illegible] ua, ut dicit Igne. [illegible] tur, nu. [illegible] in [illegible] ad [illegible] post nu. [illegible] 7 [illegible] Et [illegible] quod in idem [illegible] fecerint, [illegible] non [illegible] Remig. [illegible] præallegato, fol. 174. [illegible] hæc quidem omnia ſecundũ [illegible] iuris canonici [illegible] videntur [illegible], per tex. in c [illegible] iuris [illegible] aliud [illegible] raptores virginum [illegible] excluduntur [illegible] hoc pri [illegible] tex. [illegible] § quod ſi delinquentes [illegible] Aut. [illegible] Benc. [illegible] eſt, quod [illegible] aliquos ille tex. corrigit [illegible] ius canonicum, nam ſecundum iuris ca[illegible]

[illegible] diſpoſitionem (ut dixi) etiam huiuſmodi delinquentes [illegible] ad eccleſiam confugientes, [illegible] immunitate. Et ita communiter tenet atteſtatur ſumma Angelica in §. immunitas, num. 17. in fi. ſumma Silueſtrina in §. immunitas, [illegible] in prima quæſt. nu. 2. Et hanc [illegible] iuris canonici eſſe [illegible] approbatam atteſtatur Io. [illegible] in § [illegible] hoc tempore, poſt num. 2. Inſti. [illegible] qui [illegible] ſui vel alieni [illegible] quem refert Alex. [illegible] 45 [illegible] 4. [illegible] 7. [illegible] contingentia facti ita conſuluit, & num. [illegible] atteſtatur hanc eſſe communem opin. [illegible] in contrarium) Pac. [illegible] num. 12. Et ita [illegible] Deum [illegible] de rapina, [illegible] 21 [illegible] de raptoribus virginum, [illegible] ſub [illegible], atteſtatur eſſe communem opin. Henricus [illegible] in c. [illegible] de immunitate eccleſiarum, quem refert Remig. in loco præallegato, fol. 177. fallentia 28. & Didacus in [illegible] 2 [illegible] Vidi [illegible] in facti contingentia reſtitui eccleſiæ quendam [illegible] pro [illegible] illat. [illegible] 17. Maij 15[illegible] De [illegible] quod [illegible] ab eccleſia extracti [illegible] 4 [illegible] P. N. Et licet aliqui [illegible] de homicidio pro quo [illegible] immunitate eccleſiæ, [illegible] vel non, [illegible] tamen [illegible] communiter damnato, [illegible] 4 [illegible] 14 [illegible] me [illegible] Quæſtio [illegible] capienda, [illegible] concluſio [illegible] re, [illegible] hæc [illegible] reus [illegible], quæ [illegible] ceſſe, [illegible] non [illegible] ſuaretur [illegible] ca, [illegible] pæ dixi [illegible] Quæro quid

[illegible] Sciendum [illegible] iu[illegible] nec [illegible] ta [illegible] homicidio [illegible] ab eodem [illegible] licet communiter [illegible] in homicidio ſimplici, ſcilicet quod [illegible] caſu, vel etiam [illegible] ex interuallo [illegible], in talis ſimplex homicidio [illegible] hac [illegible] tate, quæ [illegible] commiſſis, ut ait Didacus in d. c. [illegible] etiam illam [illegible] ſeruari [illegible] quodam A [illegible] Pal [illegible] 15 [illegible] tamen in homicidio [illegible] ant

mo

mo deliberato,non modica eſt controuerſia inter doctores. Et quidem ſi ultra qualitatem animi deliberati, concurrat etiam qualitas proditionis, quia ſcilicet fuerit aliquis ex inſidiis & proditorie interfectus, in hoc fere omnes conſentiunt, ut talis proditorie homicida non gaudeat immunitate eccleſiæ. Et hanc dicit eſſe communem opin. Didac.in d c.20.num.7.vbi etiam ſubdit, q̃ eſt Chriſtiani orbis conſuetudine admodum recepta.Anton.Gomeſ.c.10. delictorū, poſt nu.2.uerſi. Quinto limita. Remig. Gon. de immunit eccleſiarum,fol.125.num.1.ubi ēt ſubdit quòd eſt uſu & praxi magis recepta, prout illum refert Placa lib.1 delictorum,c.21.nume.6.Menchiaca lib.3. de teſta. §.22. poſt nume.53. uerſi.Illud autem. Hanc etiā concluſionem dicit ex communi omnium opin. uſu & ſententia iudicum ſæpius eſſe receptam Igneus in l. prima, §. ſi dominus, nu.7.ff.ad Sylle.

10 Pvnctvs eſt, † quando homicidium eſt commiſſum cum qualitate animi deliberati,non tamen proditorie.Et hoc caſu multi tenent,quòd talis homicida non ſit ab eccleſia extrahendus,quod ſecūdum communes opi.ſeruari aſſerit Alex.in d. conſi. 145. nu.4.6. & 11.lib.7. prout illum refert Prac. Conradi fol.268.num.6.in fin. ubi (ut dixi) Alex.in contingentia facti ita conſuluit. Et hanc opin. obſeruari ait Blanc.in pra. crim. fol.4.num.26.Contrariam tamen ſententiā dicit eſſe magis communem Didacus in d. c.20.poſt nume.7.uerſi. In his profectò caſibus,& in hanc partem aperte inclinauit Senatus in cauſa cuiuſdam Nicolai Siluetti 7.Iulij 1561.P.N. Et licet Didac. ibi uideatur ſequi opin.Abba.quòd ſcilicet non poſſit extrahi,nihilominus ſubdit, quòd ꝓpter doctorum authoritatem,& eorum communem opi. ſæpiſſime tales homicidæ ab eccleſijs extrahuntur,prout etiam in facti contingentia ſeruatum fuiſſe atteſtatur Guido papæ deciſ.121.in camera conſilij. Io. Gall. q. 172.§.per arreſtum.Papo lib. 1.tit.1. Arreſto 18.Boer.in d.deciſ.109.poſt nu. 7. Ita ēt ſe pluries uidiſſe iudicari dicit Mayner. in l. nemo de domo.nume.20. ff. de reg. iur. Ita etiam obſeruari in tota Italia atteſtatur Practicus Pap.in forma inquiſitionis, in uerbo,hæc eſt quædam inquiſitio,num.31.in fi. dicens quòd ita bene prudenter obſeruat Italia, quæ eſt omnium prouinciarum domina; quæ reſidet in monarchia, & in qua eſt omnis uirtus ſcientiarum, & fructuum affluentia,& locorum & ciuitatum pulchritudo & magna copia, quę refert Remig. de immu.eccl. fol. 6. & Alcia. de præſumptio. in tertia regula,præſumptione 33. nu.4. Et quāuis hoc cōmuniter reprobari aſſerat Marian.in c.1.nu.3.de homicid.& in trac.de citat.art.17.q.ſexta,col.1.& Boſſ.in tit.de captura, poſt num. 21. tamen ſecundum hanc opi. tanquam magis communem, & à conſuetudine approbatam, vidi pluries iudicari;& in ſpecie contra quendam Franciſcum Cazufinum, qui licet captus fuiſſet in eccleſia, intellecto per ſenatum quòd homicidiū fuerat animo deliberato patratum,fuit ultimo ſupplicio affectus, 8.Auguſti 1562.P.N. & aliàs etiam contra quendā Petrum Ant. del conte,qui homicidium animo deliberato commiſerat, & captus fuerat in camera cuiuſdam monachi in monaſterio ſancti Sigiſmundi Cremonæ, fuit iuſſu ſenatus illi caput amputatum, 26. April.1544. P.N. Neque puto ab ea in practica eſſe recedendum, ne ſpes impunitatis præbeat ſceleſtis hominibus occaſionem delinquendi.

11 Hoc autem † multo magis obſeruandū eſſet, quando tale homicidium per inſidias commiſſum fuiſſet, talis enim homicida inſidioſus proculdubio non gaudet eccleſiæ immunitate. Et hæc eſt communis opi. quæ in practica ſeruatur, ut atteſtatur Remig.in loco præallegato.in decimatertia fall. prout etiam in practica ſeruatum fuiſſe atteſtatur Milleus in prac.crim.fol.31.nu.19.

12 Qværo, an † fures gaudeant immunitate eccleſiæ? Reſpond. De iure nulla eſt difficultas, quin gaudeant; ſed Didac. in d. c.20.nu.13.in fi.dicit, quòd conſuetudo conſenſu clericorum & laicorum inſtituta obtinuit fures etiam ſimplices non gaudere eccleſię immunitate, & quòd ita paſſim ab eccleſijs abducuntur inuiti à iudicibus ſecularibus.Hæc conſuetudo apud nos non ſeruatur,bonum eſt tamen illam ſeruare in locis, in quibus eſt copia furum, prout etiam eos in Gallia abundare dixit Igneus in l. prima, § ſi ſibi manus,nu.127.ff. ad Sylle.

13 Item quæro, † nunquid immunitas eccleſiæ proſit illis, qui in ipſa eccleſia delinquunt? Reſpond.quòd non,ut eſt tex.in c.fi. de immu.eccleſiarum,& in hoc omnes conueniunt,ut ait Didacus in d.c. 20. nume.15. Nā qui eccleſiam delinquendo offendit,non eſt dignus,ut eius beneficio iuuetur. Et hoc

intellige etiam in furantibus in eccleſia. Et ita cõiter notatur, vt dicit Ange. de Caſtro inter cõſilia Pauli de Caſtro patris ſui in d. conſi.458.num.1 in fi.lib.2.quem tamen aliter refert Didacus in loco præallegato. poſt nume.15.verſi.25. prout etiam obſeruatum fuiſſe in quodam ſacrilego atteſtatur Prae. Millei, fol.31.num.21. & generaliter in quocunque delicto in eccleſia commiſſo, etiam ſi non interueniat homicidium, aut membri mutilatio, quicquid dixerit Cardi. contra quem eſt communis opin. ut atteſtatur Remig.in loco præallegato, in tertia fallentia.nu.5. Hæc tamen concluſio intelligenda eſt (ſecundum aliquos) vt procedat in his, qui delinquunt in eccleſia ſub ſpe immunitatis ipſius eccleſiæ, ſed quando apparet aliquem non ſub ea ſpe in eccleſia deliquiſſe, vtiq; gaudet ipſius immunitate. Et hæc fuit opin. Hoſtienſ. quam dicit eſſe communem Remig. in loco præallegato, in tertia fallentia,num.3.ſubdens, quòd ſi non ex propoſito vel veteri odio, ſed caſu fortuito quis cõmittat delictum in eccleſia, gaudebit eius immunitate. Et quòd iſta eſt communis opi. quæ tamen apud nos non poſſet in practica obtineri, ſemper enim vidi indiſtinctè ſeruari,quòd qui i eccleſia deliquit,reputatur idignus,vt eius immunitate ſe defendat.

14 Sed quid † ſi aliquis in vna eccleſia delinquat, & deinde ad aliam eccleſiam confugiat, nunquid defendetur ab hac ſecunda eccleſia, ut gaudeat eius immunitate? Reſpond. quòd non; & eſt communis opi.ut atteſtatur Remig. in loco præallegato, fol. 123.in 11.fallentia, nu.2. Quum enim vna ſit per totum orbem vniuerſalis eccleſia, qui facit iniuriam uni particulari eccleſiæ, omnes offendiſſe videtur. Dicit tamen ſumma Silueſtrina in uerbo, immunitas. §.3.q. ſecunda, verſi.Tertium eſt,quòd de conſuetudine apud aliquos contrarium ſeruatur. Sed certe apud nos communis opi. ſeruatur in practica. Quinimò (ſecundum aliquos) ille, qui ſemel deliquit in eccleſia, ſi iterum delinquat extra eccleſiam, & poſt delictum ad eccleſiam confugiat, non debet eius immunitate gaudere. Et ita in facti contingentia deciſum fuit per capellam Tholoſa. deci.422.Item fuit quæſitum, an ſi aliquis,&c.

15 Vlterius quæro, † nunquid clerici gaudeant immunitate eccleſiarum, ita ut ab illis inuiti extrahi non poſſint ab eorum iudicibus eccleſiaſticis? Reſpond. quòd ſic, non enim debent ipſi eſſe deterioris conditionis, q̃ laici. Et ita conſuluit Roma. conſi. 234. & eſt cõis opi.ut ait Diaz.in prac.crim. cano.c.115.Sed quicquid ſit de iure,cõtrariũ ſeruatur de cõſuetudine, ut atteſtatur Diaz in loco præallegato, quem refert & cum eo concordat Didac. in d. c.20.num.16. & Remig.in loco præallegato,fol. 161 ſallẽtia. 21.

16 Præterea quæro † nunquid Iudæi confugientes ad eccleſiam gaudeant eius immunitate? Rñ.quòd non,ipſi enim ſua infidelitate ſe indignos faciunt eius beneficio. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Matſil.in l. ex ſenatus conſulto, nume. 7. & ſeq.ff.ad l. Corn. de ſicar. quem refert Remig. in loco præallegato, in 29. fallentia.Bene verũ eſt, quòd multi tenent contrarium, quòd ſcilicet etiam Iudæi gaudeant hac immunitate Et dicit Didac in d.c.20.poſt num.11. verſi. 13. quòd hæc ſententia videbitur fortaſſe frequentiori authorum calculo recepta. Tu verò non recedas à prima opi. tanquam veriori & magis communi. Non enim debemus erga Iudæos perfidiſſimos nominis hoſtes aliqua humanitate uti,ut dixi ſupra lib. 2.§ Iudæus.

17 Qværo etiam, † nunquid excommunicati ſi delinquant, gaudeant immunitate eccleſiæ? Rñ. q ſic,& eſt cõis opi. ut atteſtatur Boer.deciſ.110.num.7.quem refert Remig. in loco præallegato, in 19. fallentia, nu.1.& Didac.in d.c.20.num.11. Quæ concluſio licet in puncto iuris non tranſeat ſine difficultate, tamen propter honorem Dei non eſſet ab ea in practica recedendum. Faciunt quæ dixi infra q 77.verſi. Sed nũquid.

18 Pone, familia † inſequitur reum, & poſtquam ipſe per loca prophana aliquantum aufugit, recipit ſe in eccleſiam, nunquid poterit ab ea extrahi? Reſpond. Aliqui dixerunt, quòd ſic; ſed certe contraria opi. eſt verior, & etiam magis communis, ut atteſtatur Remig.in loco præallegato,fo.203. in 31. fallentia. in fin. & ita ſeruatur, prout etiam ſe obſeruari uidiſſe atteſtatur Boſſ. in ti. de captura, nume.22 Et reperio ſenatum ita iuſſiſſe in caſu cuiuſdam Alexandri magni, 13.Februarij 1543. P.N. Quinimò quum ſemel carcerati, qui Papiæ detinebantur, è carcere ipſo aufugiſſent, & in eccleſiam ſe recepiſſent, & iuſſu illuſtriſſimi Ducis (vt dicebatur) àb ipſa eccleſia, in quam confugerant, extracti fuiſſent, ſenatus iuſſit ipſos tanquam male extractos eccleſiæ

eccleſiæ reſtitui, 28. Decembr. 1557. P. N. Et idem quoque per parlamentum Burdegalenſe obſeruatum fuiſſe refert Papo li. 1. titu. 1. arreſto 17. & Boer. deciſ. 110. num. 9. licet contrarium aliquando iudicatum fuiſſe referat Chaſſ. ſuper conſuet. Burgun. fol. 55. nume. 117. de quo mentionem facit Remig. in loco præallegato, fol. 199. in XXIX. fallentia.

19 Qværo nunc, † nunquid in caſibus, in quibus delinquens non eſt tutus immunitate eccleſię, poſſit iudex ſecularis illum propria authoritate ab ipſa eccleſia extrahere? Reſpond. Salic. in l. ſi quis ei, nume. 6. C. de adult. dicit quòd non, ſed quòd debet prius licentiam ab epiſcopo requirere. Sed certe in contrarium eſt communis opi. ut atteſtatur Remig in loco præallegato, fol. 217. in 1. quæſt. circa fi. Vbi etiam ſubdit, quòd ſeruatur in practica. Et ita quotidie videmus, quòd iudices ſeculares extrahunt delinquẽtes ab eccleſijs non expectata licentia epiſcopi, quia prælati & iudices eccleſiaſtici reddunt ſe in hoc valde difficiles; & dum requiritur & expectatur licentia, ſæpe cleri ei faciunt delinquentes aufugere. Et ita moribus & praxi Chriſtiani orbis receptum eſſe ait Didacus in d c 20 poſt num. 18. uerſi. 34 Ita etiam ſeruari in curia Delphi. atteſtatur Guido Papæ deci 121. in fi. & ita pluries ſe vidiſſe ſeruari refert Gulielm. de Benedictis in prima parte repe c Raynutius, fol. 91. nume. 152. ita etiam de facto ſeruari atteſtatur Boer. deci 109 num. 2. Debent tamẽ in hoc iudices ſeculares modeſte ſe gerere, & prouidere, quòd ſine tumultu & offenſa perſonarum eccleſiaſticarum extrahantur, & vbi aliquando comperiant, quòd de iure non debuiſſent illos extrahi facere, debent eos confeſtim eccleſiæ reſtituere.

20 Quæro modò † nunquid ſi delictum eſt tale pro quo delinquens ab eccleſia extrahi de iure non poſſit, liceat iudici ſeculari poſitis cuſtodibus eccleſiam ipſam obſideri facere, & prohibere, ne ad eum alimenta deferri poſſint? Reſpon. quòd non, & eſt communis opi. vt ait Didac. in d. c. 20. poſt nu. 17. verſ. 31. Et ita in hoc dominio ſeruatur. In alijs tamen locis aliquando vidi reos in eccleſijs obſideri, prout etiam in Nortmannia dicit eſſe hanc conſuetudinem Igneus in l. prima in principio, num. 9. ff. ad Syll. ubi ait, quòd per victus ſubtractionem eos exire cogunt cum banni impoſitione & pœnæ intermi-natione; deinde compellunt eos abiurare patriam, & in exilium ire, quòd ſi reuertantur, & deinde in eccleſia capiantur, non gaudent amplius eccleſiæ immunitate, ſed ultimo ſupplicio afficiuntur, ut narrat ibi Igneus, recenſendo totam diſputationem ſuperinde habitam in facti contingentia, vſque ad num. 54. Benè ſolent rei, qui ad eccleſiam confugiunt, poni in compedibus uel cum bona cuſtodia, donec cognitum fuerit, an gaudere debeant ipſius eccleſiæ immunitate. Et ita de conſuetudine obſeruari atteſtatur Guido Papæ in d. deciſ. 121. circa fin. Remigius in loco præallegato, fol. 238. q. 6.

21 Scias autem, † quòd hæc immunitas eccleſiæ prodeſt non modò delinquentibus, qui poſt delictum in eccleſiam confugiunt, ſed etiam carceratis, vt dixi ſupra uer. Pone familia. Quinimò prodeſt etiam iam cõdemnatis & bannitis etiam capitaliter. Et ita iuſſit ſenatus reſtitui eccleſiæ quendam Io. Teſtam capitaliter condemnatum, qui ab ea extractus fuerat 11. Ianuarij 1556. A. C. Fortiùs dico, quòd ſi aliquis condemnatus dum ad ſupplicium ducitur, tranſeat per eccleſiam vel cœmeterium, gaudet immunitate eccleſiæ, neque poteſt inde uiolenter extrahi. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Remigius in loco præallegato, fol. 201. in 30. fallentia. Et ita ſe vidiſſe in facto iudicari affirmat Chaſſan. ſuper conſue. Bugũd. fol. 55. nu. 121. quem refert Boer. deciſ. 100. poſt nu. 8.

22 Succeſſiue quæro, nunquid ille, † qui ad eccleſiam confugit, ſi deinde extractus fuerit, in caſibus, in quibus licitè extrahi poterat, poſſit puniri? Rñ. Oldrad. conſi. 154. in fi. dicit, quòd extractus ab eccleſia (ſecundũ omnes) non punitur pœna ſanguinis. Ego tamen in practica nunquam uidi ſeruari; nam ſiue licite ab eccleſia extractus fuerit, ſiue ipſe ſponte exierit, & deinde captus fuerit, ſemper uidi eum puniri, perinde ac ſi nunquam ad eccleſiam confugiſſet. Et ita etiam ſeruari de conſuetudine & ſtylo Franciæ atteſtatur Boer. in d. deciſ. 109. in fi. & dixi ſupra circa principium quæſtionis.

23 Vltimo, quæro, † nunquid delinquens, qui confugit ad ſacerdotẽ ſacrã euchariſtiã in manibus portantẽ, gaudeat immunitate, prout illi, qui ad eccleſiã confugiunt? Rñ. quòd ſic, & fuit opi. Hoſti. cũ qua tranſeunt cõiter doctores, vt dicit Corſet. i ſuis ſing. in verbo, cardinalis. Et dicit Io. Arn. ſoliloquio 80. Di

ſtat capitulũ, q; illũ ſequuntur cõiter doctores. Dicit etiam Gomes. in §. pœnales, poſt numerum 50. Inſtitutio. de actio. quòd ita tenent communiter doctores. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Cagnolus in l. vinum, numero 54. ff. ſi certum. peta. Didacus in d. cap. 20. numero ſexto. Remigius de immun. eccleſ. fol. 84. Anton. Gomes. capit. 10. delictorum, numero primo. quem refert Placa, libro primo delictorum, capitu. 34. numero 16. Menchiaca libro tertio, de teſta. §. 22. numero 55. Quum enim in ipſa Euchariſtia ſit CHRISTVS IESVS, propter quem eccleſia gaudet hoc priuilegio, multo magis in eo idem dicendum eſt, quod in eccleſia. Vide quæ dixi infra quæſt. 98. verſi. Sed pone. An autem ... damnato detur ſanctiſſima euchariſtia, debeat eo die morti tradi, dixi infra quæſt. 99. uerſicu. Sed quæro.

24 IN hoc † autem propoſito adde, quòd ſicut non licet delinquentes ab eccleſia extrahere, ita neque etiam licet ſcholares pro aliquo delicto è ſcholis extrahere. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Rebuff. de priuil. ſcholar. ubi refert ob id quoſdam fuiſſe ſuſpenſos, & illum refert Horatius de priuil. ſcholar. c. 51.

25 Item adde, † quòd ſicut delinquentes non poſſunt extrahi ab eccleſia, neque à palatio epiſcopi, ita neque etiam extrahi poſſunt à domibus Cardinalium ſanctę Romanæ eccleſiæ. Et ita hodie conſuetudo communis obſeruat, teſte Manfredo in trac. de Cardinal. c. 8. in 14. priuil.

26 Tertio adde, † quòd etiam fugientes ad ſtatuas principum ſunt ſecuri, ne inde auelli poſſint, vt videtur tex. in l. vnica, C. de his qui ad ſtatuas confug. Et eſt communis opi. vt atteſtatur Remig. in loco præallegato, fol. 97. in 23. ampliatione. Dicit tamen Reſtaurus de Imperatore quæſt. 96. quòd hoc de conſuetudine non videtur admiſſum neque receptum. Et certè credo, quòd vix poſſet in practica obtineri.

Quæſtio XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Citari debet reus ante omnia.*

2 *Et quid ſi princeps procedat contra ſubditum. verſic. Adde quod.*

3 *Et quid in ſententia declaratoria cenſura, verſi. Item adde.*

4 *Citatio in cauſis criminalibus debet fieri de ſpeciali commiſſione iudicis, verſicu. Vnum autem.*

5 *Et an in citatione ſit exprimenda cauſa, propter quam reus citatur, verſicu. Quæro nunc.*

6 *Et an in citatione poſſit apponi pœna, verſicu. Item quæro.*

7 *Et an in citatione inſeri debeat totus tenor libelli, verſi. Quæro, nunquid.*

8 *Et quæ ſit forma libelli inquiſitionis, ibid. verſicu. Quęro quæ ſit.*

9 *Arbitrium iudicis quid importet, uerſicu. Arbitrio.*

10 *Fama an probetur per illa uerba, Fama publica præcedente, uerſi. Fama publica.*

11 *Menſis & annus an ſit exprimendus in libello inquiſitionis, uerſi. Quòd de anno.*

12 *Scientia & dolus an in delictis requiratur, verſi. Scienter & dolosè.*

13 *Clauſula, Super quibus omnibus &c. in inquiſitione, quid operatur, uerſicu. Super quibus omnibus.*

14 *Iudex an teneatur ſe inſcribere in inquiſitione, uerſi. Quęro etiam.*

15 *Citatio qualiter reo intimari debeat, uerſi. Dictum eſt.*

Et an ſufficiat quòd intimetur ad domum ibidem.

16 *Et an ſit neceſſaria perquiſitio citandi per ciuitatem, verſi. Sed nunquid.*

17 *Et an ſit illi danda copia citationis, uerſicu. Sciat tamen.*

18 *Et quid ſi citandus ſit extra territorium, verſi. Sed hęc quidem.*

19 *Et quid ſi ambo territoria ſint ſub eodem præſide prouinciæ, verſi. Poſſet fortè.*

20 *Et quid ſi reus ſit vagabundus, verſicu. Sed quid ſi reus.*

21 *Et an vnica citatio in criminalibus ſufficiat, verſi. Quæro modò.*

22 *Et an peremptoria citatio in criminalibus requiratur, verſi. Sed hic quæro.*

23 *Et an fiſcus ſit citandus, & pars offenſa, uerſicu. Vlterius quęro.*

24 *Et an pendente termino poſito in citatione poſſit iudex capi facere reum, verſicu. Vltimo quæro.*

VBI

VBI locus capturæ non fuerit, tunc debet iudex contra reũ ad vlteriora procedere, & vbi contumax fuerit, illum condemnare Eſt tamen ante omnia præmittendum, ꝙ debet omnino reus legitime citari, ubi enim reus non fuiſſet citatus, uel citatio eſſet nulla, vel minus legitimè facta, proceſſus & ſententia & omnia quæ ſequuntur, ſunt ipſo iure nulla, ut dicit glo. in l. ſi accuſatoribus, in glo. fin. C. de accuſa. Et eſt communis Theorica, vt atteſtatur Roland. conſil 68 nu. 14 lib. 2. Et hoc locum habet non modò in quocunque iudice, ſed etiã in ipſo principe, nam & ipſe de ordinaria poteſtate non poteſt procedere cõtra aliquem nõ citatum. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Corſet. in repertorio Abbatis in uerbo, princeps, uel papa. Soci. inter conſilia Curtij ſenioris, conſi. 20. nume. 4. & ſeq. Et hoc etiam, ſi delictum ſit notorium, ut dixi ſupra quæſt. 9. verſi. Quęro nunqd.

2 ADDE, quòd † hæc omnia locum habẽt etiam ſi ille, contra quẽ princeps procedit, eſſet eius ſubditus, adhuc enim non poſſet contra eum non citatum procedere. Text. eſt vulgatus in clem. paſtoralis, de re iudi. & eſt communis opi. ut aít Soci. conſi 87. poſt nume. 19. uerſi. Capio ſextam, lib. 3. & conſi. 264. nume. 16. in fi. lib. 2. & conſi. 266. nume. 46. eo. uol & conſ. 120. poſt num. 10. lib. 3. dicit ꝙ omnes fatentur, ꝙ in cauſis criminalibus non poteſt princeps, procedere, etiam de plenitudine poteſtatis procedere, etiam contra ſubditum, eo non citato. Et in hoc propoſito uidenda ſunt ea, quę dixi loquendo de cauſis ciuilibus infra li. proximo, dicit enim Soci. in eo. conſil. 264 num. 15. ꝙ in criminalibus ita ſentiunt omnes, qui hoc tenent in ciuilibus, & ꝙ ita conſultum fuit in cauſa interdicti ciuitatis Florentię per multos doctores. Et reuera ſi in ciuilibus non poteſt princeps procedunt contra ſubditum non citatum, ſecundum opi. quam in loco præallegato oſtendi eſſe magis communem, idem & multo magis dicendum eſt in criminalibus, in quibus de maiori præiudicio tractatur, Et ita ſemper uidi in practica obſeruari.

3 ITEM adde † quod licet aliqui tenuerint, quòd hoc non habeat locum in ſententia excommunicationis declaratoria, nihilominus magis communis opin. eſt, quòd etiam quando iudex declarat aliquem incidiſſe in aliquam excommunicationem vel pœnam ipſo facto, requiritur citatio etiam in ſententia cenſuræ & interdicti. Ita tenet glo. in clem. præſenti. in uerbo, conſtiterit. de cenſib. quam omnes approbant, ut dicit Socin in d. conſi. 20. nume. 16. in fi Ripa in l. is cui bonis, nume. 27. ff. de uerb. oblig. Hanc etiam dicit eſſe communem opinionem Dec. in c. reprehenſibilis, poſt nume. 1. de appellation. Et dato, quòd aliquo caſu ſuſtineri poſſet illa opin. quòd ad ſententiam declaratoriam cenſuræ non requireretur citatio, certe in ipſa diſcuſſione negocij & cauſæ, propter quam peruenitur ad ipſam ſententiam declaratoriam, utique requiritur citatio. Et in hoc nemo diſcrepat, ut dicit Tortus inter conſilia Anton. de But. con ſi. ultimo, col. fin. uerſi. Sed uerum eſt, aliàs enim eſſet tollere parti ſuas defenſiones, quod nullo modo eſt faciendum.

4 VNVM autem † ſc. as, quòd licet in cauſis ciuilibus ualeat citatio ſine ſpeciali commiſſione iudicis, ut dixi infra lib. proximo, tamen in criminalibus debet fieri de ſpeciali commiſſione iudicis, aliàs eſt nulla. Et hęc eſt communis opin. ut dicit Ripa in c. 1. nume. 86. de iudi. quem refert Prac. Conradi, fol. 267 num. 5. Blanc. de indicijs, num. 334. prout illum refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera C, num. 55. Et ita ſeruatur de conſuetudine, ut dicit Bal. in l fi. nume. 4 C. de exhib. reis.

5 QVAERO nunc † quę ſit forma huius citationis? & in primis nunquid in ea exprimenda ſit cauſa, propter quã reus citatur? Rñ. Abb. in c. præterea, nume. 8. de dilatio. diſtinguit, ꝙ aut citatio mittitur in partes longinquas, & tunc eſt inſerenda cauſa, propter quã quis citatur; aut citatio ſit in partibus propinquis, & non requiritur expreſſio cauſæ, ſed ſufficit dicere, ꝙ compareat reſponſurus cuidam accuſationi, ſeu inquiſitioni contra eum formatæ. Et dicit Foller. in prac. crim. cano. fol. 140. in fi. ꝙ hæc diſtinctio Abb. ſeruatur i Rom. curia & alijs. Sed certe quicquid ſit de iure, apud nos indiſtincte ſeruatur, ꝙ in citatione inſeratur cauſa. Et hãc opin. dicit eſſe cõem Imola in l. inter accuſatorẽ, nu. 2. in fi. ff. de pub. iudi. prout illũ refert Menchiaca, Cõtrouerſ. uſu frequẽtiũ, c. 24. nu. 12. Et ita ẽt quotidie practicari atteſtat̃ idẽ Foller. in pra. crim. fo. 36. nu. 2. Quinimò de cõſuetudine nõ mõ cã, ſed totus tenor libelli ſiue inqſitionis inſeri dẽt in ipſa citatione, ut dixi ĩfra uer. Quęro nũqd.

5 Item quæro† nunquid poſſit iudex in tali citatione apponere pœnam pro contumacia? Reſpond. In hoc dominio prohibitum eſt per nouiſſimas conſtitutiones in titu. de accuſa. §. omnibus, procedere præceptis pœnalibus ſine licentia ſenatus, qui tamen hoc aliquando concedit, vbi non adſunt indicia ſufficientia ad formandam inquiſitionem, præſertim in cauſis magnis, vt dicit Boſſ. in titu. quomodo procedatur per præcepta, nume. 1. Sed de iure communi vtique poteſt iudex comminari pœnam reo non comparenti. Et hoc tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ut latius dixi infra lib. proximo, non tamen poteſt reum citare ſub pœna confiſcationis bonorum, quicquid dixerit Bal. in c. 2. in primis uerbis, de teſti cogē. cuius opinio communiter à doctoribus reprobatur, ut dicit Cagnola in l. vnica, in pri. nume. 93. ff ſi quis iuſd. non obtemp. Et ita etiam uidemus, quòd talis pœna confiſcationis bonorum pro contumacia receſſit ab aula, & hodie non eſt in vſu, vt atteſtatur And. de Iſer. quem refert Afflic. in ca. 1. in verbo, condemnatorum, nume. 30. quæ ſint rega. & Natta conſil. 240. nume. 2. & Rolan. conſi. 47 nume. 46. lib. 2. Vide quæ dixi in loco præallegato, vbi etiam dixi, an iudex poſſit excedere mulctando per diſpoſitioně tex. in l. eos, C. de modo mulcta. & quid de facto ſeruetur.

7 Quæro, † nunquid in citatione debeat inſeri totus tenor inquiſitionis ſeu libelli contra reum formati? Reſpon. De iure communi ſufficit citare reum, vt compareat ad reſpondendum inquiſitioni contra eum formatæ occaſione talis delicti, nec requiritur, quòd in ipſa citatione inſertus ſit tenor inquiſitionis ſeu libelli. Et ita communiter tenetur, ut dicit Marian. in repe. ca qualiter & quando, nume. 212. in fi. de accuſatio. Blanc. in prac. crim. fol. 11. nume. 22. Sed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, ut ſcilcet neceſſario apponendus ſit in citatione totus tenor inquiſitionis. Et ita communiter obſeruari & practicari atteſtatur Marian. in loco præallegato. Ang. de malefi in uerbo, iudex commiſit, nume. 3.

8 Quæro, † quæ ſit forma inquiſitionis ſeu libelli, cuius tenor eſt in citatione inſerendus? Reſpond. Forma, quæ paſſim obſeruatur, eſt illa, quam elegantiſſime gloſauit Ange. de Aretio excellens doctor in ſuo tractatu meleficiorum, & Marian. in d. repe. c. qualiter & quando, à num. 187. vſque ad num. 212. & practicus Papien. in tit. de forma inquiſitionis, quæ quidem eſt in hunc, qui ſequitur, modum.

Haec *eſt quædam inquiſitio*,] Reperio, quòd Carauita ſuper 20. ritu magnæ curiæ circa fin. dicit, quòd iſte modus dicendi proceſſu. Hæc eſt quædam inquiſitio, non obſeruatur generaliter. Et verùm dicit quo ad proceſſum, ſed quo ad libellum, ego credo quòd apud omnes hæc forma dicendi obſeruetur. Quid autem ſit inquiſitio, dixi ſupra quæſt. 3. verſi. Et aduerte. Materiam autem inquiſitionis poſui ſupra quæſt. quinta & ſequentibus, & quomodo procedatur per uiam inquiſitionis, dixi ſupra q. 11.

Sive *titulus inquiſitionis*,] Hæc uerba apponũtur ad demoſtrandum quòd reuera iſte libellus nõ eſt proprie inquiſitio, ſed eſt quidam titulus criminis reſultans ex ipſa inquiſitione, ſcilicet ex indicijs ſiue informationibus per ipſum iudicem inquirentem aſſumptis.

Quae *ſit, & fieri intenditur*,] Hæc verba ſignificant, quòd etiam tranſmiſſo libello inquiſitionis non ceſſat ipſa inquiſitio, imò iudex ſemper ex officio durante proceſſu perſeuerat inquirendo, & recipit teſtes ſuper delicto. An autě id facere poſſit poſt publicatas atteſtationes, dixi infra quæſt. 61. uerſi. Sed quæro.

Per *dominum N. prætorem, & D N. eius iudicem maleficiorum*.] Apponitur nomen iudicis, ut ſciat reus coram quo debeat cõparere ad ſe defendendum, prætereaque titulus dignitatis ſeu officij, ex quo poſſit cognoſci ipſum eſſe iudicem competětem, & habere iuriſdictioně in cauſis criminalibus.

Ex *eorum & cuiuſque eorum mero officio, autoritate, poteſtate*] Inquiſitio enim proprie fit ex officio iudicis, ut dixi ſupra quæſt. 3. Illa autem uerba, Ex mero officio, operartur quòd non requiratur, quòd præcedat diffamatio, ſecundum Ang. ſed eius opin. communiter reprobatur, ut dixi ſupra q. 9. uerſ. Idem etiam.

9 Arbitrio, † *a atque baba*,] Iudex licèt habeat arbitrium, debet tamen ſeruare ius commune, nam arbitrium, quod cõceditur officialibus ſuper maleficijs, debet reduci & reſtringi ad ius commune, niſi quo ad modum procedendi, & circa aliqua leuia. Et ita tenent communiter doctores, ut atteſtatur Alber. in 3. parte ſtatuto. q. 32. uer. Itě quæro

ſit forma arb. indic. ... ad ... ſtat. ... lib. 2. ...

quæro, nume. 1. Vide quæ dixi infra quæſt. 64. verſi. Dixi etiam. Et ideo aduertant officiales, ne prætextu arbitrij eis conceſſi, nimis animoſe procedant; nam licèt datum ſit à lege uel ab homine arbitrium procedendi, non tamen propterea cenſetur remota cognitio, ſed remiſſa ſubtilitas, ſecundum omnes doctores, vt atteſtatur Catald. de ſyndica. q. 109. & Amad. de ſyndic. nume. 145.

Et *ad querelam N.*] Hodie non porrigitur accuſatio ſolemnis, ſcilicet cum ſubſcriptione & alijs requiſitis, ſed tantùm ſimplex querela, vt dixi ſupra quęſt. 12. Et poteſt hęc querela, quæ ſucceſſit loco accuſationis, concurrere etiam cum inquiſitione, ut dixi ſupra q. 3. ver. hinc infertur.

Nec *non & ad denunciationem N.*] Materiam denunciationis poſui ſupra q. 7. Et licet Ange. de maleſi. in verbo, Nec non & ad denunciationem, dicat quòd raro hæc tria remedia ſimul concurrunt, videmus tamen quotidie contrarium in practica; nam in omnibus fere delictis pars querelat, antianus ſiue ſyndicus denunciat, & iudex ex officio inquirit. Hic autem modus procedendi per denuntiationem non eſt modus de per ſe, ſed eſt connexus cum inquiſitione, vt dixi in d. q. 7. in principio.

Contra *& aduerſus N.*] Exprimendum eſt nomen proprium imputati, eiuſq; agnatio, & patria, & habitatio, ſi fieri poteſt, ita vt omnino certa ſit perſona, quæ inquiritur. Et dicit Marian in d. c. qualiter & quãdo, num. 109. quòd quanto plures adijciuntur demonſtrationes, tanto maior datur certitudo; ſubdens quòd laudandi ſunt Senenſes, qui adijciunt nomen patris, aui, & familiæ &c. Si tamen ignoratur nomen homicidę, deſcribendus eſt per ſigna, ſtaturam, habitationem, veſtes, & alias circunſtantias, quæ exprimi poſſunt, nam eo caſu dummodo conſtet de corpore, poteſt procedi etiam ad condemnationem. Et hoc omnes ſciunt, vt dicit Boſſ. in tit. de delicto, nu. 33. & dixi ſupra q. 4. verſicu. Quando uerò. Moneo aũt delinquentes, ne confidant ſuper hoc, quia forte in libello inquiſitionis erratum ſit in cognomine, ſeu in patria, quia ſi permiſerint ſe banniri, & poſtea perueniant in fortiam iuſtitiæ, dummodo conſtet de corpore & de delicto, non poterunt euadere executionem condemnationis. Et dicit Ang. in l. his uerbis, §. fin. ff. de hæred. inſti. quòd fuit in facto contingentia decapitatus quidam Bononiæ, qui erat deſcriptus in numero bannitorum tanquam de una ciuitate, quum eſſet de alia, ex quo conſtabat eũ eſſe illum, qui fuerat pro illo maleficio citatus & condemnatus. Et illũ etiam refert Io. Arno. Epiſo 95. Quidam conciuis.

Homicidam.] Exprimendus eſt titulus delicti, vt tempore condemnationis ſciri poſſit, quæ pœna ſit imponenda. Materiam autem homicidij poſui ſupra hoc eod. lib. § Homicidium.

Et *P. auxiliatorem,*] Materiam auxiliatorum, & qua pœna ſint puniendi, poſui infra quæſt. 90.

Et *F. mandatorem,*] Qua pœna puniatur mandans. dixi infra quæſt. 89.

In *eo, de eo, & ſuper eo quòd,*] Sunt uerba idem ſignificantia, quæ tamen conſuetudo obtinuit, ut ſemper omnia apponantur.

10 Fama *publica præcedente.*] † Diffamationem præcedere debere inquiſitionem, dixi ſupra quęſt. 6. ibique uerſi. Sed quoniam. & ſeq. poſui quemadmodum fama probetur, Reſtat hic tantummodo videre, nunquid ex iſta aſſertione iudicis, dicentis in libello inquiſitionis famam publicam pręceſſiſſe, dicatur probata fama. Doctores in hoc multùm ſe inuoluunt, nã aliqui dicunt ſimpliciter quòd ſic, & dicit Foller. in pract. crim. cano. fol. 87. num. 33. quòd ita tenent communiter doctores. Aliqui diſtinguũt, an iudex procedat ad inſtantiam alicuius, an autem ex mero officio, ita quidem vt ſi ad inſtantiam alterius procedat, teneatur ille, qui promouet inquiſitionẽ, facere fidem de fama, ſi uerò procedat iudex ex mero officio, credatur ipſi iudici aſſerenti famam publicam pręceſſiſſe. Et dicit Card. Alex. in c. de accuſatione, colum. 25. circa med. 2 q. 8. quòd ita tenent communiter doctores. Alij diſtinguunt inter iudicem ordinarium & delegatum, ut ſcilicet delegatus non poſſit inquirere, niſi prius fama ipſa per teſtes probata fuerit. Et in hoc videntur concordare doctores omnes, vt dicit Berous in d. c. qualiter & quando, nu. 36. in fi. In ordinario verò vbi procedat ex mero officio, ſufficiat quòd extraiudicialiter ei de fama conſtet. Et hanc dicit eſſe communem opi. Areti. in c. cum oporteat, num. 45. & ſeq. de accuſ. Berous in loco pręallegato. num. 36. Et ex hoc inferunt, quòd poteſt ordinarius formare inquiſitionem non examinatis teſtibus ſuper infamia, & quòd ubi recipiat aliquos teſtes

res ſuper infamia, non tenetur eorum dare copiam reo petenti. Sed tamen ſi appelletur ad ſuperiorem, dicunt quòd tenetur iudex probare reum fuiſſe diffamatum, aliàs proceſſus eſſet nullus. Et hanc atteſtatur eſſe communem opi. Ale. de Neuo conſ. 86. nu. 1. Areti. in d. c. cùm oporteat, prout illum refert Boſſ. in titu. de inquiſitione, poſt nume. 70. Vbi etiam ſubdit, quòd ita practicatur. Breuiter quicquid ſit de iure canonico, à quo fuit inuenta iſta diffamatio, practica fori ciuilis obſeruat totum contrarium. Et Berous in loco preallegato refert nonnullos atteſtantes ſeruari in practica quòd ordinarius non inquirit ex mero officio, ſi prius nõ appareat de fama ex dictis teſtium. Et certe ſi obſeruaretur illa opinio, quòd crederetur iudici de fama aſſerenti, poſſet quilibet iudex procedere ad inquiſitionem ſpecialem criminis contra aliquem, aſſerendo q ſibi extraiudicialiter conſtat illum eſſe diffamatum de ipſo crimine, quod eſſet deſtruere totam practicam criminalem, ſecundum quam prohibetur iudici inquirere, niſi præcedat diffamatio, aut aliquid aliud, quod aperiat uiam inquiſitioni, vt dixi ſupra in d. quæſt. ſexta, in principio & verſi. Sed retenta & ſeq. Et dicere, quòd ſi pars appellet, tenebitur iudex facere fidem de infamia coram ſuperiore, mihi uidentur ſomnia uigilantium, cum bona venia tantorum patrum. Et ſi quis vellet iſta in practica obſeruare, credo quòd omnibus ſe deridendum præberet. Tu ergo dic, quòd ad hoc ut iudex poſſit inquiſitionem ſuam fundare ſuper diffamatione, requiritur quòd de fama conſtet per teſtes iudicialiter receptos. Et ideo Ange. in repe l. ſi vacantia, nu. 182. C. de bo. vacan. monet iudicem vt ſit cautus, quòd ſemper recipiat dicta diffamantium ad bancum pro tribunali ſedendo, ne poſſit obijci, quòd diffamatio in occulto facta ſit, quod dicit eſſe notandum Ang. de malefi in verbo, fama publica, in primis verbis. ſubdens quòd quando recipitur à iudice talis diffamatio in ſuo baſtardello, notarius maleficiorum debet dicere, Et prædicta facta fuerunt ad bancum iuris iudice pro tribunali ſedente; & dicit, hoc tene menti in practica ne erres. Sed certè neque hoc ſeruatur in practica, nam ſtante generali conſuetudine, quòd ex omni delicto poſſit inquiri, hæ informationes ſuper diffamatione amplius non ſunt in vſu, quia ſemper ferè aliquo modo contingit aperiri uiam iudici ad inquirendum abſque diffamatione. Et ideo practica obſeruat, quòd conſtito de delicto, eodem contextu aſſumuntur informationes ſuper crimine, & ſuper fama, ut dixi ſupra quæſt. 6. verſ. Vltimo ſcias.

E t *clamoſa inſinuatione referente,*] Clamoſam inſinuationem requiri de iure vltra famam, ad hoc vt per inquiſitionem procedi poſſit, dixi ſupra q. 6. ver. Item quæro.

N o n *quidem a maleuolis & ſuſpectis, ſed potius ab honeſtis & veridicis hominibus & perſonis,*] Debet enim fama habere originem à perſonis non ſuſpectis, ut dixi in q. 6. ver. Amplius etiam, & ſeq.

N o n *ſemel tantum, ſed ſæpe & ſæpius ad aures & notitiam dicti D. Poteſtatis & iudicis & curiæ,*] Requiri, quòd fama non ſemel tantum, ſed ſæpius ad aures iudicis aſcendat, dixi ſupra in d. quæſt. ſexta, uerſi. Quæro nunc.

E t i a m *per modum notorij auditu peruenit,*] Hęc uerba ſolent ſemper apponi in inquiſitionibus, etiam quòd delictum non ſit notorium. Et fuit conſi. Ang. de malefic. in uerbo, etiam per modum notorii, nume. 1. ubi dicit, quòd iudex habet ſemper in ſuis inquiſitionibus apponere iſtud uerbũ. Et quòd à paucis uidit apponi, ſed male faciunt. Auguſt. autem ibi in addi. dicit, quòd imò male faciunt iudices, qui apponunt hęc verba, quando delictum non eſt notorium. Ego credo, quòd iudices, qui apponunt iſta verba in inquiſitione, bene faciunt etiam ſi ſit dubium, an delictum ſit notoriũ vel ne, nam dicta uerba nihil reo præiudicant, quũ iudici non credatur aſſerenti delictum eſſe notorium, niſi aliter de notorietatẽ appareat; poſſunt autem iudici prodeſſe, ſi aliquid omitteretur in proceſſu, ad eum excuſandum, vbi deinde appareret quòd delictũ fuiſſet notorium, & quod iudex tanquam ſuper notorio proceſſiſſet. Quod autẽ dicatur delictum notorium, & quomodo in crimine notorio procedatur, dixi ſupra q. 9. per totum.

11 Q v o d *de* † *anno præſenti, & menſe Octobris,*] In inquiſitione debet exprimi annus & menſis, prout in accuſatione, ſecundum Barto. in l. ſecunda, §. publico, nu. 12. ff. de adulter. Et ita communiter tenetur, ut dicit Card. Ale. in d. c. de accuſat. col. 33. in ſi. 2. quæſt. octaua, quem refert Foller. in prac. crim. can. fol. 91. poſt nu. 39. Hanc

etiam

etiam opin. dicit eſſe communem Areti in d.c. qualiter & quando, §. debet, poſt nume. 115. Boſſ in tit. de inquiſitione, num. 90. Et ita uidetur de conſuetudine obſeruari per totum mundum, ut dicit Ang. in l. ea quidem, nu. 3. C. de accuſa. Et licet Bald. in l. edita, in repe. Patauina, nume. 30. tenuerit contrarium, quòd ſcilicet in inquiſit. non requiratur expreſſio loci & temporis, illud tamẽ dictum Baldi communiter non tenetur, ut dicit Card. Alex. in loco ꝑallegato; eſt enim inquiſitio ſubrogata loco accuſationis. Et quamuis lex magis confidat de iudice, quã de accuſatore, non eſt propterea tollenda reo facultas ſuæ defenſionis, quæ poteſt reſultare ex huiuſmodi expreſſione temporis. Et quia hæc concluſio non habet in practica aliquam difficultatem, non eſt ſuper ea vllo modo hæſitandum. An autem in inquiſitione debeat exprimi dies, recurrendum eſt ad ea, quæ dixi ſupra quæſt. 12. ver. Dixi etiam.

Existens *Florentia in hoſpitio Leonis.*] Locus de neceſſitate exprimi debet ĩ inquiſitione prout in accuſatione, de quo dictum eſt aliquid uerſi. præcedenti, & latius ſupra quæſt. 12. verſi Eſt autem, & ſeq.

Caeterum hoc loco ea uerba, quæ pertinent ad qualitates delictorum, omittuntur, quia diuerſimode apponuntur in inquiſitionibus, prout etiam variæ ſunt ſpecies delictorum. Et licet Ang. de malefi uoluerit omnia ad materiam criminalem ſpectantia tractare ſuper clauſulis & uerbis uniſ inquiſitionis, nobis viſum eſt hic tantum tractare ea, quæ pertinent ad formam ipſius libelli citationis; cætera uerò ſuis locis explicauimus.

12 Scienter *& doloſe.*] Hæc † verba in inquiſitione appoſita ſunt maximę importãtiæ, licet iudices uel potius notarij, qui ſunt compilatores inquiſitionũ, illa ſæpius inconſiderate apponant. In primis enim multa facta puniuntur ſcienter commiſſa, quæ ignoranter cõmiſſa non puniuntur, nã licet omnis ignorantia in delictis regulariter nõ excuſet, ut dixi infra q. 60. uerſic. Quæro nunquid, nihilominus qñ eſt probabilis, ſepe vel excuſat in totũ, vel ſaltem prodeſt ad mitigandam pęnam. Et hoc habet locum non modò ſi delictum cõmiſſum eſt in omittendo, ſed etiam ſi commiſſum eſt in faciendo, puta ſi extet ſtatutum, ꝙ præſtãs openi bannito vel nobili delinquẽti, acrius puniatur, certe debet probari, ꝙ ſciebat illũ eſſe bãnitum uel nobilem. aliàs non habet locum diſpoſitio ſtatuti. Et ita ſe in facto obtinuiſſe dicit Ang. in l 1. poſt nu. 1. ver. Videte domini. C. de Nili agge. non rumpen. quẽ refert Aug. ad Ang. de malefi. in uerbo, & ad quærelam, poſt nu 93. Pręterea multum intereſt an in delicto interuenit dolus uel ne, nam videmus homicidium, ꝙ ſine dolo cõmittitur, mitius puniri, ꝗ̃ illud, quod doloſe cõmiſſum eſt, ut dixi ſupra hoc eo. lib. §. Homicidiũ, ver. Hæc autem. Item nemo poteſt corporaliter puniri, niſi dolus in ipſo delicto interuenerit, ut dixi infra quæſt. 84. circa principium.

13 Svper *quibus † omnibus & ſingulis* b &c.] b Licet de iure in criminalibus non ſit neceſſaria cõcluſio libelli, vt dixi ſupra q. 12. uer. Vltimo quæro, tñ de conſuetudine apponit̃ in inquiſitionibus iſta clauſula, Super qbus omnibus & ſingulis &c. quæ eſt loco cõcluſionis. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Bar. in d.l. 2 §. ſi publico, nu. 13. quem refert Gomez Arias ſuper lege 74. Tauri circa principium. Ang in d.l. ea quidem, poſt nu. 7. ſubdens ꝙ eſt optima practica, à qua non eſt recedendum. Sali. in d.l. ea quidem. nu. 47. Ang. de malefi. in uerbo, ſuper qbus omnibus, nu. 2. Amadeus de ſyndicatu, nu. 32. Marian. in d. c. qualiter & qñ. poſt num. 209 uerſic. 64 Quęro. Ducñas reg 31. nu. 3. Boſſ. in tit. de inqſitio. nu. 80 Prac. Conradi fol. 258. nu. 42. Marcus deciſ. 668 nu. 3. Ope c rat c autem hæc clauſula, ꝙ licet regulariter, qñ accuſatio vel inquiſitio eſt propoſita cum aliqua qualitate, ſi illa qualitas non probetur, non poteſt ſequi condemnatio neque etiam ſuper eo, quod eſt probatum; tamen ſi in accuſatione vel inquiſitione ſit appoſita iſta clauſula poterit ſequi condemnatio ſuper delicto probato, etiam quòd qualitas adiecta probata non fuerit, ut dixi infra q. 66. ver. Sed quid ſi pro parte. Fortius dicunt aliquĩ, ꝙ ſi aliquis fuerit accuſatus, vel inquiſitus de mandato, & deinde in proceſſu non fuerit conuictus de mandato, ſed tñ de cõſilio, adhuc uirtute iſtius clauſulæ poterit puniri de conſilio, de quo eſt conuictus, licet nõ accuſatus uel inquiſitus. Et dicit Placa lib. 1. delictorum, c. 16 ꝙ huic ſñiæ interpretum fere maior pars accedit. Quod tñ apud me non tranſit ſine difficultate, & d forte etiam in practica ſine noua inquiſitione uel additione uix poſſet obtineri. *d*

Secundum

SECVNDVM formam iuris & ſtatutorum.] Hæc clauſula videtur in ſe continere incertitudinem, & poſſet etiam continere repugnantiam, vbi ſtatuta imponerent pœnam diuerſam ab ea, quæ imponitur per ius commune; nihilominus talis clauſula de cõſuetudine admittitur tam in accuſatione, quàm in inquiſitione, vt atteſtatur Ang. de malefi. in uerbo. Et contra formam iuris, num. 1. & ibi Auguſt. in Apoſtil. Et fundatur talis conſuetudo ſuper glo. in l. ſenatus, in glo. magna, ff. de accuſatio. An autem tali caſu debeat iudex imponere pœnam ſtatuti, vel iuris communis, dixi infra quæſt. 85. verſi. Debet etiam.

INCHOATA, *Facta & formata fuit dicta inquiſitio per dictum D. Poteſtatem, &c.*

14 QVÆRO etiam, † nunquid de iure in inquiſitione requiratur iudicis inſcriptio, prout in accuſatione requiritur inſcriptio accuſatoris? Reſpond. quòd non, ita dixit Bar in d. l. 2 §. ſi publico, num. 12. & eſt omnium communis opin. ut ait Marian in d. ca. qualiter & quando, nu. 212. Iudex enim non obligatur ad pœnam talionis, ex quo inquirit ex neceſſitate officij; præterea hodie ex conſuetudine ſublata eſt etiam in accuſatione ſolemnitas inſcriptionis, ut dixi ſupra quæſt. 12. uerſi. Cæterum hodie. Bene uerum eſt, quòd ad hoc ut citatio, quę intimatur reo cum libello inquiſitionis, fidẽ faciat, ſolent iudices illam ſubſcribere. Et ita ſeruat communis practica.

15 DECRVM eſt † de forma citationis, & quid continere debeat. Quæro nunc, qualiter citatio ſit ipſi reo intimanda. Et in primis ſcire debes, quod ſi adſit in loco aliquod ſtatutum diſponens ſuper modo citandi, illud eſt ſeruandum. Poteſt enim induci à ſtatuto modus citandi præter ius commune, & tale ſtatutum ualet, & ita ſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Brunus de conſtitutio. in uerbo abſens. Sed loquendo de iure communi, quæro an citatio debeat reo perſonaliter intimari, an autem ſufficiat citatio ad domum? Reſpon. Aliqui dixerunt, ꝙ ad hoc vt quis poſſit tanquam contumax banniri, non ſufficit citatio ad domum, ex ea enim inducitur ſolummodo ficta contumacia, ſed requiritur ꝙ ſit uerus contumax, & ſic ꝙ fuerit perſonaliter citatus. Et hanc opin. dicit eſſe communem Marania in ſuo Spec. fol. 106. nume. 9. prout illum refert Roland. conſi. 47. nu. 18. lib. 2. Tu uerò dic, ꝙ etiam in criminalibus ſufficit ꝙ intimetur ad domum ipſa citatio. Et hæc eſt cõmunis opin. vt atteſtatur Alex. in l 4. §. prætor ait, nu. 3. in fi. ff de damno infecto, quem refert Boer. in repe. l. conſentaneum, nume. 104 C. quomodo & quando iudex. Et dicit Gandi. de malefi. in Rubr. de citationibus, nume. 4 in fi ꝙ ita de generali conſuetudine obſeruatur. Ita etiam ſeruari in pract. atteſtatur Blanc in prac crim fol. 11. num. 24. Et ꝙ talis citatio ad domum ſufficiat, ad hoc ut quis poſſit banniri, dicit ſeruari de conſuetudine Alberi. in l. 1. nume. 22. C. de hæred. inſti. & in quarta parte ſtatutorum, quæſt. 51. intelligendo de domo, in qua habitat, & in qua ſedem cõſtituit, quem refert Nellus de bannitis in tertia parte primi temporis quæſt tertia. Et licet Innoc. in c. fi. poſt num. 3. de eo, qui mittit, in poſſ. rei ſeru. cauſa, tenuerit ꝙ non ſufficiat ad hoc, ut quis poſſit excommunicari, citatio ad domum, ſed ꝙ debet perſonaliter moneri, & dicat Foller. in prac. crim cano. fol. 133. num. 15. ꝙ illud dictum Innoc. uidentur ſequi quaſi omnes doctores; ego tamen non putarem eſſe recedendum à conſuetudine, ꝙ ſcilicet etiam quo ad hũc effectum ſufficiat citatio ad domum, præſertim ubi citandus latitaret malitioſe, ita vt non poſſet perſonaliter reperiri. In hoc autem ducatu habemus formam, ſecundum quam rei abſentes citandi ſunt, traditam per decretum in nouis conſtitutionibus in tit. de accuſat. c. procedant, quę omnino ſeruanda eſt. Hęc autem omnia locum habent, quando reus eſt certus, ſed quando perfecte neſcitur, quis delictum cõmiſerit, tunc (ſecundum aliquos) debet citari per proclama cum ſono tubæ. Et ita practicari atteſtatur Berber. in Viatorio iuris in Rub. de iudi. col. 5. uerſi. Sed pone. Quod tamen ego nunquam uidi in practica obſeruari.

16 SED nunquid † requiritur, quòd prius fiat perquiſitio, an reus poſſit perſonaliter inueniri, & poſtea fiat citatio ad domum? Reſpon. De iure utique requiritur, ꝙ citandus perquiratur prius à nuncio per ciuitatẽ, an poſſit perſonaliter reperiri. & ubi nõ reperiatur, deinde citetur ad domum. Sed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, ſufficit enim quòd nuncius de directo uadat ad domum citandi, nulla prius facta perquiſitione. Et ita tenuit Bald in d. l. conſentaneum, num. 44. C. quomodo & quãdo iudex, & ita ſeruatur ubique,

que, vt dicit Foller. in pract. crimi. fol. 42. numero 28.

17 Scias tamen, † ꝙ ad hoc ut reus arctetur ad perſonaliter comparendum, danda eſt ei copia citationis, aliàs enim non teneretur comparere. Et ita ſeruat Rom. curia, vt dicit Veſtrius in prac. lib. 4. tit. de cita. extra cur. quem refert Foller. in pra. crim. can. fol. 135. num. 23. & ita etiam vidi vbiq; ſeruari. Commiſſionis autem ſuæ & relationis non debet nuncius copiam relinquere parti, idque eſt ex vſu ſtyloq; recepto, ut atteſtatur Prac. Iod. c. 13. nu. 12.

18 Sed hæc † quidem omnia de plano procedunt, quando reus eſt in ciuitate uel territorio illius iudicis, de cuius mandato eſt citandus. Sed quid ſi ſit in alieno territorio, quomodo poterit illi citatio intimari? Reſpon. Debet hoc caſu iudex litteras dirigere ad iudicem illius loci ſiue territorij, in quo citandus degit, ut ibi illum citari faciat ſeu permittat. Et hic modus citãdi communiter ſeruatur, ut dicit Alber. in l. 1. num. 2. ff. de requir. reis, & appellantur tales litteræ ſubſidiales ſiue in ſubſidiũ iuris. Subdit tamen ibi Alber. ſe credere, ꝙ de ſubtilitate iuris poſſit iudex reum citare extra ſuũ territorium. Sed attenta generali conſuetudine, non videtur circa hoc inſiſtendum; nullus enim iudex citat extra territoriũ ſuum. Et ita de facto ſeruari atteſtatur Iac. de Beluiſ. in prac. crim. in Rubr. de fuga reorum, num. 21. Iac. de Beluiſ. iunior in repe. §. contrahentes, nu. 142. in fi.

19 Posset forte † dubitari, ſi utrunque territorium eſſet ſub eodem principe, nũquid poſſit iudex unius territorij citare reum in alio territorio degentem; nam Bar. in d. l. 1. §. 1. num. 3. ff. de requi reis, tenuit ꝙ quando ſunt ſub eodẽ præſide prouinciæ, poſſit iudex etiam per litteras ſuas citare reum in alio territorio. Et hæc eſt communis opin. legiſtarum, vt dicit Aret. conſil. 135. col. fin. Et ita communiter teneri atteſtatur Iaſ. in l. fin nu. 24. ff de iuriſd. omnium iudi. quem refert Marſil in ea. l. fin. num. 34. & Marcus deciſ. 401. in vltimis verbis. Apoſtil. ad Abb. in c. 1. ſub nume. 2. ff. qui matri. accuſ. poſſ. Io. Arno. Epitom. 71. ſæpe contingit. Contrarium autem tenent communiter cano. vt atteſtatur Aret. in conſi. præallegato. Et ideo dixit Ang. in d. l. fi. num. 6. ꝙ in hoc articulo opus eſſet deciſione Imperatoris, quod dictum Ang. refert Foller. in pra. crim. fol. 40. num. 27. In hoc ducatu ſeruatur opi. contra Bar. nam iudices ſemper citant reos exiſtentes in alio territorio per litteras ſubſidiales, prout etiam atteſtatur Boſſ. in titu. de citat. poſt num. 24. Et non eſt ab hac practica vllo modo recedendum.

2 Sed quid † ſi reus nullum habeat domicilium, ſed ſit uagabundus, quomodo poterit citari? Reſpond. Prac. Millei, fol. 34. num. 13. & ſeq. dicit ꝙ ſufficit illum citari per libellum lectum & affixum in æde, uel uoce præconis in publico. Et ſubdit ꝙ ita de conſuetudine ſolent facere ſeruientes ſiue nuncij, qui ſi non inuenerint reum uagabundũ citãdum, referunt ſimpliciter ſe citaſſe reũ, non dicendo ubi citauerint. Sed certe apud nos non ſeruatur hæc practica, ſed citatur reus in formam abſentis, iuxta diſpoſitionẽ conſtitutionum huius ducatus, de quibus ſupra dixi.

21 Quæro modò, † nunquid in criminalibus vna citatio ſufficiat, an autem plures requirantur? Reſpond. De iure videtur, ꝙ plures requirantur, ut colligitur ex tex. in l. abſentem, ibi ſæpius moniti, ff. de pœnis, ſed hoc de conſuetudine non ſeruatur, ut dicit Vitali. de malefi. in Rubr. de citatio. nume. 1. ſubdens quòd aſſeſſores faciũt pro ſuo arbitrio Tu uerò aduerte ne erres, nam aut quæritur, an præuia tantum una citatione poſſit reus condemnari, & dic quòd non, & ita procedat tex. in d. l. abſentem. nam ultra primam citationem debet etiam reus citari ad allegandum, & deinde peremptoriè ad ſententiam ſecundum diſpoſitionem iuris communis, uel aliter ſecundum formam traditam à ſtatutis uel à conſuetudine, quæ ſeruatur in loco, in quo iudiciũ agitatur. Aut quæritur, an quando citatur peremptoriè reus, requirantur tres citationes, ſecundum tradita in l. ſi finita, §. Iulianus, ff de damno infecto. an uerò unica citatio ſufficiat. Et dicendum eſt, ꝙ etiam in criminalibus unica citatio peremptoria ſufficit pro omnibus, quicquid dixerit Cyn. loquendo per uerbũ, credo, in l. 1. uerſi. Quarto quæro, C. de requi. reis, cuius opin. communiter reprobatur, ut dicit Feli. in c. conſuluit, poſt nu. 13. uerſi. Quarto fallit. de offi. dele. quem refert Boſſ. in tit. de ſenten. num. 4. Et hæc ſententia contra Cyn. eſt communiter recepta, ut dicit Blanc. in prac. crim. fol. 10. num. 19. Vbi etiam ſuadit, quòd ita de conſuetudine obſeruatur. Ita etiam communiter teneri atte-

ſtatur

ſtatur Alex.in l.contumacia, nu.14 ff. de re iudi.Guliel. de Benedic. in ſecũda parte repe.c.Raynutius. fol 91 nume. 152. Et licèt glo in clem.prima,in uerbo. Tertio.de uita & hon.cleri. ſentire uideatur, quòd quãdo lex diſponit, quòd citatus incurrat pœnam ratione contumaciæ,requiratur præciſe trina citatio, & illam glo. dicat communiter approbari Alex.in d l. contumacia, nu. 12. ff.de re iudica. ueritas tamen ſe habet in cõtrarium, ꝙ ſcilicet etiam ubi agitur ad pœnam, ſufficit una citatio peremptoria pro omnibus. Et hanc dicit eſſe communẽ opi. Afflic.deciſ.289.Sereniſſ. Rex,num.7.Et in hoc non eſt dubitandum, præſertim ſtante generali conſuetudine.

22 Sed hic quæro, †nunquid etiam in cauſis criminalibus omnino neceſſaria ſit citatio peremptoria?Reſpond. Aut ſententia eſt ferenda contra reum contumacem, & de hoc dixi infra q.44.uerſi.Item quæro. Aut uerò reus eſt præſens in iudicio, & tunc ſententia condẽnatoria capitalis contra eum fertur non modò ipſo legitime citato, ſed etiã ſolet in eius faciem pronunciari. Et ita obſeruat totus mundus, ut dicit Ange. in l pe. § ad crimen,poſt num.4. uerſi. Septimo fallit,ff.de publi. iudi. quem refert Auguſt. ad Ang.de maleſi.in uerbo.Qui D.iudex, poſt nume. 12. & in uerbo.Qui iudex commiſit L. præconi in fin. & Boſſ. in ti. de citation. num.8.& in ti.de ſenten. num. 15. & Prac. Conradi,fol.441.nume.7. Et ita communiter fieri conſueuiſſet dicit Barba. conſi. 70. nu.2.lib.4. Ita etiam quotidie practicari atteſtatur Blanc.in prac.crim.fol 18.num. 40. neque hoc caſu poteſt interuenire procurator. Et eſt communis opin.ut dixi infra q̃ſt. proxima, uerſi. Item quæro, & in ſpecie ita paſſim receptum eſſe in Flandria atteſtatur Prac. Iodo. fol. 149.nu. 12. Sed certe in hoc ducatu hæc practica non ſeruatur, nam qñ reus eſt in carceribus, ſententia condemnationis fertur contra eum, abſque eo ꝙ citetur aut conducatur ad præſentiam iudicis, ſed ſufficit monitio generalis, de qua dixi infra quæſt.45. uerſi. Facta autem. Sed neq; etiam ſententiæ criminales in hoc ducatu pronunciantur ab ipſis iudicibus ſedẽtibus pro tribunali, niſi quando proferuntur contra contumaces;ſed notarij ſcribunt ſententias de commiſſione iudicium, & ipſi illas ſubſcribunt, & deinde mittuntur exequutioni, & in his nullo modo eſt ab ipſa loci conſuetudine recedendum.

23 Vlterius quæro,†nunquid in cauſa criminali citandus ſit fiſcus & accuſator?Reſpon. In hoc ducatu habemus decretum in nouis conſtitutionibus in tit.de accuſat.c. Eo amplius. diſponens quòd in omnibus actibus præiudicialibus, etiam ante inquiſitionem formandam debet citari pars offenſa, & fiſcus,& ita ſeruatur. De iure autem commu ni non reperio, quòd hæ citationes ſint de ſubſtantia proceſſus uſque ad ſententiam, ſed ad ſententiam ipſam ferendam; dicit Boſſ in ti de ſenten. num.17. quòd ſunt citandi omnes illi, qui ſunt in cauſa, & cum quibus eſt lis conteſtata, aliàs ſententia eſt nulla, & ſubdit quòd hæc eſt cõmunis opi. Sed certè quo ad accuſatorem, cautela eſt, quòd iudex faciat ſibi ab eo dari licentiam procedendi & expediendi proceſſum, etiam ipſo abſente, & eo caſu poterit procedere etiam ad ſententiam abſolutoriam eo non citato,ut dixi infra quæſt 45. uerſ. Facta autem,de quo tamen uide quæ dixi ſupra q̃ſt. 3.uerſ.Superflua igitur,vel quòd pars accuſata faciat illum citari iuxta practicã, quam tradit & ſeruari atteſtatur Carauita ſuper 202.ritu magnæ curiæ, nume.4.in fin.& nu. 5. Quo uerò ad fiſcum in hoc ducatu quando reus eſt præſens, conſuetudo eſt ꝙ fiſcales ſubſcribant ipſi ſententiæ, & ſic poteſt dici, quòd ſententiæ criminales apud nos proferuntur non modò fiſco citato, ſed etiã præſente; ſi uerò reus eſt contumax,non citatur fiſcus neque accuſator, ſed fit cõdemnatio ad ſonum tubæ vel campanæ, ut dixi infra quæſt.44 uerſi. Item quæro. quæ quidem campana uel tuba habet uim citationis actoris & rei, & omnium citãdorum.Et hoc ex ſtylo & conſuetudine, ut atteſtatur Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et ibi caput,poſt nume. 2. ſubdens quòd talis ſtylus & conſuetudo faciunt ius. Vide quæ dixi ſupra uerſic. Dictum eſt, & ſupra quæſt. 11.uerſi.Sed quid e conuerſo.

24 VLTIMO quæro, † Tu ſcis,quòd in citatione ſemp ſolet apponi aliquis terminus, puta tridui ad comparendum & reſpondendum inquiſitioni &c. nunquid pendente eo termino iudex poterit capi facere reum inquiſitum? Reſpon.quòd ſic, & ita ſeruatur, ut dicit Boſſ in tit.de captura, nume. 10.Et ideo quando rei timent ne capiantur, cautela eſt, quòd exhibeant fideiuſſorem de comparendo infra certum terminum, & præſtita

ſtita huiuſmodi fideiuſſione ſolet tolli decretum capturę.

ADDITIONES.

a Arbitrio.] Adde quam pœnam indicere ualeat iudex, qui in cauſis capitalibus arbitrium habet, latè, & ſubtiliter explicatum per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 86.

b Et ſingulis.] Hic ſcias, quòd accuſatus de vulnere, & proceſſatus, ſi ſequatur mors, poteſt de morte damnari, modo in inquiſitione appoſita ſit iſta clauſula. Item de aliis clauſulis uide per Carer. pag. 318. & de iſta vide per eundem Carer. pag. 175. nu. 8. qui nu. 9. ponit relatiuè, an probationes de vulnere proſint in accuſatione de morte ſequuta, & nume. 10. An de vulnere liberatus accuſari poſſit de morte ſequuta, & nu. 11. an pax facta de vulnere extendatur ad mortē, & nu. 12. an fideiuſſor datus de ſe præſentādo ſuper vulnere, ſi mors ſequatur teneatur in accuſatione de morte præſentare, & nu. 13. quid ſi ab uno mortaliter eſt vulneratus, & ab alio poſtea occiſus: an primus de morte teneatur, & num. 14. ſi in uno menſe quis eſt uulneratus, & in alio mortuus: ꝙ tempus vulneris ſit in inquiſitione ponendum, non autem tempus mortis.

c Operatur.] Adde ad idem per Duen. ſub reg. 28. ultima limitatio. vbi concordantes allegat, & de illa communi dixi in collec. mea commu. opi. cap. qualitas, nu. 2.

d Poſſet obtineri.] Adde, atq; uide ꝑ Alex. conſi. vlt. in 2. & de iſta communi, uide in collec. mea commu. opi. cap. qualitas. nume. 2. aliquas tamen fallentias nullitatis defectu non obſtante; in quibus iudex aliàs poteſt pœnā minorare, uide per Ludo. Carer. in pract. crim. §. homicid. 6. ſub nu. fin. pag. mihi 507.

Quæſtio XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem non eſſe audiendum in cauſis criminalibus.*

2 *Et quid in criminibus priuatis, verſi. Et hæc concluſio.*

3 *Et quæ ſit ratio, verſi. Ratio autem.*

4 *Et quid ſi imponatur pœna pecuniaria, uerſi. Cæterùm.*

5 *Et quid ſi imponatur pœna relegationis uel minor, uerſi. Hinc eſt.*

6 *Et quid ſi imponatur pęna priuationis ſeu depoſitionis ab ordine, uerſi. Idem etiam.*

7 *Et quid ſi pro crimine pro quo de iure communi impoſita eſt pœna corporalis, ſtatutum imponat pœnam pecuniariam, uerſi. Dictum eſt.*

8 *Et quid ſi pro crimine impoſita ſit pœna arbitraria iudici, uerſi. Sed quæro.*

9 *Et quid ſi impoſita ſit pœna pecuniaria, quam ſi non ſoluerit, infligenda ſit pœna corporalis, verſi. Vlterius quæro.*

10 *Et quid ſi ignoretur, an vulnus ſit lęthale, uel non, uerſi. Sed pone.*

11 *Et quid in caſibus, in quibus poteſt contra abſentem procedi ad ſententiam diffinitiuam, verſi. Hæc autem.*

12 *Et quid ſi reus ſit ex alio maleficio bannitus, verſi. Tu ſcis quòd bannitus.*

Et an hoc caſu debeat ei concedi ſaluus conductus, ibid.

13 *Et quis poſſit eum concedere, uerſicu. Sed hic quæro.*

14 *Et an in caſibus, in quibus poteſt contra mortuum procedi, admittatur procurator, verſi. Debes ſcire.*

15 *Et quid ſi reus ſit carceratus, uerſicu. Item quæro.*

16 *Et quid ſi procurator uelit pro abſente allegare tantummodo cauſas abſentiæ, uerſi. Prædicta autem.*

17 *Et quid ſi uelit proponere, quòd reus habet in eo loco capitales inimicitias, verſi. Idemq; ſi talis.*

18 *Et quid ſi uelit opponere exceptiones contra perſonam accuſatoris, uel iudicis, verſi. Pariter etiam.*

19 *Et quid ſi uelit opponere occiſum fuiſſe bannitum. Quæro modò.*

20 *Et an in cauſa nullitatis admittendus ſit procurator, uerſi. Quæro an in cauſa.*

21 *Et an quando proceditur per uiam exceptionis, uerſi. Tu ſcis quòd in cauſis.*

22 *Et an poſſit pro accuſatore procurator interuenire, verſi. Quæro nunquid.*

23 *Et quid ſi non fuerit oppoſitum contra procuratorem, an proceſſus ualeat, ver. Pone quòd in cauſa.*

24 *Et an ſententia ferenda ſit contra dominum abſentem, uel contra procuratorem præſentem, verſi. Vltimo quæro.*

SÆPE-

SÆPENVMERO in cau
ſis criminalibus, poſt intima-
tas reis citationes, comparét
procuratores & excuſatores,
qui multas exceptiones pro-
ponunt, propterea uidendum eſt, nunquid
ſint huiuſmodi procuratores in iudiciis cri-
a minalibus admittendi. a In hac† autem quę
1 ſtione facienda eſt in primis concluſio, q̄ re
gulariter in cauſis criminalibus non admit-
titur procurator, vt eſt tex. in l. pe. § ad cri-
men. ff. de publi. iudi. ubi omnes notant, &
in l. ſeruum quoque, § publice, ff de procu.
2 Et hæc † concluſio locum habet, nõ mo
dò in criminibus publicis, prout loqui uide
tur textus in d § ad crimé, ſed etiam in pri-
uatis delictis; & eſt communis opinio ut at
teſtatur ſcribentes in eo. §. ad crimen, &
in ſpecie Benedic. de Plumbi. poſt nu. 3. &
Rubeus poſt nume. 10. & num. 121. & ſeq.
Marianus in c. ueniens, nume. 20. & ſeq. de
accuſat. quē refert Boſſius in tit. An in cau-
ſis criminalibus &c poſt nume. 1. uerſi. Pri-
ma igitur. Rub. in d §. publice, nu. 2. in fin.
Menchiaca controuerſ. uſu frequentium, c.
39. num. 24. Et dicit Bar. in d § ad crimen,
num. 11. quòd ita ſeruat conſuetudo. Quod
tamen intellige, ut procedat, quando pro hu
iuſmodi priuatis delictis impoſita eſt pœna
à relegatione ſupra, iuxta ea, quæ dixi infra
uerſi. Ex hac autem. & ſeq.
3 Ratio autem † huius concluſionis eſt,
quia quilibet reus mitteret procuratorem,
qui pro ipſo compareret, & ubi ipſe eſſet cõ
demnandus pro delicto in aliquam pœnam
corporalem, non poſſet fieri executio con-
demnationis. Sic etiam quilibet accuſator
poſſet conſtituere procuratorem, & vbi ſuc
cumberet in iudicio accuſationis, euaderet
condemnationem, quæ contra eum facien-
da eſſet ad pœnam talionis, & ſic omnia iu-
dicia criminalia redderẽtur eluſoria. Et hæc
eſt magis communis ratio, ut dicit Alber.
in d. §. publice, poſt num. 18. Blanc. in prac.
crim. fol. 15. num. 14 Bene uerum eſt. quòd
quantum ad accuſatorem hodie ceſſat hæc
ratio, quum ſit ſublata pœna talionis, ut di-
xi infra quæſt. 81. & conſequenter reſpectu
accuſatoris ceſſat etiam ipſa concluſio. Et
ideo ex parte accuſantis ſemper admittitur
ꝓcurator, ut dixi infra uerſi. Quęro nunq d.
Ex hac autem ratione infertur, conclu-
ſionem ipſam intelligendam eſſe ut proce-
dat in illis cauſis criminalibus, in quibus ue-
nit imponenda pœna corporis afflictiua, ut
ſcilicet in illis non ſit admittendus procura-
tor. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Sa-
pia in repe. l. imperium, nu. 42. ff. de iuriſd.
omnium iud. Et ideo ubi pro crimine impo
neretur pœna fuſtigationis uel huiuſmodi,
non eſſet procurator admittendus. Et hanc
dicit eſſe communem opin. Menchiaca, con
trouerſ. vſu frequen. c. 17. nu. 7. Si tamen
in aliquo loco eſſet conſuetudo quòd ad-
mitteretur, illa ſeruanda eſſet, prout atteſta
tur eſſe ſtylum & conſuetudinem patriæ
Delphi. Guido Papę deciſ. 338 aliquis accu
ſator, quòd ſcilicet in cauſis criminalibus
non capitalibus admittitur reus per procu-
ratorem, etiam ad media cauſæ.
4 Cæterùm † ubi ex iuris diſpoſitione non
imponitur pœna corporis afflictiua, ſed tan-
tùm pecuniaria, eo caſu utique admittitur
procurator. Et hæc eſt communis conclu-
ſio omnium doctorum tam iuris ciuilis quã
canonici, vt dicit Marian. in d. c. ueniens, nu
mero 24. Menchiaca in d. cap 7. in fi. In iſtis
enim caſibus ceſſat ratio concluſionis ſupe-
rius adducta, nam cùm executio condemna
tionis facienda ſit in bonis, non autem in per
ſona nihil ĩtereſt fiſci, neque partis, an reus
perſonaliter compareat, uel per procurato-
rem ſe defendat.
5 Hinc eſt † quòd ſi agatur de delicto, ꝓ
quo tantummodo ueniat imponenda pœna
relegationis, uel alia relegatione minor, po-
terit procurator interuenire. Ita tenuit glo.
in d. § publice, in uerbo datur, & eſt cõmu-
nis opin. ut atteſtantur ſcribentes in d. §. ad
crimen, & in ſpecie Benedictus de Plũbino
poſt nu. 24. & Rubeus nu. 124. & ſeq. Idem
atteſtantur ſcribentes in d. c. veniens, & in
ſpecie Abb. nu. 18. & Ana. num. 18. & Ma-
rian. nu. 41. & ſeq. & Berous nu. 35. ſub-
dens quòd ita ſeruatur in practica. Hanc
etiam dicit eſſe communem Cyn. in l. reos,
col. 1. uerſ. Secũdo caſu, C. de accu. ſubdens,
q̄ illam ſequitur vſus cauſarum Italiæ. Bar.
in d § ad crimen, poſt nu. 4. ſubdens, quòd
ita iudicaret. Signorol. conſi. 169. nu. 52.
Ang. in d. l. reos, poſt num. 1. Paul. de Caſt.
in d. §. publice, prout illum refert Ant. Go-
mez lib. delictorum, cap 1. num. 13. Cepolla
conſi. crim. 72. ver. De primo non uidetur.
Card. Alexan. in c. ſi quando, col. 7. uerſi. In
glo. ibi, ff. ſecunda quæſt. 6. Blanc. in pract.
crim. fol. 20. numero 51. Foller. in prac. cri.
fol. 131. nume. 6. fol. 132. poſt numerum 12.

Prac.

Prac. Conradi folio 262. nume 4. Berous in d ca. veniens, numero 35 & 39. quem refert Viuius in lib. communium opin. in verbo Procurator in capitalibus. Menchiaca controuerſ. vſu freq in d cap. nume. 176. Carauita ſuper ritu 108. magnæ curiæ, numero 2. & ſuper 2. ritũ 96. num. 8. vbi dicit, quòd ita concludunt communiter Doctores. Hãc etiam opinionem de conſuetudine ſeruari atteſtatur Alberi. in d. §. publicè, nume. 6 & ſeq. Cœpolla conſil crim. 55. verſi. Secundo non obſtat. Et dicit Sal. in d. l. reos, nume. 4. quòd hanc opin. conſuetudine roboratam eſſe omnes fatentur: & licet aliqui noluerint facere differentiam, an relegatio ſit ad certum locum, puta in aliquam inſulam vel ciuitatem, quam vulgò confinationem appellant, an autem ſit à certo loco, puta ab aliqua prouincia uel territorio, quod uocamus exilium, nihilominus indiſtincte tenenda eſt communis concluſio, quod ſcilicet, vtroque caſu admittatur. Et ita tenẽt communiter ſcribentes, ut dicit Rubeus in d. §. ad crimen, nume. 146.

6 Idem etiam† eadem ratione dicendum eſt in caſibus, in quibus tantummodo imponitur pœna priuationis ſeu depoſitionis ab ordine ſeu dignitate, in his enim pariter poterit reus per procuratorem ſe defendere. Et eſt communis opin. ut dicit Benedic. de Plumb. in d. §. ad crimen, poſt nume. 24. Maria. in d cap. ueniens, nu. 50. Rubeus in d. §. ad crimen, nu. 150. & ſeq. in d. §. publice, nume. 44.

7 Dictum eſt, † quòd in his criminibus, pro quibus imponitur pœna pecuniaria, admittitur procurator, modò tu ſcis, ꝙ pro homicidio de iure communi imponitur pœna mortis. Pone quod ex diſpoſitione ſtatuti alicuius ciuitatis imponatur pro homicidio pœna pecuniaria, nunquid poterit reus de homicidio imputatus comparere per procuratorem? Reſpond. quod ſic, & in hoc omnes concordant, ut dicit Bal. in d. l. reos, num. 24. C. de accuſa. Marianus in d. c. ueniens, nume. 24. in fi. poſt num. 30 verſi. ſed aduertendum, quem refert Boſſ. in tit. an in crim. iud. &c. in prima conclu. Et dcit Signorol. conſi. 2. nu. 15. quòd ita tenet communiter Doctores Idem dicit Imola, in d §. ad crimen, poſt nume. 20. verſ. Si autem ſtatutum. Sal. in d. l. reos, num. 9. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Rubeus in d. § ad crimen, numero 183. Quum enim diſpoſitio ſtatuti in loco, in quo uiget, ſuccedat loco iuris communis, ut dixi ſupra li. 1. non eſt habenda in conſideratione pœna iuris communis, ſed tantummodo pœna ſtatuti. Hoc tamen intellige ut procedat, quando ſtatutum imponit ſimpliciter pœnam pecuniariam pro homicidio, nam eo caſu vtique poteſt procurator interuenire. Si uero ſtatutum imponat pœnam mortis, à quo poſſit ſe liberare ſoluendo pœnam pecuniariam, quia principaliter impoſita eſt pœna corporalis, non eſſet procurator admittendus. Et ita dicit communiter teneri Alber. in 2. parte ſtatutorum, quæſ. 123. Sed certe hæc quæſtio rarò poterit in practica contingere, quum ſecundum magis communem opin. huiuſmodi ſtatuta imponentia pro homicidio pœnam pecuniariam non ualent, nec ſint obſeruanda, vt dixi ſupra hoc eo. lib. §. Homicidium, uer. Sed nunquid.

8 Sed quæro, † quid ſi ex depoſitione iuris communis uel ſtatutorum pœna alicuius delicti remiſſa ſit arbitrio iudicis b nunquid hoc caſu erit admittendus procurator? Reſpond. Si quidem pro eo delicto ex tali arbitrio iudices non conſueuerunt imponere pœnam corporis afflictiuam, utique poterit procurator interuenire, aliàs ſecus; Et ita obſeruatur de conſuetudine, ut atteſtatur Ang. in d § ad crimẽ, in ultimis uerbis, quem Imo. in d. § ad crimen. poſt num. 20 ver. Quid autem ſi pœna, Sed hoc intellige ut procedat, quando pœna eſt commiſſa arbitrio ipſiuſmet iudicis, ſed ſi eſſet reſeruata arbitrio principis vel ſuperioris, nõ eſt audiendus reus per procuratorem, etiam ꝙ princeps pro eo delicto aliquando pœnam corporalem non impoſuiſſet; nam ea, quæ pendent à voluntate principis, non ſunt inferiorum regulis ſubijcienda.

9 Vlterius quæro, † pone ꝙ lex uel ſtatutum imponat pro aliquo delicto pœnam pecuniariã, ſed in caſu, in quo nõ ſolueret pœnam pecuniariam infra certum tempus, imponeret pœnam corporis afflictiuã, nunquid poterit eo caſu comparere per procuratorem? Reſpõ. ꝙ ſic, ita dicit Imo. in d. §. ad crimen, nu. 20. & eſt cõmunis opi. ut ait Maria. in d. ca ueniens, poſt n. 32. col. 3. ver. Sed aduerte. Rubeus in d. §. ad crimẽ, nu. 179 & ſeq. Hoc tamen intellige, ut procedat, dũmodo principalis ipſe ſit notorie ſoluendo; uel vbi nõ ſit idoneus, præſtet idoneã cautionẽ de ſoluenda cõdẽnatione pecuniaria, ubi eũ condem-

condemnari contingat, aliàs uerò tenetur perſonaliter comparere, ne fortè condemnatio redderetur eluſoria. Et ita ſeruatur, ut dicit Blanc. in prac. crim fol. 29 num. 113.

10 Sed pone† tu ſcis, quòd ex forma ſtatutorum pro vulnere communiter imponitur pœna pecuniaria, pro homicidio uerò imponitur pœna mortis; modò Titius vulnerauit Seium, & dubitatur, an vulnus ſit lethale uel ne. Quæro, ſi procedatur cõtra Titium, an eo caſu ſit admittendus, ut compareat per procuratorem? Reſpon. Aliqui dicunt, quòd poteſt iudex hoc caſu admittere procuratorem, ſub conditione, quòd ſi Seius moriatur, habeatur pro non admiſſo. Et hanc dicit eſſe communem opin. Alex. in l. prætor ait. in princ. num. 5. & ſeq. ff. de damno infecto. Sed certè hæc practica mihi nunquam placuit, quia hoc modo, ſi poſtea ſequeretur mors vulnerati, iam reus feciſſet ſuas defenſiones abſque perſonali conſtitutione, quod eſſet ualde inconueniens; & licèt eo caſu poſſet iudex, inhærendo admiſſioni procuratoris conditionaliter factæ, decernere ꝙ tales defenſiones haberentur pro nõ receptis, nihilominus ſi ex eis appareret de innocentia rei, non uideo, quomodo poſſet eum quamuis contumacem condemnare. Propterea iudicio meo tutior eſt practica, quæ ſeruatur in hoc Ducatu, quòd ſcilicet iudex ſuperſedeat à procedendo, donec uideatur exitus, an ex vulneribus ſequatur mors, uel non. Quam etiam practicam arbitror eſſe iuri communi magis conformem, nam clarum eſt, quòd etiam ſi aliquis aliũ lethaliter vulnerauerit, ita ut certum ſit illum ex eo vulnere periturum, non propterea poteſt inquiri de homicidio, neque puniri de occiſo antequàm vulneratus moriatur, ut dicit Bar. in l. damni, §. Sabini, num. 5. ff. de damno infecto, & eſt communis opi. ut atteſtatur Cardi. Alexand. in c. 1. in prin. colum. 2. in princ. quibus modis feud. amitt. prout illum refert Placa, lib. 1. delictorum, c. 12. poſt nume. 14. Non poteſt ergo iudex contra eum procedere niſi de vulnere, & ſic ubi mors poſtea ſequatur, opus erit nouo proceſſu, & noua condemnatione, & omnia prius acta erunt fruſtratoria & nullius momenti. Bene uerum eſt, quòd in hoc Ducatu, in quo ex diſpoſitione cõſtitutionum pro vulneribus illatis animo deliberato eſt impoſita pœna mortis, utique poſſet iudex procedere, etiam non expectato euentu, ſaluo tamen iure procedendi de homicidio vbi mors ſequeretur, ex quo utroque caſu reus teneretur perſonaliter comparere, & ſic nullum poſſet ſequi inconueniens. Et hoc aliquando vidi ſeruari in caſibus atrocibus, clerici expeditione dignis.

11 Hæc autem† concluſio, ꝙ in cauſis criminalibus non ſit procurator admittendus, nõ videtur de iure communi multum præiudicij afferre poſſe imputatis de aliquo crimine, ex quo regulariter de iure cõmuni non poteſt procedi contra abſentem ad ſententiam diffinitiuam, ſed tantummodo ſit annotatio bonorum, vt dixi infra quæſt. 44. Sed quid dicendum in caſibus, in quibus abſens poteſt diffinitiuè condemnari ex forma ſtatutorum, quæ communiter vigent in ciuitatibus Italiæ & alijs, diſponentium ꝙ contumax habeatur pro confeſſo & conuicto, & poſſit capitaliter condemnari, nunquid iſtis caſibus erit admittendus procurator, qui pro ipſo abſente interueniat? Rñd. Hæc eſt ardua quæſtio, in qua doctores tam antiqui quàm moderni uariè locuti ſunt, nam Cyn. in d. l. reos, col. fin. verſicu. Tertio quæritur, C. de accu. uidetur tenuiſſe. ꝙ ubi abſens poteſt diffinitiue condemnari, ſit admittendus procurator, referens Dyn. ita cõſuluiſſe in facti contingentia. Et hanc opin. dicit eſſe communem Imola in d. §. ad crimen, nũm. 17. in fin. quem refert Corn. cõſi. 17. in princ. lib. 3. & conſil. 122. in litera F, lib. 4. & conſil. 325. quod eſt conſilium ultimum in littera G, lib. 3. & Rui. conſil. 118. in primis uerbis. lib. 5. Ang. in d. §. ad crimen, poſt nu. 4. uerſ. Nono fallit, ubi etiam ſubdit ꝙ ita practicatur ubique, quem refert Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Qui dominus iudex, ſub nume 13. Cepolla conſil. criminali 45. uerſi. Præterea dico. Abb. in d. c. ueniens, poſt nume. 19. Marian. in d. c. ueniens, nume. 54 & ſeq. Bellamera deciſ. 717. ſi clericus. Et dicit Alexan. de Neuo conſil. 90. num. 3. ꝙ hæc eſt communis opi. legiſtarum & cano. quod conſilium eſt repetitum inter conſilia criminalia diuerſorum conſ. 89. lib. 1. Dicit etiam Cyn. in d. l. reos, uerſ. Item ſcire debetis. quòd hæc eſt communis opi. maiorum noſtrorum, & quòd quicquid ſit de iure, conſuetudo Italię approbat hanc opi. & illum refert Corn. conſi. 273. in littera D, lib. 3. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quòd etiam in caſibus, in quibus poteſt contra abſentem procedi ad ſententiam

tentiam diffinitiuam, non ſit admittendus procurator, tenuit Rayn. in d.l.reos. Et dicit Bal.in ea.l. reos,nu. 25.quòd hæc eſt ueritas ſecundum omnes. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Benedic. de Plumbino in d. § ad crimen,nume.12. & ſeq. Alex. conſi. 116.nume. 18.lib.2.ubi etiam ſubdit, quòd omnes dicunt ita de facto ſeruari; quem refert Marſil. in pract.crimi.§. ſequitur, nume. 27. & Rubeus in d. §. ad crimen, nume. 61. & Vantius de nullitatibus, folio 239. num. 177.circa fi. & Prac.Conradi,fol. 262.num.5. Iaſ.in l.ſecunda,C.qui teſtam. facere poſſ. prout illum refert Rubeus in d. §.publice,num.26.Et dicit Prac. Papien.in forma inquiſitionis, in uerbo, hæc eſt quædam inquiſitio,nume.34 in fi. quòd iudices maleficiorum nolunt aliquem audire quomodocunque ueniat. Mihi ſemper placuit opi. Rayner.quòd etiam in iſtis caſibus non admittatur procurator, quæ etiam (quicquid dicant tenentes contrarium) eſt magis communis, & in practica indiſtinctè obſeruatur,vt atteſtatur Alber. pater practicæ in d.§.publice,nu. 24.Aliàs autem deſtrueretur tota practica criminalis, quum hodie ex conſuetudine totius Italiæ,pro quocunque crimine poſſit abſens (etiã ad mortẽ) condemnari, ut dixi infrà quæſtione,44. ſequeretur. n.quòd in quacunque cauſa procurator eſſet admittendus,quod eſſet(iudicio meo) abſurdiſſimum, & ita tene & ſerua in practica,& non errabis.Et in omnẽ caſum doctores tenentes contrariã ſententiam fere omnes fatentur,quòd poteſt iudex dicere ꝓcuratori,quòd vult quòd principalis ꝑſonaliter compareat,tanquã melius informatus; & quòd aſſeſſores hoc obſeruant in practica. Et hanc cautelam ponit Gandi.& alij, qua etiam ſe uti ſolitum fuiſſe dicit Ang.de malefi.in uerbo. Qui dominus iudex uidens nume.17.Illam etiam ponit Bar.in l.ſecũda, §.defendi,num. 2. ff.ex quibus cauſ.in poſſ. catur,ubi dicit,quòd hæc eſt cõmunis practica, Et hoc etiam uidetur fuiſſe ex mente Bar.in l. qui bona, §.ſi alieno, nu.16.ff.de dãno infecto,cuius opi.communiter recipitur, ut dicit Rubeus in d. §. publice, poſt nu. 31. Et ita ſeruat totus mundus, ut dicit Paulus de Caſtro in d.§.publice,nume. 12. ſubdens quòd niſi hoc fieret, nunquam daretur aliqua ſententia in criminalibus, quia ſemper mitterent procuratorem, qui cum ſuis cauillationibus obuiaret, ut dixi infra quæſt. proxima, uerſic. Quinimò ut dixi. Et ideo ubicunque citatio continet,quòd reus perſonaliter compareat,non eſt tractãdum, an poſſit admitti procurator uel excuſator, ſed neceſſe eſt, quòd ipſe reus principalis ꝑſonaliter compareat, ut declarat Ruin.in allegato cõſi.118.lib.5. Bene uerum eſt,quòd ſi talis procurator non uellet cauſam abſentis defendere, ſed tantummodo proponere cauſas abſentiæ, eo caſu utiq; eſſet audiendus. Et in hoc utriuſq; partis fautores conueniunt, ut atteſtatur Menchiaca controuerſ.uſu frequentium,c.17.nume.2. vbi dicit, quòd hæc non modò eſt communis, ſed receptiſſima omnium opi. Vide quæ dixi infra uerſi.Prædicta autem.

SED nunquid admittendus ſaltem erit excuſator, qui pro abſente compareat ad eum defendendum? Dixi infra quæſt.proxima,uerſi. Sed quod plus eſt.

12 TVSCIS, quòd† bannitus pro uno maleficio, poteſt etiã pro alio maleficio inquiri & banniri, ut dixi ſupra quæſt.16. verſic. Sed nunquid. Pone modò, quòd bannitus pro uno, citetur ut compareat pro ſecundo maleficio, nunquid poterit cõparere ꝑ procuratorem, ex quo propter primã condemnationem non poteſt perſonaliter comparere ad ſe defendendum? Reſpond. quòd nõ & ſibi imputet,ſi nõn põt perſonaliter comparere, quum id euenerit ex ſuo maleficio. ex quo nõ debet ipſe conſequi commodũ, ut effugiat executionẽ ſecundæ condemnationis, ubi ueniret condẽnandus. Debet ergo impetrare ſaluum conductum reſpectu primæ condemnationis,& perſonaliter comparere pro ſecunda ad ſe defendendum, & ita practicatur, ut dicit Blanc in prac.crim. fol. 23.nu. 102. & talis ſaluus cõductus non põt ei denegari,aliàs eſſet illi auferre facultatem ſe defendendi Et ita ſe pluries fieri uidiſſe atteſtatur Boſſ.in tit.de citat. num.39.

13 SED hic† quæro, quis poſſit huiuſmodi ſaluum condum bannito concedere? Reſpon.De principe non eſt dubium quòd poteſt illum concedere; ſed quid in iudice? Et dicendum eſt quòd & ipſe poteſt de iure illum concedere, & eſt communis opin. ut atteſtatur Blanc. in prac.crim.fol.33.nu. 15.& ſeq. Quicquid tamẽ ſit de iure, in hoc Ducatu iudices non concedunt huiuſmodi ſaluos conductus,ſed ſolus Princeps,uel ſenatus, ut dicit etiam Boſſ. in loco præallegato. Et reperio quòd quũ ꝑtor Cremonæ,

qui iuxta ſolitum erat ſenator, talem ſaluũ conductum cõceſſiſſet, ſenatus ei reſcripſit, ut poſthac abſtineret, & permitteret, ut à ſenatu peterentur, 26. Februarij 1554.

14 Debes ſcire † ꝙ ſunt aliqua delicta, pro quibus poteſt procedi etiam contra mortuos, & eorum memoria damnari, ut eſt crimen hęreſis, & alia, de quibus dixi infra q. 51. uer. Quæro nunc & ſeq. Pone ergo, ꝙ in aliquo ex illis delictis procedatur contra aliquem iam defunctum, nunquid poterunt eius hæredes conſtituere procuratorem, qui ipſum mortuum defendat? Reſpond. quòd ſic, & ita in facto obtentum fuit Romæ tempore Clementis V. coram quo fuit accuſatus de hæreſi Papa Bonifacius VIII. iam mortuus, vt recenſet Albe. in Rub. C. de hęret. num. 15. & in d. §. publicè, nu. 17. in fi. quem refert Rubeus in d. §. ad crimen, nu. 83. & ſeq. ſubdens, ab hac opi. tanquam communem non eſſe recedendum. Ceſſat enim hoc caſu ratio concluſionis & regulæ, de qua ſupra; ꝙ ſcilicet niſi reus compareat perſonaliter, iudicium poterit reddi eluſorium, nam hoc caſu neque reus poteſt perſonaliter comparere, neque in eum iam mortuum poteſt fieri executio, iuxta ea, quæ dixi in d. q. 51. verſi. Sed hic incidenter.

15 ITEM quæro, † quid ſi reus ſit pſens in iudicio, quia ſcilicet fuerit captus, uel ſpontè ſe conſtituerit, nunquid pro eo poterit procurator interuenire? Reſpond. quòd ſic. Et in hoc omnes doctores concordant, ut dicit Bal. in d. l. reos, nu. 21. C. de accuſa. quem refert Marian. in d. c. ueniens, nu. 6. Et ꝙ quando reus eſt ex illa cauſa carceratus poſſit pro eo interuenire procurator, dicit eſſe cõmunem opin. Imola in d. § ad crimen, nu. 18. & ſeq. ubi etiam ſubdit, ꝙ ita ſeruat conſuetudo, quem refert Anto. Gomeſ c. j. delictorum, num 14. licet dicat, ꝙ cauti iudices faciunt actus proceſſus cum ipſiſmet carceratis; ſubdens quòd ita eſt communis uſus & ſtylus in practica, quod tamen intellige ſecundum ea, quæ ſtatim dicam. Areti. in d c. ueniens, nu. 74. Cardin. Alex. in c. ſi quando, col. quarta. uerſic. Sed tenendo quę. 6 Rubeus in d. § ad crimen, nu. 68. & ſeq. Menchiaca controuer. vſu frequentium, c. 17. nume. 4. in fin Ita etiam communiter teneri & ſeruari atteſtatur Abb. in d. ueniens, nume. 20. Et dicit Barto. in d §. ad crimen, nume. 10. quòd ita approbat conſuetudo, quem refert Benedic. de Plumb. in d. §. ad crimen, nume. 37. Idem dicit Bald. in l. reos, num. 40. in fi. Tu uerò ne erres, diſtingue etiam ex mẽte doctorum in locis prællegatis; & dic, ꝙ Aut quæritur, an quando reus eſt perſonaliter in iudicio conſtitutus, poſſit admitti pro eo procurator ad reſpondendum accuſationi, uel inquiſitioni, uel interrogationib. quæ ei fiunt à iudice ſuper delicto, ſiue in primo examine, ſiue in alijs, ſiue in tortura. Et tũc dicendum eſt, ꝙ nullo modo poteſt pro eo procurator interuenire, ſed debet perſonaliter duci ad bancum iuris, uel ad locum tormentorum, & per ſe ipſum reſpondere. Et ita practicatur, ut dicit Ang. in d. §. publicè, poſt nu. 5. quem refert Pau. de Caſtro in eo. §. publicè, nume. 9. & Ang. de malefic. in verbo. Quid dominus iudex uidens quòd inquiſiti, nu. 12. Ita etiam practicari atteſtatur Ang. in d. l. reos. nu. 2. i fi. Aut quæritur, an poſſit procurator interuenire ad alios actus cauſæ, puta ad opponen. exceptiones, producendum capitula, & alia faciendum in ipſa cauſa. Et dicendũ eſt quòd ſic, & ita dicit ſe pluries obtinuiſſe, & uidiſſe de facto obſeruari Albe. in d. §. publicè, poſt nu. 18. uerſi. Item quęritur an ſaltem. Benè uerum eſt, quòd nõ ſemper cõſtituitur ad hoc procurator cum mandato, ſed quilibet defenſor pro carceratis admitti ſolet, prout etiam practica obſeruari atteſtantur Blan. in pra. crim. fol. 24. nu. 65. quæ tamen practica mihi nunquam placuit, quia talis defenſor ſiue procurator ſine mandato, poteſt quidem prodeſſe reo, ſed non obeſſe, quod eſt in maximum præiudiciũ fiſci & accuſatoris, propterea non deberent iudices ipſos admittere ſine legitimo mandato; & non ſunt multi dies, quòd quidam carceratus petebat tolli de proceſſu quendam comparitionem factam per eius aduocatum, quæ continebat quædam ſibi præiudicialia, aſſerens, quòd ille aduocatus nullum ab eo mandatum habebat, licèt ſenatus id ei concedere noluerit; ſenatus tamen vult ita obſeruari, ut ſcilicet admittantur huiuſmodi defenſores carceratorum, etiam ſine mandato: & quum quidam prætor reijceret quendam defenſorem ex cauſa, quia non haberet mandatum, reſcripſit illi prætori Senatus, ut oĩno ei traderet copiã indicioꝝ, neque poſtea aliquẽ ex ea cauſa reijceret, 2. Septembris 1558. P. N. Et ideo ita ſeruandum eſt. Aut uerò quæritur, an poſſit conſtitui procurator ad ſententiam audiendam. Et hoc cauſu dicit

cit Rubeus in d. §. ad crimen, nume. 82. ꝙ omnes concludunt, ꝙ non; & verum dicit loquendo de iure, nam debet reus eſſe præſens ad audiendam ſententiam, ut dixi ſupra quæſt. proxima, verſi. Sed hic quæro. qđ tamen in multis locis non ſeruatur, & præſertim in hoc Ducatu, vt ibi dixi.

16 Prædicta autem † concluſio, ꝙ in cauſis criminalibus non ſit procurator ꝓ reo abſente admittendus, intelligenda eſt vt procedat quantum ad hoc vt talis procurator non poſſit ipſius rei abſentis defenſionem ſuſcipere, ſed ſi velit allegare cauſas abſentiæ, vtique admittitur. Et hoc tenent omnes, vt dicit Ana. in d. c. veniens, nume. 13. Dicit ẽt Ang. in d. l. reos. circa principiũ, C. de accuſatio. ꝙ iſtud tenent omnes indifferenter. Et ita ſeruatur, vt dicit Carauita ſuper ritu 105. magnæ curiæ, nu. 2. Neque hoc caſu facienda eſt differentia, an habeat in ſpecie mandatum ad allegandas cauſas abſentiæ, an autẽ habeat ad cauſam ipſam proſequendam, nã vtroque caſu eſt admittendus. Et ita tenent communiter doctores, vt dicit Ana. in loco præallegato, nu. 14. Vide quæ dixi ſupra verſicu. Hæc autem circa finem.

17 Idemque † ſi talis procurator velit proponere, ꝙ reus citatus habet in eo loco, ad quẽ citatur, capitales inimicitias, nam & eo caſu erit cum mandato audiendus. Et eſt communis opi. vt dicit Marian. in d. ca. veniens, poſt nume. 68. ver. Circa primam, quem refert Boſſ. in ti. an in crim. iud. nu. 12.

18 Pariter etiã † eſt admittendus, ſi velit proponere aliquas exceptiones dilatorias, ſeu declinatorias, aut aliquas alias ex his, quæ ante litis conteſtationem proponi ſolent; puta ꝙ accuſator ſit infamis, vel excommunicatus, vel alias inhabilis ad accuſandum, vel quòd iudex ſit incompetens, vel excommunicatus, vel huiuſmodi. Ita dicit Bar. in d. §. ad crimen, cum quo tenent omnes, vt dicit Imola ibi, prout illum refert Boſſ. in titu. de carce. fideiuſſ. comm. nu. 16. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Benedic. de Plumb. in d. §. ad crimen, numero 52. Hoc tamen intelligendum eſt vt procedat, dummodo talis exceptio nihil ad ipſum crimẽ pertineat, ſecus autem ſi exceptio oponeretur quidẽ ad proceſſum, ſed tãgeret etiam ipſum delictum; puta quia diceret, quòd aliàs de ipſo crimen fuit abſolutus, uel huiuſmodi, non enim eſſet ad tales exceptiones proponendas admittendus. Ita dicit Bart. in d. §. ad crimen, numero 19. Et eſt communis opin. vt ait Rubeus in eo. §. ad crimen, numero 114. niſi talis exceptio eſſet notoria, nam eo caſu vtique eſſet admittendus ſecundum Barto. in loco præallegato. Et ita communiter tenetur, ut dicit Nellus de bannitis, in ſecunda parte ſecundi temporis, q. 14. quem refert Boſſ. in titu. præallegato, de carce. fide iuſſ. comm. numero 16. in fin. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Are. in d. c. veniens, nume. 19. & ſequen. quem refert Boſſ. in loco præallegato, poſt numerum 13. Bero. in d. c. veniens. numero 29. & ſequen. Quando uerò talis exceptio mixta eſt dubia, tũc non poteſt per procuratorem proponi, vt dicit Barto. in loco præallegato, & eſt communis concluſio, vt atteſtatur Berous in d. c. veniens, nume. 32.

19 Quæro modò, † pone, quòd aliquis interfecit bannitũ, qui ex forma ſtatutorum poterat impune occidi, & ex hoc homicidio contra eum proceditur, nunquid admittetᷣ procurator ad proponendam huiuſmodi exceptionem banni? Reſpond. quòd ſic, ita tenet Bar. in l. vbi pactum, numero 10. C. de tranſact. quem ſequuntur omnes Doctores, teſte Marſi. 73. nume. 76. ubi ſubdit, ſe hanc doctrinam millies practicaſſe & obtinuiſſe. Ita etiam ſentire communiter doctores atteſtatur Gand. de malefi. in Rubrica, vtrum procurator &c. circa fi. Nellus de bannitis. in ſecunda parte ſecundi temporis, quæſt. 14. vbi dicit, quòd ita cõmuniter tenetur, quẽ refert Marian. in d. c. ueniens, poſt num. 76. Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Alber. in quarta parte ſtatutorum, quæſtio. 58. numero 14. Quinimò non tantum procurator, ſed etiam quilibet de populo poſſet comparere, & talem exceptionem banni proponere, ut dixi ſupra hoc eodem libro, §. Homicidium, verſiculo. Item ſcias. Hęc tamen intelligenda ſunt vt procedant, quando ex ſola productione banni efficeretur notorium, quòd talis offenſus erat bannitus, nam eo caſu vtique eſſet admittendus procurator ad ipſum bannum exhibendum. Sed ſi requireretur aliqua aliæ extrinſeca probatio, tunc non admitteretur procurator, & ita communiter tenetur, vt dicit Rum. conſi. 9. poſt nume. 2. verſi. Secundo prædicta confirmantur, lib. 5. In hoc tamen ducatu non admittitur procurator ad exhibendũ bannũ, niſi reo in carceribus

ribus conſtituto, prout etiam ſeruatur in regno Neap. vt videri poteſt apud Carauitam ſuper ritu. 269. magnæ curiæ, nu. 3. Et ita ex preſſe reſcripſit ſenatus prætori Fontaneti 7. Martij. 1559. P. N. Multi.n. ſunt caſus, in quibus bannitus non poteſt impune offendi, vt dixi in allegato §. Homicidium, verſi. Sed hic quæro, & alijs ſeq. Et ideo ne ſi homicida eſſet condemnandus, condemnatio ipſa redderetur eluſoria, cogitur ipſe ad perſonaliter cōparendum, ſed deinde legitimè conſtito de banno, citato fiſco & proximioribus interfecti, & ꝙ licite offendi potuerit, ſtatim reus liberatur. Bene verum eſt, ꝙ ſi plures interficiant bānitū, & aliquis ipſorū perſonaliter compareat, & exhibito banno, oſtendat illum impune occidi potuiſſe, poſſunt deinde alij ſocij admitti ad comparendum & exhibendum bannum, abſque eo ꝙ ſe perſonaliter conſtituant. Et ita reſcripſit ſenatus prætori Papiæ 1560. P. N. in cauſa cuiuſdam Antonij Noſini capitaliter condemnati & banniti, quod nota.

20 QVÆRO, an † in cauſa nullitatis ſententiæ criminalis admittatur procurator? Reſpond. Benedic. de Plumbi. in d. §. ad crimē, nu. 99. refert, quod Bal. quē appellat doctorē ſuū, tenuit quòd ſic. & quòd dicit ita quotidie practicari. Quā opi. etiam ipſe ſequitur, dummodo agatur ſolummodo de nullitate ſententiæ, non autem de iniquitate, & dicit ſe ita iam obtinuiſſe de facto. In hoc autem Ducatu ſeruatur totum contrarium, nullus enim admittitur ad dicendum de nullitate, niſi ſe perſonaliter conſtituat, quando non vult demonſtrare nullitatem ex ipſimet actis reſultantem, ſed per alias extrinſecas ꝓbationes, & hoc vt ſi in ipſis probationibus deficeret, poſſit contra eum ſententiam mitti executioni. Et reperio etiam, quòd Afflic. ſecunda parte conſtitutionum Regni, Rubrica tertia, nu. 27. in fi. dicit, quòd vidit prouinciari aliquas ſententias criminales nullas, puta quia eſſent latæ contra clericū, vel per errorem, dummodo talis nullitas allegetur per ipſummet principalem, & non per aliquem ſuum procuratorem, vel coniunctam perſonam.

21 TV SCIS, † quòd in cauſis criminalibus aliquando dicitur procedi per viam exceptionis, ut dixi ſupra q. 19. uerſi. Per exceptionem. Quæro, nunquid in hmōi cauſis poſſit procurator interuenire? Reſpon. Aut exceptio criminalis tendit ſolummodo, ad repellendum accuſatorem ab accuſatione, vel teſtem à teſtificando, vel impediendam miſſionem in poſſeſſionem prælati ad dignitatem vel beneficium, ad quod eſt promotus, vel huiuſmodi. Et hoc caſu vtique poteſt admitti procurator, talis enim cauſa non dicitur criminalis, vt ibi dixi, ſed ciuilis, meritò eſt procurator admittendus. Et ita concludunt omnes doctores, ut dicit Foller. in Prac. crim. cano. fol. 104 nu. 3. Aut uerò exceptio tendit etiam ad puniendum, puta quia proponendo exceptionem criminis petatur non modò accuſatorem aut teſtem repelli, ſed etiam puniri, & tunc non eſt admittendus procurator, quia in huiuſmodi exceptione ipſe accuſatus ſiue excipiens aſſumit partes accuſatoris. Et ita concludunt omnes doctores, ut dicit Blāc. in prac. crim. fol. 25. Vide quæ dixi in allegata quæſt. 19.

22 QVÆRO, nunquid † ea, quæ dicta ſunt in reo, habeant locum etiam in accuſatore ſeu denunciāte, vt ſcilicet neque ipſi poſſint in cauſis criminalibus procuratorem conſtituere? d Reſpond. Albericus. in d §. publice, poſt nume. 18. tenuit, quòd non poſſunt conſtituere procuratorem, quia quod non licet accuſato, neque etiam licere debet accuſatori. Et dicit Rubeus in d. §. ad crimen, numero 7. quòd hæc videtur crebrior & ſolidior ſententia, ſed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur in practica, ut dicit Carauita ſuper ritu 108. magnæ curiæ, nu. 3. in fi. ſemper enim admittuntur procuratores querelantium ſiue accuſatorum, etiā in cauſis capitalibus, & meritò; ceſſat enim ratio communis, de qua ſupra, verſic Ratio autem. quòd ſcilicet iudicium redderetur eluſorium, ex quo pœna talionis hodie eſt ſublata, ut dixi infra quæſt. 81. Et ideo neque etiam coguntur hodie accuſatores ad ingrediendum carceres, vt dixi ſupra quæ. 18. verſi. Quando deinde. non enim agi poteſt de aliqua executione perſonali contra ipſum accuſatorem facienda. Vnum tamen nota in hoc propoſito, quòd ſi ipſe accuſator non poſſet, ſi eſſet ab alio accuſatus, per procuratorem comparere ad ſe defendendum, puta quia eſſet bannitus, vel accuſatus de aliquo crimine, pro quo non poſſet ſe per procuratorem defendere, eo caſu non poſſet neque etiam per procuratorem aliū accuſare. Ita allegatur tenere Bald. in l. reos. C. de accuſatio. Et dicit Nell. de bannitis. in tertia parte ſecundi temporis, quæſt. 68. ꝙ

68. ꝙ ita ſeruatur, prout illum refert Cepol la conſi. crim. 20. col. 2. verſicu. Imò plus di co. Et ſic hoc caſu eſſet ſeruanda in practica communis opinio, quod nota.

23 Pone, † quòd in cauſa criminali comparuerit procurator, & contra eum nihil fuerit oppoſitũ, ſed fuerit admiſſus ad defendendum reum, quum tamen de iure admitti non deberet, nunquid proceſſus ſuperinde agitatus ualebit, an autem erit ipſo iure nullus? Reſpond. In hoc articulo uariæ fuerunt ſcribentiũ opiniones, nam glo. in c. 1. in verbo, criminalis. de iudi. in ſexto, tennit ꝙ talis proceſſus ualeat, & dicit Bal. in d. §. publicè, poſt nu. 6. uerſi. Vlterius quæro, ꝙ hæc opin. per omnes canoniſtas approbatur. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Bal. in l. ita demum, poſt nu. 4. C. de procu. quẽ refert Bertrand. conſi. 358. circa principium lib. 4. quod eſt duplicatum in conſi. 1. nu. 2. lib. 5. & Feli. in c. meminimus, nu. 18. de accuſatio. & Vãtius de nullitate, fol. 239. nu. 177. & Dec. in l. in ambiguis, § non eſt nouum, num. 11. ff. de reg. iur. & conſi. 469. in fi. & Marſil. in pra. crim. §. ſequitur, poſt nu. 17. & Prac. Conradi, fol. 264. in fi Corſetus in uerbo procurator, in ſing. incip. licet qs. Et dicit Imola in d. §. ad crimen, quòd ita ſeruatĩn practica, prout illũ refert Rubeus in eo. § ad crimen, nu. 99. Contrariam autẽ ſententiam, ſcilicet quòd imò etiam ſi non fuerit oppoſitum contra procuratorem, nihilominus proceſſus factus eo interueniente, in caſibus in quibus de iure admitti non debebat, ſit ipſo iure nullus, multi etiã tenuerunt, adeò quòd Gomes. in d. c. 1. poſt nu. 80. verſi. Quid tenendũ, dixit quòd opi. contra illam glo. ſibi uidetur magis communis, quem refert Menchiaca, Cõtrouerſ. vſu frequentium, c. 20. poſt nu. 5. & ante eum Aretin. in d. c. veniens, poſt num. 87. dixi, quòd hæc eſt cõmunior opi. qđ uerbũ pro ſingulari refert, & idem atteſtatur Rubeus in d. §. ad crimen, nu. 231. Ant. Gomes. c. 1. delictorum, nu. 16. Ego uerò dico ſic; Aut delictum eſt tale, pro quo nõ poteſt procedi, niſi ad querelam partis, & tunc procedat opi. glo. pars enim ipſa ſibi imputet, ſi non oppoſuit contra procuratorem, & fecit ipſum repelli. Aut uerò ex eo delicto poterat etiã procedi ex officio, & tunc licèt non fuerit oppoſitum, proceſſus factus per procuratorem, qui non erat admittendus, eſt nullus, quia partis aut iudicis malitia, negligentia, aut imperitia non debet iuri publico nocere. Et dicant doctores quicquid uelint, conſuetudo ita obtinuit, quòd omnia geſta per procuratorẽ ĩ cauſa criminali, ubi agatur de pœna corporis afflictiua, ſint ipſo iure nulla.

24 VLTIMO quæro, † in caſibus, in quibus procurator in cauſis criminalibus admittitur, an ſñia ferenda ſit contra dominum abſentem, an autem contra procuratorem præſentem? Reſpondeo. In hoc puncto uariæ fuerunt doctorum opiniones, propterea ad omne dubium euitandum vſus obtinuit, ꝙ vterque condemnetur. Et ita de facto ſeruari, & ſecundum uſum curiarum, atteſtatur Iaco. de Beluiſ. in prac. crim. in uerbo, criminaliter condemnari, n. 3. Menchiaca, Cõtrouerſ. uſu frequentium, c. 20. poſt. nu. 1.

ADDITIONES.

a Admittendi.] Adde, in quibus caſibus procurator pro reo crimino ſo in iudicijs interuenire non poteſt, & in quibus poteſt, pleniſſimè explicatum per Iacob. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſtione 80. & lib. ſecundo. centur. 3. caſ. 264. Item ſcias, quòd in caſibus, in quibus non eſt admittendus, quod ſi admittatur, ualet proceſſus. Craue. conſilib 220. numero quarto. Item, quòd accuſatus de crimine expilatæ hæreditatis poſſit ſe per procuratorem defendere, & opponere exceptiones cõcernentes accuſationis ineptitudinem, & cauſæ merita, conſultum uide per Cœpol. conſilio crimin. 71. & quòd clericus contra quem Epiſcopi Vicarius de homicidio vult procedere poſſit ſe per procuratorem defendere, uide per eundem conſi. ſequenti, & quando dubitatur, an debeat admitti, & ſuper iſto articulo ſtante ſtatuto loci, quod admittatur, vide per eundem in conſi. 73.

b Arbitrio iudicis.] Adde, quòd Ancha. eius conſilio 172. quem refert, comprobat, ac ſequitur Crauo. eius conſil. 224. colum. ſecunda uerſicu. illud non omitto, tenet: quòd ubi ſumus in delicto, cuius pœna corporalis ad effectum produci non poteſt, ne procurator admittatur, quod nota.

c In iudice.] Adde, & uide per Iacob. Menoch. de arbit. iudi. libro primo, quæſtione 81. & libro ſecundo. centu. 4. caſ. 337. num. ſecundo, & per totum deinde; poſito prius, quòd iudicis arbitrio puniendus eſt, oſſendens ſaluum conductum habentem, extẽdit duobus

duobus modis,ac declarat ſeptem, vide ibi.
Sed cautus eſſe debet impetrans ſaluũ conductum, ut illum publicari faciat, atq; poni in loco,in quo apparet bannitus, ne ſub prætextu banni offendatur. Vt docet Boſſ. titu. de citatio. nume. 36. & in materia faciendi ſaluum conductũ bannito, vide per Afflict. deciſ.4.

d Procuratorem cõſtituere.] Adde, vide qñ procurator accuſatoris nomine poſſit in iudicio interuenire , diligẽter explicatum per Iacob.Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.79.

Quæſt. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Excuſator an poſſit in cauſis criminalibus interuenire.*

2 *Et quid in caſibus , in quibus poteſt abſens diffinitiuè condemnari, verſicu. Sed quod plus eſt.*

3 *Et an audiendus ſit excuſator ſine mandato, verſi.Sed nunquid.*

4 *Et an teneatur præſtare fideiuſſionem deſiſtendo principali in iudicio , verſicu. Quaro nunquid.*

5 *Et an audiatur pater pro filio, dominus pro ſeruo,abbas pro monacho,ciuitas pro ciue.dominus pro ſubdito.epiſcopus pro clerico, vxor pro viro,&c.verſ.Vltimo quaro.*

HACTENVS de procuratore dictum eſt, nunc de excuſatione videamus . Sciendũ
1 eſt autem, ꝙ † regulariter in
omnibus & quibuſcunq; cauſis criminalibus,in quibus poteſt contra abſentem procedi, ſemper admittitur excuſator. Et hæc quidem concluſio de plano procedit, quando talis excuſator non proponit aliquas defenſiones ipſius rei,ſed tãtummodo allegat eius abſentiam, nam eo caſu vtique admittitur . Et ita communiter ſeruari in iudicijs atteſtatur Alber. in d.§. publicè, poſt nu. 16. Idemq; ſi alleget infirmitatẽ ipſius rei, vel carcerationẽ in alio territorio, vel alia impedimenta, propter quæ non poſſet reus, etiam ſi uellet perſonaliter comparere ; nã ad proponendas hmõi exceptiones
quilibet admittitur. Ita tenet Bar.in d.§.ad *
crimen, nume.16. & eſt communis opin. ut ait Marian. in d.c.veniẽs,nu.67.de accuſ. Et in hoc non videtur eſſe difficultas , quia ad has exceptiones proponendas etiam procurator admitteretur, ut dixi ſupra uerſi Prædicta autem . Fortius etiam ſentire videtur Alber.in d.§.publicè. poſt nu.25. verſic. De ſecundo genere, ꝙ ſecundum communem opin. debeat admitti excuſator etiam ad media cauſæ, & aliquos articulos incidẽtes.

2 SED quod † plus eſt, multi etiam tenuerũt, ꝙ in omnibns caſibus, in quibus abſens poteſt diffinitiuè condemnari, ſit admittendus excuſator abſolute , etiam ad probandũ
eius innocentiam . Et hanc opin. dicit eſſe
* magis communem Areti. conſil. 146.nu. 6.
vbi loquitur etiam , quando talis excuſator comparet poſt primum bannum,ex quo virtute ſtatuti contumax habetur pro confeſſo,& Aretin.refert, & ſequitur Marſil.conſi. 39.numi.30. & conſil.73.nu.39. & conſi. 81. nu.57.& conſi.90.uu.3. & in prac. crimi.§. ſequitur,nu.46.relatus & ipſe per Prac.Cõradi , fol. 264. in 27. limitat. & apoſtil. ad Ang de maleſi. in uerbo . Qui dominus iudex,ſub num.13. Hanc etiam opi atteſtatur eſſe magis communem Cepoll. conſil crim. 51.circa med. Iaſ.in l.hi qui, nume.7.C qui teſta facere poſſ. quem refert Rubeus in d. §. ad crimen,num.172. & Gomez Arias ſuper lege 74. Tauri , nume. 49. & Nouel. in trac.ad defenſam fol. 21.num. 10. Refert etiã Alex. conſi. 4 nume.1.& ſeq lib.6. ꝙ Imola in d.ca. veniens,col.27.de accuſatio. (cuius tamen lecturas ſuper quinto decretal. ego non habeo) dat hoc pro cautela. quam dicit ſe tunc proximis diebus ſeruaſſe,& aliàs uidiſſe Bononiæ obſeruari , ꝙ ſcilicet compareat aliquis ad defenſionem abſentis tãquã inſtructor uel informator de defenſionibus ipſius abſentis. Et dicit Alex.in d.conſi 4 ꝙ omnes fatentur talem excuſatorem, qui nõ compareat tanquam procurator cum mandato,ſed vt quilibet de populo ad inſtruendum curiam, vel vti ſimplex defenſor, poſſe & debere admitti, ſubdens ꝙ idipſum fecerat ipſe quoque pluries ſeruari , & quòd ita communiter practicari & ſeruari uidit. Refert etiam Ana in eo c.veniens,nu.22. Imolam ibi dicentem, quòd licet quo ad procuratorem ſint opiniones, tamen in excuſatore ita omnes tenent , & illum refert Marſil. conſi.60.num.23. Hanc etiam opi. dicit te-
* nere communiter omnes doctores, legiſtas
& cano. Cepol. conſi.crim. 47.circa fi. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Gramma. conſi.

conſ.ciuili.37.num.10. quem refert Viuius
in lib.communium opin in verbo.Procura-
tor in capitalibus. Ratio autem huius con-
cluſionis per ſupradictos doctores allegat,
quia iudex debet omnibus modis veritatẽ
indagare, & ex officio perquirere de inno-
centia rei, etiam nemine petente, prout eſt
communis opi.ut dicit Alber.in l.tertia. C.
de his qui ad eccleſ. confu. ita relatus per
Brun.conſi feudali.69 nu. 2. Et hoc indubi-
tatum eſſe atteſtatur Aret.in conſi. præalle-
gato, quem refert Marſi.in d conſi.60 num.
22. Eadem igitur ratione dicendũ videtur,
vt quod poteſt iudex à ſe ipſo facere, idem
etiam ei facere liceat, iſto excuſatore aut
quolibet alio ſubminiſtrante teſtes & indi-
cia, ex quibus rei ipſius innocentia detega-
tur. Et ita hanc eſſe communem opin.atte-
ſtatur Gratus conſi.98 num.8.lib.1.Et ideo
doctores præallegati dant cautelam, ꝙ com-
pareat iſte excuſator, ſiue alius quilibet ter-
tius, qui det in ſcriptis iudici ad partem ſu-
per aliqua cedula nomina teſtium, qui de-
berent examinari ad probandam innocen-
tiam rei; & dicũt ꝙ iudex tenetur illos exa-
minari facere. Et hoc modo reus faciet ſuas
defenſiones abſque eo, ꝙ perſonaliter com-
pareat. Et hanc cautelam ponit Cepolla cau
tela 68. & dicit Blanc. in prac. crimi.fol.22.
nu.58.& fol.158. cautela 11. ꝙ ita practica-
tur, & practicari poteſt. Sed certe hæc opin.
mihi nũquam placuit, hoc enim modo pro-
culdubio deſtrueretur tota practica crimi-
nalis, nam nullus inquiſitus uel accuſatus
compareret perſonaliter ad ſe defendendũ,
ſed uel ex officio, uel per huiuſmodi excu-
ſatorem faceret teſtes ad ſui defenſionẽ exa
minari, abſque ullo capitis ſui periculo. Et
ita nunquam reus poſſet examinari, neque
torqneri, nec vlla condemnatio exequi; quę
omnia, iudicio meo, ſunt ualde abſurda &
ridicula, & miror, quòd tot tanti doctores
illam opinionẽ tenuerint, aut ſeruauerint,
quæ certe in hoc Ducatu nõ modò non ob-
ſeruatur, ſed in omnibus curijs adeò receſ-
ſit à practica, quòd ſi aliquis aduocatus ſu-
per ea inſiſteret, proculdubio non ſine riſu
exploderetur.

QVINTIMÒ, vt dixi ſupra quæſt. pro-
xima, verſi Hæc autem, omnes fere faten-
tur ꝙ poteſt iudex dicere excuſatori, ſe vel-
le & principalis perſonaliter compareat tan
quam melius informatur, ut etiam uidea-
tur quo vultu, & qua trepidatione loquatᷣ,
ſecundum nota in l.fi. C. de procur. Et hoc
non negat uelle & ſeruare communem pra
cticam Cepolla in d. conſil. 51. circa princi-
pium. à qua nullo modo eſt recedendum,
quicquid ipſe Cepolla ibi in contrarium al-
leget.

3 Sed nũquid † excuſator, qui aliquas excu-
ſationes vult proponere, eſt audiendus ſine
mãdato? Reſpon. Aliqui ſimpliciter dicunt,
ꝙ requiritur mandatum, & ꝙ talis excuſa-
tor tenetur iurare, ꝙ habet in mandatis ab
abſente illum excuſandi, aliàs non auditur.
Et dicit Prac. Iodo.c.25.nume.4. ꝙ ita pra-
xis ipſa vſu recepit. Alij verò dicunt, ꝙ ſi qui
dem vult proponere excuſationes neceſſa-
rias, puta, ꝙ reus eſt infirmus, vel ꝙ eſt in
alio loco carceratus, & tunc admittitur etiã
ſine mandato, ſed ſi uelit allegare alias ex-
cuſationes probabiles; puta, ꝙ itinera non
ſunt tuta, uel ꝙ reus in eo loco habet inimi
citias, tunc non auditur ſine mãdato. Ita te-
net Bar. in d.§.ad crimen, num. 18. Et hanc
dicit eſſe communem doctorum ſentẽtiam
Rubeus in eo §.ad crimen, num.201.& nu.
212. in fi. Alij autem indiſtincte tenent, ꝙ
excuſator allegans quaſcunque cauſas ab-
ſentiæ probabiles, licet non neceſſarias etiã
ſine mandato ſit admittẽdus. Et in hoc opi.
Bart. communiter reprobari atteſtatur Car
di.Alex.in c.ſi quando, numero 21. ſecunda
quæſt.ſexta. Et hæc opi. contra Bar. eſt ma-
gis æqua, & mihi magis placet, dummodo
abſit calumnia, & tales exceptiones concer-
nant tantummodo factum, ſecus autẽ ſi con
cernerent etiam ius, puta declinatoriã fori,
uel huiuſmodi, nã eo caſu ſequerer op.Bar.
ut ſ. nõ eſſet talis excuſator ſine mãdato ad
mittẽdus. Et hęc omnia, procedũt niſi aliter
cõſuetudine receptũ eſſet, à qua (vt ſæpe di
xi) nullo modo arbitror eſſe recedendum.

4 QVARTO, nunquid † excuſator, qui
comparet teneatur præſtare fideiuſſionem
de iudicato ſoluendo, uel de præſentando
ipſo inquiſito? Reſpond. Si quidem compa-
ret ut defendat inquiſitum, tenetur ſatiſda-
re; aliàs non auditur, ſed ſi tantummodo ex
cuſat eius abſentiam, non tenetur ſatiſda-
re. Et ita communiter tenetur & ſeruatur,
vt dicit Alber.in d.§. publice, nume. 12. in
fi. Hanc etiam dicit eſſe ueriorem & cre-
briorem ſententiam Rubeus in d. §. ad cri-
men, nume. 114. quòd ſcilicet non tenetur
cauere, nec de iudicio ſiſti, nec de iudicato
ſoluendo, licet in ea quæſtione uideantᷣ cor

rupia verba ipſius Rubei. Idem atteſtatur Menchiaca controuer. vſu frequen. c. 17 nu. 8. Illud tamen, quod dictum eſt de defenſione, ceſſat ſecũdum meam opinionem, & practicam huius prouinciæ, ꝙ ſcilicet nullo modo admittatur excuſator ad rei defenſionẽ, vt dixi ſupra ver. Sed quod plus eſt.

5 Vltimo quæro, † quid ſi pater aut dominus pro ſeruo vel filio inquiſitis cõpareant ad eorũ defenſionem ſuſcipiẽdam, nunquid debeant admitti? Reſpon. ꝙ ſi compareant non tanquam procuratores aut defenſores eorum, ſed pro intereſſe ſuo, utiq; ſunt admittendi. Et ita tenent communiter canoniſtæ, vt dicit Rimin. conſ. 13. num. 1. Hanc etiam dicit communem opi. Bald. quem refert Baptiſta à ſancto Blaſio inter cõſilia criminalia diuerſorum conſi. 77. num. 8. lib. 2. Marian. in d. ca. Veniens, poſt num. 87. verſi. Tu aduerte. Et ꝙ admittatur pater pro filio, dicit eſſe communem opi. tam legiſtarum, quàm canon. Alexand. de Neuo conſi. 90. nume. 2. quod eſt repetitum inter conſilia criminalia diuerſorum, conſi. 89. lib. 1. Dicit etiam Cæpolla conſi. criminali 75. in primis verbis, ꝙ hæc eſt communis Doctorum ſententia: vt ꝙ ita communiter obſeruatur & practicatur in iudicio. & conſ. cri. 55. verſ. Dixi tertiò. dicit ꝙ hanc opi. ſequuntur omnes ſcribentes in materia, & conſi. crim 47. ver. Sed prædictis. dicit, ꝙ communiter omnes Doctores ita concludunt. Et ꝙ dominus admittatur pro ſeruo, voluit glo. in l. 2. in glo. fi. C. de accuſatio. quam dicit eſſe communiter approbatam, Rimin. conſi. 17. num. 9. Et generaliter dicit Boſſ. in titu. an in cri. iud. nu. 17. quòd dominus pro ſeruo, pater pro filio, vxor pro viro, abbas pro monacho, Epiſcopus pro clerico, princeps pro ſuo ſubdito, ciuitas pro ſuo ciue, & ſimiles poſſunt pro intereſſe proprio, non autem nomine ipſorum uocatorum ad iudicium venire, & eos defendere. Et dicit ꝙ hæc eſt communis omnium opi. Ideo dicit Blanc. in pract. cri. fol. 23. nume. 62. ꝙ practica eſt, quòd pater volens facere defenſiones pro filio, compareat coram iudice, prius ſibi facto ſpeciali mandato per ipſum filium de confitendo delictum: & quòd deinde pater confitendo delictum faciat defenſiones filij, probando, puta quòd homicidium fuit caſu commiſſum, vel ad neceſſariam defenſionem, vel ꝙ mortuus non deceſſit ex vulnere, & ſubdit ꝙ ita ſeruatur in practica. Poterit fortè hæc practica obſeruari in locis, in quibus viget talis conſuetudo; ſed in hac prouincia hæc reputarentur ſomnia, ſi proponerentur coram iudicibus, nam (vt ſæpe dixi) vbi ingeritur pœna corporalis, nullus auditur pro eo, niſi perſonaliter compareat, & ita ſeruando non errabis. Benè poſſet pater, ſi filius accuſatus aut inquiſitus eſſet clericus, comparere & declinare forum. Et ita dicunt Doctores, vt ait Bal. in l. 1. nu. 31. C. de accu. Credo etiam, quòd non modò priuilegium clericatus, ſed quodcunque aliud, ex quo notoriè appareret citatum non eſſe ſubditum iudicis citantis, poſſet per procuratorem, vel excuſatorem exhiberi.

Quæſt. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ excuſationes in cauſis criminalibus proponi poſſint.*
Et quid de excuſatione abſentiæ, ibid.
2 *Et quid ſi non allegetur in ſpecie aliqua cauſa abſentiæ, verſ. Sed pone.*
3 *Et an teneatur illam probare, verſicu. Sed nunquid.*
4 *Et quid in excuſatione infirmitatis, verſi. Dixi etiam.*
5 *Et quid ſi allegetur timor inſidiarum, verſicu. Allegatur etiam.*
6 *Et quid de excuſatione carcerationis, verſicu. De carcerato.*

1 DICTVM eſt † de excuſatore,
2 nunc de excuſationib. *a* quæ ab ipſis excuſatoribus proponuntur, aliqua ſubijciamus; & in primis quidem de abſentiæ excuſatione, quæ in iudicijs ſæpe proponi ſolet. Scias autem, quòd multiplex eſt abſentia, ſcilicet neceſſaria & probabilis ſimul, neceſſaria tantum, probabilis tantum, & voluntaria. Neceſſaria & probabilis publica dicitur, quando quis abeſt ex cauſa publica, puta principis aut ciuitatis. Et hoc caſu debet iudex ſuperſedere à procedendo contra reum, donec cauſa ipſa ceſſet: & ſi (ea non attenta) procederet ad vlteriora, proceſſus eſſet ipſo iure nullus. Neceſſaria tantum eſt, qñ quis abeſt, puta quia eſt bannitus. Et hoc caſu non eſt ſuperſedendũ, ſed poteſt ad vlteriora procedi,

tali abſentia non obſtante, quum ex facto & culpa ſua proceſſerit, & ideo ſibi imputet. Benè poteſt impetrare ſaluum cõductũ iuxta ea quæ dixi ſupra q. 32. verſi. Tu ſcis, ꝙ bannitus. Probabilis uerò cauſa abſentiæ eſt, quando quis abeſt púta ex cauſa ſtudiorum, vel mercaturæ, uel peregrinationis ob deuotionem, uel huiuſmodi. Et tunc facta fide de abſentia, debet iudex ſtatuere terminũm competentem, iuxta diſtantiam loci, ad ipſum abſentem certiorandum ac præſentandum; quo elapſo poterit ad ulteriora procedere, ipſo reo ulterius non expectato, & proceſſus ualebit. Cęterùm ſi iudex negaret ſtatuere huiuſmodi terminum ad certiorandum ſiue comparendum, proceſſus eſſet ipſo iure nullus.

2 Sᴇᴅ pone, † quòd excuſator non allegет aliquam cauſam abſentiæ neceſſariam aut probabilem, ſed ſimpliciter dicat reum eſſe abſentem, & petat ſtatui terminum ad eum certiorandum? Reſpond. quòd facta fide de abſẽtia, adhuc debet ſtatui dictus terminus, vbi de fraude non appareret. Et dicit Alber. in d §. publicè, nu. 9. ſe uidiſſe ſeruari, quòd vbi non apparet de fraude, oẽs abſentię admittunt. Dicit aũt Carauita ſuper ritu magnæ curiæ. 266. nu. 7. ꝙ dr̃ malitioſè allegari abſentia, quando apparet, quòd citatus viſus fuit in loco delicti eo die, quo commiſſum fuit delictum, uel die præcedenti, uel ſequenti; ſubdens quòd ita ſeruatur, niſi delictum non de recenti commiſſum fuiſſet, nã eo caſu, ex quo facile potuit deinde poſt aliquos dies ab eo loco receſſiſſe, debet dari dilatio, nõ obſtante quòd die commiſſi delicti, uel etiam poſt, in eo loco viſus fuiſſet; & ſubdit etiam, quòd ita ſeruatur.

3 Sᴇᴅ nunquid † ſufficit huic excuſatori allegare abſentiam ipſius inquiſiti, an autẽ tenebitur etiam illam probare? Reſpond. ꝙ tenetur illam probare, & ita ſeruatur, ut dicit Albe. in d § publicè, nu. 10. Bene verũ eſt, quòd ſecundum conſuetudinem huius prouinciæ, ſufficit quæcunque leuis probatio, puta iuramentum ipſius excuſatoris, prout etiam ſeruari in regno Neapol. atteſtatur Foller. in prac. cri. fol. 75. nume. 15. & Carauita ſuper ritu 268. magnæ curiæ, nu. 1. licèt dicat, quòd non apud omnes curias eſt in uſu, quòd deferatur huiuſmodi iurm.

4 Dɪxɪ etiam, † quòd auditur excuſator allegans infirmitatem ſeu carceratiõẽ rei inquiſiti. Scias autem, quòd infirmus etiam ſi ſit inquiſitus de capitali delicto, non tenetur perſonaliter comparere, ſed ſufficit ꝙ faciat fidem de infirmitate ſua. Et hæc opi. cõiter tenetur & approbatur, ut dicit Gratus conſi. 98. nu. 2. li. j. Hæc aũt fides fit ſiue per teſtes, ſiue per atteſtationem medicorũ in ſcriptis redactam, & qñq; etiã unius medici tñ, prout etiam in regno Neap. ſeruari atteſtatur Carauita ſuper ritu 266. magnæ curiæ, nu. 7. præſertim ſi in eo loco non eſſet niſi vnus medicus, iuxta ea, quæ dixi ſupra hoc eo. li. §. Homicidium, uerſic. Scias autẽ. Et ita concludunt cõiter Doctores, ut dicit Carauita in loco præallegato, nu. 8. in fi. Debet etiam in eodem regno ſimul cum atteſtatione medici præſentare inſtrumentum publicũ continens ipſam atteſtationem, &c. aliàs excuſatio non admittitur, ut atteſtatur Gra. ſuper ritibus magnæ curiæ, fo. 157. ſuper excuſationibus infirmorum, circa fi. vbi etiam dicit, ꝙ excuſantur etiam ſenes, ꝙ ita ipſe obtinuit iudicari in conſilio Neapol. quod tñ in criminalibus apud nos non obtineretur.

5 Allegatur etiam † qñq; timor inſidiarum, ſed hoc caſu dicit Sal. in l. reos, nu. 10. C. de accu. ꝙ cautus iudex dicenti ſe venire non poſſe propter timorem inſidiarum, offerre debet ſaluum conductum; ſubdens ꝙ ita uidit de facto ſeruari. Nihilominus dici ſolet, ꝙ fragilis eſt cautio ſalui conductus, & ideo, vbi inimici eſſent potentes, & manu promp ti, credo ꝙ non teneretur citatus uitam ſuam committere huiuſmodi cautioni ſaluiconductus, præſertim ſi inimicitia eſſet cum dominis vel rectoribus loci, ad quem citatur. Et hanc opinionem, ꝙ qui nõ teneatur etiã cõparere propter locum non tutum ob inſidias inimicorum, non teneatur etiam comparere ſub ſaluoconductu, communem appellat Boſſius in tit. de citat. nume. 37.

6 Dᴇ carcerato † autem aliqui tenent, quòd poteſt citari, & quòd debet comparere per procuratorem, & ita videtur tenere Barto. in l. is qui reũs numero 14. ff de publ. iudic. Et dicit Marſi. in pract. crimin § attingam. nu. 20. quòd hæc eſt communis opinio. Tu uerò dic, quòd, Aut reus eſt carceratus in alio loco; & hoc caſu ſemper uidi ſeruari contrarium, quòd ſcilicet expectatur, ut poſſit exire carceres, in quibus detinetur, niſi eſſet carceratio affectata. Et hæc opinio tutior eſt & benignior; & quia carcerati in uno loco, male

poſſunt

poſſunt ſe in alio defendere, & non omnibus eſt copia procuratorum, de quibus plene cõfidant. Dicit autem Carauita ſuper ritu magnæ curiæ 269. num. 16. quòd ex communi obſeruantia dicitur carceratio affectata, quã ſequuta eſt poſt citationem ei intimatam à iudice; quod tamen apud nos non ita abſolute ſeruatur, ſed iudicis arbitrio iudicandũ relinquitur, prout & cætera omnia, quæ à iure determinata non reperiuntur, vt dixi ſupra lib. 2. §. iudex. Quinimò etiam ſi huiuſmodi exceptio carcerationis oppoſita nõ fuerit, & ideo ſequuta fuerit condemnatio in contumaciam, ſemper ſolet ſenatus, conſtito de ipſa carceratione, cõdemnatum admittere ad nouas defenſiones. Et ita in ſpecie concluſum fuit in quodam Hieronymo Caſtello, 20. Martij 1559. P. N. Aut vero eſt carceratus in eodem loco, & tunc ſi eſt cauſa, propter quam ingeratur pœna corporalis, ita quòd in omnem caſum deberet ius dicere in carceribus, non ſuperſedetur à procedendo, ſed ſolet recommendari in carceribus pro ſecundo delicto, & vno eodéque tempore pro vtroque proceditur. Si uerò non ingeritur pœna corporalis, ſolet expectari, donec ſit perfectus primus proceſſus, ſi ipſe id petat, non tamen relaxatur niſi præſtita fideiuſſione de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo ex ſecunda cauſa, & ſi opus eſt, prius examinatur. Hæc autem omnia procedunt, quando agitur de diuerſis criminibus, ſed quando agitur de eodem delicto, tunc videnda ſunt ea, quæ dixi infra quæſ. 38. ver. Et autem.

ADDITIO.

a De excuſationibus.] Et in delictis excuſãdis, quando attendatur principium, & quando non. Vide per Alex. in conſi. 75. nu. 6 & 7. li. 3. Crauet. conſ 6. poſt nu. 88. per Afflictũ Deciſ 210. nu. 3. per Boſ. tit. de fauo. defen. nu. 7. & quæ ego plenius dixi in annota. ſuper ſtat. Ferar. ſub rubr. de occidẽ. vel vulne. inuen. in domo de nocte.

Quæſt. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Declinari forum ex quibus cauſis poſſit.*
Et quis ſit iudex competens Papa, verſicu. Sed retenta.
2 *Et de quibus criminibus poſſit Papa accuſari, verſi Videndum igitur.*
Et an concilium generale ſit ſupra Papam, ibid. Remiſſiuè.
3 *Et an Papa etiam volens poſſit ſe iudici laico ſubijcere, verſ Sed hic quæro.*
4 *Et quis ſit iudex Imperatoris, ibid. verſic. Succeſſiuè quæro.*
5 *Et an populus Romanus poſſit Imperatorem degradere, verſi. Sed nunquid.*
6 *Et quis ſit iudex regum, uerſi. Item quæro.*
7 *Et quis ſit iudex aliorum principum ſecularium, ibid. verſi. Idem etiam.*
8 *Et quis ſit iudex Cardinalium, uerſicu. Quæro etiam.*
Et an poſſit ſolus Papa deponere Cardinalem abſque conſenſu collegij, ibid.
9 *Et quis ſit iudex competens patriarcharum, & archiepiſcoporum, verſicu. Vlterius quæro.*
Et quis ſit iudex competens Epiſcoporum, ibidem.
Et an ſi Archiepiſcopus delinquat in diœceſi alterius epiſcopi, poſſit ab eo puniri, ibidem.
10 *Et quis ſit iudex clericorum, & monachorum regularium, ver. Quæro quis ſit.*
Et quis ſit iudex clericorum ſecularium, ibidem. Remiſſiuè.
11 *Et quis ſit iudex famulorum, & domeſticorum Cardinalium. ver. Excipiuntur.*
12 *Et an familiares, ſeu famuli epiſcoporum, & clericorum laici gaudeant priuilegio fori, uerſicu. Quæro nunquid.*
13 *Et an illi, qui obtulerunt ſe, & bona ſua monaſterio, gaudeant priuilegio fori, ibid. verſicu. S. dpone.*
14 *Pœnitentes an ſint de foro eccleſiaſtico, verſicu. Fuit aliquando.*
15 *Et quis ſit iudex competens in ſyndicatu officialium, ver. Præterea quæro.*
16 *Et an ſyndicatores poſſint cognoſcere etiam de delictis officialium non pertinentibus ad officium, verſi. Sed hic incidenter.*
17 *Et quis ſit index competens ſcholarium, verſic. Quæro nunc.*
18 *Et quis ſit iudex competens militum, uerſicu. Quæro modò.*
19 *Et quis ſit iudex competens Iudæorum, verſicu. Modò quæro.*
20 *Et an officialis poſſit cognoſcere de iniuria illata ſibi, vel familia ſua, uerſicu. Solet etiam.*

PRÆ-

PRÆCEDENTIBVS quæſtionibus dictum eſt de exceptionibus, quæ ad excuſationem, vel defenſionem ipſius rei principaliter pertinent; ſequitur nunc, ut de fori declinatione cuius materia in iudicijs frequentiſſime
1 uerſatur, uideamus. Scias † igitũ ut breui diuiſione omnia capita complectamur, quòd hæc exceptio oritur ex triplici cauſa, ſcilicet aut ratione perſonæ, aut ratione cauſæ, aut ratione loci. Ratione perſonæ declinatur forum iudicis, quando reus dicit ſe eſſe ei ſubditum neque ratione originis, neque domicilij, neque delicti. Item cùm dicit ſe clericum ſeu religioſum non poſſe à iudici eccleſiaſtico puniri: vel ſi dicat iudicem ſibi inferiorem, aut parem meum non habere imperium; uel quòd ipſe ſit ab eius iuriſdictione exemptus, uel huiuſmodi. Ratione cauſę declinatur iudicis forum, cum quis laicus coram iudice laico accuſatus aſſerit criminis illis cognitionem ad iudicem eccleſiaſticum ſpectare, uel ꝙ propter connexitatem cauſæ ſit ad eum remittendus. Ratione loci, puta quia prætendat delictum in eccleſia commiſſum, ad iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici pertinere vel huiuſmodi.

2 VIDENDVM igitur † in primis eſt de perſonis; & incipiendo à ſummo Pontifice, qui in terris vices Dei gerit, & eſt maior oibus hominibus, Quæro, ſi Papa delinquat quis ſit iudex competens? Reſpon. de iure habemus tex. expreſſum in c. ſi Papa, 11. diſtinctione, qui dicit, ꝙ culpas Rom. Pontificis nullus mortalium redarguere præſumit, quia cunctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus, niſi deprehẽdetur à fide deuius. Dicit tamen gl. finalis ibi, ꝙ ex quocunque crimine notorio, & ex quo ſcandalizatur eccleſia, poteſt Papa accuſari, ſi admonitus, ſit incorrigibilis. Et illam glo dixit communiter teneri Abb. in ca. ſignificaſti, nume. 4. de electione, & in diſputa, ſua incip. Epiſcopus & rector, & in ſuo tractatu ſuper concilio Baſilienſi, prout illum refert Card. Alexã. in c. ſi Papa colum. 3. in princ. Et ille tractatus Abbatis fuit poſitus inter damnatos in indice librorum prohibitorum publicatio tempore Pauli IIII. licet poſtea in indice nouiter publicato poſt concilium tempore ſanctiſſ. D. N. Pij IIII. non ſit deſcriptus inter prohibitos. Refert etiam Card. Alexã. in loco præallegato (licèt liber ſit corruptus) idẽ atteſtari Roma. conſi. 523. inci. Quæſtio diſcutienda, ubi poſt nume. 13. dicit. quòd illa glo. eſt ſingularis, & quòd illam ſciunt omnes, & quòd eſt canonizata à Concilio Conſtantien. Dicit etiam Dec conſi. 151. poſt nume. 4. ꝙ illa glo. placuit communiter cano. licet ſit reprobata à theologis. Et illum refert Alb. de poteſt. Papę, in prima parte. nume. 151. licet ipſe teneat contrarium. Et dicit Synodia de concilijs fol. 120. colum. 4 circa med. ꝙ illa glo eſt communiter ab omnibus approbata, & fol. 123. col. 3. in ſi. dicit, ꝙ illæ ſententiæ concilij Conſtantienſis muiti ce canonizarunt illam glo. & hanc concluſionem re ipſa comprobarunt: illam etiam communiter a canoniſtis receptam eſſe ait Ioan Brunellus poſt relectiones Didaci, fol. 338. colum. 4. Illam etiam ab omnibus teneri atteſtatur Iaſ. conc. 95. colum. 7. verſic. Iſte paſſus lib. 4. licet deinde de eius neritate dubitare uideatur Contrariam autẽ ſententiam, ſcilicet ꝙ ſolùm pro crimine hære-
a ſis poſſit Papa accuſari, a tenent communiter theologi, ut dicit Zabarel. in eo. ca. ſi papa, relatus per Card. Alex. ibi. Quinimò Berous in c. at ſi clerici, nume. 9. de iudi. dicit, ꝙ communiter maxime a canoniſtis eſt reprobata, & meritò ſecundum eum; quia eſt contra tex. in d. cap. ſi papa, licet deinde poſt num. 11. dicat ꝙ communiter theologi illam ſequuntur. Idem etiam Berous in c. cum ueniſſent, nume. 41. de iudi. dicit, ꝙ contra illam glo. tenent magis communiter ſacri doctores theologi, & poſt num. 43 dicit etiam, quòd ita uidentur tenere magis communiter canoniſtæ. Hæc eſt periculoſa quæſtio, & in qua ego mallem diſcere quàm docere; propterea me remitto iudicio S. matris eccleſiæ, ac ſanctiſſimi in Chriſto patris, atque uniuerſalis eccleſiæ ſummi atq; optimi Põtificis Pij V.

Sed retenta concluſione, quam dicit eſſe fere omnium recentium theologorum, & iuriſperitorum conſenſu approbatam. Simãcas de hære. c. 11. nume. 12 quòd ſcilicet poſſit Papa de crimine hæreſis accuſari, & iudicari, certe nullum habet iudicẽ niſi Conciliũ generale, & ita dicunt communiter Doctores, ut atteſtatur Card. Alex. in d. ca. ſi papa, col. 3. in ſi. Et quòd quando papa accuſatur de hæreſi, Concilium ſit iudex competẽs, dicit eſſe planum apud omnes Iaſ. in d. conſil. 95. colum. 5. uerſic. Tranſeo ad tertium, lib. 4. ubicunq; enim reperitur, quòd Papa poſ-

ſitau-

ſit iudicari, ſemper intelligendum eſt à Cō-
cilio. Ita dicit gl. in c. ſicut, in verbo. Horta-
mur, 2. quæſt. 7. quam dicit eſſe frequentio-
ribus votis approbatam Alban. de poteſtate
Papę. in 1. par. num. 84. & nu. 173. ubi ſubdit
quòd in hoc nemo doctorum, quē viderit,
diſſentit. Et practica eſt ſecundum Zabarel.
relatum per Card. ibi, quòd ſi hæreſis Papæ
non eſt notoria, moueatur Papa per Cardi-
nales, vel p alios illis negligētibus ut ſe pur-
get ab infamia hęreſis, de qua eſt ſuſpect⁹, &
ſi ſe purgauerit, nō eſt vlterius procedendū,
Si vero id facere recuſet, & ſit cōtra eum ve-
hemēs ſuſpicio hæreſis, tunc Cardinales il-
lum rogabunt, vt conuocet Concilium, & ſi
noluerit, congregabunt ipſi. Vbi autem hæ-
reſis eſt notoria, & requiſitus a Cardinali-
bus perſiſtat in errore, neque ſe emendet,
tūc Cardinales conuocabunt Conciliū, & ip
ſis negligentibus, pręlati ſeipſos congrega-
būt. Conuocato autem Concilio, ſi Papa de
hereſi conuictus fuerit, & nolit mutare ſen-
tentiam, priuabitur papatu, & tradetur po-
teſtati ſeculari puniendus. Si vero ad pœni-
tentiam uelit redire, nihilominus ex quo p
aliquod tempus fuit pertinax in errore hęre
ſis, priuabitur papatu, & detrudetur in mo-
naſterium. Et hoc caſu ſolet Cōcilium ei de
ferre, ſi uelit ipſemet, ſe ipſum cōdemnare:
ſi verò ipſe noluerit ſe condēnare, tunc Cō-
cilium expediet cauſam, & illum degrada-
bit. Ita concludit Car. ibi, ſubdens quòd ita
etiam tradunt doctores in locis per ipſum
allegatis. Hic eſſet uidendum an Concilium
generale ſit ſupra Papā, & an Papa recuſan-
te congregare Conciliū, poſſint Cardinales
uel alij prælati, uel principes ſeculares Con
cilium conuocare, de quibus dixi ſupra lib.
2. §. papa Ego autem in omnibus prædictis,
& etiam in alijs quibuſcunque me ſemper
remitto determinationi factæ uel faciendæ
per ſanctam matrem eccleſiam, in cuius fi-
dei gremio ſemper vixi, & uiuere, ac mori
intendo. Vnum tamen non omitto, quòd ſi
Papa ſcandalizet uniuerſalem ſtatum eccle
ſiæ, tunc talia per eum geſta in ſcādalum ec
cleſiæ nō tenent, & ei reſiſtitur per eccleſiā,
neque ei eſt in talibus obediendum; Et hoc
omnes fatentur, ut dicit Card. in d. c. ſi Papa
col. 3. uer. Nec etiam obſtat.

3 SED hic quæro † nūquid poſſit Papa, etiā
volens, Imperatori Romanorum uel alteri
laico ſe ſubmittere? Reſpond. quòd quic-
quid ſit in ciuilibus, certe in criminalib. nul-
lo modo poteſt alicui laico ſe ſubmittere,
Et iſta eſt communis reſolutio theologo-
rum, ut ait Deci. in l. eſt receptum, numero
5. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Et
ita etiam tenere communiter Doctores at-
teſtatur Alexan. in d. l. eſt recēptum, poſt nu
me. 4. Iaſ. in ea l. eſt receptum. nume. 2. Hāc
etiam dicit eſſe communem opin. Dec. in c.
eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 62. & ſeq de cō-
ſtitut. Quinimò ſi Papa delegaret alicui, ét
epiſcopo, cauſam criminalem contra ſe in-
tentatam, non poſſet ab eo iudicari nec con
demnari, Et hanc partem tenent magis com
muniter Doctores, ut Berous in ca. cum ue-
niſſent, nume. 32. de iud. Fortius dicunt ali-
qui, quòd Pontifex Maximus (etiam ſi ve-
lit) non poteſt ſe ſubijcere Concilio, vt ab eo
iudicetur, & dicit Alban. in loco prꝛallega-
to, nume. 104. & num. 123. quòd ita iuris in
terpretes communiter affirmarunt, referēs
idem etiā atteſtari Iaſ. & Dec. in locis, quæ
ego ſupra retuli.

4 Succeſſiuè quæro, † quis ſit iudex compe-
tens Imperatoris, ſi delinquat? Reſpon. Do-
ctores communiter uidētur velle, quòd Pa
pa poſſit propter grauiſſimas culpas Impera
torem deponere, Et ita quandoque fuit de
facto obſeruatum, ut ſunt notiſſimæ hiſto-
riæ, & eſt tex. in c. ad apoſtolicę. de re iudic.
in 6. Intellige tamen grauiſſimas culpas, ex
quibus turbaretur vniuerſalis ſtatus Chri-
ſtianitatis, ſed propter alia delicta non poſ-
ſet deponi, ſi eſſet catholicus. Et quāuis In
noc. Papa in d. c. apoſtolicæ, id fecerit cū au-
thoritate Concilij, nihilominus ſecundum
Ioan. And. poteſt etiam illum deponere ſine
Concilij authoritate, & ita concludunt om-
nes, ut dicit Card. Alex. in d. c. ſi Papa. in ul-
timis uerbis, tutius tamē & laudabilius eſt,
ſi adhibeat etiam authoritatem Concilii.
Fuit etiā depoſitus per principes electores
Vincislaus Imperator propter ignauiam,
quamuis multi doctores teneant, ꝙ hæc de-
poſitio Imperatoris non poſſit fieri niſi per
ſummum Pontificem. Hic etiam uidendum
eſſet, an Imperium dependat ab eccleſia, &
in temporalibus Papa ſit ſuperior Imperato
re, de quibus dixi ſupra lib. 2. §. Imperator,
neque ergo hic uolo recenſere hiſtorias ſu-
per diſpoſitionibus ſummorum Pontificum
& Imperatorum, quia in his libris profiteor
explicare deciſiones doctorum, non hiſto-
rias, quas quilibet curioſus poterit apud au
thores inuenire.

SED

5 Sed nũquid † poterit populus Romanus Imperatorem degradare ſeu deponere? Rñ. quòd non, quum enim ſemel populus Romanus omnem ſuam poteſtatem in Imperatorem tranſtulerit, nõ poteſt illam amplius reuocare. Et hæc eſt communis opi. vt atteſtatur Areti. in §. ſed quod principio. nu. 6. Inſt. de iure natura gen. & ciuili. Alexan. in ſua diſputa. incip. Sigiſmund. in 5. quæſtio. quem refert Reſtaurus de Imperatore. quę. 81. poſt. nu. 11. dicens, ꝙ hoc hodie non tolleretur, ex quo poteſtas eligẽdi ſpectat principibus electoribus Germaniæ, & ius eum deponendi ſpectat Papæ.

6 Item quæro, † quis ſit iudex Regum, ſi delinquant? Reſpon. ꝙ id, quod ſupra dictũ eſt de Imperatore, habet etiam locum in illis Regibus, qui ſuperiorẽ nõ recognoſcunt, vt ſcilicet Papa ſit eorum iudex competẽs. Et ita fuit de facto obſeruatum in Rege Frãciæ, qui fuit per Zachariam Pontificem depoſitus, vt habetur in capitu. alius, 15. quæſtione ſexta.

7 Idem etiam † dicendum eſt de ducibus, & alijs principibus, quia ſi recognoſcunt in ſuperiorem Imperatorem, vel aliquem alium Regem, vel dominum, ab eo iudicari debent; ſi verò alium ſuperiorem non recognoſcunt, puniuntur à ſummo Pontifice. Et in his pariter poſſent adduci infinita exẽpla hiſtoriarum, quæ omitto, ne iuriſperitorum ſententias cum hiſtoricorum narrationibus inuoluam. Præparaui ego quandoq; volumen vniuerſalis hiſtoriæ à Carolo Magno vſque ad hodierna tempora, vnà cum genealogia omnium ferè principũ Chriſtianorum, multo ſtudio, & labore, deducta ab ipſomet Carolo Magno, ſed alijs grauioribus implicitus negotijs, illa ſtudia intermittere coactus. Si tamen ferre contingeret, vt aliquid otij nactus, illi ſupremam manum poſſem imponere, (quod tamen vix vnquã contingere poſſe ſpero) vtique crederem lectoribus opus illud maxime vtile ac iucundiſſimum futurum.

8 Quæro etiam, † quis ſit iudex competens Cardinalium S. Romanæ Eccleſiæ? Reſpond. quòd eſt ſummus Pontifex. Sed nunquid, quãdo Papa vult punire aliquem Cardinalem, debet etiam adhibere collegium Cardinalium, vt ſimul cognoſcant, & iudicent? Reſpond. quòd poteſt Papa, ſi velit, hoc facere, ſed non tenetur; ipſe enim ſolus alijs non vocatis, poteſt vnum ex Cardinalibus deponere, & ob eius demerita punire. Et ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Epiſcopus Lonzes in ſuis allegationibus pro Marchione Velez impreſſis Mediolani fol. 394. nu. 8.

9 Vlterius quæro, † quis ſit iudex competens Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum? Reſpon. Patriarchæ, & Archiepiſcopi à ſolo ſummo Pontifice iudicantur. c. fin. 22. diſtinct. Epiſcopi verò iudicantur à ſuis Archiepiſcopis, cum toto Cõcilio Metropolitano, vt eſt tex. in c. quorundam, 34 diſtin. non autem poteſt Archiepiſcopus ſolus contra Epiſcopum procedere. Et ita deciſum fuit in parlamento Pariſienſi, vt refert Papo lib. 7 titu. 7. arreſto. 45. Sed quicquid ſit de iure, hodie vt plurimum Papa cognoſcit de delictis Epiſcoporum. Et quòd Epiſcopi à ſolo Papa deponi poſſint, dicit cõmuniter teneri Anan. in ca. excommunicamus, el 1. §. volumus, nume. 5. de hære. Sed quid ſi Archiepiſcopus delinquat extra ſuã diœceſim, nunquid poterit Epiſcopus illius diœceſis, in qua deliquit, eum punire? Reſp. ꝙ ſic, & ita communiter tenetur, vt dicit Marian. in c. 1. nume. 18. de raptor. Quod tamen intellige, niſi ille epiſcopus eſſet ſuffraganeus ipſius archiepiſcopi delinquentis, nã eo caſu non poſſet ipſum punire. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Abb. in c. cum inferior, poſt num. 1. ver. Similis quæſt. de maiori. & obedien. Imola in d. capitu. cum inferior, numero 11. Marian. in d. capitu. 1. num. 19. & in capitu. poſtulaſti, nume. 8. & 9. de foro competen.

10 Quæro, quis † ſit iudex monachorum, & clericorum regularium? Reſpond. Prælati inferiores ſeculares non habent de iure aliquod territorium, ita quòd habeant iuriſdictionem in ibidem delinquentes, ſed ſolus Epiſcopus eſt ordinarius in ſua diœceſi. Et ita communiter teneri atteſtatur Abb. in c. cum contingat, nu. 29. de foro compet. Quo verò ad monachos dicendum eſt quòd Abbates habent in criminalibus ordinariã poteſtatem, & poſſunt illos capere & detinere & punire, Et dicit Cald. conſi. 20. de regula. quod ita tenent communiter Doctores. Benè verum eſt, ꝙ (ſecundum aliquos) Epiſcopus eſt etiam iudex ordinarius monachorum, & poteſt contra eos procedere, etiam non expectata negligentia Abbatis. Et hanc fatetur eſſe communem opi. Abb in ca. graue, in fi. de offi. ordi. Sed hoc de conſuetudine

ne non ſeruatur, præſertim in his, quæ concernunt obſeruantiam regulæ ipſius, quam profitentur. Et ita iudicatum fuit in parlamento Pariſienſi, ut refert Papo lib 7. tit. 7. arreſto 43. Quis autem ſit iudex clericorum ſecularium, uel aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, dixi infra quæſt proxima.

11 Excipiuntur † tamen à poteſtate cuiuſcunque iudicis ordinarii, etiam ſi eſſet Vicarius ſummi Pontificis in urbe Romana, famuli domeſtici familiares & ſubditi Cardinalium, ij enim ex conſuetudine remittuntur ad ipſos Cardinales puniendi. Et ita quotidie uidemus ſeruari in urbe Romana, prout etiam ſe uidiſſe obſeruari atteſtatur Zabarel. in clem. ne Romani. de electiõ. in ſeptima quæſt primæ partis, quem refert Pauin. in trac. de offi. & poteſt. capi. Sede uacante, in decima quæſt. ſecundæ partis princ. nu. 39. in fi. Et ita etiam videmus ex hac cauſa permiſſum eſſe ipſis Cardinalibus, ut teneant priuatum carcerem, ut dixi infra quæſtio. 68. uerſi. Priuatum.

12 Quæro, nunquid † familiares ſeu famuli clericorum ſeculares ſiue laici gaudeant priuilegio fori clericorum, quorum ſunt familiares? Reſpon. Calcan. in facti contingentia conſuluit, quod ſic in conſi. 71. ubi poſt nu. 3. dicit, quòd hæc eſt concluſio ſecundũ omnes, quod famuli clericorum laici gaudent priuilegio ipſorum clericorum quo ad fori declinationem. Sed certe quicquid dicat Calcan. in contrarium eſt communis opi. ut atteſtatur Capic. deciſ. 12. num. 2. in fi. Ab hac tamen concluſione excipiuntur famuli ſiue familiares Epiſcoporum, ipſi enim gaudent priuilegio clericali, ita ut ſi delinquant, non poſſint à iudice laico puniri. Et ideo etiam ſi ſint meri laici, debent ad iudicẽ eccleſiaſticum remitti. Tex. eſt in c. fi. de offi. archid. & ita tenent communiter doctores, ut ait Io. de Monteſperello inter conſilia Calcan. conſilio 72. quod eſt ſubſcriptio præcedentis conſilii. Hanc etiam opi. dicit tenere communiter doctores Abba. in c. 2. nu. 6. de foro compe. quem refert Boſſ. in titu. de foro compe. poſt num. 127. Capic. in d. deciſ. 12. numero 1.

13 Sed pone, † quod aliquis laicus det ſe & ſua [illegible] alicui monaſterio, aut loco religioſo, nõ mutato habitu, & poſtea committat aliquod delictum, & captus ſit per iudicem ſecularẽ, nunquid erit remittẽdus ad iudicẽ eccleſiaſticum? Rñd. quod non, ſed dẽt puniri per ipſum iudicem laicum, & ita concluſum fuit in curia Tholoſ. ut per Aufrer. deciſ. 8.

14 Fuit aliquando dubitatum, † nunquid pœnitentes ſint de foro eccleſiaſtico, an autem remaneant ſub iuriſdictione judicum ſecularium. Dic quod aut loquimur de quibuſdam pœnitentibus, qui profitentur quandã religionem, quam appellant publicæ pœnitentiæ. Et iſti ſunt de foro eccleſiaſtico, prout & cæteri religioſi, & hæc eſt communis opi. ut atteſtatur Aretin. in c. 2. col. ſecunda de foro compe. quẽ refert Simancas de hæret. c. 46. nu. 18. & Didacus Prac. quæſt. 34. poſt nu. 4. verſi. 2. intelligitur. Aut loquimur de his, qui publicam pœnitentiam faciunt ex mandato prælati ſeu inquiſitoris. Et iſti remanent de foro ſeculari, & refert Simancas in loco præallegato, nu. 20. quòd quum hæc controuerſia contigiſſet de facto Granatæ, pœnitens, qui hominem occiderat, fuit furcis ſuſpenſus.

15 Præterea quæro, † quis ſit iudex cõpetẽs officialium, ſcilicet ad eos ſyndicandos? Reſpond. quòd de iure communi eſt Princeps, qui eis conceſſit officia. Item Præfectus Prætorio, vel epiſcopus, ut eſt tex. in l. 1. C. ut omnes tam ciuil. quàm mil. & in §. neceſſitatis. in auc. Vt iudi. ſine quoquo ſuffra. Sed certe quicquid ſit de iure communi, quælibet ciuitas uel prouincia in hoc ſua habet ſtatuta & cõſuetudines, à quibus nullo modo eſt recedendum. Hodie enim non habemus iſtos Præfectos Prætorio in Italia, ut dicit Bal. de ſynd. poſt num. 1. qui tractatus eſt in l. obſeruare, § proficiſci, ff. de offi. procon. & Rondinel. de ſyndic. num. 6. in fi. Pariter etiam (ut atteſtatur Bal. in loco præallegato) illa iuriſdictio epiſcopi, de generali & rationabili conſuetudine apud nos receſſit ab aula. Idem etiam tam in epiſcopo, quàm in præfecto atteſtatur Paris Put. de ſyndi. fol. 129. num. 1.

16 Sed hic † incidenter quæro, nunquid iſti ſyndicatores poſſint cognoſcere etiam de delictis officialiũ in non pertinentibus ad ipſum officium? Reſpond. quod quicquid ſit de iure, conſuetudo obſeruat, ut de omnibus cognoſcãt, modò commiſſa fuerint durante officio. Cæterùm de his, quæ ante uel poſt officium commiſſa ſunt, non pertinet ad eos cognitio, ſed ad ordinarium. Et ita in practica ſeruari atteſtat Amad. de ſynd. numero 171.

17 Quæro nunc, † quis ſit iudex competens ſcho-

ſcholariũ in criminalibus? Rñ. De iure ſcho-
res habent in ſuos iudices epiſcopum ciuita
tis, Rectorem gymnaſij, & Lectores vniuer-
ſitatis, ſecundum diſpoſitionẽ Auctẽticæ, ha
bitæ. C. ne filius pro patre. intelligendo illa
verba, Domino uel magiſtro ſuo; vt uerbũ
Domino, ſignificet legum præceptorem, &
verbum Magiſtro, præceptorem medicinæ,
vel artium, ſecundum interpretationem gl.
ibi, quam dicit eſſe communem Horat. de
priui. ſchol. ca. 64 col. 1. Sed quicquid ſit de
iure, hoc de doctoribus ſeu magiſtris nõ ſer
uatur de cõſuetudine, ut dicit Bar in d. Aut.
habita, nu. 4. quẽ refert Horat. in loco præal
legato, c. 65. in 1. ampliatione, ſed epiſcopus
& poteſtas ciuitatis in criminalibus ſunt eo
rum iudices cõpetentes. Et ita Bononiæ ſer
uari atteſtatur glo. in d. Aut. habita, ĩ uerbo
Si litem, & in § illud, in uerbo profeſſores, ĩ
proœm. digeſtorũ. Idem atteſtatur Cagnol.
in d. § illud, nu. 282. Plus dicit Abb. diſpu. 6.
Gandulphus clericus, nu. 9. q̃ communis cõ
ſuetudo, quæ uiget per omnia ſtudia Italię,
eſt, quòd rector uniuerſitatis (ſi eſt clericus)
exercet iuriſdictionem etiã in clericos. Ego
vidi in nonnullis ciuitatibus contrârium ſer
uari: & in ſpecie in gymnaſio Papiẽſi; ſi ſcho
laris eſt clericus beneficiatus, vel in ſacris,
procedit epiſcopus & rector, ſi eſt laicus, pro
cedit rector, & poteſtas. Et ita pluries reſcrip
ſit ſenatus, & in ſpecie 12. Iulij. 1561. P. N. &
2. Martij 1562. P. N. Propterea dic ſeruandã
eſſe in quolibet gymnaſio conſuetudinem,
quæ ibi uiget. Quod nota, quia, vt dicit Pa-
ris Put. de ſynd. fol. 419. in uerbo Scholaris.
in fi. ſcholares ſunt primi, qui dant querelas
contra officiales in ſyndicatu.

18 Qværo modò, † quis ſit iudex compe-
tens militum in delictis? Reſpon de iure cõ-
muni capitanei nullam habent iuriſdictio-
nem niſi in delictis militaribus, ſed de more
& generali conſuetudine belli, capitanei de
omni crimine per armigeros & pedites cõ-
miſſo cognoſcunt, & puniunt, aut puniri fa-
ciunt, & ad capitaneos recurri ſolet; de qua
conſuetudine atteſtatur Boer. de cuſtodia
clauſum, nu. 29. In hoc autem ducatu habe-
mus ſuper hoc decretum conditum à ſena-
tu, diſtinguẽs quomodo, & per quos iudices
in delictis militum cognoſci dẽat, quod qui
dem ſenatuſconſultum illuſtriſſimus Mar-
chio tunc gubernator iuſſit ab oĩb. militib.
obſeruari, quod tñ non ſemp fuit executũ.
Et vidi pleruną; ex iuſſu ſenatus remitti mi
lites delinquentes ad iudices loci, & è cõuer
ſo; & in ſpecie uidi remitti ad præfectum
militum quendam militem cataphractum,
qui alterum militem, dum eſſet in cuſtodia,
interfecerat, 11. Ianua. 1557. P. N. Si uerò
aliquis miles reperitur condemnatus ante-
quam militiam ſuſceperit, ſi deinde capia-
tur à iudice ordinario, non remittitur capi-
taneo, ſed mittitur executioni condemna-
tio. Et ita fieri debere reſcripſit ſenatus in
cauſa cuiuſdam Bartholomæi Oldioni con
demnati de atroci blaſphemia, 5. Martij
1557. Vide in hoc propoſito, quæ dixi infra
quæſtione 38. verſiculo. Quęro etiam.

19 Modò quæro, † quis ſit iudex compe-
tens iudæorum delinquentium? Reſpond.
quòd iudex laicus, non autem eccleſiaſticus
eſt eorum iudex competens. Ita colligitur
in clemen. prima, de iudæis, & ita dicunt
Doctores, teſte Anan. in Rubrica de Iu-
dæis, numero nono. Faciunt quæ dixi ſu-
pra hoc eodem libro. §. Blaſphemia, uerſicu.
Sed pone.

20 Solet etiam † quandoque dubitari,
nunquid officialis poſſit cognoſcere de in-
iuria illata ſibi, vel alicui de eius familia,
Tu dic, quòd aut talis iniuria fuit illata ſi-
bi, uel familiæ ſuæ tanquam officiàli, &
b poteſt de ea cognoſcere. *b* Aut eſt illata ſi-
bi tanquam priuato, & non poteſt. Ita uide-
tur colligi ex dictis Oldrad. in conſilio ſep-
timo, ubi conſuluit, quòd quidam domi-
nus temporalis, qui condemnauerat quan-
dam mulierem ſibi ſubditam, ex eo quòd
facturas ſeu maleficia in eius perſonam fe-
ciſſet, tenebatur ad reſtitutionem, quia ta-
lis iniuria uidebatur ei facta tanquam priua
to. Et hanc diſtinctionem tenent communi-
ter Doctores, vt dicit Alberic. in l. ſenatuſ-
conſulto, poſt numero 3. ff. de officio præſid.
Hanc etiam dicit eſſe communem opinio.
Alexand. conſilio 13. poſt nume. 10. uerſicu.
Sexto præſuppono, lib. 6. Roland. conſilio
48. numero 7. lib. ſecundo Bene uerum eſt,
ſi iniuria ſibi illata tanquam priuato eſſet
c notoria, poſſet etiam ſuper ea cognoſcere, *c*
Et ita dicunt Doctores, vt ait Anan. in capi.
innotuit, numero. 8. & 9. de maledicis. Di-
cit etiam Rolan. in d. conſi. 48. num. 2 quòd
ita dicunt communiter ſcribentes, & nume.
14. dicit hanc concluſionem eſſe communi-
ter receptam. Quod intellige ut procedat,
quando pro tali iniuria eſſet pœna à iure p̃-
fixa, ſed ſi eſſet arbitrio ipſius iudicis impo-
nenda,

nenda, tunc vtique poſſet, vt ſuſpectus re-
d cuſari. d & in omnem caſum vbicunq; agitur de iniuria illata officiali, ſuperior ſemper debet eſſe promptus in committendo cauſã alteri cognoſcendam, præſertim parte id petente, vel ſaltem in dando illi adiunctum, ut iudicia ſine ſuſpicione pertranſeant. Dicit tamen Bal. in l. 1. C. vnde vi, prout illum refert Paris de Put. de ſynd. fol. 275. num. 5. & fol. 335. nu. 4. ꝙ quicquid ſit de iure, hodie magni domini habent hoc de conſuetudine, vt poſſint cognoſcere de propria iniuria. Benè verum eſt, quòd ex eorum modeſtia eius cognitionem ut plurimũ alteri committunt.

ADDITIONES.

a Poſſit Papa accuſari.] Marſ. tract. de bãnit. fol. 377. nu. 188. inquit, quòd illud, quod dicitur, Papa poteſt accuſari de hæreſi, & deponi, intelligendum eſt de hæreſi proprie, & ſtricte ſumpta, quæ eſt circa articulos fidei. Ego vero in iſta periculoſa quæſtione, me vnà cũ toto preſẽti opere meo ſubijcio, atq; remitto, ſicuti author hic ſe remittit, & de qua etiam ni. per Lud. Carer. tract. ſuo de hęreti. nu. 99. & 200. qui num. 155. notat, ꝙ licet Papa accuſari poſſit, vt priuetur, ſi hæreticus ſit, tamen ſi eligitur ei non obſtat exceptio hæreſis, per allegata ibidem.

b Poteſt de ea cognoſcere.] Adde ꝑ Crau. conſi. 232. col. 3. uer. 3. reſpondeo.

c Cognoſcere. Rationem vide per Abb. in c. cum veniſſent. ante nu. 9. de iud.

d Recuſari. Vt per Abb. ubi ſupra, & Iacobi. de S. Georg. qui dicit notandam eſſe iſtã limitationem in l. qui iuriſdictioni. ꝑoſt numerum 10. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.

Quæſt. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Clericos pro delictis per eos commiſſis non poſſe puniri niſi à iudice eccleſiaſtico.*

Et an hoc priuilegium ſit clericis conceſſum à iure diuino, ibid.

2 *Et an ualeat conſuetudo, quòd clerici poſſint criminaliter conueniri coram iudice laico, ver. Sed ea retenta.*

3 *Et an poſſit clericus huic priuilegio renunciare, uer. Secundo infertur.*

4 *Et an clericus, citatus à iudice ſeculari pro delicto, teneatur comparere, & allegare coram eo priuilegium clericatus, verſicu. Eſt autem.*

5 *Et an poſſit clericus pro crimine reconueniri coram iudice laico, verſiculo. Et hac quidem.*

6 *Et an clericus illegitimè natus gaudeat priuilegio fori, verſi. Habet etiam.*

7 *Et an clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori, ver. Quare an clericus.*

Et quid ſi ſit bigamus, ibid.

8 *Et quid ſi unicam tantùm vxorem duxit, ſed illam poſt adulterium commiſſum cognouit, ver. Sed an ille.*

9 *Et quid ſi poſt delictum effectus fuit bigamus, verſic. Sed pone.*

10 *Et an clericus coniugatus, qui non abſtinet à negociationibus & armis, gaudeat priuilegio fori, ver. Hęc verò.*

11 *Et an clericus coniugatus, non incedens in habitu & tonſura clericali, gaudeat priuilegio fori, ver. Dixi clericum.*

Et quis ſit habitus, & tonſura clericalis, ibidem.

12 *Et quid ſi clericus coniugatus, qui ante delictum non incedebat in habitu, illum deinde poſt delictum reaſſumpſerit, verſicu. Sed hic quaro.*

13 *Et quid ſi reaſſumat tonſuram poſt condemnationem, ver. Sed quid ſi clericus.*

14 *Et quid ſi clericus non deferat tonſuram quia non habeat capillos, verſiculo. Quaro nunc.*

15 *Et an clericus coniugatus, mortua vxore, recuperet omnia priuilegia clericis non coniugatis competentia, verſicu. Vnum etiam ſciat.*

16 *Et an clericus non deferens habitum, perdat priuilegium antè quàm ſit ter monitus, verſic. Hac autem.*

17 *Et quid ſi facta ſit generalis monitio, in ſynodo, verſ. Sed quid ſi facta.*

18 *Et quis iudex cognoſcat ſuper clericatus exceptione, eccleſiaſticus an ſecularis, verſicu. Regulariter autem.*

19 *Et an clericus non deferens habitum, & tonſuram, & immiſcens ſe enormitatibus, amittat priuilegium fori, verſicu. Quaro modo.*

20 *Et quid in clerico incedente in habitu & tonſura, ver. Cęterùm ſi clericus.*

Et

21 *Et an clericus factus à principe officialis, ſi in officio delinquat, poſſit ab eo puniri, verſicu. Quęro pone.*

22 *Et an clerici reperti cum armis, poſſint à iudicibus ſecularibus puniri, verſicu. Vlterius quęro.*

23 *Et an clericus, committens crimen læſæ Maieſtatis contra principem ſecularem, poſſit ab eo puniri, ver. Quæro nunquid.*

24 *Et an clericus deponens falſum teſtimonium coram iudice laico, poſſit ab eo puniri, verſic. Sed etiam, Remiſſiuè.*

25 *Et an clericus imputatus de aſſaſſinio, poſſit puniri per iudicem ſecularem, verſicu. Item quæro.*

26 *Et an hoc caſu requiratur ſolennis degradatio, ver. Sed quęro.*

Et an requiratur ſententia declaratoria, ibidem.

27 *Et an talis clericus aſſaſſinus ſit tradendus curiæ ſeculari, non expectata incorrigibilitate, ver. Quęro etiam.*

28 *Et an clericus incorrigibilis poſſit puniri per iudicem ſecularem, ver. Succeſſiuè quæro.*

29 *Et an ſuper incorrigibilitate requiratur declaratoria, ibi. ver. Sed quæritur.*

30 *Et an iudex ſecularis poſſit punire clericum qui non ſit prius degradatus, & traditus curiæ ſeculari, ver. Scias autem.*

31 *Et pro quibus criminibus clericus ſit degradandus, verſi. Scias autem.*

32 *Et an clericus incorrigibilis ſit tradendus curiæ ſeculari, ver. Dixi etiam.*

33 *Et an clericus propter contumeliam illatam ſuo epiſcopo ſit tradendus curiæ ſeculari. verſi. Hinc infertur.*

34 *Et an propter crimen falſi, verſicu. Videmus etiam.*

35 *Et an pro enormi homicidio, verſicu. Pariter etiam.*

36 *Et an pro crimine læſæ Maieſtatis, verſicu. Nunquid autem, Remiſſiuè.*

37 *Et an iudex ſecularis, cui traditus eſt clericus, poſſit illum punire corporaliter, ibi. verſic. Sed an iudex.*

38 *Et an ſi quis poſt delictum faciat ſe clericum, vel monachum, gaudeat priuilegio fori, verſicu. [illegible] numero contingere.*

39 *Et an præſumatur ſuſcepiſſe clericatum in fraudem, ver. Sed in hoc.*

40 *Et an monaſterium teneatur pro delicto ingreſſi, ver. Sed nunquid.*

41 *Et quid ſi in eodem delicto interuenerint clerici, & laici, an omnes ſint ad iudicem eccleſiaſticum remittendi, verſicu. Euenit plerunque.*

42 *Et quid ſi illata ſit iniuria per laicum clerico, an cognitio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, verſicu. Quæro, quid ſi per laicum.*

43 *Quomodo facienda ſit remiſſio clericorum à iudicibus laicis ad eccleſiaſticos, verſic. Quæro quomodo.*

44 *Iudex eccleſiaſticus an teneatur ſtare proceſſui facto per iudicem ſecularem remittentem, ver. Vltimo quæro.*

OMNIVM autem exceptionum, quæ in cauſis criminalibus ad declinandam iudicum iuriſdictionem proponuntur, nulla frequentior eſt quàm clericatus, de ea igitur in primis videamus. Et quidem in hac materia facienda eſt con-
1 cluſio, quod † iudex ſecularis nullo modo poteſt occaſione alicuius delicti procedere contra clericum aut religioſum, text. eſt in cap. cùm non ab homine. de iudi. Et hoc priuilegium, quòd ſcilicet clerici non poſſint iudicari à laicis, eſt eis conceſſum à iure diuino. Et hæc eſt communis opi. ut dicit Alcia. in d. c. cum non ab homine, num. 2. Didac. practica. quæſt. 31. num. 1. qui refert idem atteſtari Fel. in c. 2. colum. 1. de maio. & obe. & Rochum de conſue. fol. 51. colum. 4. & Rebuffum in concordan. in rubr. de protectione. quæ tamen concluſio in puncto iuris non tranſit ſine difficultate, ſaltem quo ad clericos, qui non ſunt in ſacris conſtituti.

2 SED ea † retenta infertur, quòd non ualet conſuetudo, quòd in cauſis criminalibus clerici conueniantur coram iudice ſeculari, vt colligi videtur ex tex. in c. clerici, de iud. & eſt communis opin. ut ait Didac. in d. qō. 31. num. 5. quem ego etiam ſequor, quo ad hoc, ut non valeat conſuetudo, per quam generaliter clerici pro criminib. ſubijcerentur iudicibus laicis; ſed conſuetudo particularis, quòd in aliquibus caſibus, uel cauſis, & aliqui clerici, puta in minoribus conſtituti, poſſint puniri à iudice ſeculari, utique valet, & ita in pluribus locis in practica indiſtincte obſeruatur. Vide quæ dixi infra quæſtio. 41. ver. Sed quid dicendum.

3 Secundò infertur, † quod non poſſunt clerici huic priuilegio tacite vel expreſſe renunciare, [illegible] eſt tex. in c. ſi diligenti, [illegible] Doctores [illegible] notant [illegible] foro [illegible] & eſt

communis ſententia doctorum , ut atteſtatur Boer.ſup cōſue. Bituricen.fol.26. col.3.

4 Est autem† hæc exceptio tantæ efficaciæ, vt à ſe ipſa proponatur, & ideo non tenetur clericus citatus per iudicem ſecularē occaſione alicuius delicti, coram eo per ſe vel per procuratorem comparere, & exceptionem clericatus proponere, ut dicit Archid. in c.2.15. quæſtio. 4. & eſt communis opi.ut atteſtatur Feli.in c. veniens, in vltimis verbis.de accuſatio. Quod intellige, niſi in citatione exprimeretur talis cauſa, pp quam clericus teneretur coram iudice laico comparere, puta quia eſſet uaſallus, iuxta ea, quæ dixi ſupra lib.4.§. Feudū, quæſt. 90.uerſi.Sed quid ſi dominus,& uerſ.Et hęc quidem.Cæterùm in caſibus,in quibus clericus non poteſt à iudice laico iudicari, licet citatus ſit prorſus contumax, nō poteſt contra eum iudex ſecularis procedere, & ſi procedat, omnia ſunt nulla, neque ipſe tenetur hoc allegare, neque etiam poſt ſententiam.Et ita ſe conſuluiſſe, & intellexiſſe, ꝙ ita fuit iudicatum, teſtatur Dec. conſi. 241. in primis uerbis, quem refert Didac. pract. quæſt.33. num. 2. Et ſi diſtulit illud allegare, non proptetea poterit iudex laicus illum in expenſis condemnate, ſed eſt remittendus ad iudicem ſuum eccleſiaſticū, b etiam reſpectu refectionis impenſarum, ut in facti contingentia iudicauit curia Neapol. teſte Grammat. uoto 18. quem refert Carauita ſuper ritu 65.magnæ curiæ,nu.1. Quinimò etiam ſi deinde contigerit clericum carcerari, non poteſt cogi ut ſoluat, neque etiam pœnam ipſius contumaciæ, licet pecuniaria ſit, ſed eſt libere dimittendus. Et ita in facti contingentia deciſum fuit in curia Delphi. ut per Guid Papę deciſ.450.ſupra quæſt.licet curia Neapol. contrarium iudicauerit, ut per Gramma. uoto 27. & male ſecūdum eum; quam deciſionem curiæ Neapol.aliter refert Foller. in prac. crim. fol.63.nu.39. in fi.Scias tamen, ꝙ Bart. in l. non videtur, la prima,num.1.ff.de iudi. uidetur tenuiſſe cōtrarium, ꝙ ſcilicet clericus citatus corā iudice laico, ſi non compareat & alleget ſe clericum, poſſit mulctari, & hoc niſi in citatione dictū ſit, Citetur presbyter talis, uel aliquid aliud, ex quo appareat, ꝙ ille eſſet clericus, quod tñ iudices noſtri temporis non ſolent apponere in ſuis citationibus, licet ſecūdum eū male faciant, non tñ poteſt contra talem clericum contumacem perueniri ad ſecundum decretum , quia non dicitur latitare , ex quo non tenetur in eo iudicio reſpondere.Et illam opin.Bart.ſeruari atteſtatur Aufrer. in apoſtil. ad deciſ. Tholoſ. 165.Sed certe communiter cano. tenent cōtra Bart.ut atteſtatur Cauenſ.ſuper 235.ritu magnæ curiæ,nume. 11. Et ita quicquid ſeruetur in Gallia, apud nos clericus contumax in caſibus,in quibus non tenetur comparere ; non mulctatur, & ſi mulctatus fuerit, quandocunque doceat ſe clericum, ſolet talis mulcta reuocari & annullari.Et ita puto ſeruari debere à iudicibus Deum timentibus.

5 Et hæc† quidem concluſio , quòd ſcilicet clericus non poſſit à iudice laico criminaliter iudicari, procedit, ſiue clericus pro crimine coram iudice laico conueniatur, ſiue reconueniatur; nam clericus non poteſt coram iudice ſeculari pro crimine ciuiliter, neque criminaliter reconueniri. Et hæc eſt communis opi.ut atteſtantur ſcribentes in c. at ſi clerici, de iudi. & in ſpecie Imola poſt num.5. & Dec. num. 148. quem refert Berous ibi, nu.150. Card. Alex. in c.multi, col.pen.uerſi.In fine glo. 2. quæſt. 1.

6 Habet etiam,† locum hæc concluſio, quamuis clericus ſit illegitimus, licet enim illegitime nati, ſint maxime odioſi ſacris canonibus, ut dixi ſupra lib. 2. §. Filius. tamen etiam clericus illegitimus gaudet priuilegio fori, & ita in facti contingentia deciſum fuit per conſilium Neapol. ut refert Grammat.deciſ. 81.

7 Quaero, an† clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori ? Reſpon. quòd ſic, nam propter coniugium nō perditur priuilegiū, ꝙ in criminalibus non poſſit puniri à iudice ſeculari, dummodo cum unica tantùm, eaq; uirgine matrimonium contraxerit, &
c habitum clericalem, tonſuramque c deferat, ut eſt tex.in c.unico.de cleric.coniug.in ſexto ; & eſt communis opin. ut ait Didac. prac.quæſt.31.poſt nu. 7.uerſi.Prima igitur. Si uerò ſit bigamus, pōt à iudice laico puniri, intellige tñ ſi ꝓprie ſit bigamus, ſ.ſi duas, uxores duxerit, nam alij interpretatiue bigami dñr, ut dixi ſupra lib.2.§. clericus, & ideo non poſſunt à iudice laico puniri.

8 Sed an ille,† qui unam tantùm uxorem duxit uirginem , illamq; propter adulteriū dimiſit, & deinde ei reconciliatus eſt, dicendus eſt bigamus, quo ad hoc ut amittat priuilegium fori? Reſpond. Certe clericus, qui uxorem

vxorem poſt adulterium ab ea commiſſum
carnaliter cognoſcit, etiam ſi ipſe adulteriũ
ignoret, dicitur bigamus ſecundum cõem
opin. etiam ſi ex præcepto eccleſiæ illam in-
uitus cognouerit, ut dixi in loco præallega-
to. Nihilominus quum talis interpretatiuè
dicatur bigamus, dicendum eſt, ꝙ non amit
tit propterea priuilegium fori. Et ita tenẽt
concorditer omnes, ut atteſtatur Aufre. in
deciſ. Tholoſ. 64. referẽs ita fuiſſe deciſum
in facti contingentia.

9 SED pone, † quòd aliquis clericus ſolu-
tus commiſerit aliquod delictum, & de eo
fuerit accuſatus. deinde poſtea effectus ſit
bigamus, nunquid erit curiæ ſeculari remit
tendus? Reſpon. quòd non, attenditur enim
ſtatus, in quo erat tempore delicti. Et ita
concluſum fuit in curia Tholoſ. ut per Au-
frer. deciſ. 377.

QVA ratione pariter etiã deciſum fuit
per conſilium Neapol. ꝙ ſi clericus poſt cõ-
miſſum delictum uxorem duxerit, non põt
de eo delicto cognoſci per iudicem ſecula-
rem, ſed debet ad iudicem ſuum eccleſiaſti-
cum remitti, prout concluſum fuiſſe refert
Grammt. deciſ. 10. non obſtantibus (ut ip-
ſe ait) clamoribus fiſci, quem refert Caraui
ta ſuper ritu 66. magnæ curiæ, nu. 9. qui tñ
de hac deciſione dubitat, ut ibi per eum.

10 HAEC uerò † omnia procedũt, dummo-
d do talis clericus coniugatus *d* abſtinet a
negociationibus & armis, aliàs autem ſi ab
eis non abſtineret, poſſet non obſtante cleri-
catu per iudicem laicum puniri. Et hæc eſt
cõis opin. vt dicit Bertrand. conſil. 13. nume.
5. lib. 8. Et quòd clericus cõiugatus debeat
abſtinere à negotiationibus, à quibus alij
clerici non coniugati tenentur abſtinere, a-
liàs priuilegium fori amittat, tenuit Innoc.
in c. fi. de uita & hon cler. & ita firmant cõ-
muniter doctores, ut dicit Alex. de Neuo,
conſil. 68. num. 4. Quæ autem negotiatio-
nes ſint clericis interdictæ, dixi ſupra lib. 2.
§ Clericus.

11 DIXI clericum † coniugatum gaudere
priuilegio fori, dummodo incedat in habi-
tu & tonſura clericali licèt hodie (ſecundum
aliquos) de conſuetudine, clerici coniugati
e non incedant *e* in ueſtibus & tonſura cleri
cali, ut fatetur eſſe generalem conſuetudi-
nem Fulgo. conſil. 123. nu. 1. Sed quæro, qs
dicatur in hoc propoſito habitus clericalis?
Reſpond. Omnes concludere uidentur, ꝙ
non ſit à ſacris canonibus determinatus cle-
ricis aliquis habitus ab alijs diſtinctus, &
ideo ꝙ ſit attendenda conſuetudo regionis.
Propterea ad iudicandum an aliquis ince-
dat in habitu & tonſura clericali, uidẽdum
eſt, an ille, qui in aliquo habitu incedit, pri-
ma facie, ſi uedeatur in populo, iudicabitur
clericus, an autem laicus. Et certè uera eſt
hæc concluſio, ſi affirmatiuè intelligatur, ſ.
quòd ſacri canones non conſtituunt ſpecia-
liter clericis certum habitum; ſed negatiuè,
non eſt uera, nam multi habitus ſunt per ſa
cros canones prohibiti à clericis deferri, ut
uideri põt in locis allegatis p Foller. in prac.
crim. fol. 64. nu. 42. & ſeq. Quid ergo ſi cleri
cus deferat biretũ, ſeu capiciũ bipartitum,
ſeu virgatũ, aut duorum colorum? certe nõ
dicetur incedere in habitu clericali, & ita
fuit iudicatum per curiam Tholoſ. teſte Au
frer. deci. 227. idemq; ſi deferat colletum ſic
uirgatũ, ut eadẽ curia iudicauit deciſ. 252.
Et refert Prac. Millei fo. 73. nu. 8. ꝙ quidam
clericus cõiugatus; eo ꝙ habebat caligas bi-
partitas, Tholoſæ reputatus fuit laicus; &
pro crimine tanquam laicus fuit laqueo ſu-
ſpenſus. Et nota in hoc propoſito, ꝙ quãuis
ſecundum opi. magis cõem, cognitio, an ali-
quis ſit clericus uel ne, pertineat ad iudicẽ
f eccleſiaſticum, *f* de quo videnda ſunt ea,
q̃ dixi infra verſi. Regulariter aũt; nihilomi-
nus ſi dubitetur ſuper habitu, an ſit clerica
lis uel ne, hæc cognitio ſpectat ad iudicẽ lai-
cũ, non aũt ad eccleſiaſticũ. Et ita deciſum
fuit in facti contingẽtia in parlamento Del-
phi. ut refert Guido Papæ deciſ. 138. & con-
ſil. 110. nu. 2. ubi pariter in facto ita cõſuluit.

12 Sed hic quæro † q̃d ſi clericus coniugatus,
qui ante tps cõmiſſi criminis nõ incedebat
in habitu & tonſura, reaſſumpſerit habitum
& tonſura, & incõtinẽti aliq̃d crimẽ cõmiſe
rit, nũquid gaudebit, priuilegio fori? Rñd.
Io. And. in c. Ioannes, in 4. quæſt. de cleri. cõ
iug. tenuit ꝙ ſic, referẽs ita fuiſſe Paduæ de-
terminatũ; licet cõiter doctoribus) vt ipſe
ait) nõ placuerit, & illum ſequuntur cõiter
ſcribentes, ut dicit Alex. conſi. 8. poſt num. 4.
lib. 1. & cõſi. 149. nu. 7 lib. 6. quẽ refert Mar-
ſil. ſing. 489. Apud doctores. Hanc etiam di-
cit eſſe cõem opi. Didac. in d. quæſt. prac. 31.
poſt nu. 7. uerſ. Quinto potiſſimũ, ſecundum
quã in facti cõtingẽtia conſuluit Chriſtoph.
de Caſtill. conſi. 5. Quod tamen ego intelli-
go ut procedat, niſi talis clericus habitũ &
tonſuram reaſſumpſiſſet in fraudẽ, ut etiam
dixi infra ſtatim, verſi. Sed quid ſi clericus.

13 S E D quid† ſi clericus, ſolitus aliquando
deferre tonſuram, fuerit denuntiatus tem-
pore, quo non habebat tonſuram, ꝑ aliquo
delicto per eum commiſſo, nunquid ſi reaſ-
ſumat tonſuram, & deinde captus ſit à iu-
dice ſeculari, poterit ab eo puniri? Reſpon.
quòd non, ſed eſt remittendus ad iudicē ec-
cleſiaſticum. Et ita fuit deciſum per curiam
Tholoſ. teſte Aufrer. dec. 104. Hoc tamen lo
cum non haberet, ubi appareret, quòd ipſe
clericus reaſſumpſiſſet habitum, & tonſurā
g in fraudem, g ut pariter in facto fuit iudica
tum per eandem curiam Tholoſanam, ut re
fert Aufrer. deciſ. 144. ubi dicit, quòd ita te
nent communiter legiſtæ, & dec. 147.

14 Q V Æ R O nunc† quid ſi clericus non de
ferat tonſuram, quia nō habet capillos? Re-
ſpond. quòd excuſatur, & ita cōcluſum fuit
in curia Tholoſ. ut per Aufrer. deciſ. 256.
Nam ad impoſſibile nemo tenetur. Quod
nota pro clericis, quibus morbo gallico im-
plicitis aliquando ſolent capilli cadere.

15 V N V M etiam† ſcias, quòd clericus con-
iugatus, qui unicam tantum, & uirginem
vxorem duxit, ea mortua recuperat omnia
priuilegia, quæ competunt clericis non con
iugatis. Ita dicit Abb. in c. clericus el 2. nu. 4.
de uita & ho neſta. cleri. cuius opinionem ſe
re vnanimi ſententia probant omnes, vt at-
teſtatur Didac. in d. pract. quæſtio. 31. poſt
nume. 7. verſiculo, Quinto potiſſimum, in
fine.

16 Hæc autem† quæ de clerico non deferen-
te habitum & tonſuram dicta ſunt, intelli-
gi debent, ut procedant in eo, qui eſt coniu-
gatus. Cæterùm clerici non coniugati, licet
non incedant in habitu, & tonſura, gaudent
priuilegio fori, nec poſſunt à iudice laico
puniri, capitulo, ſi iudex laicus, de ſententia
excommuni. in ſexto. Bene uerum eſt, quòd
ſi talis clericus fuerit ter monitus à ſuo præ
lato, vt deferat habitum, & tonſuram, & ip-
h ſe (neglectis monitionibus h) adhuc ince-
dat ſine habitu & tonſura, tunc in omnibus
reputatur pro laico. Et hæc eſt differentia
in hoc propoſito inter clericum coniuga-
tum, & non coniugatum; nam clericus con-
iugatus, eo ipſo ꝙ non defert habitum &
tonſuram, abſque alia monitione amittit
priuilegium fori. Et hoc omnes fatentur, ut
ait Dida. pract. quæſtio. 32. poſt nume. 1. Cle
ricus autem non coniugatus nō amittit pri-
uilegium niſi poſt monitionem. Et hæc eſt
communis opin. ut ait Dida. in d. quæſtio.
32. nume. 1. Et ita uidetur communiter prā
cticari, ut dicit Imola in d. ca fina. poſt num.
7. uerſ. Aduerte tamen, de uita & hone. cle.
Sed certe Alexand. de Neuo conſi. 59. num.
4. dicit verum non eſſe, quod ita ſeruetur, &
reuera apud nos non ſeruatur, nam clerici,
qui non ſunt in̄ ſacris, neque habent benefi-
cia, ſi non incedunt in habitu & tonſura, pu-
niuntur indiſtinctè per iudices ſeculares, et
à ſuo prælato moniti non fuerint. Et ita re-
ſcripſit ſenatus prætori Bobij, & vicario epi
ſcopali eiuſdem ciuitatis, qui contra huiuſ-
modi obſeruantiam quandam inhibitionē
fecerat ipſi prætori, quam poſtea reuocauit,
7. Auguſti. 1562. P. N. In Regno autem Nea
pol. ſeruatur, quòd clerici etiam in minori-
bus conſtituti, & habentes etiā ſolummo-
do primam tonſuram, gaudent priuilegio
fori, etiam ſi non incedant in habitu clerica-
li, vt pluries deciſum fuiſſe in conſilio refert
Grammat. uoto 33. in fi. & ſuper conſti. Re-
gni. fol. 3. colum. 4. poſt nume. 4. Vbi tamen
ſubdit, quòd poſt promulgatam quandam
conſtitutionem Papæ Clementis, & deinde
Papæ Pauli, aliter fuit obſeruatum contra
clericos non beneficiatos, neque in ſacris cō
ſtitutos. Quinimo Alex. in conſi. præallega.
nume. 6. in fi. tenuit, ꝙ quantum ad amiſſio
nem priuilegij clericalis circa forum, nulla
ſit differentia inter clericos in minoribus, &
clericos in ſacris conſtitutos; & allegat plu-
res id tenentes ſubdens, quòd hanc opinio-
nem, quòd clericus ſe gerens pro laico, de-
prehenſus in crimine, poſſit puniri per iudi-
• cem laicum, communiter uidentur tenere
Doctores; fortè moti hac ratione, quia his
temporibus prælati reddunt ſe valde diffi-
ciles in huiuſmodi monitionibus faciendis,
ut etiam dicit Afflic. ſuper prima parte con-
ſtitutionum Regni, rubr. 3 poſt nu. 20. & ne
eorum iuriſdictio reſtringatur, potius tole-
rant uitia clericorum eis ſubditorum. Quod
an bene factum ſit, Deus ipſe iudicet. Cæte-
rùm clericus beneficiatus licet īcedat arma
tus ut miles, non poteſt à iudice laico puni
ri, & ita declarauit ſenatus in cauſa cuiuſ-
dam Ludouici Scribani, 21. Maij. 1554.
P. N.

17 S E D quid† ſi facta ſit monitio generalis
ſynodo, nunquid illa unica ſufficiat pro tri-
na monitione? Rñ. ꝙ ſic. modo fiat expreſſe
ſub pœna priuationis priuilegij clericatus.
Ita tenuit Hoſ. in c. 1. ne clerici, vel monachi.
& eſt cōis opi. ut dicit Ale. de Neuo cōſ. 60.
nu.

nume. 14. Talis enim monitio in ſynodo facta, habet vim conſtitutionis, in qua regulariter vnica ſufficit monitio, neque plures requiruntur.

18 Regulariter † autem ſi clericus captus ſit per iudicem ſecularem, debet remanere penes eum, donec fuerit cognitum per iudicẽ eccleſiaſticum de clericatu; & comperto, ꝙ ſit clericus, debet remitti ad eundem iudicẽ ſuum eccleſiaſticum. Et ita ſeruari atteſtatur Afflic. in d. Rub poſt num. 19. Hæc enim probatio, & cognitio, an aliquis ſit clericus, ſiue eccleſiaſticę iuriſdictionis, debet fieri coram iudice eccleſiaſtico, non autem coram iudice ſeculari. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Ripa in cap. decernimus, poſt num. 4. ver. Sed corã quo, de iudi. Hãc etiam opin. dicit eſſe communem Didac. in prac. quæſt. 33. num. 1. vbi etiam atteſtatur ita ſeruari in Hiſpania. In hoc tamen ducatu aliter ſeruatur, nam clericus, cõtra quem procedit iudex ſecularis pro aliquo delicto, exhibet coram ipſo iudice ſeculari iura ſua, & inſtrumenta, & eis viſis, iudex ſecularis illum remittit ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, vbi ſit in caſu remiſſionis. Et ita ſeruari debere reſcripſit ſenatus prætori Laudæ in cauſa cuiuſdã Bartholomæi de Baſilica petri, qui faciebat ſe clericum beneficiatum, 5. Nouembris 1556. P.N. Illi tamen, qui non ſunt conſtituti in ſacris ordinibus, neque deferunt habitum & tonſuram, ultra clericatum tenentur exhibere titulum beneficij, & probare, quòd ſint etiam in quaſi poſſeſſione ipſius beneficij, aliàs non remittuntur ad iudices eccleſiaſticos, ut ſupra dixi. Cæterum ſi ſit controuerſia non ſuper clericatu, ſed ſuper habitu uel tõſura, iudex laicus proculdubio eſt ſuper eo iudex competens, vt dixi ſupra uer. Dixi clericum, circa ſi. Debet autem iudex eccleſiaſticus, ſtatim ꝙ ei innoteſcit clericum ſibi ſubditum à iudice ſeculari detineri, illum repetere, aliàs poſſet tanquam negligens ab adminiſtratione deponi, & forte etiam criminaliter puniri, prout in facti contingentia conſuluit Chaſſan. conſi. 38.

19 QVÆRO modò, † quid ſi clericus, qui non defert habitum & tonſurã, immiſceat ſe enormitatibus, nunquid etiam ſi à prælato ſuo non fuerit ter monitus, amittat priuilegium fori, ita ut poſſit à iudice laico puniri? Rñ. Hæc eſt ardua quæſtio, in qua Doctores multùm varie loquuntur, & tota pendere videtũ ab intellectu tex. in c. perpẽdimus de ſent. excom. Ex quo ſecundum Doctores magis communiter colligi uſ, ꝙ uti ſacerdos, qui dimiſſo habitu & tonſura immiſcet ſe enormitatibus, amittat priuilegium fori, ita poſſit à iudice ſeculari puniri. Et plures opi. recenſet Capic. dec. 161. in cauſa Cruſconi; licet non dicat, quid in illo caſu fuerit iudicatũ. In hoc igitur articulo aliqui dicũt, ꝙ clericus, qui dimiſſo habitu, & tonſura immiſcet ſe enormibus, non propterea amittit priuilegiũ fori, niſi prius ẽt fuerit a ſuo epõ, vel prælato admonitus trina monitione, ut a prædictis deſiſtat, & habitũ reaſſumat. Et hãc dicit eſſe cõem opi. Rolan. conſ. 4. nu. 31. li. 1. referẽs id atteſtari Alex. in cõſi. 8. li. 1. de quo infra mentionẽ faciã. Viuius, qui alios refert (vt ipſe ait idem atteſtantes) in lib. cõmunium opi. in uerbo, Clerici a ptãte. Menchiaca li. 3. de teſta. §. 22. nu. 63. Et dicit etiã Albe. in 2. par. ſtatutorum, qõ. 42. ſe vidiſſe communiter ſeruari, quòd exigatur monitio, & ſi poſt monitionem ſe nõ correxerint perdunt tunc priuilegium clericale, & ſubiaceant iudici ſeculari; quem refert, & idem atteſtatur Cœpolla conſi. crim. 11. verſi. Quintum etiam requiritur. Alij, ut Car. in d. c. perpendimus. faciunt differentiam, an talis clericus immiſcens ſe enormitatibus interficiatur ab aliquo priuato, an autem a iudice, & dicunt quòd priuatus poteſt illum interficere; abſq; eo ꝙ incurrat excommunicationẽ, ex quo propter delictum eſt ipſo iure priuatus priuilegio, c. ſi quis ſuadẽte diabolo, 17. quæſtio. 1. de quo priuilegio dixi infra quæſtio. 77. uerſi. Percutiens clericum, & alijs ſeq. Secus autem in iudice, quia (ſecundum eos) quum puniendo talem clericum iudex violet immunitatem fori eccleſiaſtici, non effugit pœnam excommunicationis, & dicit Card. quòd illud c. perpendimus. cõmuniter intelligitur, ꝙ ſcilicet ille Comes vt priuatus illum presbyterũ interfecerit. Sed certe hoc nullo modò eſt tenendum, & expreſſe illud reprobat Alexander de Neuo in d. cõſil. 59. nume. 12. dicens quòd Card. in hoc verum non dicit, & ꝙ imò cæteri doctores, nemine diſcrepante, tenent, ꝙ non incurratur excommunicatio propter mortem talis clerici, quia priuatus erat priuilegio fori, & ꝙ communiter intelligũt illum tex. quòd Comes tanquam iudex, non tanquam priuatus interfici fecerit illũ presbyterũ. Et certe eſſet abſurdũ aliter dicere, vt demõſtrat late

Alex.de Neuo in loco præallegato, & apertè hoc ſonant verba tex.dum dicit, à B.Comite iuſſus eſt fuſtigari.qui poſtea eius mandato traditus patibulo expirauit; quæ uerba fuſtigationis & patibuli non conueniunt priuatæ vindictæ, ſed publicæ iuſtitiæ. Gofred.autem relatus per Alex. de Imo. in allegato conſi.8 poſt nu. 2. dicebat, quòd ille tex in d.c. perpendimus. procedit in clerico conſtituto in minoribus, vt ſcilicet ſi dimittat habitum & tonſuram, & immiſceat ſe enormitatibus, amittat priuilegiũ fori, non autem in clerico in ſacris conſtituto. Sed certè hoc expreſsè repugnat text.d. c. quod expreſsè loquitur in ſacerdote, & ideo ſubdit Alex.de Imo. ibi, ꝙ iſte intellectus non eſt tenendus, ſed quòd verior & magis communis intellectus eſt, quòd d. c. perpendimus, locum habeat in priuilegio canonis, ſi quis ſuadente, de quo dixi infra q.77.verſic. Sed an percutiens, non autem in priuilegio fori; nam iſtud (ſecundum eum) non amittitur niſi præcedente monitione, & reuera negari non poteſt, quin iſte intellectus multùm applaudat litteræ illius.c. dum dicit, propter hoc ad obtinendam abſolutionem Apoſtolicam ſedem adire cogantur; quæ uerba magis videntur conuenire excõmunicationi, quæ infertur ex diſpoſitione canonis, ſi quis ſuadente, quàm illi, quæ infertur propter violatum priuilegium fori. Et quòd monitio requiratur, dicunt in practi. ſeruari Alber. & Imo. in locis per me ſupra relatis. Et ſecundum hanc opin. Alex. de Imola in d.conſ.8. dicit millies imò ſemper fuiſſe iudicatum per curiam & conſilia Neap. Gram. ſuper conſti. Regni, fo.29 col. j.ver. Decimo vbicunque. Sed tamẽ neque iſte intellectus eſt communis, nam vt fatetur Card.ibi in decima oppoſ.ſcribentes indiſtinctè tenent, ꝙ ſi clericus, dimiſſo habitu clericali, immiſcet ſe ſæuis, perdit omne priuilegium, etiam quo ad forum, etiam ſi non fuerit ter monitus, prout illum refert & atteſtatur hanc eſſe communem opin. Alexan.de Neuo in allegato conſi.59.poſt nu. 20. Aliqui uerò licet tranſeant cum hac ſententia, quòd ſcilicet non requiratur monitio, addunt tamen, quòd talis clericus non modò immiſcuerit ſe enormitatibus & ſæuis, ſed diu etiam in illis perſeuerauerit. Et ita hanc opin. tanquam magis communem obſeruari, & tempore ſuo obſeruatam fuiſſe aſſerit Aufre.in repe.cle.primæ, de offic. ord.in prima regula, nume.27. quem refert Boſſ.in tit.de foro compe.nume. 139. Prac. Conradi fol. 247. in decimanona limitatione, & Gramma. in loco ſupra allegato. Did. pract.q.32.poſt nu.2. verſic. Tertio his erit, vbi etiam dicit ꝙ credit eam moribus receptã in clericis primæ tonſuræ. Et dicit Chaſ. ſuper conſue.Burgun.fol. 50.nu.55. ꝙ hanc opin.vidit communiter obſeruari. Exempla tamen, in quibus idem Aufrer. referr dictã opi.obſeruatam fuiſſe, non ſunt in clericis, qui diu ĩ enormitatibus perſeueraſſent, ſed in his, qui aliquod delictum enorme & ſæuum perpetraſſent, ſcilicet in clerico, qui occiderat per inſidias virum, cuius uxor erat eius adultera, & in alio, qui commiſerat crimen læſæ maieſtatis, & huiuſmodi. Hanc eandem opi. nulla facta mentione de perſeuerantia, tanquam magis communem obſeruatam fuiſſe refert Boer. in deciſ. 69.nu. 16.& ſeq.in clerico, qui ex propoſito occiderat quendam barbitonſorẽ; & in alijs, prout etiam multa huiuſmodi exempla in primo delicto enormi abſque ulla perſeuerãtia aut reiteratione, refert Guliel.de Benedictis in j parte repe.c. Raynutius. fol.81. nu. 149.& ſeq. ſecundum quam etiã deciſum fuit per parlamentum Tholoſ. teſte Guid. Papæ deciſ.138.in camera conſilij. Ex quibus omnibus apparet, ꝙ ſecundum magis communes deciſiones præallegatas, & conſuetudine approbatas, clericus ſiue in ſacris, ſiue in minoribus conſtitutus, qui dimiſſo habitu clericali aliquod enorme delictum committit, etiam nulla monitione præcedente, amittit priuilegium fori, & poteſt à iudice laico puniri. Et ab hac opi.putarem non eſſe conſulendo aut iudicando recedendum, ſalua ſemper determinatione ſanctæ matris eccleſiæ. Et reuera uidemus, ꝙ prælati clericos criminoſos (ut plurimùm) leuiter caſtigant, & licèt quandoque eos ad perpetuos carceres condemnent, tamen illos poſtea relaxant plerunq;, ac dimittunt, ex quo oritur in populo ſcandalum, videre clericũ & laicum eiuſdem delicti reos, adeò diuerſimodè puniri, ut ſcilicet laicus pœna mortis afficiatur, & in fruſtra ſcindatur, clericus autem aliqua leui pœna caſtigatus per forum ambulet. Idemquè populus contra prælatos & clæricos intumeſcit, & murmurat, vt dicit Anch.in c.ea quæ fiunt. de regu.iu. in 6.& alij, quos refert Boer. in d. deciſ.69. nu.9. propterea non eſt mirũ, ſi qñq; iudices

ſeculares

ſeculares in remiſſionibus clericorum ad iudices eccleſiaſticos faciendis, difficiles ſe præſtant.

20 Cæterum ſi † clericus incedat in habitu & tonſura, ceſſant hæc omnia, nam quantumcunque grauia crimina committat, & illa reiteret, in eiſque perſeueret, nũquam efficitur de foro ſeculari. Et hanc dicit eſſe communem opin. Boſſ. in ti. de foro compe. poſt nume. 134. & ita ſemper vidi obſeruari. Bene verum eſt, quòd ſi clericus eſſet ſeditioſus, & turbaret publicam quietē, ſolet ſenatus, etiam ꝙ ſit in ſacris, illum ad tempus eijcere ab illa ciuitate vel loco, quã perturbat; prout factum fuit proximis annis in quodam archipresbytero. 18. Auguſti 1559. P. N. Et poteſt talis prouiſio tolerari, quia videtur facta non minus ad beneficiũ ipſius clerici, ne ſcilicet offendatur, quàm aliorum. Vidi etiam per ſenatum condemnari ad triremes per decennium quendam fratrem Deſiderium ex monaſterio Caſtellarij, qui confeſſus fuerat ſe totondiſſe pluries monetam, 14. Septemb. 1560. A. C. habita tamen prius fide ab eius ſuperiore, quòd fratres habebant illum pro incorrigibili, & pro membro putrido. Faciunt, quæ dixi infra, verſiculo, Succeſſiuè quæro.

21 Quæro, pone, † quòd clericus fuerit admiſſus per Principem ad aliquod officium ſeculare, & in ipſo officio deliquerit, nunquid poterit ab ipſo principe, vel alio iudice ſeculari puniri? Reſpond. quòd non, etiã ſi tantum in minoribus ſit ordinibus conſtitutus. Et hanc eſſe communem opin. atteſtatur Aufrer. in d. clem. 1. nume. 25. de offi. ordi. quem refert Didacus in prac. quæſtio. 33. poſt nume. 6. Subdit tamen Aufrer. in loco præallegato, quòd hæc concluſio in Gallia non ſeruatur in practica, & ita etiam videmus quotidie Principes ſeculares tales clericos etiam in ſacris conſtitutos, priuare officio, & etiam mulctare pœnis pecuniarijs, vbi qualitas facti hoc exigit, vt etiam dicit eſſe conſuetum ſeruari in Regno Franciæ Gul. de Benedic. in 1. par. ca. Raynutius, fol. 81. nu. 155. licet forte de iure male ſuſtineri poſſet.

22 Vlterius quæro, † nunquid clerici reperti cum armis prohibitis ex forma ordinum, & proclamationum Principis ſecularis, poſſint à iudice laico puniri? Reſpond. Reſolutio huius quæſtionis videtur pendere ab illo articulo, nunquid talia edicta ligēt clericos, in quo ſemper mihi placuit opin. affirmatiua, quæ etiam eſt magis communis, ut dixi ſupra lib. 1. Et patet ex authoritatibus allegatis per Didacum in prac. quæ. 33. num. 7. ex quo talia proclamata concernunt publicam vtilitatem, & quietem totius populi; prætereaque armorum vſus non modò de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico eſt interdictus, vt ibi dixi. Hac igitur opinione retenta, dic, ꝙ ſi clerici fuerint reperti cum ipſi armis prohibitis, poteſt iudex laicus, ſeu eius familia ipſos ſpoliare, & arma eis auferre, neque tenētur illa eis reſtituere. Et ita paſſim obſeruatur, & in ſpecie id in Hiſpania ſeruari atteſtatur Didacus in d. quæſ. 33. num. 7. & lib. ſecundo, reſolutionum, ca. 20. in fi. Placa lib. primo delictorum, cap. 8. num. 26. Aliàs ſequeretur, quòd clerici poſſent cum armis liberè vagari, & impune turbare quietem ciuitatis, quod eſſet abſurdiſſimum, & nullo modo tolerandum. Quo verò ad pœnam corporalem, credo ꝙ contra eos exequi non poſſit; ſed ſi ſit pecuniaria, bene poſſet exequi, non tamen poteſt iudex ſecularis ab eis illam exigere, ſed ſunt puniendi per iudicem ſuum eccleſiaſticum ſecundum opin. Io. de Platea in §. Item lex Iulia. Inſti. de publi. iudi. Et ad hunc effectũ iudex & familia ſecularis poſſet, & deberet talem clericum cum armis deprehenſum impune detinere, & conſignare ſuo iudici, vt illum puniat, iuxta ea quæ dixi ſupra q. 28. verſi. Si vero loquimur. Et licet Didacus in loco præallegato dicat, quòd forte non tenebitur iudex eccleſiaſticus eis imponere pœnam comminatam in edictis Principis ſecularis, ſed ſolum eos punire pœna arbitraria, ego in pœna pecuniaria credo, ꝙ tenebitur eam illis imponere; nõ enim video quomodo diceiētur clerici ligari huiuſmodi edictis, vt eſt communis concluſio, cum qua etiam ipſe ſentit, niſi ligarentur etiam pœna pecuniaria in eis impoſita, Bene quo ad pœnam corporalem, teneo ꝙ nullo modo eos liget. Cæterùm quicquid ſit de iure, in Gallia iudices ſeculares puniunt clericos arma vetita deferentes, vt atteſtantur multi, quos refert Didac. in loco præallega. Chaſſen. ſuper conſue. Burgũ. fol. 52. nu. 76. vbi refert etiam hic Mediolani, dum ipſe eſſet vicarius iuſtitiæ, captum fuiſſe quendam clericum de nocte cum armis, qui fuit punitus pœna pecuniaria, & euaſit corporalem. In Gallia autem dicunt hoc

eis licere ex priuilegio Rom.Pontificis.

23 Quæro, † nunquid clericus committens crimen læſæ maieſt. poſſit puniri per principem aut iudicem ſecularem, cui ſit temporaliter ſubditus? Reſpond. De iure loquendo, ꝙ non, clericus enim nõ dicitur proprie cõmittere crimen læſæ maieſt. quum non ſit vere ſubditus, ut dixi ſupra, §. læſæ maieſt. verſi. Vidi quandoque. Et ita reperio in facti contingentia conſuluiſſe Barba. conſilio 22. in primo dub. lib. 3. Roland. conſil. 4. lib. 1. Tamen de facto principes ſeculares pluries ſeruant contrarium, quia in hoc crimine, quum agatur de ipſorum vita aut ſtatu, nõ ſolẽt clericos remittere ad iudices ſuos eccleſiaſticos, ſed ipſi per ſuos iudices illos examinari faciunt, & torqueri, & quandoque etiam ſuſpendi, & poſſent forte principes & iudices ſeculares hoc facientes excuſari per tex. in c. perpendimus, de ſenten. ex com. & ea, quæ dixi ſupra, verſi. Quæro modò. Sed nunquid clericus poſtquam erit iudicatus à iudice ſuo eccleſiaſtico, quòd commiſerit tale crimen læſæ majeſtatis, erit deinde degradandus, & tradendus curiæ ſeculari? Reſpon. quòd proculdubio eſt degradandus, non tamẽ actualiter, ſed uerbaliter tantùm. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Curt. Iun. conſi. 159. nu. 1 prout illum refert Villalobos in ſua collecta communiũ opin. in littera E, nu. 99. Et licet Abb. in d. c. at ſi clerici. in princ. in vltimis verbis, tenuerit ꝙ eſt deinde tradendus curiæ ſeculari, tamẽ communis opi. videtur eſſe in contrariũ, vt ait Boſſ. in titu. de foro compe. nu. 137. & in ti. de crimine læſæ maieſt. poſt num. 86. Nemo eſt qui neſciat hoc crimen læſæ maieſt. eſſe atrox & enorme; propterea dicerem iudicem eccleſiaſticum poſſe talem clericum, etiam non expectata incorrigibilitate, tradere curię ſeculari, non tamen teneri, iuxta ea quæ dixi infra verſi. Pariter etiam.

24 Solet etiam † quandoq; dubitari, nũquid clericus deponens falſum teſtimonium coram iudice laico, poſſit ab eo puniri, dixi infra q. 38. verſi. Sed hic quæro.

25 Item quæro, † nũquid clericus imputatus de aſſaſſinio, poſſit puniri per iudicem ſecularẽ? Reſpon ꝙ ſic, tales enim aſſaſſini ſunt diffidati à toto populo Chriſtiano, & poſſunt a quocunq; impune offendi, ut eſt tex. in c. vnico. de homic. in ſexto, & dixi ſupra hoc eo. lib. §. Aſſaſſinium, verſi. Sed quæro.

26 Sed quæro. Tu ſcis, † quòd in caſibus, in quibus clericus poteſt puniri à iudice ſecu-
K lari, requiritur ſolemnis degradatio, *k* & traditio curiæ ſeculari, ut dixi infra uerſi. Scias autem, & ſeq. nunquid hæc etiam requiruntur, quando clericus de aſſaſſinio imputatur? Reſpondeo, quòd non requiritur actualis, neque ſolemnis depoſitio uel degradatio, & eſt communis opinio ut dicit Lambert. in ca. primo, quæſt. 11. num. 88. de hæret. in ſexto, quem refert Viuius in libro communium opi. in uerbo Iudex laicus poteſt. Diaz in prac. crim. cano. c. 91. Didac. li. ſecundo reſolutionum, c. 20. poſt nume. 10. verſi. Sexto deducitur. Placa lib. 1. delictorũ, c. 19. nume. 26. referens idem atteſtari Remig. Gon. de immunitate eccleſiarum, fol. 144. fallen. 15. num. 10. Et ita in practica obſeruatur, ut ait Diaz in d. c. 91. quem refert Prac. Conradi fol. 247. verſic. 18. fallit. Bene verum eſt, ꝙ requiritur ſententia declaratoria, per quam iudex pronunciet ipſum eſſe aſſaſſinum. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Prac. Carer. fol. 289. nu. 11. Capic. deciſ. 112. nume. 2. Placa in d. c. 19. nu. 27. qua declaratione ſic facta, non requiritur alia ſententia, per quam imponantur pœnæ contentæ in d. ca. vnico, ſed ſtatim illas incurrit ipſo iure & facto. Et ita dicit tenere communiter omnes doctores Alex. conſi. 166. num. 5. lib. ſeptimo. Sed nunquid talis declaratoria fieri poteſt per iudicem ſecularem, an autem requiritur in primis, quòd iudex eccleſiaſticus pronunciet ipſum clericum eſſe aſſaſſinum? Reſpond. De iure res videtur clara, quòd ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, ſed de conſuetudine ego uideo apud nos ſeruari, quòd ſi talis clericus eſt in fortijs iudicis ſecularis, non fit aliqua declaratoria ſuper hac qualitate, neque per iudicem eccleſiaſticum, neque per ſecularem, ſed reiecta exceptione clericatus, proceditur ad vlteriora contra talem clericum imputatum de aſſaſſinio, & retinetur in curia ſeculari iudicandus, & deinde perfecto proceſſu, & conſtito de aſſaſſinio, fertur per ipſum iudicem ſecularem ſententia declaratoria vna cum ipſa condemnatione. Et ita etiam reperio in facti contingentia obſeruatum fuiſſe per conſilium Neapol. ut atteſtatur Capic. in allegata deciſ. 112. numero quarto, & ſeq. & deciſ. 155. poſt numerũ 25. verſi. Sed hanc ſententiam, & Grammat. uoto 8. & uoto 11.

27 Quæro etiam. Tu ſcis, † quòd regulariter clericus

clericus propter aliquod quamuis graue delictum non traditur curiæ ſeculari, niſi ſit incorrigibilis, ut dixi infra uerſi. Dixi etiã, nunquid ergo propter crimen aſſaſſinij erit tradendus curiæ ſeculari non expectata incorrigibilitate? Reſpon. quòd ſic, & eſt communis opin. ut dicit Gul. de Benedictis in quęſt. de homicidio. quam poſuit poſt repe. c. Raynutius, fol. 41. in fin. quem refert Placa in d c. 19. poſt num. 26. Et licet ipſe videatur ſentire contrarium, ex quo iſte caſus (vt ipſe dicit) non eſt ſpecialiter exceptuatus à regula, non tamen eſt à communi opinione recedendum, quæ innititur verbis tex. in d. c. unico. expreſſe diſponentis, ꝙ abſque ulla depoſitione vel ſententia, ipſo iure & facto relinquatur curiæ ſeculari, in qua ſeculari curia parum curamus, an quis ſit incorrigibilis, vel ne, vt eſt omnibus notiſſimum.

28 Succeſſiuè quæro, † nunquid clericus, qui ſit incorrigibilis, poſſit puniri per iudicem ſecularem? Reſpond. quòd regulariter, licet ſit incorrigibilis, non poteſt puniri à iudice laico, niſi prius ſit degradatus, & traditus curiæ ſeculari. Scias tamen, quòd ſi talis clericus ſit uere incorrigibilis, eo caſu vtique poterit per iudicem ſecularem abſque ulla degradatione puniri; & hoc etiam, ſi ſit in ſacris conſtitutus. Et eſt communis opin. ut atteſtatur Didacus prac. quæſt. 32. poſt nu. 2. verſi. Secundo eſt adnotandum. Scias etiã, quòd quando clericus incorrigibilis non poteſt puniri ab eccleſia, poteſt ipſo iure comprimi à iudice ſeculari abſque alia degradatione. Et hæc eſt communis opin. Modern. vt dicit Aret. in c. cùm non ab homine, poſt nu. 39. verſicu. Tertia fuit opi. de iudi. quem refert Diaz in prac crim. cano. c. 131. Et ita aliquando ſeruatum fuiſſe per ſenatum dixi ſupra uerſi. Cæterùm ſi clericus.

29 Sed quæritur, † nunquid requiratur declaratoria ſuper huiuſmodi incorrigibilitate prius, quàm clericus poſſit per iudicem laicum puniri? Reſpond. Feli. in d. c. cùm nõ ab homine, poſt num. 10. dicit, quòd poteſtas, quæ datur iudici ſeculari ſuper clerico incorrigibili, non exercetur, niſi declaretur qualitas incorrigibilitatis. Et dicit quòd ita colligitur ex omnibus dictis doctorum communiter; & Felinum refert & ſequitur Diaz in allegato c. 131. Boſſ. autem in tit. de foro compe. num. 132. dicit, quòd clericus, qui non incedit in habitu, dicitur incorrigibilis, ſi præceſſit trina monitio, ille uerò, qui incedit in habitu, dicitur incorrigibilis, quando primò eſt depoſitus, ſecundò excommunicatus, tertiò anathematizatus, & adhuc in contumacia perſeuerat. Qua forma ſeruata, dicit ipſe quòd abſque alia declaratione efficitur fori ſecularis, & ſubdit quòd ita tenent communiter doctores, licet poſtea dicat quòd iſta forma raró uidetur in uſu. Cæterùm Chaſſen. ſuper conſuetud. Burgund. fol. 51. poſt num. 66. dicit quòd in curia Pariſien. obſeruatur, quòd poſt binam remiſſionem de delictis, pro quibus ingeritur pęna mortis, clericus habetur pro incorrigibili tam in odium incorrigibilitatis, q̃ in odium iudicis eccleſiaſtici negligentis eũ corrigere. Idem etiam declaratum fuiſſe per parlamentum Pariſien. in criminibus, in quibus pœna mortis non ingerebatur, refert Papo lib. primo, tit. 6. arreſto 5. quæ obſeruantia mihi ſatis placet.

30 Scias autem, † quòd regulariter clericus in ſacris conſtitutus, non poteſt propter quodcunque etiam enormiſſimum crimen à iudice ſeculari puniri, niſi prius ſit à iudi-
l ce eccleſiaſtico degradatus, *l* & traditus curię ſeculari. Et hoc omnes fatentur, ut ait Didac. prac. quæſt. 32. num. 2. Duo itaq; requiruntur ad hoc vt iudex laicus poſſit clericum punire, primum, ꝙ ſit degradatus, ſecũdum, ꝙ ſit traditus curiæ ſeculari. Degradatio aũt eſt duplex, verbalis. ſ. & actualis, vt dixi infra quæſt. 74. Et effectus huius differentiæ eſt maximus, nã qñ degradatio eſt tantummodo verbalis, iudex laicus nullam habet iuriſdictionem in clericum ita degradatum, niſi tradatur etiam curiæ ſeculari, vt dixi. Sed ſi ſit actualiter degradatus, põt iudex ſecularis eum punire abſque alia traditione. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Alciat. in d. c. cùm non ab homine, nu. 108. prout illum refert Villalob. in ſua collecta communium opi. in littera C, nu. 71.

31 Scias etiã, † ꝙ clericus non eſt degradandus niſi pro tribus criminibus, ſ. hęreſis, falſi cõmiſſi in litteris apoſtolicis, & conſpiratio-
m nis in propriũ epiſcopum. *m* Et hæc eſt cõis theorica doctorum, vt ait Gul. de Benedic. poſt tertiã partẽ repetitionis, c. Raynutius, in quæſt. de homicid. nu. 3. & ſeq. quẽ refert Foll. in prac. crim. cano. fol. 272. num. 23. In alijs aũt quãtũcunq; grauib. delictis ſufficit ſola depoſitio abſq; degradatione. Et ideo quãuis clericus cõmiſerit crimen enorme & grauiſſimũ, ẽt ſi occidiſſet ſummũ Põtificẽ,

non debet degradari, ſi paratus ſit ſe corrigere, ſed debet detrudi in perpetuum carcerem, uel in monaſterium. Et eſt communis opin. ut dicit Boſſ. in tit. de foro compe. nu. 136. Sed certè quicquid ſit de iure, contrarium obſeruatur in practica, ut dixi infra verſi. Pariter etiam.

32 Dixi etiam, † quòd ad hoc vt clericus in ſacris conſtitutus poſſit puniri à iudice laico, requiritur vltra degradationem q ſit traditus curiæ ſeculari. Scias autem, q regulariter clericus etiam depoſitus non debet tradi curiæ ſeculari, niſi ſit incorrigibilis. Et hæc eſt communis opi. ut dicit Abb. in d. c. at ſi clerici, poſt num. 38. uerſic. Et ſic reſidet. de iudi. Si uerò ſit incorrigibilis, tunc poteſt iudex laicus, abſque alia traditione facienda per iudicem eccleſiaſticum, illum punire. Et eſt communis opi. ut dicit Alex. de Neuo conſi. 59. num. 28. Quinimo ibi nume. 30. dicit communem opin. eſſe, q etiam abſque degradatione poſſit clericum punire, & dicit quòd hanc eſſe communem atteſtatur Butrius in d. c. cùm non ab homine.

33 Hinc infertur, † quòd licèt ex diſpoſitione. c. ſi quis ſacerdotum, 11 quæſt. 1. clericus propter calumniam uel contumeliam illatam epiſcopo ſit deponendus, & tradendus curiæ ſeculari, illud tamen intelligendũ eſt, ſi ſit incorrigibilis; & ita tenet glo. in d c. cùm non ab homine, in glo. fin. de iudi. cuius opinio tanquam mitior communiter approbatur, ut dicit Abb. in d. c. at ſi clerici, poſt num. 37. Summa Silueſtrina in uerbo Degradatio, quæſt. 2. Hanc etiam opin. dicit tenere communiter doctores Auguſt. ad Ang de maleſi. in uerbo. Et ibi caput, nume. 42. Ana. in c. ad abolendam, poſt num. 19. verſi. Tertius caſus eſt, de hæret. Aretin. in d. c. cùm non ab homine, num. 71. quē refert Diaz in prac. criminali cano. c. 109.

34 Videmus etiam, † quòd quamuis clericus conuictus de crimine falſi ſtatim ſit deponēdus, & tradendus curiæ ſeculari, c. ad falſariorum. de crim. falſi, nihilominus hoc regulariter nō ſeruatur, ut dicit Anan. in Rubrica de falſis circa fin.

35 Pariter etiam, † licèt clericus condemnatus pro enormi homicidio ſit deponendus, & tradendus curiæ ſeculari, non tamen pōt ſtatim poſt depoſitionem tradi curiæ ſeculari, ſed debet expectari, q ſit incorrigibilis. Et eſt communis opin. ut dicit Areti. in d. c. cùm non ab homine, num. 80. quem refert Dec. in d. c. at ſi clerici, nume. 258. Arnal. Alber. in c. quoniam, col. 124 in ſi. uerſi. Nihilominus tamen. de hæret. in ſexto, quē refert Diaz in prac. crim. cano. c. 90. relatus per Didacum lib. ſecundo reſolutionum, c. 20 poſt num. 7 & Foller. in prac. crim. folio 66. num. 45. circa ſi. Placa lib. primo delictorum, c 21 num. 13. Berous in d. c. at ſi clerici, numero 181. Boſſ. in tit. de foro compe. numero 141. in ſi. Contrariam tamen ſententiam, quòd ſcilicet clericus pro enormi homicidio, aut alio delicto, tradendus ſit curiæ ſeculari, dicit eſſe magis communem Gul. de Benedic. poſt tertiam partem, repeti. c. Raynutius. in d. quæſt. de homicidio, numero 40. in ſi. quem refert etiam Didacus in loco præallegato, non bene relatus per Villalobos in ſua collecta communium opin. in littera I, numero 8. refert etiam Mēchiaca de teſta. lib. tertio, §. 22. poſt nu. 52. Ita etiam dicit communiter teneri Pract. Carer. fol. 544. num. 59 Et hæc opin. ſeruatur in practica, ut ſcilicet clericus propter homicidium proditorium, uel aliud enorme & grauiſſimum delictum degradatus, tradatur curię ſeculari, non expectata incorrigibilitate, ut in facto quandoque ſeruatum fuiſſe refert Dec. in d. c at ſi clerici, col. ſi. Diaz in d. c. 90. quē refert Foller. in prac. crim. cano. fol. 273. Et ſe ita aliàs practicaſſe refert Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et ibi caput, poſt num. 43. & ego etiam aliquando vidi ſeruari. Ego in huiuſmodi caſibus enormibus, ſtāte hac varietate opinionum, crederem hoc relinquendum eſſe arbitrio ipſius iudicis eccleſiaſtici degradantis, qui ſecundum qualitatem facti & perſonarum decerneret, an eſſet tradendus curiæ ſeculari uel non. In dubio tamen dicerem nō eſſe faciēdam traditionem clerici delinquentis, qui non eſſet incorrigibilis, niſi natura rei & circunſtātiæ criminis aliud ſuaderent. Et hanc ſententiam tanquam communem, & regulis iuris conſentaneam amplecti uidetur Didacus in loco præallegato, verſicu. Huic ſane.

36 Nunquid autem † Epiſcopus aut clericus committens crimen læſæ maieſtatis in principem ſecularem, ſit illi tradendus? Dixi ſupra uerſi. Quæro nunquid.

37 Sed an iudex † ſecularis, cui tradit⁹ eſt clericus degradatus p iudicē eccleſiaſticum, poterit illũ punire corporaliter? Reſpon. Si cōſiderentur verba tex. in d. c. cùm nō ab hoīe,

videtur

videtur dicendum ꝙ non, quum ibi expreſſe dicat Summus Pontifex, quòd non debet puniri ad mortẽ, ſed tantùm pęna exilij, uel alia legitima pœna, & uerbum, Alia, uidetur intelligendum de ſimili, iuxta ea quæ dixi infra lib. 7. §. Alius. Sed in hoc non eſt inſiſtendum, nam de facto contrarium ſeruatur, quia ſcilicet iudices ſeculares illos puniunt pęna mortis, & ita vbique ſeruari atteſtatur Chaſſ. ſuper conſuetud. Burgun. fo. 51. poſt. nu. 66.

38 Sæpenumero † contingit, ꝙ delinquentes poſt commiſſa ſcelera faciunt ſe clericos, Quæro, nunquid clericus, qui poſt commiſſum delictum aſſumpſit clericatum, aut factus eſt religioſus, poſſit puniri à iudice ſeculari? Reſpond. Aliqui dicunt ſimpliciter quòd non, & ita fuiſſe aliàs iudicatũ in curia Aquenſi refert Oldra. conſ. 4. in fin. Tu verò dic, quòd, Aut talis delinquens ſuſcepit abſque fraude ordinem eccleſiaſticum, & tunc liberatur & eximitur prorſus a iuriſdictione iudicis laici, & relinqui debet iudici ſuo eccleſiaſtico puniendus. Et hæc concluſio eſt frequentiori doctorum calculo recepta, ut atteſtatur Placa lib. j. delictorum, ca. 35. nu. 1. Aut verò aſſumpſit ordinem eccleſiaſticum in fraudem, ut ſcilicet ſe eximeret à iuriſdictione ſeculari, & tunc non liberatur, ſed poteſt per iudicem laicum contra eum procedi. Et eſt communis opin. vt ait Imola conſi. 119 num. 1. Didac. pract. q. 3. 2. poſt nume. 4 ver. Secunda concluſio. Placa in loco præallegato, nume. 1. Benè uerum eſt, quòd hoc caſu non poterit puniri corporaliter à iudice laico, ſed tantùm in confiſcatione bonorum, aut pœna pecuniaria, & ſic remanet ſubditus ratione cauſæ & bonorum, non autem reſpectu perſonæ. Et ita communiter tenetur, ut dicit Aufrer. in d. clem. j. in prima regu. nume. 19. de offi. ord. quem refert Didac. in d. quęſt. 32. poſt num. 4. uer. Tertia cõcluſio, & Nunius de los corregidores fol. 137. col. j. uer. Imo fortius. & Viuius in li. communium opi. fol. 22. in verbo, Ordo eccleſiaſticus. Hãc etiam dicit eſſe communem opi. Placa in d. c. 35. num. 3. Boſſ. in titu. de pœnis, nu. 38. Prac. Conradi. fol. 247. verſic. Vndecimo fallit. Deberet tamen iudex eccleſiaſticus talem clericum, q. eccleſiaſticum ordinem in fraudem ſuſcepit, degradare, & tradere iudici ſeculari etiã corporaliter puniendum. Hanc autem concluſionem iudices ſeculares non obſeruant, vt dicit Baſ. in d. l. j. nu. 3. in fi ff de pęn. quẽ refert Igneus in l. fideicommiſſum. poſt nu. 266. ff. ad Sylle. Nam (ut ait Barto. ibi) ex quo iudices eccleſiaſtici plerũque ſolent in hoc ſe præſtare difficiles, ſolent iudices ſeculares, abſque hac ſolemnitate degradationis, nihilominus eos ad mortem cõdemnare, & propriam ſententiam exequi, licèt ſecundum eum male faciunt.

39 Sed in hoc † propoſito quæro, quando præſumatur delinquentem ſuſcepiſſe clericatum, aut ingreſſum fuiſſe religionẽ ĩ fraudem uel non? Reſpon. quòd ſi prius fuerat de ipſo delicto delatus, uel etiam diffamatus, præſumitur in fraudem illud feciſſe, & ita cenſet maior pars interpretum, ut atteſtatur Placa in d. c. 35. nu. 1. circa fi. & aliàs ſenatus in cauſa cuiuſdam Oldradi Cuticæ iudicauit beneficium ĩ fraudem ſuſceptum fuiſſe, quoniam poſt commiſſum delictum illud adeptus fuerat, 19. Nouembris 1552. P. N. Hoc autem multo magis locum haberet in eo, qui iam fuiſſet condemnatus. Et ideo reiecta fuit per ſenatum hæc exceptio in facti contingentia, in quodã Barth. Trotto, qui dum eſſet uxoratus, condẽnatus fuerat in pœnam pecuniariam, eo quia nõ præſentauerat quendam reum, pro quo fideiuſſerat, deinde fecit ſe clericum, & ſenatus nõ obſtante clericatu iuſſit contra eum procedi per iudicem laicum, 9. Septembris 1559. P. N.

40 Sed nunquid † ſi delinquens ingrediatur religionem, monaſterium tenebitur pro delicto ipſius ingreſſi, prout etiam dixi in hærede infra q. 51. uer. Sed hic quæro? Reſpon. quòd tenebitur ipſum monaſterium, quatenus ad eum deuenit. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Alber. in Auc. ingreſſi, nu. 2. circa fi. C. de ſcroſan. eccl.

41 Euenit plerunque, † quòd in eodem crimine committendo interueniunt ſimul clerici & laici, & iudex eccleſiaſticus procedit contra clericos, iudex uerò ſecularis procedit contra laicos. Quæro, nunquid cauſa ſit etiam quo ad laicos remittenda iudici eccleſiaſtico, & hoc, ne continentia cauſæ diuidatur, & ne fortè etiam diuerſæ ſententiæ ſequantur? Reſpond. de iure quòd ſic. Ita dixit Anto. de Prato ueteri in l. j. in fi. ff. quæ ſentent. ſine app. reſcind. Nam (vt ipſe ait) magis dignum trahit ad ſe minus dignum, c. quanto, de iudi. prout eſt communis regula teſte Gomeſ. in c. j. nume. 47. in fi. de reſcr. in 6.

in 6. Et hanc opi. dicit eſſe cõmunem Boſſ. in titu.de foro compe.nume. 116.in fi. Et ita ſe quandoque uidiſſe in practica obtineri, atteſtatur Soc in l cùm ſenatus,in fi.ff.de rebus dub.quem refert Boſſ.in ti.de foro compe.nume. 147. & Foller.in pract.crimin.fol. 75.nume.79. Ita etiam ſe in facti contingentia obtinuiſſe atteſtatur Io. Arno. ſoliloqo 57. Non eſt negligendum. Sed certè, quicqd ſit de iure, hæc opi.non ſeruatur in practica, vt dicit Igneus in l. j.§. ſi quis in uilla,num. 27. ff.ad Sylle. Et ita in hoc ducatu ſemper vidi ſeruari, quòd iudex laicus cognoſcit quo ad laicos, & eccleſiaſticus quo ad clericos, & ita etiam reperio in facti contingentia ſeruaſſe conſi. Neapo ut refert Capic.deciſ.173. Et licèt Chaſſen. ſuper conſuet Burgun.fol.51.poſt nu.69.dicat ſe uidiſſe in hoc ducatu obſeruari prędictam deciſioné Ant. de Prato ueteri, hoc fortè potuit eſſe ſuis temporibus, hodie certe ſeruatur totũ cõtrarium, prout etiam ſe uidiſſe contra eam ſæpius iudicari, atteſtatur Igneus in l. Senatuſconſulto,nu. 14 ff ad Sylle. Et ego pluries ita uidi iudicari, & in ſpecie in cã quorundam de Caſtelliono, 23. Martij 1553. C.R. Et hanc opin. contra Anto.in practica ſeruari,atteſtatur etiam Rebuff.in rep. auc. habita,priuilegio 106.& Anto.Gomeſ.cap. 10. delictorum,nu.6.in fi.& alij plures,quos refert Dida. pract. q.34.nu. 1.in fi. Et ideo ab hac communi obſeruantia non recedas in practica.

42 Quæro, quid† ſi per laicum illata ſit iniuria clerico, nunquid cognitio ſpectet iudici eccleſiaſtico? Reſpon. Glo.in Auc.Item nulla communitas,in uerbo ab eccleſia, C.de epiſc. & cle.tenuit quòd ſic, alij verò dicunt, quòd quando laicus offendit clericum, poteſt uterque iudex de ipſo delicto cognoſcere, & inter ipſos eſt locus præuentiori. Et idõ ſi iudex eccleſiaſticus prius procedere cęperit,ipſe præferetur, & econuerſo. Et ita ſeruari atteſtatur Guido Papę deciſ. 562.utrũ officialis, nume. 3. & ita iudicatum fuiſſe in parlamento Gratianopol. refert Papo lib. 1. titu.4. Arreſto, 6. Mihi magis placet, quòd vterque iudex procedat, & uterque eodem fiet, prout ſe in facti contingentia obſeruaſſe atteſtatur Amad. de ſynd. nume. 171.ubi dicit quòd Epiſcopus ciuitatis procedebat contra percutientem clericum ad pęnas ſpirituales, & ipſe procedebat ad pęnas fiſco applicandas, vterq; enim iudex uidetur offenſus, meritò uterq; ad pęnam ſui fori procedere debet,quum pęna ſpiritualis non tollat temporalem, nec econtra, ut dixi infra q.57.ver.Sed quæro.

43 Quęro,† quomodo fiat remiſſio clericorũ à iudicibus laicis ad eccleſiaſticos? Reſpon. In aliquib.prouinciis conſuetudo eſt, quòd fiant tales remiſſiones cum irriſione maxima ipſorum clericorum, & plerunque etiã cum mitra in capite, uel tubis ſonantibus, quod ſeruatum quandoque fuiſſe in ciuitate Peruſii refert Ang.in l lege Iul.circa fi.ff. ad l.Iul.de pub. Solẽt etiã aliqui iudices eos mittere ligatos in maxima populi frequentia,& alii faciunt eis radi caput,ne uideatur corona clericalis,& ipſos tanquam laicos remittunt iudici eccleſiaſtico, ut refert Paris Put. de ſynd.fol. 200.poſt nu.5. In hac autẽ prouincia tales remiſſiones fiunt ſine aliquo ipſorum clericorum dedecore aut ignominia. Et hæc conſuetudo tanquam iuſtior & honeſtior ſeruanda eſt, & refert Paris Put.de ſyn.fol.391.in uerbo Remiſſio, quòd quidam regens, qui remiſit clericũ cum catena in collo ad Epiſcopum, fuit priuatus officio, quem refert Carauita ſuper ritu magnę curiæ 255. nume.7. & ſequen. ubi dicit hoc intelligendum eſſe, niſi catena illi appoſita fuiſſet cauſa cuſtodiæ potius, quàm cauſa ignominiæ.

44 VLTIMO quęro,† nunquid quando iudex ſecularis remittit clericum ad iudicem eccleſiaſticum, teneatur ipſe iudex eccleſiaſticus ſtare proceſſui facto à iudice ſeculari remittente? Reſpon. quòd non, & eſt communis opi.ut atteſtatur Dec.in ca.at ſi clerici de iudi.prout illum refert Gramma. conſi. 42.nu. 1.& Viuius lib. communium opin. in uerbo, Iudex laicus ſeu. Sũt enim acta facta coram iudice incõpetẽte. Quid autem in confeſſione, dixi ſupra q.21. uer. Hanc tamẽ. Vide in hoc propoſito ea, quæ dixi infra q.96. ver. Quæro etiam.

ADDITIONES.

a Renuntiare.] Vide & plene in terminis per Cæpo.in conſi. 11.in 5.q.

b Ad iudicem ſuum eccleſiaſticum.] Clericus autem ad hoc ut non poſſit in ſuum iudicem conſentire, quæ requirantur, uide in Specu. in titu.de competen. iud.adi.§.j.numero 22.

c Et habitum clericalem, tonſuramq;.]Addé, quod ſuperuenit aliud requiſitũ: q̃ ſ.clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ſint ab Epiſcopo deputati, eidemque Eccleſiæ ſeruiant, ut habetur in Sac. Conc. Trid. Seſſ.23.de reforma.cap.6. Nullus.§.in clericis vero. Iſte etiam coniugatus gaudet priuilegio canonis, ſi quis ſuadẽte diabolo, 17. q.4 vi.quæ dixi in ſingu.meo 344.

d Clericus coniugatus.]Itẽ clericus primæ tonſuræ coniugatus, an & quando priuilegium clericale amittat: & an, & quando iudex laicus ſuperſedere debeat, & ipſum ad iudicem eccleſiaſticum mittere, vi.per Cæpol.conſ.crim.10 & 11.omnino per Sac.Cõci.Trid.Seſſ.23.c.6.nullus.

e Non incedant.] Tu adde, q̃ imò hodie incedere debent, & clericali tonſura vti. Item & alicui Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputatæ ſeruire, ut habetur in d.§.in clericis, aliàs non gaudent.

f Ad iudicem Eccleſiaſticum.]Et hoc habetur etiam per Iacobi.de Sancto Georg. in l. quoties q.C.de iud.nu.7.

g In fraudem.] Idem de eo, qui poſt delictum, vel ante ſententiam, effectus ſit clericus; nam non poteſt condemnari per iudicẽ laicum, ſed per eccleſiaſticum debet puniri: niſi factus ſit clericus in fraudem, vt habetur plene per Carer.pract.crimin.§.homicidium.l'vltimo.ſub numero 92.quem vi. pro limitatio. qui etiam nume ſequen. tractat illam quæſtio. An & quando clericus primæ tonſuræ poſſit puniri per iudicem laicum, ſi non incedat in habitu, & tonſura, quod eſt hodie expeditum per Sac.Cõc.Triden.Seſſ.23.ſub decreto de reforma.d.capi.nullus.

h Neglectis monitionibus.] Adde quibus pœnis plectantur clerici, qui habitum clericalem ſpernunt, & an eis liceat comam, & barbam nutrire, explicatum ui.per Iacobum Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.centur.4.caſ.392.

i Adde,& vi. etiam per Rolan. conſilio 12. in 3.dub.vol.2.Craue 53.nu 6.

K Degradatio.] Qualiter autem clerici degradari dicantur vi. in Spec. titu. de accuſ. § 2.nume.4.Item clerici degradatio, quæ requirat, uel non, vi.ibi.nu.5.

l Degradatus.] De forma autẽ degrationis relatiue vi. per Lud. Carer. in tract. ſuo de hæret.ante nu.135.

m In proprium Epiſcopũ.]Adde, vt per Ludo.Carc.in pra.cri §.homicidium.7.ſub nume.59.vbi etiam alios ponit caſus, quos per te illic videbis.

Quæſtio XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Delicta communis fori quæ ſint.*

2 *Et an crimen vſurarum ſit communis fori, verſ.Quæro igitur.*

3 *Et an crimen adultery, verſicu. Quæro nunquid.*

4 *Et an crimen concubinatus, verſicu. Quæro etiam.*

5 *Et an crimen ſodomiæ, verſicu. Item quæro.*

6 *Et an crimen ſacrilegy, verſicu. Vlterius quæro.*

7 *Et an crimen ſortilegÿ. verſ. Præterea quæro. Remiſſiuè.*

8 *Epiſcopus an poſſit capi facere laicos ob crimina communis fori, verſicu. Vnum tamen.*

9 *Reus abſolutus vel punitus in vno foro, an poſſit etiam in alio puniri, verſ. Vltimo quæro. Remiſſiuè.*

IN HAC exceptione incompetentiæ iudicis ſępenumero dubitari contingit ratione cauſæ ipſius, ſeu criminis, de quo agitur; an ſcilicet eius cognitio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, an ad iudicem laicum, an etiam ad vtrunque. Et in
1 hoc propoſito ſcire debes quòd † delictorum quædam ſunt mere eccleſiaſtica, ſiue ad cognitionem eccleſiaſtici iudicis pertinentia, quædam merè ſecularia, ſiue ad cognitionẽ iudicis laici pertinentia. quædam mixta, ſcilicet communis fori, in quibus poteſt & iudex eccleſiaſticus & laicus cognoſcere.

2 QVÆRO igitur, † nunquid crimen vſurarum ſit communis fori? Reſpond. Videtur dicendum quòd non, ſed quòd pertineat ſolummodo eius cognitio ad iudicem eccleſia
a ſticum, a nam illud crimen eſt mere eccleſiaſticum ſecundum communem op. de qua atteſtatur Didacus lib.3.reſolutionum, c.3. in primis verbis, dicens quòd omnium iuris vtriuſq; profeſſorum conſenſu in hanc itũ eſt ſententiam. Et quòd cauſa reſtitutionis vſurarum, etiam ſi agatur inter laicos, ſpe-

ctet

ſtet ad iudicem eccleſiaſticum, neq; in ea laicus ſit iudex competens, voluit gl. in clem. 2 in verbo Vſuris, de iudi. ſecundum quam dicit eſſe communem opi. Alber. in Rub. C. de vſuris, nume. 5. Ita etiam communiter ſeruari, & practicari atteſtatur Lapus de Ca ſtell. allegatio. 56. Reuerende domine, qué refert Imo. in c cum ſit generale, nume 6 de foro compe. Adeò quòd (ſecundū aliquos) non poteſt iudex ſecularis neque etiam incidenter cognoſcere ſuper uſura. Et hāc op. dicit eſſe cōmunem Alexā. in l. quoties, poſt nume. 4. verſi Extra gl. C de iud Quinimò (ſecundum alios) parte excipiente contractum eſſe uſurarium, non poteſt iudex ſecularis, neque etiam ſtatuere terminum, intra quem debeat coram iudice eccleſiaſtico ꝓbare exceptionem uſurariæ prauitatis, iuxta doctrinam Bar. in l. præſes, poſt num. 4. C. de appel quem omnes ſequūtur, vt dicit Ripa. in l. qui pro tribunali, num. 7. ff. de re iudi. Tu uerò breuiter dic, ꝙ aut loquimur, quando pro crimine uſurarum agitur criminaliter, & tūc nulla eſt difficultas, quin uterque iudex, ſ. tam eccleſiaſticus quàm laicus, poſſit pro ipſo crimine criminaliter contra vſurarium procedere, vt dixi ſupra hoc eo. lib. §. Vſura, verſic. Et ex hoc infertur. Et ita praxis obſeruat, ut atteſtatur Didacus in d. c. 3. poſt num. 1. uer. Quarto nou eſt. Aut loquimur, quando inter partes agitur ciuiliter; & tunc, Aut vertitur quæſtio iuris ſuper vſura, ſ. nunquid cōtractus ſit uſurarius vel non, & tunc cognitio ſpectat ad iudicem ec-
2 cleſiaſticum, neque poteſt iudex ſecularis, in ea vllo modo ſe intromittere. Et ita concludunt omnes doctores, tam legiſtæ, quàm cano. vt dicit Iaſ. conſil. 153 num. 3. li. 4. vbi etiam refert Bal. in l. filium eum diffinimus, ff de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. dicētem quòd ita ſeruatur de conſuetudiue. Dec. cōſil. 170. num. 3. ubi dicit, quòd Doctores omnes ita concludunt. Roland. conſi. 95. nu. 44. lib. 2. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Soci. conſi. 88. num. 23. lib. 4. Alciat. in ca. 1. nume. 77. de offi. ordi. Et ita etiam communiter practicari, ſaltem quando iudex eccleſiaſticus facit inhibitionem, atteſtatur Marian. in d. c. cum ſit generale, num. 22. de foro compe. Aut uerò uertitur quæſtio facti ſuper uſura, puta quia non refricatur in dubium an contractus ſit uſurarius, uel ne, ſed ſolummodo repetuntur uſuræ, & tunc utique laicus eſt iudex cōpetens, Ita dicit Bal. in d. l. quoties. circa fi. C. de iudi. qui in hoc communiter approbatur, ut dicit Blancus de compromiſſis, fol. 94. poſt nu. 9. Ita etiam communiter receptum eſſe atteſtatur Did. in d c. 3. circa prin & ſuper 4. li. decr. fol. 197. nu. 5. Hāc etiam dicit eſſe communem opi. Abb. in d c cum ſit generale, nu. 17. quem refert Afflic. ſuper t. par. conſtitutionum Regni, Rub. 6. c. ſtatuimus num 1. & Berous in Rub. de uſuris, poſt num. 85. Alexan. in d. l. quoties, prout illum refert Turzan. in lib. commun opi. ca 90. Alcia. in d. c. 1. num. 77. Hæc tamen omnia intelligenda ſunt, vt ꝓcedāt, quando principaliter in iudicio deducitur quæſtio uſurarum, cæterū quando incidenter opponitur per modum exceptionis contractum eſſe uſurarium, tūc bene poteſt iudex laicus cognoſcere, etiam ſuper qōne iuris, & contractum ipſum tanquam uſurarium annullare & reſcindere, & eſt communis opi. tam legiſtarum quàm cano. ut dicit Guido Papæ conſi. 180. num. 2. Et ita quandoque uidi ſeruari.

3 Qværo, † nunquid cauſa adulterij ſit communis fori, ita ꝙ in ea poſſit procedere tā iudex eccleſiaſticus, quàm ſecularis? Rñ. ꝙ ſic, & ideo ex cauſa adulterij poterit Epiſcopus punire etiam laicū, vt dicit Abb. in c. Intelleximus, num. 1. de adul. & eſt communis opi. ut atteſtatur Alcia. in d. ca. 1. nu. 18. de offi. ord. & ipſos excommunicare, & detrudere in monaſterium, & eſt communis opi. ut ait Didac. ſuper 4. dec. fol. 145. nu. 20. quem refert Villalob. in ſua collacta cōium opi. in littera L, nu. 5. Quum enim hoc delictum ſit violatio ſacramēti matrimonialis, meritò eius vindicta non minus pertinet ad iudicē eccleſiaſticū q̃ ad laicum. Scias tñ, ꝙ qñ agitur ad ſeparationē tori propter adulterium faciendā, tūc de ea ſolus iudex eccleſiaſticus cognoſcit. Et hæc eſt cōmunis opi. vt ait Decius conſi. 212. poſt num. 2. Didac. ſuper 4. Decretatal. fol. 137. nu. 8.

4 Qværo etiam, † pro crimine concubinatus quis ſit iudex competens? Rñ. Aliqui dicunt ꝙ de hoc crimine iudex eccleſiaſticus cognoſcit, quum ſit mere eccleſiaſticū, & ita tenuit Gofr. quē refert Abb. in d. c. cū ſit generale, nu. 25. & hāc dicit eſſe communem opin. Bermond. de concub. fol. 304. nu. 2. Et hæc quidem opinio abſque difficultate procedit, tenendo quòd concubinatus de iure ciuili non ſit delictum, de quo d. ſup. li. §. Fornicatio, ver. Et in primis. ſed tenēdo

quòd

ꝙ etiã de iure ciuili concubinatus ſit prohibitus, neceſſariò fatendum eſſet, ꝙ etiam iudex ſecularis poſſit ſuper eo procedere, & punire. Quod certè ſenſiſſe videnẽ illi, qui aſſerunt, ꝙ etiam cõcubina ſacerdotis, ſi eſt notoria, poteſt puniri per iudicem ſecularẽ, licèt, ſi ſit occulta, non poſſit puniri niſi per Epiſcopum, quam opi. dicit eſſe communẽ idem Bermond. in loco præallegato, folio 305. poſt num. 6. & reperio in facti contingentia cõſuluiſſe Euerar. con. 202. Sed quicquid ſit de iure, nos uidemus, ꝙ iudices laici de concubinatus crimine puniendo parũ ſe intromittũt. & hodie pauci etiam ex eccleſiaſticis, fortè ne in aliis puniãt id, in quo ipſimet delinquunt.

5 Item quæro,† nunquid pro nefando crimine ſodomiæ poſſit etiam iudex eccleſiaſti cue contra laicum procedere? Reſpond. ꝙ ſic, ita colligi videtur ex text. in c. clerici. de exceſſ. prælato. & eſt communis opin. ut atteſtatur Bermond. in d. tract. de concu. fol. 128. nu. 43.

6 Vlterius quæro,† nunquid crimen ſacrilegii ſit eccleſiaſticum? Reſpond. Aliq dicunt, ꝙ de iure eius criminis cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, & vr̃ text. in c. cùm ſit generale, & in c. conquæſtus. de foro compe. Alii dicunt ꝙ eſt crimen mixtũ, quod poteſt ab vtroque iudice tã laico quã eccleſiaſtico puniri, & ꝙ inter eos eſt locus præuentioni. Et dicit Mantua conſi. 266. nu. 80 ꝙ ita omnes concludunt. Sed apud nos de conſuetudine iudices laici cognoſcunt de ſacrilegio, non autem eccleſiaſtici, prout etiam ſeruari in regno Franciæ atteſtatur Prac. Millei, fol. 74. nu. 17. ubi refert ſe ſe ciſſe ſuſpendi quendam, qui abſtulerat ab eccleſia vas ſacræ Euchariſtiæ. Faciunt quæ
b dixi infra q. proxi. uer. Vidi etiam. b

7 Præterea † quæro, an ſortilegii crimen ſit communis fori? Dixi ſupra, hoc eod. lib. §. Hæreſis, verſi. Succeſſiuè quæro.

8 Vnum tamen† uolo ut ſcias in hac materia, ꝙ Epiſcopus in criminibus communis fori, in quibus poteſt procedere contra laicos, nõ poteſt illos perſonaliter capi aut carcerari facere, aut punire, ſed tantummodo poteſt cõtra eos procedere per cenſuras. Et ita communiter tenetur, ut dicit Io. An. in addi. Spe. prout illum refert Foller. in pract. crim. cano. fol. 97. num. 52. & ſeq. Aufrer. in tract. de poteſta. eccleſ. ſuper laicis, num. 1. quem refert Didacus pract. quæſt. 10. num. 2. licet ipſi videantur ſentire contrarium, & dicant ſe aliquando contrarium obſeruaſſe. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Menchiaca lib. 3. de teſta. §. 22. poſt nu. 17. licèt ſubdat, ꝙ ferè tantus eſt numerus eorũ, qui tenent contrariũ. Sed quicquid ſit, apud nos communis opin. in practica obſeruatur, neque ab illa eſſet ullo pacto recedendũ, & ſecundum illam in facti contingentia iudicatum fuiſſe per parlamentum Pariſien. refert Papo lib. 1. tit. 5. arreſto 26. Benè verũ eſt ꝙ ſi prælatus legitimè perſcripſiſſet hanc facultatem exequendi contra laicos, vtiq; poſſet illos capere, & carcerari facere. Et hoc ab utriuſque partis fautoribus receptũ eſſe atteſtatur Menchiaca in loco præallegato, nu. 18. in fi. Quoad clericos autem nulla eſt difficultas. quin poſſit Epiſcopus eos capere & in carcere mitterẽ, etiam ſine au-
c xilio brachii ſecularis. c Et hæc eſt communis omnium opi. ut atteſtatur Didac. in d. q. x. poſt nu. 2. verſi. Quarto non eſt, & ita quotidie videmus obſeruari.

9 Vltimo quæro, † ſi pro huiuſmodi criminibus communis fori reus fuerit in foro eccleſiaſtico abſolutus uel punitus, an poſſit deinde etiam per iudicem laicum inquiri, & puniri? Dixi infra q. 58. ver. Sed hic occurrit, & ver. Sed quæro.

ADDITIONES.

a Ad iudicem Eccleſiaſticũ.) Adde cõem & vt dixi in collecta mea comm. opi. c. contractus, nu. 21. 22. & 23. uſque ad nume. 26.

b Vide Rolan. conſi. 24. in 2.

c Brachii ſecularis.) Et ad materiã, an & qñ brachiũ ſeculare cõcedere debeat iudex ſecularis abſq; eo, quod de nullitate, uel iniquitate ſniæ latæ per Eccleſiaſticũ cognoſcat, Vide ꝑ Nat. plenè eius con. 529. At brachiũ ſeculare non põt inuocari, niſi qs prius fuerit excõicatus, grauatus, & regrauatus, & ille effectus eſſet incorrigibilis, adeò ꝙ Eccleſia nõ hẽt vlterius, quid faciat per eundem: ibidẽ n. 36. Itẽ cautus eſſe dẽt iudex ſecularis à quo per delegatũ implorat brachiũ ſeculare, ut uideat an ille ſit iudex cõpetens, nec ne. Nã ſi erit incompetens nõ dẽt ꝑſtare ſibi miniſteriũ alicuius obedientiæ, uel executionis, ꝑ Bal. & Sal. in l. in criminali. C. de iuriſ om. iu. & Nat. ubi ſu. n. 37. 38. ad idẽ ꝑ Rol. i cõſ 37. n. 2. vol. 1. Poſtremò ſcias ꝙ qñ

Vicarius

Vicarius, ſeu Officialis Epiſcopi ad vtilitatem litigantis petit dictum auxilium, qđ debet uti literis requiſitoriis, nō autem præceptoriis ſub pęna excommunicationis, ut Franc. Marci deciſ. 147. par. 1. Et e conuerſo brachium eccleſiaſticum pro exequēda ſententia iudicis ſecularis, quando concedi debeat, & quando non, uide per Nattam d cōſilio 529. nu. 8.

Quæſt. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex loci delicti an poſſit contra delinquentem aliàs ſibi non ſubditum procedere.*
Et an poſſit reum punire, etiam ſecundum ſtatuta ipſius loci delicti. ibidem. Remiſſinè.
2 *Si ſint duo domini eiuſdem caſtri, an ſi vnus delinquat, poſſit ab alio puniri, uerſi. Quęro pone.*
3 *Et quid ſi aliquis delinquat in exercitu vnius prętoris poſito in alio territorio, uerſi. Quæro etiam.*
4 *Et an in foro pœnitentiali quis ſortiatur forum ratione delicti, uerſicu. Quæro nunquid.*
5 *Et an mandans fieri delictum ſit puniendus in loco mandati, uel in loco delicti, verſi. Item quęro.*
6 *Et an ratificans delictum ſit puniendus in loco ratificationis, uel in loco delicti, uerſi. Sed pone.*
7 *Et an ratione tractatus quis puniri poſſit, ver. Vidi aliquando.*
8 *Emittens ſagittam in uno territorio, & vulnerans in alio, in quo ſit puniendus, ver. Item pone.*
9 *Delinquens in una ciuitate, an poſſit puniri in alia illi fœderata, uerſicu. Succeſſiuè quęro.*
10 *Et quid ſi delictum ſit commiſſum in confinibus duorum territoriorū, quis iudex procedat, verſi. Prętereà quæro.*
11 *Et quid facere debeat iudex, ſi reus alleget delictum in alieno territorio commiſſum fuiſſe, ver. Vlterius quæro.*
12 *Iudex, coram quo teſtis falſum deponit, an poſſit illum punire. uer. Sed quæro.*
13 *Et quid ſi clericus deponat falſum coram iudice laico, uerſi. Sed hic quæro.*
14 *Et quid ſi laicus deponat falſum coram eccleſiaſtico, uerſi. Quæro nunc.*
15 *Et an furans rem in uno territorio, & contrectans in alio, poſſit in loco contrectationis puniri, uerſicu. Tu ſcis quòd furtum.*
16 *Furta commiſſa in alienis territoriis an computentur, ver. An autem. Remiſſiuè.*
17 *Si laicus committat delictum in eccleſia, ad quem iudicem cognitio ſpectet, uerſi. Vidi etiam.*
18 *Remiſſio an fieri debeat ad locum delicti, verſi. Eſt autem.*
19 *Et quid de conſuetudine, ver. Sed certè.*
20 *Et quid ſi loca ſint ſub eodem prǽſide prouinciæ, verſi. Hoc tamen.*
21 *Et quid ſi iudex, à quo petitur remiſſio, non habeat iuriſdictionem procedendi ex eo delicto. uerſicu. Sed quid ſi iudex.*
22 *Et an in leuibus delictis ſit locus remiſſioni, verſicu. Scias tamen.*
23 *Et quid ſi agatur pro crimine ciuiliter, uer. Itē ſcias.*
24 *Et an in curia Romana habeat locum remiſſio, verſi. Scias etiam.*
25 *Et an ſi agatur de pluribus delictis ab eodem commiſſis, verſi. Hęc autem.*
26 *Iudex laicus tenetur clericum delinquentem remittere ad iudicem eccleſiaſticum. ver. Item intelligenda.*
27 *Inter duos iudices loci delicti pro eodem crimine procedentes, quis ſit præferendus, uer. Frequenter autem.*

DICTVM eſt de iudicis competentia, ratione perſonarū & cauſarum, nūc de loco delicti uideamus. In hoc autem indubitata eſt iuris concluſio, quòd † iudex loci, in quo commiſſum eſt delictum, poteſt contra delinquentem procedere, etiam quòd ille aliàs non ſit iuriſdictioni ſuæ ſuppoſitus, eumque condemnare & punire. Et hoc receptum eſſe affirmat Didac. pract. quęſt. 11. nume. 3. & dixi infra quæſt. 85. in prin. ubi etiam dixi, an poſſit illum punire ſolummodo ſecundum diſpoſitionem iuris communis, an autem etiam ſecundum ſtatuta ipſius loci delicti.

2 QVÆRO, pone † quòd ſint duo domini unius caſti, qui diuidant adminiſtrationem inter ſe, & vnus eorum delinquat in iuriſdictione alterius, nunquid poterit ab alio puniri? Reſpond. quod non, ita

tenet

tenet Bar. in l. inter tutores, poſt nu. 6. ff. de admin. tuto. & eſt communis opin. vt dicit Gaſpar Valaſ. in rep. l. imperium, poſt nu. 186. uer. Ex ſupradictis infertur, ff. de iuriſ. om. iudi. Hoc etiam eſſe communem dictũ atteſtatur Fe. in c. prudentiam, nu. 4. de offi. delega. nam (ut communiter dicitur) par in partem non habet imperium.

3 Qværo etiam † pone ꝙ aliquis delinquat in exercitu Mutinenſium tunc poſito in territorio Bononienſi, nũquid poterit puniri à prætore Mutinenſis exercitus? Reſpõ. ꝙ ſic, ita tenuit Marti. Sili. in l. cunctos populos, C. de ſumma Tri, & eſt cõe dictum, vt ait Corſet. in repet. Abbatis iu uerbo Iudicis incompetentia, in ʒ 3. limi. Ita etiam tenere Doctores atteſtatur Bal. in l. 3. nu. 3. ff. de offi. præſ. & in d. l. cunctos populos, num. 24. in fi. dicens ꝙ ita eſt de generali conſuetudine, & ante eum ita etiam ſeruari de cõſuetudine dixit Bar. in ea. l. cũctos populos, nu. 46. Idem atteſtatur Gram. ſuper conſti. Regni fol. 64. nu. 6. & 7. Poteſt enim uniuerſitas prorogare iuriſdictionem, & exercitus in hoc habetur loco uniuerſitatis. Et in hoc propoſito non eſt emittenda mirabilis deciſio facta per ſenatum contra quendam Io. Raffam militem cataphractum, qui dum eſſet hoſpitatus tum eius comitiua in ciuitate Papię, commiſit homicidium ſuper territorio Placentino, & concluſum fuit, quòd licèt ipſe non eſſet ſubditus Ducatui Mediolani, neque ratione originis, neque ratione domicilii, neque ratione delicti, nihilominus poterat tãquam ſubditus ratione militiæ puniri, iuxta ea quæ tradit Bart. in l. 1. nu. 13. ff. ad municip. Et ita perfecto proceſſu fuit damnatus ad triremes perpetuò. 11. Maii 1560. P. N. Vide quæ dixi ſupra q. 35. uer. Quæro modò.

4 Quæro †, nunquid in foro pęnitentiali quis ſortiatur forum ratione delicti? Reſpon. ꝙ non, & ita tenent cõiter Doctores, vt dicit Abb. in c. j. nu. 1. de raptorib. quẽ refert Rochus de conſue. relatus per Didac. pra. q xj. nu. 4. de Duennas reg. 378. in prima limitatione. Et ideò licèt quis delinquat extra locũ, in quo habet domiciliũ, tenetur tamẽ peccata ſua confiteri ſacerdoti, in cuius parochia tenet habitationem.

5 Item quæro, † nunquid mandans fieri aliquod delictum, ſit puniendus in loco, in quo fuit datum mandatum, an autem in loco, ubi ſequutũ eſt delictum? Rñ. ꝙ dẽt puniri in loco, in quo delictũ fuit conſummatum, non aũt in loco, ubi mandauit. Et hæc eſt cõis opi. vt dicit Abb. in d. c. fi. nu. 27. de foro comp. quem refert Probus in c. Inquiſitores. nu. 5. in fi. de hære. in 6. & prac. Conra. fol. 251. in prin. Maria. in d. c. poſtulaſti, n. 5. de foro compet. & in c. j. nu. 15. de raptor. Lãcel. Dec. in l. hæres abſens, §. apud Labeonẽ, ff. de iud. quem refert Duennas in d. reg. in tertia ampliat. & Placa li. j. delictorum, c. 15. n. 17. Remig. de immu. eccle. fo. 116. in 5. fallentia poſt nu. 3. Et rõ eſt, quia mãdãs nõ tenetͬ ex mandato, ſed ex delicto pp mandatum ſequuto, ut dixi inſ. q. 89. ver. Scias aũt. Dicit tñ Bal. in l. nõ iõ minus, in fi. C. de acc. ꝙ ſi mãdans & mandatarius conueniatͬ corã diuerſis iudicib. nõ pñt petere ſe remitti ad eundẽ iudicẽ; ſubdens in facti contingentia ita fuiſſe iudicatum, quod nota, quia apud nos ferè contrariũ ſeruaretur in practica, ſi vterq; iudex eſſet ſubditus huic ducatui.

6 Sed pone † ꝙ aliquis cõmiſerit homicidiũ Florentiæ, ut redderet ſecurum aliquẽ Senenſem, qui Senenſis poſtea Senis ratificauit dictũ homicidiũ, nunquid talis Senenſis ratificans erit puniendus Florentiæ, & ſic in loco commiſſi homicidij, an aũt Senis, & ſic in loco, in uno ſequuta eſt ratificatio? Rñd. ꝙ debet puniri Florẽtiæ, ubi cõmiſſum fuit homicidiũ, & eſt cõis opi. ut atteſtatͬ Maria. in d. c. poſtulaſti, poſt nu. 5. ver. Circa tertiã. Faciunt quæ dixi ſupra ver. Item quæro.

7 Vidi aliqñ † dubitari, nunquid ille, qui non eſt ſubditus ratione originis, neq; domicilii, poſſit puniri occaſione tractatus facti *a* de committendo aliquo maleficio extra territoriũ, & poſt multa tãdẽ deciſũ fuit per ſenatum ꝙ ſic, in cauſa cuiuſdã Gatelli. 20. Decembris 1552. Et hoc, licet maleficiũ fuiſſet commiſſum extra ducatum, neque ipſe eſſet iuriſdictioni noſtræ ſuppoſitus. Qđ nota, quia quũ ſit deciſio ſenatus,

b ſeruanda eſſet pro lege in hac prouincia. *b* Reperio tamẽ, ꝙ idẽ ſenatus in cauſa cuiuſdam Guidonis Bombaſii, qui moleſtabatur occaſione tractatus facti in dñio, de cõmittendo homicidium, quod cõmiſerat poſtea extra dñium, uiſus eſt inclinare in ſñiam, ꝙ ex quo ipſemet deinde commiſit homicidium, quod tractatũ fuerat, non poterat pro tractatu in hoc dñio puniri, 30. Aug. 1560. licèt ego contrariũ de iure ſentiã, per ea quę in terminis conſulendo dixi Bolog. conſi. 8. in ij. dubitatione, ubi ualde elegãter loquitͬ.

Item pone,† q; aliquis exiſtẽs in vno territorio emittat ſagittam, cum qua percutiat, vel exoneret archibuſiũ, cũ quo interficiat aliquem exiſtentem in alio territorio. Quis erit iudex huiuſmodi delicti? Rñd. q; poterit puniri in vtroque territorio, & inter ipſos iudices vtriuſque territorij erit locus præuentioni, & ita cõiter concluditur, vt dicit Abb. in d c. fi. nu. 25. de foro comp. quem refert Prac. Conradi fol. 250. in fi. Ita etiam cõiter teneri atteſtatur Albe. in 4. parte ſtatutorum, q. 79. quem refert Nellus de bannitis in 2. parte primi temporis, q. 8.

9 Svccessive quæro, † nunquid delinquens in vna ciuitate poſſit puniri in alia ei confœderata? Reſpond. Bart. vr̃ in aliquib. locis ſenſiſſe, q; ſic, ſed Bal. in l. executorem, nu. 32. C. de exac. rei iud. tenuit totũ oppoſitum, dicens q; in hoc Bar. errauit, nec ſeruatur dictum ſuum de conſuetudine, & illum refert Iaſ. in l. à diuo Pio, §. ſententiam Romæ, poſt nu. 10. ff. de re iudica. Et ab hac opi. contra Bar. non recedas in practica, niſi aliter ex capitulis fœderum expreſsè cautũ eſſet. Faciunt quæ dixi infra q. 71. ver. Quæro modò.

10 Præterea quæro, † pone q; aliquis cõmittat delictum in confinibus duorum territoriorum, ita q; neſcitur, ſuper quo territorio poſſit dici cõmiſſum fuiſſe, quis iudex procedet? Reſpon. Aliqui dicunt q; uterque iudex poteſt procedere, ſi tamen vnus præueniat, ille ſolus cognoſcere debet. Et hanc dicit eſſe communem opi. Ia. de Belui. Iunior in repe. §. contrahentes, poſt nu. 12. Sed quicquid ſit de iure, uſus obtinuit, q; uterque iudex procedit, & punit in ſuo territorio. Et ita communiter ſeruari atteſtatur Iaco. de Belui. in loco prçallegato, poſt nu. 14. Maria. in d. c. propoſuiſti, prout illum refert Boſ. in ti. de foro compe. nu. 60.

11 Vlterivs quæro, † pone q; quis accuſauerit Titium de aliquo delicto, Titius cõparet, & non negat delictum, ſed dicit illud commiſiſſe in alieno territorio, quid debet iudex hoc caſu facere? Reſpond. q; ante omnia poteſt ac debet cognoſcere, an ille locus, in quo delictum commiſſum fuiſſe dicitur, ſit de ſua iuriſdictione. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Maria. in c. poſtulaſti, quod eſt c. fi. poſt nume. 9. verſic. Circa 13. de foro competen.

12 Sed quæro, † nunquid iudex, coram quo ſeſtis falſum deponit, poſſit illum punire de falſo, etiam ſi reſpectu pœnæ non ſit illi iudex competens? Reſpond. Aut eſt iudex ordinarius, & poteſt illum punire pęna extraordinaria, ſecundum Bar. in l. nullum, nu. 8. C. de teſtib. & eſt communis opi. dicit Boſſ. in tit. de falſis, num. 103. Et ſcias, quòd licèt iſte iudex puniat illum teſtem tali pœna extraordinaria, poteſt nihilominus, iudex competens ipſius teſtis procędere contra eum de falſo ad pœnam ordinariam. Et ita uolunt communiter Doctores, ut ait Boſſ. in tit. prę c allegato, nu. 104. Aut eſt iudex delegatus, c & tunc eſt diſtinguendum, nam aut loquimur in delegato Principis, & poteſt eũ punire; aut loquimur in delegato ab inferiore à Principe, & non poteſt. Ita dicit Io. And. in addi Specu. in ti. de teſte, §. j. ſub nu. 44. Et hæc diſtinctio eſt frequentiori ſuffragio iuris utriuſque interpretum recepta, ut ait Didac. in prac. q 18. num. 8. Scias tamen, quòd non poteſt delegatus huiuſmodi teſtem punire pœna ordinaria, ſed tantum extraordinaria. Et hæc eſt communis reſolutio, ut atteſtatur Sapia. in l. fi. nu. 8. ff. de offi. eius.

13 Sed hic † quæro, quid ſi clericus d deponat
d falſum teſtimonium corã iudice laico, nunquid poterit ab eo puniri de falſo? Reſpond. In hoc articulo tres fuerunt opiniones. Prima fuit gloſæ in d. l. nullum, in gloſella prima, C. de teſtib. quæ uidetur ſenſiſſe quòd laicus poſſit illum punire de falſo. Sed illa gloſa cõmuniter reprobatur, ut dicit Cardi. Alex. in c. de accuſatione, co. 32. verſ. Sed quid ſi clericus, ſecunda. q. 8. Secunda fuit opi. Federici de Senis conſi. 93. Factum tale. quòd ſcilicet iudex ſecularis non ad accuſationem partis, ſed ex officio põt punire clericum de teſtimonio falſo coram eo prohibito in pœna pecuniaria. Et hanc opin. dicit in Francia ſeruari Guliel. de Benedic. in j. parte repe. c. Raynutius, fol. 79 nu. 142. quem refert Chaſſ. ſuper conſuet. Burgund. fol. 52. nume. 87. Idem atteſtatur Aufrer. in clemen. 1. de offic. ordin. in ſecunda fallentia primæ regulæ. Tertia fuit opin. Hoſti. quòd iudex laicus non poſſit illum punire neque corporaliter, neque pecuniariter. Et hanc opin. tenent communiter cano. ut dicit Afflic. deciſ. 230. quam etiam dicit eſſe communem Fel. in c. verum. de foro competen. prout illum refert Capic. deci. ſecunda, nume. 13. & Roland. conſil. 12. nume. 48. lib. ſecundo. Mantua in ſuo Speculo, fol. 130. nume. 4. Vantius de nullitatib. fol. 111. nu. 50.

Dian

Diaz in pract. crim. cano. 87. in fi. quem re-
fert Prac. Conradi. fol. 247. in princ. & Nu-
nius de Los corregidores fol. 232. col. ſecun-
da, uerſi. Quod intellige. Didac, in prac. q.
18. poſt nu. 8. quem refert Don Anto. de Pa
dilla in l. tranſigere, nu. 112. C. de tranſact.
Boſſ. in titu. de falſis, nu. 110. Et hæc opin. a-
pud nos ſeruatur in practica. Benè poteſt iu-
dex laicus in ipſa cauſa ciuiliter cognoſce-
re ſuper falſitate, quam clericus depoſuit,
nõ quidem ad effectum puniendi ipſum cle
ricũ, ſed ad effectum expediendi ipſam cau-
ſam coram eo vertentem. Et hoc omnes fa-
tentur, ut ait Didac. in d. quæſ. 18. in ultimis
verbis.

14 Quæro nunc, † quid è conuerſo, laicus
deponat falſum teſtimouium coram iudi-
ce eccleſiaſt co, nunquid poterit eum puni
re? Reſpond. quòd ſic, & eo caſu uterque
iudex, ſcilicet eccleſiaſticus & ſecularis, po
teſt procedere contra huiuſmodi teſtem, &
inter ipſos iudices erit locus præuentioni.
Et ita in facti contingentia deciſum fuit per
conſilium Neapoli. vt per Afflictum deci-
ſio. 219.

15 Tv Scis, † quòd furtum eſt contra-
ctatio rei alienæ inuito domino. Modò ali-
quis commiſit furtum in ciuitate Aſtenſi,
poſtea tranſtulit ſe cum re furtiua ad ciui-
tatem Alexandriæ, nunquid prætor Alexan
driæ poterit ratione contrectationis illum
punire de furto? Reſpond. Barto. in l. ſi do-
minum, nu. 2. ff. de furtis, tenuit quòd ſic,
& dicit Ange. in d. l. ſi abducta, in lectura Pe-
ruſina, quòd ita ſæpius vidit practicari opi.
Barto. & multos ad furcas duci; & in lectu-
ra Patauina dicit ꝙ aſſeſſores ſeruant opin.
Bar. tanquam utilem reipubli. quem refert
Marti. Lud. conſi. 61. num. 5. inter cõſilia cri-
minalia diuerſorũ. lib. j & Flo. in d. l. ſi abdu-
cta, dicit ꝙ aſſeſſores tenent opi. Bar. pro e-
uangelio Hãc etiam opi. Bar. ſeruari de cõ-
ſuetudine atteſtatur Bal. in d. l. ſi dominum,
in quadam lectura, quam pauci habent, ut
dicit Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et ue
ſtem cœleſtem, num. 16. Dicit etiam Pau. de
Ca in l. ſiue manifeſtum, § j. nu. 13. ff. de con
di. fur. ꝙ opi. Bar. practicatur per totum mũ
dum, & aſſeſſores & iudices habent eã pro
euangelio, quem refert Marſi. in l ſi. poſt nu.
212. ff. de iuriſd. omn. iud. Dicit etiam Nel-
lus de bannitis in 2. parte primi temporis, q.
5. ꝙ iſtam partem ut plurimùm ſequuntur
aſſeſſores, dicentes hanc opin. ſanctam, licèt
in fine ſubdat, ꝙ in hoc aſſeſſores non rectè
ſe fundant de iure poſſunt nihilominus de-
fendi ex uarietate opinionũ, & fortè ex con-
ſuetudine. Dicit ẽt Maria in c. j. nu. 15. in fi.
de raptor. ꝙ hęc opi. Bar. facit ſuſpendi cẽtũ
millia hominum. Et dicit Boe. deciſ. 13. nu.
47 ꝙ opi. Bart. cõiter ſeruaẽ in praxi, quem
refert Did. lib. 2. reſolut. c. 20. nu. 15. in fi. &
pra. q. 11. nu. 9. & Benincaſius de pauper. fol.
104. nu. 17. & Viuius in li. cõium opi. in uer
bo, iudex domicilij in fi. tanquã atteſtantem
ꝙ opi. Bar. ſit cõis, licet ego non reperiã in
e libro meo *e* Boer. in loco præallegato id
atteſtantem, benè inueni Afflic. in §. iniuria,
in 3. nota. nu. 7. de pace iura. fir. atteſtantẽ ꝙ
opi. Bar. eſt cõis. Et dicit Capic. deciſ. 104. in
cauſa D. Comitis, ꝙ conſ. Neapol. habet illã
opi. Bar. pro uera, ſaltem in practica, quã ẽt
ſe cõiter ſeruari uidiſſe atteſtatur Ia. de Bel
ui. iunior in repe. § cõtrahẽtes, poſt nu. 120.
Sed certe ego non credo quòd in hoc Affli.
uerum dicat, quinimò opin. contra Bar. eſſe
cõem atteſtatur Cępol. conſil. cri. 59. circa fi.
vbi dicit ꝙ hęc opi. contra Bart. eſt verior &
ęquior de iure, & hodie ẽt magis cõis, quem
refert & ſequitur Boſſ. in tit. de furtis, num.
18. Et Ang. in d. l. ſi dñiũ, nu. 1. expreſſe dicit
quòd illa opi. Bar. de rigore iuris cõiter re-
probaẽ, licet ſubdat ꝙ illam uidit obſeruari
per plures aſſeſſores, & quòd talis obſeruã-
tia eſt utilis reipub. & Ang. refert Alex. in
apo. ad Bar. in ea l. ſi dominiũ, & Rimina. con
ſi. 7. nu. 12. & Iac. de S. Georgio in d. l. ſi ab-
ducta, nu. 4. C. de fur. & Ang. de Vbal. inter
conſilia criminalia diuerſorũ, con. 71. nu. 18.
in fi. li. 2. & dicit Abb. in d. c. j. nu. 11. de rapt.
ꝙ vſque ad tpa Bar. contraria opi. fuit com-
munis, quẽ refert & deridet Anan. in c. ex li
teris, poſt nu. 9. de furtis, licet idem ẽt dicat
Maria. in eo. c. j. nu. 15. in fi. Et dicit Pra. Pa-
pi. in forma inquiſitionis, in uerbo Contra-
f ctando, *f* num. 3. quòd illa opi. Bar. non eſt
cõis, neq; approbata per Moder. de iuris ſub
tilitate, quẽ refert Pra. Conra. fo. 368. num.
22. Quinimò Bal. conſi. 154. li. j. & conſ. 171.
li. 3 dicit quòd illa opi. Bar. de facto nũq̃ vel
raro obſeruaẽ, & contra illã ſe in facti contin
gẽtia iudicaſſe atteſtaẽ Cępo. ĩ l. Marcellus,
nu. 23. ff. de uer. ſig. illã ẽt eſſe communiter
reprobatã atteſtaẽ Hip. Ri. ĩter cõſilia crimi
nalia diuerſorũ, con. 106. n. 11. lib. j. & ita tene
as. Certe in hoc Ducatu nõ ſeruaẽ opi. Bar.
ut ſcilicet fur repertus cũ re ꝑ eum furata
in alieno territorio, puniaẽ criminaliter. Et

ita contra illam opi. Bart. vidi in ſenatu ſæ-
piſſime iudicari, & in ſpecie 29.Nonembris
1558.in quodam fure Cremēſe, Solet tamē
quandoque ſenatus tales fures eijcere à Du
catu ſub aliqua pœna, prout ſeruatum fuit
cū quodā peregrino,10 Martij 1551.P.N.Et
ſecūdum hanc opi. malè poſſet defendi conſ.
Barba.33.in primo dubio,lib.4.in quo con-
ſuluit quòd fur, qui cum re furata aufugit
ad eccleſiam, dicitur ibi ex noua contrēcta
tione nouum furtum committere,& ideo po
teſt ab ea impunè extrahi, quod non credo
verum per prædicta.

16 AN autem,†furta commiſſa in alienis ter
ritorijs computentur, & faciunt numerum
ad effectum, ut quis poſſit pro pluribus fur-
tis ſuſpendi, dixi ſupra hoc eod. lib. §. Fur-
tum ver. Sed pone.

17 VIDI etiam†quādoq; dubitari,an ſi lai
cus committat aliquod delictum in eccleſia,
eius criminis cognitio ſpectet ad iudicē ec-
cleſiaſticum, an ſecularē; & reperio q. Cy.
in l. præſenti, uer.Secundo quæro,C.de his
qui ad eccl. confug. tenuit, q. eius cognitio
& punitio ſpectet ad eccleſiaſticum. Contra
riā autem opi. q. ſ. cognſci & puniri debeat
per iudicem ſecularē tenuit Bart. in l. ſi cui
§. cùm ſacrilegium,nu.3.ff de accu.Et hanc
dicit eſſe magis communem opi.Rol.conſil.
24.nu.5.& 6.li.2.& ita reperio in facti cōtin-
gentia eleganter conſuluiſſe Bertran. conſi.
9.& 10.lib.7. licèt enim locus eccleſiæ ſit
ſacer, non tamen propter hoc deſinit eſſe de
territorio principis ſecularis.Et ita indiſtin-
ctè apud nos obſeruatur. Faciunt quæ dixi
ſupra, q.proxi.uer.Vlterius quæro.

18 EST aūt†tantæ potētię locus delicti con
miſſi,ut de iure cōi teneātur alij iudices,pu
ta originis vel domicilij, ipſum delinquētē
g remittere g ad iudicē loci delicti, ſi fuerint
ab eo requiſiti, & hoc ad effectum ut ibi cō
tra eū procedatur, & puniať.Et hæc eſt cōis
opi.vt dicit Cœpolla conſ.cri.58.uer.Primū
eſt an de iure.Cur. Iun. in l.hæres abſens,§.
j.nu.5. ff.de iudi. Sapia in d.§ hæres abſens,
nu.10. Et quòd iudex domicilij, ſi nondum
cœpit cognoſcere omnino, teneatur remit-
tere,ſi remiſſio petatur, dicit eſſe cōem Ma-
ri.in d.c.poſtulaſti poſt nu.14.uer.Si uerò iu
dex, de foro compet. Hanc etiam dicit eſſe
communem opin. in atrocibus delictis Pra.
Conradi fol.249.numero 12. Si uerò petita
non fuerit remiſſio, non tenetur iudex re-
mittere.Et hęc eſt communis opi.vt atteſtať
Didac.pract.q.11.nu.6. Et quòd vbicunq uē
delictum remaneret impunitum, ſi remiſſio
non fieret, debeat de neceſſitate remiſſio fie
ri,dicit eſſe communem opi.Ana.in c.ex his,
poſt nu. 9.uer. Et primo arguit.de furtis. Et
licèt aliqui uoluerint,quòd iudex de remiſ-
ſione reqſitus,debeat prius ipſe cognoſcere,
an ille ſit culpabilis de delicto, pro quo im-
putať, & dicat Cępolla in d. conſ.54.uer.Et
in hoc benè cōſideret ita fuiſſe aliqň iudica-
tū, tň illa opi.praxis non admiſit,ut atteſtať
Didac.in d.q.11.nu.8.& contrariū tenent do
ctores cōiter,vt dicit Imo.in tesdū,§.idē au-
tem,uerſi.Nota argumentū.ff.de publica.&
ita ſemper uidi in practica obſeruari.

19 SED certè,†quicquid ſit de iure,hodie
de conſuetudine cōiter non fit remiſſio, ut
atteſtatur Cy. in auc. apud eloquentiſſimū.
in tertio no.C.de ſi.inſtr. Bart.in l.ſepulcri,
nu.3.ff.de ſepulcro uiola.quem refert Abb.
conſi. 24. nu.1.lib.j.& Gram.conſ.28.in fin.
& Publi.ſuper conſue. Aluer.fo.18.art.j.nu.
3. Gandi. de maleſi. in Rubr.de citatio.faci.
nu.8.Bal. conſ.393.li.j.& conſ. 209.in ſi.lib.
2 & conſ.238. lib.4.& in l.j.nu.2.in ſi.C.vbi
de cri.agi. opor. quem refert Afflic.ſuper.ij.
parte conſtitutionum Regni, Rubr. 3.num.
68.Vitali.de maleſi. in Rubr.quid ſit accuſa
tio,nu.53.Ia.de Belui.in §.ſi quis verò com
prehenſorum.in auc.ut nulli iudicū,quē re-
fert Aug. ad Ang. de maleſi.in uerbo. Et ibi
caput, nu.27.Abb.cōſ.24.nu.1.& ſeq. lib.1.
Iaſ.in l à diuo Pio,§ j.nu.2.ff.de re iud.quē
refert Prac.Conra.fol.249.in 8.limi.Ri.cōſ.
7.nu.7.Marſ.in prac. cri.§.oportunè,nu.35.
& conſ.32.num.9.& conſil.99.nu.21.quē re
fert Rol.cōſ. 60.nu.22.lib.2.Idem Marſi. in
repe.l.vnicæ,nu.143.in ſi.C.de rap.uir.Gra.
dec. 26.nu.3.Bero.in c.de his, nu.29.de acc.
Et dicit Ang.in l.ſolet,nu.3.ff.de cuſt.reorū,
q. hodie non utimur iſtis remiſſionib. quia
unaquæq; ciuitas ſibi ipſe pręſes eſt,nec ſub
ſunt ciuitates eidē dňo,meritò unus pręſes
alteri obedire non teneť.Et ideo in Italia in
qualibet ciuitate hňte iuriſdōnē ſeparatam,
qlibet delinquens eſt ſecurus. Et ita ſeruari
de cōſuetudine atteſtať Ful.conſ.149.nu.2.
Soc.iu.conſi.76.nu.7.lib.3.Ita ēt obſeruare
praxim Galliæ, ut ſ. non fiat hmōi remiſ-
ſio, atteſtatur Igneus in l.fideicommiſſum,
nu.232.ff.ad Sylle. Dicit etiam Pra.Millei
fol.37.nu.64. & 69.& fol.63.nu.2.q. de con
ſuetudine Regni Franciæ non fit remiſſio
ad iudicem loci delicti, ſed ad iudicem ordi
narium

narium delinquentis, reſpectu originis, vel domicilij, prout etiam atteſtatur Ponta. ſuper conſue. Bleſen. fol. 168. col. j. circa med.

20 Hoc tamen,† quòd non fiat remiſſio, intelligendum eſt vt procedat inter illos iudices, qui non ſunt ſubditi eiuſdem principis, & hæc eſt communis ſententia utriuſq; cenſuræ, vt dicit Probus in Apoſtil. ad Io. Monac. in c. inquiſitores, ſub nu. 8. de hæret. in 6. Dicit etiam Chaſſen. ſuper conſue. Burg. fol. 365. nu. 14. quòd hæc eſt communis ſententia omnium, tam iuris ciuilis, quàm canonici, quam quotidie videmus obſeruari. Et ait Didacus pract. queſt. 11 num. 10. quòd hæc ſententia communi totius orbis Chriſtiani vſu & praxi recepta eſt. Et ita etiã hodie ſeruari atteſtatur Bal. in l. executorem, nu. 30. in fi. C. de execut. rei iudi. & in l. requirẽdi, poſt nu. 2. C. de ſer. fug. quem refert Marcus deciſ. 400. nu. 9. Paulus de Caſt. con ſi. 309. nume. 1. lib. 2. Iacob. de Beluiſ. iunior in repe. §. contrahentes, nume. 71. & nu. 111. & alijs ſeq. vbi etiam atteſtatur, quòd hæc eſt cõmunis opi. Doctorum vtriuſq; iuris. Ana. in c. primo, poſt numerum 8. de raptor. Martinus Lauden. conſi. 61. nu. 2. inter conſilia criminalia diuerſorum, lib. 7. Bero. deciſ. 29. nume. 5. Aufrer. ſuper deciſ. Tholoſ. 319. Et dicit Ang. in auc. Si verò, C. de adulter. ꝙ hodie iſta remiſſio non fit niſi in locis ſubditis uni præſidi. Idem dicit Cœpolla in d. conſi. 59. ver. Et prædicta procedunt. Pariſ. Put. de ſyndi. fol. 190. c. 4. poſt nu. 1. Et ideo ſecundum Ang. in d. l. ſolet, poſt nume. 3. ſi plures ciuitates ſubeſſent vni domino, tunc deberet fieri remiſſio de uno præſide ad alium, ſubdens quòd ita uidit practicari, & obſeruari pluries, & benè. Cæterùm iter diuerſa dominia de generali cõſuetudine non ſolet fieri remiſſio. Benè uerum eſt, ꝙ de facto quandoque vidi (non obſtante tali conſuetudine) fieri remiſſiones delinquentium captorum in hoc ducatu principibus finitimis in delictis atrocib. & è conuerſo; quod tñ ego nũquã laudaui, quia credo ꝙ ſtante conſuetudine ipſi debeant eſſe ſecuri, tñ ad punitionem malefactorũ Deus aliqñ ita fieri permittit. Caueant ergo hmôi delinquentes, & ne hoc eis contingat, procurent hẽre a Principe, ſub quo morantur, fidãtiam, ſeu ſaluum conductũ, quo habito, tutè poterũt ibi permanere. Sunt ẽt quædã ꝓuinciæ, quæ aliqñ inierant capitula cũ ducibus Mediolani de tradendis inuicem delinquentibus, ſed talia capitula non ſolent obſeruari niſi ad libitum, & quum ſemel fuiſſet dictũ in ſenatu de renouandis huiuſmodi capitulis cũ Dñio Venetorum, fuit allegatum id, quod dicit in hoc propoſito Chaſſ. ſuper conſu. Burg. fol. 365. poſt nu. 14. quem omnino vide.

21 Sed quid† ſi iudex, à quo petitur remiſſio, nõ habeat iuriſdictionem procedendi ꝓ illo delicto, & cõſequenter nec ipſum reum capiendi, nunquid hẽre poterit locũ hoc caſu remiſſio? Rñdeo, Cald. tenuit, ꝙ ſic, dicẽs ꝙ attendi debet ſolummodo iuriſdictio iudicis id petentis, non autem eius, à quo petitur remiſſio. Contrariam tñ ſententiam, ꝙ ſ. non hẽat locum remiſſio, niſi iudex, à quo petitur, habeat iuriſdictionẽ capiẽdi ipſum reum, & procedẽdi pro illo delicto, dicit eſſe cõem Boſſ. in tit. de foro comp. nu. 52. & ſeq. Ego ſemper vidi de facto cõtrariũ ſeruari, nam ſiue remiſſio petatur à iudice, qui ſit ſub eodẽ principe ſeu præſide prouinciæ, ſiue petat ab eo, qui ſit ſub alio Principe, non attenditur an poſſit ab eo capi de iure uel ne, ſed ſolũ an ille, qui petit, habeat iuriſdictionẽ procedendi contra eum. Et hoc caſu ſi remiſſio petitur à iudice, qui ſit in hoc dominio, põt iudex requiſitus à ſe ipſo talem remiſſionem facere; ſi uerò petitur à iudice, qui ſit extra dñium, nõ fit remiſſio, niſi Principe ita iubente, nã in hoc Ducatu prætores neq; iudices inferiores, neq; ẽt ſenatus facit huiuſmodi remiſſiones iudicibus extra dominiũ exiſtentibus, ſed ſolus princeps, ſeu locum tenens generalis.

22 Scias tñ† ꝙ ubi agitur de leuib. delictis, nõ dẽt fieri remiſſio, & ita cõiter tenetur, ut dicit Abb. in d. c. fin. nume. 15. quem refert Dueñas in d. reg. 278. tertia limitatione, & Didac. pract. q. 11. poſt num. 7. verſi. Octauo remiſſioni.

23 Item† ꝙ qñ agitur ciuiliter *h* pro crimine, non hẽt locũ remiſſio, neq; ẽt de iure; hoc, ſiue crimen ſit leue, ſiue ẽt grauiſſimũ. Et dicit Abb. in d c. fi. nu. 15. de fo. cõp. ꝙ ita cõiter tenẽt, & ita fuit in factũ contingentia iudicatũ ꝑ curiã Tholoſanã, ut refert Aufrer. deci. 319. Quidã de Narbona, Nã qñ agitur ciuiliter pro crimine, non põt procedi ad reum puniendum, ut dixi ſupra q. 19. meritò non habet locum remiſſio.

24 Scias ẽt,† ꝙ curia Romana *i* nunquã in aliquo caſu remittit delinquentes ad aliã ciuitatem ſeu prouinciam. Et hæc ſemper fuit

ibi conſuetudo, vt atteſtatur Oldrad. conſi. 124. in fi. vbi dicit, quòd iſte caſus iam ſæpe & ſæpius acciderat, & ratio eſt, quia Roma eſt communis patria, &c.

25 Hæc autem † omnia, quæ de remiſſione dicta ſunt, intelligi debent ut procedant, qñ agitur de eodem delicto, ſed ſi agatur de pluribus delictis per eundem reum commiſſis, ſuper quibus duo iudices procedant, utique finito proceſſu per vnum, fit remiſſio rei ad alium, vt & ipſe ſuum proceſſum finire poſſit. Et ita quotidie ſeruatur, ut dicit Boſ. i ti tu. de foro compe. nume. 58. quod verum eſt quando ambo iudices ſunt ſub eodem pręſide prouinciæ, ſed ſi ſunt ſub diuerſis dominijs, non ſolet fieri remiſſio, vt ſupra dictum eſt.

26 Item† intelligenda ſunt, ut procedant in ea remiſſione, quæ inter ipſos iudices laicos fieri petitur. Cæterùm ſi iudex eccleſiaſticus petat ad ſe remitti clericum delinquentem tenetur & debet iudex laicus illum remittere, & ita ſentiunt omnes, ut dicit Ioan. Campeg. inter conſilia Alexand. de Neuo conſi. 56. nu. 3. Et ita in facti contingentia conſuluit Iaſ. conſ. 121 in primo dubio, li. 1. Quod tamē intellige ſecundum ea, quæ dixi ſupra quæſt. 39.

27 Frequenter† etiam dubitari contingit inter duos iudices loci delicti, qui pro eodem crimine procedunt, quis eorum ſit præferendus? Et hoc ſæpe contingit Mediolani, ubi eſt Capitaneus iuſtitiæ, & Prætor, & duo eius iudices, qui omnes habēt iuriſdictionē in criminalibus. Nos autem ſuper hoc habemus decretum in nouis conſtitutionib. in ti. de accuſat. §. ſi in eadem, per quod declaratur, ꝙ ille cenſeatur præueniſſe, qui prius inquiſitionem tranſmiſit, niſi eodem die, quo fuerit per unum iudicem tranſmiſſa inquiſitio, alter reum capi fecerit, nam eo caſu præferendus eſt iudex capturę, vultque decretū in omnem caſum præferri iudicem, qui de grauiori delicto inquirit. Et ita in facti contingentia declarauit ſenatus 8. Iunij 1558. quod ille, qui pręuenit per capturam, & procedit de grauiori delicto, præferatur. Quibus autem modis de iure communi dicatur præuenta iuriſdictio, dixi infra lib. ſeptimo, §. iuriſdictio.

ADDITIONES.

a Tractatus facti.] Aduerte, quòd teſtis, qui deponit de tractatu non probat actus conſummationem, multa enim tractantur, quæ non perficiuntur, & multa dicuntur, quę non fiūt per Dec. conſi. 488. num. 10. & conſi. 299. nu. 3 conſi. 404. num. 11. & 463. nume. 11. & per Alex. conſi. 28. nu. 3. vol. 2.

b In prouincia.] Vt legitur, atque no. in l. fi. C. de legibus.

c Iudex delegatus.] Adde, & vide fuſius explicatum per Iacobum Menoch. de arb. iud. q. 91. in 2. caſu. per totum.

d Quid ſi clericus.] Adde viden. in collect. mea commu. opi. § teſtis, nu. 18.

e In libro meo.] Fortaſſe autoris liber erat mendoſus, ſed Boer. in lib. meo ſub num. 47. bene dicit, quod opinio Bar. cōmuniter ſeruatur in praxi quinimò, nu. ſequenti. dicit requiri, ut ſtet per unā ad minus diem in illa ciuitate, aliàs non diceretur fur nouam cōmittere contractationem, nec contra eū naſceretur noua furti actio.

f Contrectādo.] Vbi ad idem vi. ibid. plenā additionem.

g Remittere.] Fallit in vagabundo, qui poteſt vbique puniri; hanc opinionem Doct. frequentiſſimo omnium conſenſu ſequuntur, teſte Didac. pract. quæſt. c. 11. ſub nu. 7. quem vide, quia exiſtimat, atq; probat falſam eſſe. & nu. ſeq. tenet neceſſariam eſſe ad talem remiſſionem faciendam ſummariam criminis cognitionem, & probationē, quæ fieri debet à iudice loci delicti, qui remiſſionem petit; & cuius expenſis fieri debeat remiſſio tradit ſub nume. 10. & nu. fin. tractat an hæreticus ſit remittendus.

h Agitur ciuiliter.] Adde ad idem, & in proxima quæſt. per Didac. ubi in tex. allegato.

i Curia Romana.] Vi. per Didac vbi ſupra fol. 161. cum pluribus ſequentibus.

Quæſt. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens an poſſit puniri in loco originis.*
Et quid ſi ibi non inueniatur, ibid.

2 *Et an quis ſortiatur forum in delictis ratione domicilij, verſ. Sortitur etiam.*

3 *Et an iudex originis, vel domicilij poſſit ex officio, & ſic per inquiſitionem procedere contra ſubditum, qui extra territorium ſuum deliquit, ver. Sed quæro.*

4 *Et an his caſibus puniri debeat reus ſecundum ius commune, an verò ſecundum ſta-*

tuta

tuta loci originis, domicilii, uel delicti, ver. Sed numquid, Remiſſiue.
5 *Et an poſſit delinquens puniri, in loco, in quo aſſiduè conuerſatur, verſicu. Quæro numquid.*
6 *Et an uagabundus poſſit ubique puniri, verſi. Ceterùm ſi reus.*
7 *Et quis dicatur vagabundus, uerſicu. Sed hic quæro.*
8 *Et an banniti dicantur vagabundi, verſicu. Fuit quandoque.*
9 *Et an delicta commiſſa extra territorium noceant ad aggrauandum, uerſicu. Prò complemento.*

DIXIMUS delinquentē poſſe puniri in loco commiſſi delicti,
1 Quæro nunc, an † poſſit puniri
a in loco originis? a Reſp. q ſic, & licet aliqui teneant, quòd hæc concluſio pcedat tantũmodo, ubi delinquens inueniatur in ipſo loco originis, aliàs uerò non poſſit ibi puniri pro delictis commiſſis extra illud territorium, & hanc dicit eſſe commun̄e opi. Boſſ. in tit. de foro compe. numero 73. hoc tamen uerum non eſt in delictis, ſed tantum in cauſis ciuilibus. Et ita loquitur Alexan. in apoſtil. ad Bar. in l. aſſumptio, §. filius ſub num. 2. ff. ad munici. & in l. cum quædā puella, nu. 5. ff. de iuriſd. omnium iud. quem refert idem Boſſ. in tl. de citatio. nu. 30. & ita uidemus quotidie obſeruari. Faciunt ea quæ dixi infra, uer. Sortitur etiam.
2 Sortitur etiam † quis forum in delictis ratione domicilii; poſſunt enim delinquentes
b puniri à iudice loci, b in quo reperiuntur habere domicilium tempore commiſſi delicti:
✱ quæ opin. communiter approbatur, vt dicit Sal. in l. 1. nume. 3. C. ubi de crimi. agi opor. quem refert Grammat. conſi. 27. nu. 6. in fi. Et dicit Afflic. ſuper 3. par. conſtitutionū Regni, Rub. 55. nume. 18. quòd iſta eſt communis concluſio omnium doctorum nemine diſcrepante; & hoc non ſolū ſi delinquēs reperiatur in loco domicilii, ſed etiam ſi ſit abſens, ad huc enim poterit iudex loci domicilii illum citare, & ſi ſit contumax, condemnare, Et hāc opi. dicit eſſe communem Abb. in capi. fina. numero 41. de foro competen. nam ubicunque ſit, remanet ſemper ſubiectus ipſi iudici, ſub quo domicilium contraxit, merito poteſt ab eo citari & condemnari. Faciunt ea, quæ dixi ſupra in princip. quæſtionis.

3 SED quæro, † nunquid iudex originis aut domicilii poſſit inquirere & procedere contra ſubditum delinquentē extra territorium? Reſpon. Si pręcedat accuſatio ſeu quę
c rela partis offenſæ, nullus dubitat c quin poſſit procedere, & punire. Punctus eſt, quā do pars non querelat, an poſſit ipſe ex officio inquirere, & contra delinquentem procedere? Et in hoc magna eſt controuerſia inter Doctores, nam aliqui tenuerunt q non poſſit inquirere nec procedere. etiā ſi extaret ſtatutum in loco ipſo originis uel domicilii, diſponens q de omni maleficio poſſet iudex inquirere. Et hęc fuit opi. Odofredi,
✱ quam dicit tenere cōmuniter Doctores Alber. in 3. parte ſtatutorum, quæſt. 36. nu. 6. Hanc etiam dicit eſſe cōmunem opi. Alex. conſi. 111. lib. 1. prout illum refert Pariſ. cōſil. 159 nu. 6. libro 4 licet reuera Alexand. id non atteſtatur, loquitur enim Alexāder an poſſit imponi pœna ſtatuti loci originis ſubdito delinquenti extra territorium, ab ipſo iudice loci originis, de qua quęſtione ego dixi infra quæſt. 85. uerſi. Tertius eſt caſus. Et ideo aduerte ne æquiuoces, quia multum intereſt quærere, an iudex originis poſſit inquirere, an autem inquirendo ſeu procedēdo poſſit imponere pœnam ſtatuti. Hanc tamē opin. quòd iudex loci originis, vel domicilii non poſſit inquirere contra ſubditum delinquentem extra territorium, dicit videri magis communem Marſil. in pract. crim. §. conſtante, numero 90. quem refert Grammat. decif. 26. numero 9. & numero 11. & apoſtil. ad Rimiual. conſi. 32. ſub num. 20. & conſi. 484. ſub. nu. 1. licet corrupte alleget. & Viuius in lib. cōmunium opi. in uerbo, Iudex domicilii. Sed hic etiam aduerte, nam Marſil. ibi dicit ſe credere, quòd ſi cœptum ſit procedi per iudicem loci delicti, non poteſt iudex loci originis inquirere, ne de eodem delicto eiuſdem hominis ſępius quæratur. Et ideo hæc opi. Marſil. nihil facit ad quæſtionem noſtram, ſed magis pertinet ad illum articulum, an ſi per unum iudicem cœptum ſit procedi, poſſit alius iudex pro eodem crimine procedere, de quo dixi ſupra quæſtio. 16. uerſi. An autem, & uer. Vnū tamen, uel ad alium articulum, an ſcilicet quando iudex delicti contra aliquem procedit, poſſit reus ab aliis etiam iudicibus ſcilicet originis, aut domicilii inquiri, & condemnari, an autem ſit remittendus ad iudicem loci delicti, de quo dixi ſupra q. proxima,

ma uerſic. Eſt autem. Nos autem loquimur ſimpliciter, an index domicilij, uel originis poſſit pro delicto extra territorium commiſſo inquirere, præſupppoſito quòd non appareat, quòd in aliquo alio loco pro eodē crimine procedatur. Hanc eandem opin. Marſilij uidetur ſenſiſſe Alcia. in ca. 1. nume. 131. de offi. ordi. ubi dicit, quòd ſi delinquens nō puniatur in loco delicti poterit puniri per iudicem loci originis, ſecundum ſtatuta loci, in quo deliquit; ſubdit, ꝙ iſta eſt communis ſententia. Et illum in hoc propoſito refert Diaz in prac. crim. cano. c. 9. Ex quo expreſſe innuere uidentur, ꝙ ſi procederetur in loco delicti, non poſſet iudex originis uel domicilij pro eo crimine inquirere, nec condemnare. Cæterum Bologni. conſi 8. colum. ſecunda, uerſic. Capio igitur, ſimpliciter loquendo, dicit, quòd ſecundum magis communes doctorum ſententias, etiam ſi ſubditus ratione originis delinquat in alieno territorio, non poteſt iudex originis inquirere nec procedere contra talem delinquentem, & illum refert Pariſ. in d. conſi. 159. nume. 7. Idem atteſtatur Io. de Amicis conſil. 60. nu. 10. Roland. conſilio 19. numero 20. libro 2. Dicit etiam Bald. in l. fi. nume. 17. C. ſi à non compe. iud. fue. iud. quòd conſuetudo quaſi generalis eſt, quod non poſſit inquiri de maleficio, quod quis committit extra territorium. Et illum refert Riminal. in d. conſil. 32. numero 20. & conſilio 471. nume. 10. & in d. conſi. 484. nume. 1. Non enim uidetur (ſecundum eos) offenſa Reſp. in cuius territorio delictum non eſt commiſſum, meritò non debet poſſe procedi per inquiſitionem, quæ principaliter tendere uidetur ad publicam uindictam Contrariam autem ſententiam, quòd. ſ. iudex originis poſſit contra ſubditum ſuum, qui extra territorium deliquit, ex officio inquirere & procedere, dicit eſſe communem Bologni. ſibi contrarius cōſilio 57. verſicu. Sed plus dicunt. Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Hæc eſt quædam inquiſitio, poſt nu. 83. quem refert Alciat. in cap. 1. nume. 67. de offi. ordi. relatus per Villalobos in ſua collecta communium opin. in littera D, num. 57. & Prac. Conradi fol. 251. nume. 19. & ſequen. Didacus prac. quæſtio. 21. poſt numerū 6. uer. Sexto in hoc Pra. Caſoni, fol. 111. num. 20. Idem atteſtatur Chaſſan. ſuper conſuet. Burgundiæ, folio 40. numero 11. Boſſ. in titu. de foro competen. nu. 182. vbi etiam ſubdit, quòd hanc opin. vſus approbauit. Syluan. conſilio 103. Marcus deciſ. 986. Quæritur ſuper caſu, num. 6. ubi dicit, quòd ita tenent communiter omnes. Bombi. conſilio octauo, numero 11. Dicit etiam Cagnol. in l. fi. nu. 153. ff. de iuriſd. omnium iud. quòd hęc opi. de conſuetudine obſeruatur, ſubdens ꝙ qui vidit teſtimonium perhibet, prout etiam de facto ſeruatū fuiſſe dicit Ang. in repe. l. ſi vacātia, C. de bon. uacan. quem refert Anan. in ca. qualiter, & qn̄ §. ad corrigendos, nu. 30. in fi. de accuſat. Certè negari non poteſt, quin magnæ, multæ ſint authoritates hinc inde; nihilominus quum hanc opin. affirmatiuam generalis conſuetudo videatur approbaſſe, ab ea non recedas in practica, præſertim in hoc Ducatu, in quo ſine cōtrouerſia ita ſemper fuit iudicatum, & ſeruatum. Licet enim ex delicto patrato in alieno territorio non videatur principaliter offenſus locus originis, vel domicilij, negari tamē non poteſt, quin publicè interſit, ut hi, qui origine, uel habitatione ſunt ſubditi, recte uiuant; & ubicunque delinquant, ab ipſo etiam præſide ſuo puniatur, arg. l. congruit, cum ibi nota, ff de offic. præſid. Et certe ſi ſecus fieret, magna daretur occaſio delinquendi. Quilibet enim ſcæleſtus ad delinquendum in alienas prouincias properaret, ſi ſciret ſe in loco, ubi habitat, puniri non poſſe. Bene uerū eſt, quòd ſi in aliqua prouincia contraria opin. obſeruaretur, crederem illam eſſe ſequendam, nam in omnibus cauſis, præſertim verò in criminalibus, nunquam eſt à communi practica, & uſu recedendum. Statim igitur cōmiſſo delicto, omnes tres iudices, ſcilicet delicti, originis, & domicilij poſſunt contra delinquentem procedere, ſiue ad inſtantiam partis, ſiue etiam ex officio, ut ſupra dictum eſt; ſeruatis tamen ſeruandis, & habitis legitimis indiciis, neque unus proceſſus alium impedit. Et ſi ipſi iudices procedentes ſint ſub diuerſis præſidibus prouinciæ, non eſt locus præuentioni, neque remiſſioni, ſed ſi ſunt ſub eodem præſide, ſolet ſemper reus remitti ad iudicem loci delicti, niſi aliud ex cauſa ipſi præſidi uideatur, debentque ipſi omnes iudices alter alterum adiuuare, & indicia, quæ habent, ad alium tranſmittere, ut melius iuſtitiæ locus eſſe poſſit. Si tamen reus ſit in aliquo loco carceratus ſolēt alij iudices ſuperſedere, dūmodo id per colluſionem factum non fuerit, & ſi in eo loco,

in quo detentus eſt, fuerit punitus uel abſolutus, facta fide de huiuſmodi punitione vel abſolutione, non poteſt amplius per alios iudices moleſtari. Quæ omnia intellige ſemper fraude ceſſante, iuxta ea, quæ dixi in alijs locis huius §. de quibus ſupra mentionem feci.

4 Sed nũquid† poterit iudex originis uel domicilij punire huiuſmodi delinquentes ſecundum ius commune, vel iuxta ſtatuta loci delicti, an originis, au verò ipſius loci domicilij? Dixi infra q. 85. uerſicu. Tertius caſus.

5 Quæro, d †nunquid poſſit delinquens pu-
d niri in loco, in quod aſſiduè conuerſatur? Reſpond. quòd (ſecundum aliquos) vbi talis conuerſatio continnauerit per decem annos, poteſt in eo loco puniri. Et ait Boſſ. in titu. de foro compe. nu. 72. quòd ita communiter tenetur. Ego nunquam vidi apud nos aliquem non ſubditum puniri propter delicta extra ducatum commiſſa, etiam ſi conuerſatus eſſet per decennium. Forte ſi ultra aſſiduam cõuerſationem concurreret, quòd haberet familiam, & maiorem partem fortunarum, poſſet puniri, nam eo caſu videretur in eo loco conſtituiſſe domicilĩ, in quo quidem nullus diſcrepat, ut dicit Bertrand. conſi. 203. poſt nu. 23 lib. 2. in 2. parte.

6 Cæterùm ſi† reus ſit vagabundus, poterit de delicto commiſſo puniri in quolibet loco, in quo inueniatur, nam, vt dicit glo. hoc tenens in l. j. in glo. fi. C. ubi de crimi. agi oportet, ubi te inuenero, ibi te iudicabo, quã Doctores frequentiſſimo conſenſu ſequuntur, ut ait Didac. prac. q. 11. nu. 7. & per illã glo. ait Bar. in l. heres abſens, §. proinde, ff. de iud. quòd multi ribaldi ſuſpenſi ſunt, & quotidie ſuſpenduntur. Et in hac quidem concluſione, ꝙ vagabundus poſſit vbiq; puniri, omnes concordãt, ut dicit Albe. in d. §. proinde, poſt nu. 2. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Bellamera conſi. 11. col. j. quem refert Probus in apoſtil. ad Io. Monac. in c. inquiſitores, nu. 5. de hære. in 6. Et ita ſenatus iuſſit quendam Brixienſem, qui dicebatur eſſe uagabundus, pro furto extra docatũ commiſſo fuſtigari, 7. Octob. 1557. P. N.

7 Sed hic† quæro, quis dicatur uagabundus? Reſpondeo, quòd vagabundus dicitur ille, qui per mundum uagatur, ita dicit Bart. in l. quarta, §. prætor ait, nu. 24. ff. de dam. infe. & eſt communis opinio, vt dicit Marianus in §. fi. nu. 57. de foro comp. quem refert Boſſ. in titu. de foro competen. nume. 70. Supple, neque habet alicubi certum domicilium, in quo habitet, nam in hoc propoſito nõ conſideratur, an habeat certum domicilium originis uel ne, quia (eo non attento) dummodo non habeat certum domicilium habitationis, poteſt vbique conueniri & puniri. Et ita cõmuniter tenetur, vt dicit Imola in c. dilectus, nu. 10 de reſcrip. & in c. fin. nume. 15. de eo qui mitti, in poſſ. rei ſeruandæ cauſa. Et licèt aliqui dixerunt, quòd ad hoc vt quis dicatur vagabundus, requiritur quòd non habẽt neque etiam domicilium originis, tamen illa opi. communiter reprobatur, ut atteſtatur Marian. in loco præallegato, ea enim retenta ſequeretur, quòd neceſſe eſſet ciuitatem, in qua ille natus eſſet, funditus eſſe euerſam & deſtructam; quod eſſet ridiculum.

8 Fui interrogatus† quandoque, nunquid banniti dicantur vagabundi? Reſpond. quòd non, & allegaui Albe. in 4. parte ſtatutorũ, quæſt. 80. Item quæro, dicentem quod ita tenent communiter Doctores, quem etiam refert & ſequitur Cœpolla conſil. crimi. 59 verſi. Sed dubium eſt. Quod tamen intelligendum eſt ut procedat, quando bannitus habet in aliquo loco etiam habitationem ſeu domicilium, aliàs enim ſi ſine certa habitatione per mundum vagaretur, utique habendus eſſet pro uagabundo, prout & alij ita vagantes; ne propter bãnũ efficeretur in hoc melioris cõditionis, ꝙ cęteri nõ banniti.

9 Pro† complemento huius materiæ, uolo ut ſcias, quòd ex maleficijs, de quib. propter diuerſitatem loci, vel in competentiã iudicis, cognoſci non poteſt, poſſunt iudices alia maleficia, de quibus cognoſcere poſſunt, aggrauare, & in maiori pœna punire. Et ita cõmuniter dicitur, ut atteſtatur Nellus de bannitis in ſecunda parte primi temporis, quæſtione 6. ſubdens quòd ita communiter ſeruatur per aſſeſſores, licèt ſecundum eum male faciant, & in animarum ſuarum perniciem. Vide quæ dixi ſupra hoc eo. lib. §. Furtum, uerſi. Sed pone, & infra quæſtio. 51. ver. Vnum tamen.

ADDITIO.

a Puniri in loco originis.] Adde quòd non ſolum poteſt puniri in loco originis, verumetiam illius bona publicari, quando ſubſunt uni, ac eodem Domino, per Alciat.

Alciat.reſponſ.3.in 1.tom.2.lib.7.

b Puniri à Iudice loci.] Adde, ſed non à iudice procedẽte per uiam inquiſitionis, quia tunc magis communis opi. eſt, quòd iudex domicilij vel originis non poteſt cognoſcere in ſubditum ſuum de delicto in alieno territorio commiſſo per Marſ. in §. conſtante.num.90.& per Gramm.deciſ.26.col.4. & fin. in fine, & per Rolan. nouiſſimè in conſi. 19.ubi latius. lib. 2. & idem in collect. mea commu.opi.§.iudex nu.24. ſed fallit de iure Pontificio commun. per Didac. practic. q.c.11.fol.mihi 156.col. 2.

c Nullus dubitat.] Adde idem, & per Did. vbi ſupra, & fol.157.col.1.in fin.

d Aſſidue conuerſatur.] Et hic obiter nota, quòd mala conuerſatio per loca, & cum malis hominibus facit indicium, vt per pract. Carer.nume.139. vbi comprobando retulit Bald. conſuluiſſe quendam Epiſcopum potuiſſe torquere conuerſantem cum hæretico; cum inculparetur de hæreſi. Et ex loci conuerſatione varia colligitur coniectura per l.vlti. C. ſi mãcip.ita fuerit aliena. Item frequentatio aſſidua in aliquo loco; an faciat indicium, ſi ibidẽ reperiatur mortuus aliquis, & neſcitur à quo fuerit occiſus, vide per eundem nu.140.

Quæſt. XL.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius prætoris an poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus.*

2 *Et an poſſit imponere vltimum ſupplicium, aut mutilationem membri, ver. Sed nunquid. Vicarius epiſcopi an poſſit de cauſis criminalibus cognoſcere. Item quæro.*

1 DIcTVM eſt qui ſint iudices cõpetentes in cauſis criminalibus, nunc de eorum Vicarijs videamus. Et in primis † quæro, nunquid Vicarius prætoris poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus? Reſpond. quòd ſic, poteſt enim de omnibus ijs cognoſcere, & ea omnia facere, de quibus poterat cognoſcere, & quæ poterat facere ille, in cuius locum eſt conſtitutus; quod tamen intellige ſecundum ea, quæ dixi ſupra lib.2.§.Vicarius.

2 SED nunquid † poterit talis Vicarius imponere reo vltimum ſupplicium vel mutilationem membri? Reſpon. quòd non, ita tenuit glo. in l.2. in glo. ſi loquendo per verbum Forte, C.de offi. eius qui vices alter gerit, quam dicit communiter approbari Alber.in l placet, poſt num.3. C.de peda.iudi. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Auguſti.ad Ang.de male.in uerbo. Hæc eſt quædam ſententia, circa finẽ. Tu verò dic quòd aut loquimur in Vicario prætoris, qui communiter eſſe ſolet in omnibus ciuitatibus, & deputatur quandoque à principe, & quandoque etiam ab ipſomet prætore, & de hoc iudicatur tunquam de iudice ordinario, & eius iuriſdictio regulatur ſecundum ſtatuta & conſuetudinem ciuitatis, in qua eſt Vicarius; nam in multis ciuitatibus tales Vicarii non habent iuriſdictionem criminalem, in aliquibus verò habent, ſed limitatã, in aliis habent abſolutã, prout ipſemet prætor. Et ideo in hoc ſtandum eſt diſpoſitioni ſtatutorum vel conſuetudini. Aut uerò loquimur in Vicario, qui fit deputatus locum tenens ipſius prætoris, puta ex cauſa abſentiæ, & tunc pariter eſt diſtinguendum, nam aut eſt deputatus ab ipſomet prætore ſine auctoritate principis, & non poteſt imponere vltimum ſupplicium, quia cauſæ meri imperii non poſſunt alteri delegari, vt dixi infra quæſtione proxima. Aut eſt deputatus à principe in locum prætoris mortui vel abſentis, & poteſt, quicquid dicat glo. prædallegata. Et ita uidemus quotidie fieri & obſeruari, ut atteſtatur Boſſ. in titulo de ſententiis, num.22. Et hanc etiam opinio. dicit eſſe communem Maranta in ſuo ſpeculo, folio 33.num.20.& ſeq. Et idem etiam dicerem, vbi eſſet deputatus ab ipſomet prætore cũ auctoritate principis. In hoc tamen Ducatu neque delegati, neque Vicarii, neque ordinarii poſſunt imponere pœnam ultimi ſupplicii, neque mutilationis membri, niſi facta prius relatione in ſenatu, ita diſponentibus decretis.

2 Item quæro, nunquid Vicarius Epiſcopi poſſit cauſas criminales cognoſcere? a Reſpond. quòd ex ſpeciali commiſſione Epiſcopi nel capituli poteſt de criminibus accuſatorum cognoſcere, & etiam diffinire. Et ita cõmuniter ſeruatur, vt ait Specul. quem refert Pauin.de offi.& pote.capi.ſede uacante, in decima quæſt. ſecundæ partis principalis, nu.33.

A D-

ADDITIO.

a Cognoſcere.] Sed an Vicarius Epiſcopi aſſidendo cum Iudice ſeculari, faciēs propter crimina torqueri clericum, qui poſtea perſiſtit in tali confeſſione ſpontanea coram iudice ſeculari, qui illum vltimo ſupplicio damnauit, efficiatur irregularis, uide per Cepol. plene in ſuo conſ. crim. 78. ubi etiam habes multos caſus in quibus incurritur irregularitas.

Quæſtio XLI.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ criminales an poſſint delegari.*
2 *Delegatus an poſſit cauſas criminales alteri ſubdelegare, verſ. Si verò.*
3 *Et quid ſi ſit delegatus à principe, verſicu. In delegato.*
4 *Delegatus an poſſit procedere vſque ad vltimum ſupplicium, verſ. Sed nunquid.*
5 *Epiſcopus an poſſit delegare laicis cauſas criminales clericorum, verſicu. Quæro nunquid.*
Et an laico ſimul cum clerico, ibid.
6 *Et an clerico coniugato, verſicu. Sed an poterit.*
7 *Et quid in ſummo Pontifice, verſicu. Sed quid dicendum.*
8 *Clericus an poſſit eſſe delegatus principis laici in cauſis criminalibus, verſicu. Quæro quid è conuerſo.*

HACTENVS de iudicibus ordinarijs dictū eſt, ſequitur nunc vt de iudicibus delegatis in cauſis criminalibus aliquid ſubijciamus, & † in pri-
1 mis videndum eſt, nunquid cauſæ criminales poſſint delegari. Et quidē in cauſis, quæ non ſunt meri vel mixti imperij, omnes conueniunt, quòd poſſint delegari, & in hoc nulla eſt difficultas; in his autem, quæ ſunt meri aut mixti imperij, eſt diſtinguendum, nā aut loquimur in Principe, & pariter omnes conueniunt, quòd poſſit omnes cauſas criminales, cuiuſcunque generis ſint, delegare. Aut loquimur in inferiore à principe, & pariter eſt diſtinguendum. Nam ſi quidem eſt
a iudex ordinarius, *a* dicendum eſt quòd regulariter non poteſt tales cauſas meri aut mixti imperij alteri delegare. Et hanc eſſe communem opin. atteſtatur ſcribentes in l. 1. ff. de offi. eius, & in ſpecie Dec. nu. 28. & Curt. Iun nu. 21. Et ratio eſt, quia cùm huiuſmodi cauſæ ſpecialiter conceſſæ ſint maioribus magiſtratibus, cenſetur electa induſtria perſonæ eorum, meritò delegari non poſſunt. Et hanc eſſe communem rationem atteſtatur Claud. in d. l. prima, in princ. nu. 2. Hanc autem concluſionem ego pluribus quæſtionibus ampliaui infra lib. 7. §. Iuriſdictio. quas hoc loco tranſcribere operæ precium non exiſtimaui; tum quia hæc materia eſt multum trita in locis ordinarijs, tum etiam quia eſt parum fructuoſa, attento q; quicquid ſit de iure, hodie ex generali conſuetudine indiſtinctè omnes cauſæ meri & mixti imperij delegantur, etiam quo ad pœnam vltimi ſupplicij, vt atteſtatur Cagnol. in l. nemo poteſt gladij, in final. verbis ff de regulis iuris, & in ſuo exercitatorio libello, fol. 68. cap. 11. Ideo ad ibi diffuſe dicta te remitto.

2 SI verò † eſt iudex delegatus, tunc etiam eſt diſtinguendum inter delegatum Principis, & delegatum ab inferiore; nam ſi quidem eſt delegatus ab inferiore, nullo modo poteſt cauſas criminales ſubdelegare. Et licet aliqui dicant, quòd talis delegatus inferioris à Principe poteſt poſt litem conteſtatam ſubdelegare, etiam in criminalibus, & hanc opi. dicat eſſe communem Nunius de los corregidores, fol. 10. col. 4 prout illū refert Villalob. in ſua collecta communium opi. in littera D, num. 34. ego tamen credo id verum non eſſe, ſed neque etiam in libro meo Nnnius in loco allegato id dicit, neque aliud loquitur in hoc propoſito.

3 IN delegato † autem à Principe magna fuit aliquando controuerſia inter doctores, nam glo. in l. vnica. in uerbo. iudicandus, C. qui pro ſua iuriſdictione, tenuit quòd poteſt cauſam criminalem ſibi commiſſam alteri delegare. Et illam dicit eſſe magis communem opin. Paul. de Caſtro in d. l. unica, num. 9. quem refert & ſequitur Vantius de nullitat. fol. 169. nu. 26. Idem dicit Iaſ. in d. l. 1. num. 74. Alciat. in c. quod ſedem, nume. 81. de offic. ordi. quem refert Villalob. in d. littera D, num. 37. Boer. deciſ. 6. nume. 8. & 9 Et dicit Guido Papæ deciſ. 624. clarū eſt, num. 1. quòd ſecundum hanc partem uidit vti, & ſeruari in illa curia Delphi. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quòd imò etiam

etiam delegatus Principis non poſſit cauſam criminalem meri vel mixti imperij alteri ſubdelegare, tenuit Iacob. de Arena, & hanc partem tanquam tutiorem tenuit Albericus in d.l. 1. in princ. nume. 21. dicens quòd illa opi. glo. in d. l. vnica, communiter per doctores reprobatur. Et dicit Iaſ. ibi, poſt num. 64. verſi. Contrariam, ꝙ credit Alber. verum dixiſſe, ſcilicet quòd hæc opin. eſſet magis communis ante aduentum Bar. Quicquid ſit de iure, in hoc Ducatu ſeruatur hæc opi. Iacō. de Are. & videretur apud nos res valde abſurda, ſi delegatus à Principe in cauſa criminali, illam alteri ſubdelegaret. Nam vt reum experientia docet, nunquam huiuſmodi cauſæ delegantur a Principe, niſi perſonæ induſtria ſpecialiter electa. Et ita etiam hanc opi. in Francia ſeruari atteſtatur Boer. in d. deciſ. 6. in fi.

4 Sed nunquid † in caſibus, in quibus merum imperium poteſt delegari, poterit delegatus procedere vſque ad vltimum ſupplicium? Reſpon. Aliqui dixerunt ſimpliciter quòd ſic, & hanc eſſe communem opi. atteſtatur Alciat. in d.c. quod ſedem, nume. 83. de offi. ordi. Quam tamen ego intelligo ut procedat, ſi ex tenore ipſius delegationis colligeretur, aliàs tutius arbitrarer facturũ delegatum, ſi prius, quàm pœnam mortis imponeret, Principi referret. Certè quando eſſet periculum in mora, ut in inſigni latrone, vtique poſſet delegatus pœnam mortis imponere. Et hæc eſt communis opin. ut ait Curt. Iun. in d l. 1. nu. 65. ff. de offi. eius.

5 Quæro, † nunquid Epiſcopus poſſit delegare laico cauſa criminales clericorum? Reſpond. quòd non, & eſt communis opin. ut atteſtatur Ripa in c. decernimus, nume. 34. de iudi. Et hæc quidem concluſio de plano procedit in laico, qui ſolus in huiuſmodi cauſis delegetur. Sed quid ſi uelit eas laico ſimul cum alio clerico delegare? Reſpond. quòd pariter non poteſt, & eſt communis opi. ut atteſtatur Decius in d.c. decernimus, nume. 5. in fi. quem refert Roland. conſil. 4. nu. 4. lib. 1.

6 Sed an † poterit Epiſcopus tales cauſas delegare clerico coniugato? Reſpond. ꝙ non, & eſt communis opin. ut ait Ripa in d.c. decernimus, num. 64. talis enim clericus reputatur tanquam merus laicus, præterquam in duobus caſibus, ut ibi.

7 Sed quid † dicendum de ſummo Pontifice? Reſpondeo, quòd Papa poteſt etiam mero laico committere cauſas criminales clericorum. Ita dixit glo. in c. benè quidem, in uerbo præter 69. diſtinctione, quam totus mundus ſequitur, ut atteſtatur Berous quæſtio. 7. nume 1. Habet enim Papa in omnib. cauſis eccleſiaſticis abſolutam plenitudinẽ poteſtatis. Non tamen poſſet Papa conferre iuriſdictionem ordinariam principibus laicis in clericos. Et hæc eſt communis opi. ut atteſtatur Menchiaca lib. 3. de teſtam. §. 22. poſt nume. 60. Quod intellige, ut procedat iuxta ea, quæ dixi ſupra quæſt. 36. uerſi. Sed ea retenta.

8 Qværo, † quid è conuerſo, nunquid poſſit clericus eſſe delegatus principis laici in cauſis criminalibus? Reſpond. quòd ſic, in una cauſa tantum, & eſt communis opi. ut dicit Ripa in d.c. decernimus, num. 46. & ſeq. quem refert Didac. in repe. clem. ſi furioſus, fol. 315. in fi. Quæ tamen concluſio multas recepit reſtrictiones. ut ibi.

ADDITIO.

a Ordinarius.] Vide Rip. in l. 2. C. de eden. numero 22.

Quæſt. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio an poſſit prorogari in cauſis criminalibus.*

2 *Et quid ſi ille, in quem fit prorogatio, aliàs non haberet iuriſdictionem in criminalibus, uerſ. Eſt autem.*

3 *Et an quando proceditur per inquiſitionem, ſit locus prorogationi iuriſdictionis, verſicu. Scias autem.*

1 QVÆRO, nunquid † in cauſis criminalibus poſſit iuriſdictio prorogari? Reſpondeo, quòd ſic, & eſt communis opinio, ut dicunt ſcribentes in l. 1. ff. de iudi. & in ſpecie Paul. de Caſtro nume. 20. & Sapia nume. 39. & Curt. Iun. nume. 37. & Cagnola nume. 46. Et quòd etiam in criminalibus poſſit expreſſe & tacitè prorogari iuriſdictio, dicit eſſe communem doctorum ſententiam Aretin. in capitu. ad petitionem, nume. 15. de accuſatio. Quod intellige quo ad præiudicium partis,

partis, uel partium, quæ prorogationi ipſi conſentiunt, non autem in præiudicium rei pub. uel iudicum, ad quos pertinet perpetrati criminis cognitio & punitio; alias poſſent mille fraudes quotidie committi.

2 Eſt etiam † hæc concluſio intelligenda vt procedat, dummodo ille iudex, in quem ſit prorogatio, aliàs etiam haberet iuriſdictionem in ſimilibus cauſis criminalibus, aliàs ſecus, & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in c. ſi diligenti, num. 4. de foro compe. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Imola in c. P. & G. num. 48. de offic. delega. vbi enim iudex non haberet in talibus cauſis iuriſdictionem, non eſſet locus prorogationi eius, quod non eſſet, ſed potius eſſet iuriſdictionis noua collatio, quæ partium conſenſu in cauſis criminalibus tribui non pôt. Sed in hoc propoſito uidenda ſunt ea, quæ dixi infra lib. 7. §. Iuriſdictio.

3 Scias autem, † quòd ubi proceditur per inquiſitionem ex mero officio, non habet locum prorogatio. Ita tenuit Bald. in l. 1. in fin. C. ubi de crim. agi opor. Et hanc dicit eſſe communem opi. Soci. conſi. 108. num. 21. lib. 4. Petrus Caleſatus inter conſilia criminalia diuerſorum conſi. 102. nu. 4 lib. 1. & conſi. 93. num. 25. lib. 2. Quum enim in hoc iudicio inſtituendo non interueniat aliqua partium, ſed tantummodo iudex, & diffamatio, quæ loco accuſatoris fungitur, certè abſurdum eſſet dicere, quòd ipſe iudex poſſet à ſeipſo iuriſdictionem ſuam prorogare; nec minus abſurdum uideretur, quòd fama, quæ eſt res inanimata, poſſet in iudicem non competentem conſentire, illique iuriſdictionem tribuere. Quicquid tamen ſit de iure, quum hodie iudex inquirens ſit quodammodo loco accuſatoris, credo ꝙ ſi reus conſentiret in ipſum, uix poſſet euadere, ne cenſeretur facta prorogatio in ipſius quidem rei præiudicium, non autem in præiudicium iudicis competentis, uel alterius accuſare uolentis.

Quæſtio XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit in cauſis criminalibus ut ſuſpectus recuſari.*

2 *Et quibus ex cauſis, uerſicu. Ex quibus autem. Remiſſiuè.*

3 *Et an contra iudicem opponi poſſit exceptio, quòd ſit criminoſus, uerſicu. Item quæro.*

4 *Et an iudex poſſit cognoſcere ſuper exceptionibus, quæ contra eius perſonam opponuntur. uerſi. Vnum tamen.*

1 QVÆRO, † nunquid in cauſis criminalib. iudex poſſit tanquam ſuſpectus recuſari? a Rñd quòd ſic, ita tenet glo. in c. qualiter & quando, in glo. magna, in uerſi. Itē ſi ille, de accuſatio. quam dicit eſſe cōiter approbatam Card. Alexan. in c. de accuſat. col. 41. verſi. Venio ad ſeptimum, 2 quæſt. 8. Ita etiam tenere cōiter doctores atteſtatur Marian. in d. c. qualiter & quando, nu. 78. Si enim in cauſis ciuilibus, in quibus ſolummodo agitur de re pecuniaria, admittitur recuſatio iudicis ſuſpecti, ut dixi infra lib. proximo, multo magis admittenda eſt in criminalibus, ubi agit de uita.

2 Ex quibus † autem cauſis poſſit iudex tanquam ſuſpectus recuſari, & reliqua, quæ ad ipſius recuſationis materiam pertinent, dixi in loco præallegato.

3 Item quæro, † nunquid contra iudicem opponi poſſit ꝙ ſit criminoſus? Reſpon. glo. in d. c. qualiter & quando, in glo. 1. tenuit ꝙ ſic; ſed certè illa glo. communiter non tenetur neq; in ordinario, neq; in delegato, vt dicit Card. Alex. in d. c. de accuſatione, col. 42. verſi. Item excipitur. Et ꝙ iudex nō repellatur exceptione criminis, dicit eſſe cōmunem opi. Marian. in d. c. qualiter & quando, poſt nu. 72. Et ſi hæc exceptio admitteretur, pauci poſſent iudicare, cùm nemo ſine crimine viuat. Vide quæ dixi ſupra quæſtio. 14. verſi. Dixi quoque, & ſeq.

4 Vnum tñ † ſcias in hoc propoſito, ꝙ licet alias regulariter iudex poſſit cognoſcere ſup exceptionibus, q̃ cōtra eius iuriſdictionē proponũtur, ſi tñ opponatur aliqua exceptio, ſugillans eius perſonã, puta ꝙ eſt infamis, uel excommunicatus, uel hmõi, non poteſt ipſe ſuper tali exceptione cognoſcere. Et hæc eſt communis opin. ut dicunt ſcribẽtes in l. quidam conſulebant, ff. de re iudica. & in ſpecie Imola nu. 15. & Alex. nu. 15. nã quo ad hũc articulum diceretur eſſe iudex in cauſa propria. & patet ad ſenſum, ꝙ nullus iudex eſſet qui ſe pronunciaret infamẽ vel excommunicatum. Et ideo ſuper tali exceptione ſuperior debet ipſe cognoſcere vel alium iudicem dare.

ADDI-

ADDITIO.

a Suſpectus recuſari.] Aduerte, quòd iudicis ſuſpitio ſecundũ ius canonicũ debet probari; at ſecus de iure ciuili, quia iuſta cauſa ſecundum cõem eſt iuramentum, teſte Rolan. conſ. 19 nu. 14. lib. 3. ad idem per eundẽ conſi. 31. cum inibi allegatis in fi. eod. ſeruãdo ius Pontificium aduerte, quod coram iudice recuſato cauſa ſuſpicionis probabilis proponenda eſt, ſed probanda corã arbitris communiter eligendis, c. ſecundo requiris. §. fin. de appell. c. cum ſpeciali. eod. tit. Electis arbitris dẽt iudex illis aſſignare terminũ iuxta. c. legitima. de appel. in 6. per quam decretalem remanet correcta decretalis, ſuſpicionis. de offi. deleg. idem inquit glo. in d §. fin. Nõ probata ſuſpitionis cauſa iudex ſua vtitur iuriſdictione. d. c. cum ſpeciali. Ea verò probata, remittit negotiũ ad ſuperiorẽ, vel cauſam committit de recuſatoris conſenſu. d. c. cum ſpeciali. Sed ſcias tres eſſe caſus, in quibus ſuſpitionis cauſa corã arbitris nõ eſt tractanda, quos vide in cap. ſi contra, de offi. deleg. in 6. Item ſcias tempora tria eſſe diſtinguenda ad ſciendum an iudex ſuſpectus poſſit committere cauſam. Vide in c. iudex, de off. deleg. in 6. hæc etiam habes in collect mea commu. opin. uerbo ſuſpitio iudicis, & ad principalem quæſtio. Authoris adde, atq; uide plene per Oſaſc. deciſ. 15.

Quæſtio XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Quibus modis contra abſentes contumaces procedatur.*

Abſens de iure communi non poteſt diffinitiuè condemnari, ſed fit annotatio bonorum, ibid.

2 *Et quid de conſuetudine, verſi. Sed hodie.*

3 *Et an poſſit etiam ad mortem condemnari, verſi. Licèt autem.*

4 *Et an ſi reus intra annum compareat, & ſatisdet de parendo iuri, recuperet ſtatim bona annotata, verſi. Dixi quòd.*

5 *Et an eo caſu teneatur ipſe probare innocentiam ſuam, verſi. Quæro quando.*

6 *Et an quando reus eſt contumax, debeat eius contumacia accuſari, verſic. Dictum eſt.*

7 *Et an requiratur declaratio iudicis ſuper ipſa contumacia, verſi. Sed nunquid.*

8 *Et an ſit citandus reus ad allegandum, verſic. Vnum tamen.*

9 *Et an ultra contumaciam requiratur, etiam quòd ſit per probationes conuictus, uerſicu. Quæro nunquid.*

10 *Et an contra huiuſmodi fictam confeſſionem inductam à ſtatuto, admittatur probatio innocentiæ, uerſi. Quæro nunc.*

11 *Et an poſſit iudex pro reo abſente aliquas probationes inducere, verſic. Quæro etiam.*

12 *Reus contumax an ſit citandus ad ſententiam, verſi. Item quæro.*

13 *Et an poſſit ſtatim lapſo termino peremptorio condemnari, uerſic. Vidi quandoque.*

14 *Et quæ ſit forma ſententiæ, quæ contra abſentem & contumacem profertur, verſicu. Videamus.*

VISVM eſt de exceptionibus, quæ contra perſonam iudicis, eiusq; iuriſdictionem proponi poſſunt, (nam ad eas proponendas plerunque etiam abſentes ſeu contumaces ſolent per procuratorem admitti) de reliquis aũt, quæ merita cauſæ concernunt, infra in eorũ defenſionibus dictum eſt. Videamus nunc, quomodo contra contumaces procedatur. Et in primis
1 ſciendũ eſt, ꝙ † de iure communi non poteſt contra abſentem deueniri ad ſententiã diffinitiuam ſiue condemnationem occaſione delicti, de quo ipſe reus abſens imputatur. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Ant. Gomeſ. ſuper L. LXXVI. Tauri, nu. 1. Certum eſt enim, ꝙ de iure communi cõtumax non poteſt à iudice haberi pro confeſſo & conuicto; & licèt Iacob. de Are. tenuerit, ꝙ quando crimen eſt liquidatum inter præſentes, poteſt eo caſu ferri ſñia cõtra abſentem, tñ contra eum eſt cõis opi. doctorum, ut dicit Bal. in l. quamuis, la 1. nu. 1. C. de adult. & Boſſ. in tit. de requi. reis, nu. 1. in fi. Et ꝙ etiam de iure canonico non poſſit contra abſentem, lite non conteſtata, deueniri ad condemnationem, neque etiã ad teſtium receptionem, dicit eſſe cõem opin. Abb. in c. veritatis, poſt nu. 20. & poſt num. 27. de dolo & contuma. Et hoc adeò uerum eſt, ut quãuis in cauſis ciuilibus, ſi teſtes ſint ſenes, uel ualetudinarij, uel in longinquas partes receſſuri, poſſint examinari ẽt parte abſente ad perpetuã rei memoriam, ut dixi ſupra lib. ſecundo, §. Teſtis, nihilominus in

causis

cauſis criminalibus abſente parte non poſſunt huiuſmodi teſtes recipi ad perpetuam rei memoriam. Et ita tenent communiter Doctores, vt atteſtatur Anto. Gomeſ. in d l. 76. nu. 4. Hanc tamen concluſionem intellige ut procedat, quando pro crimine, de quo agitur, venit imponenda pœna corporis afflictiua, ſed vbi venit tantũmodo imponenda pęna relegationis, vel relegatione minor, eo caſu vtriq; abſens poteſt etiã iure cõi condemnari. Et hæc eſt communis opi. ut dicit Bal. in l. abſentem, in fi. C. de accuſa. Sal. ĩ d. l. abſentem, num. 14. qnem refert Prac. Conradi fol. 441. poſt nu. 7. ver. Quarto excipio. Boſſ. in ti. de requi. reis, poſt nu. 1. In illis igitur caſibus, in quibus abſens non poteſt diffinitiue condemnari, legitime intimata reo citatione iuxta formam, de qua dixi ſupra queſt. 31. ſi reus in termino ſibi ad comparẽdum aſſignato non comparuerit, tunc iudex facit eius bona annotari, & deinde facit ipſum iterum vocari, & citari per edicta, ut veniat ad ſe excuſandum, illi etiam notificando qualiter eius bona ſunt annotara. Et hoc caſu ſi quidẽ reus infra annum compareat, & ſe defendat ab imputatione ipſius criminis, abſoluitur, & in pace dimittitur; & etiã reſtituuntur illi omnia bona ſua annotata. Si verò poſt annum etiam quandocunq; cõpareat, adhuc ſemper audiri debet, & ſi ſe defenderit, abſoluitur, ſed bona illi non reſtituuntur, ſed fiſco remanent in pœnam ſuæ contumaciæ. Et hæc omnia procedunt ſecũdum diſpoſitionem iuris communis, vt habetur in l. 1. ff. de requi. reis.

2. Sed hodie † (vt inquit Gand. de maleſi. in rub. quid ſi agendum reo abſente, nu. 3.) de conſuetudine generali non ſeruatur contra contumaces illud, quod dictum eſt de annotatione bonorum, neque ꝙ accuſatus expectetur per annum, imo cum fuerit citatus ſolemniter, ponitur in banno communis & poteſtatis, & poſtea ſuper illa accuſatione & banno condemnatur, & ita ſecundum eũ obſeruatur per totam Italiam, quem refert Prac. Conradi fol. 441. poſt nume. 8. Pariter etiam Iacob. de Beluiſ. in ti de pace renẽda, in ver. Et nota hic, dicit ꝙ hodie non fit annotatio niſi bonorum mobilium, & ita illum refert Baldus ibi poſt num. 14. & Anguſt ad Ange. de maleſi. in verbo, Qui dominus iudex videns, nume. 8. & Capic. deciſ. 131. nume. 4. licet atteſtatur repertum fuiſſe, quòd in regno Siciliæ etiam feuda, & caſtra apprehẽdi ſolent & adminiſtrari per commiſſarios regios. Dicit etiam Bal. in d. l. abſentẽ num. 2. C. de accu. ꝙ doctores dicunt, quòd iſta annotatio hodie non eſt in uſu, ſed eius loco hodie ſucceſſit bannum, quod fit reis abſentibus, idem dicit Blan in prac. cri. fol. 9. num. 8. In hoc autem Ducatu, ſtatim poſt aſſumpta indicia ſeu informationes contra reum, quæ ſufficiant ad capturam, ſi crimẽ eſt tale, pro quo ingeratur confiſcatio bonorum, ſtatim tranſmittitur notorius, qui deſcribat omnia bona tam mobilia, quàm immobilia ipſius delinqnentis, iuxta formam traditam in l. ſi quis intra prouinciam, C. de bon. proſer. & illa ſic deſcripta conſignant conſulibus & ſyndicis locorum, in quibus bona ſita ſunt, & mobilia reponit etiam penes ipſos, uel aliquem alium idoneum depoſitarium. Et generaliter etiam ita ſeruari atteſtatur Carauita ſuper 21. ritu magnæ curiæ. circa ſi ita etiam dicit quotidie fieri, & practicari Anto. Gomeſ. c. 9. delictorum, nume. 2. Et ſi periculũ eſt, ne bona propter moram fiant deteriora, vel pereant, ſolent uendi, & precium eorum deponi. Et ita de conſuetudine obſeruari atteſtatur Prac. Millei, fol. 45. num. 21. Hanc etiam bonorum annotationem fieri per commiſſionem criminalem executoris, ſimul atque aſſumptæ ſunt informationes contra aliquem inolito recepto que ſtylo, uſu & conſuetudine atteſtatur Prac. Iodo. fol. 41. nu. 7.

Facta autem huiuſmodi deſcriptione, & conſignatione, proceditur contra reum, & ſi eſt cõtumax, ſeruatis ſeruandis bannitur, & cõdemnatur diffinitiue. Et ſi deinde poſt condemnationem infrà annum compareat, ſolet plerunque per ſenatum admitti ad ſe de nouo defendendum. Et ſi ſe defenderit abſoluitur ab ipſa condemnatione, & recuperat bona, non obſtante prædicta annotatione ſeu deſcriptione, vel etiam quacunq; alia apprehẽſione facta per fiſcum, & etiam quibuſcunque ſententijs ſuperinde ſecutis. Si verò comparet poſt annum, non recuperat bona, ſed tantum, ſi ſe defenderit, abſoluitur à condemnatione corporali, & bona remanent fiſco in pœnam eius contumaciæ. Et hæc practica, ſi bene conſideretur eſt, in multis ualde conformis diſpoſitioni iuris communis, de qua ſupra. Et hæc dixi obſeruari, quando crimen eſt tale, pro quo imponitur bonorum confiſcatio, quia in alijs criminib. in q. b. nõ venit imponenda publicatio bono-

bonorum, non ſunt ponenda bona ad manus curiæ, etiam quòd reus ſit contumax. Et propterea neque etiam in iſtis caſibus fit aliqua bonorum deſcriptio, ita diſponente decreto in nouis cōſtitutionibus, in ti. de ac cuſa. c. rei carceribus, §. pari modo. Et licet Chaſſan. ſuper conſue. Burgun. fol. 87. num. 11. dicat quòd iudices noſtri temporis aliter faciunt, & pro contumacia faciunt ſubhaſtari bona, apud nos tamen ſeruatur, ut non fiat, niſi in caſibus, in quibus bona confiſcantur.

3 Licet autem † de iure communi (ut ſupra dixi) non poſſit abſens diffinitiue condemnari, tamen ex generali conſuetudine totius Italiæ, proculdubio in quantumcunque graui crimine proceditur contra abſentes, & habentur pro confeſſis ex cōtumacia, & banniuntur, & condemnantur etiam ad mortem, ut atteſtatur Gandi. in loco præallegato Alber. in l. ſeruum quoque, §. publice, nume. 23. in fi. ff. de procur. & in l. pe. §. ad crimen, nume. 23. in fi. de publ. iudic. & in 4. parte ſtatutorum, q. 1. nu. 3. Vitali. de malefi. in Rub. de comparitione accuſati, nu. 70. & ſeq. & alij omnes criminaliſtæ, & eſt omnibus notiſſimum. Pariter etiam in Gallia conſtito de delicto proceditur contra abſentem, etiam ad ſentētiam diffinitiuam; quattuor tamen præcedentibus contumacijs, ut dicit Io. Fabr. in l. cunctos populos de ſumma Triu. Prac. Maſuer. in tit. de dilatio. nu. 25. & in ti. de contumacia, num. 12. quem refert Boer. deciſ. 63. num. 8. & ſuper conſue. Bituricen. fol. 25. colum. 1. & contumax habetur pro cōfeſſo & conuicto, & virtute huiuſmodi confeſſionis condemnatur etiam ad mortem. Et ita ſeruari, & quotidie tractari in curijs Franciæ atteſtatur Gul. de Benedic. in 2. par. repe. c. Raynutius, fol. 91. nu. 158. Igneus, in l. lege Cornelia, nume. 32. ff. ad Syl. le. Prac. Millei, fol. 9. nume. 90. & fol. 62. nume. 21. & fol. 139. nu. 12. & nume. 18. Idem etiam in Hiſpania obſeruari atteſtatur Anton. Gomeſ. ſuper l. 76. Tauri, nu. 8. Et hæc omnia obſeruantur non modo in foro ciuili, ſed etiam in foro cano. nam hodie ſi citatus eſt contumax, excommunicatur, ut dicit Foller. in prac. crimi. cano. fol. 148. nume. 12. in fi. & ſi perſeuerauerit in excommunicatione per annum, habetur pro confeſſo, & conuicto de crimine, de quo imputatur. Et eſt communis concluſio, ut dicit Ripa in c. 1. nu. 77. de iud.

4 Dixi quòd † de iure communi, ſi reus compareat intra annum, & ſe defendat, recuperat bona iam annotata. Pone quòd reus compareat infra annum, & ſatiſdet coram præſide de parendo iuri iuxta formam d. l. primæ, ff. de requi. reis, nunquid ſtatim recuperabit bona, an autem remanebunt in ſequeſtro, donec ſuper ipſo crimine fuerit diffinitiue pronunciatum? Reſpond. Gl. in l. ſi in uerbo, Purgauerint, ff. de requi. reis, uidetur ſentire, quòd ſtatim illa recuperet, & ita dicit ſe uidiſſe communiter obſeruari Albe. in d. l. 1. num. 4. Et eſt hoc ſatis rationabile, quia talis annotatio fit tantum ratione contumaciæ, non autem ratione delicti; meritò omnis eius effectus tolli debet ſtatim purgata contumacia per ipſius rei comparationem. Sed ſi quis admitteretur ad nouas defenſiones poſt condemnationem, & bonorum confiſcationem, tunc in hoc Ducatu ſeruatur, quod bona deſcripta remanent penes fiſcum, neque relaxantur reo, niſi purgato crimine, & condemnationem per contrariam ſententiam ſublata, talis enim deſcriptio fit ratione delicti, non autem ratione cōtumaciæ, & confirmatur ſequuta abſolutione. Quinimò ſi reus ad nouas defenſiones admiſſus ſe conſtituat in carceribus, ut fieri ſolet, & ſuperueniente infirmitate decedat, firma remanent eius bonorum confiſcatio, nulla habita ratione probationum per eum factarum, neque earum, quas eius hæredes facere uellent ad demonſtrandam eius innocentiam. Et ita iudicauit ſenatus in cauſa cuiuſdam Panigarolæ. Vix tamen credo, ꝙ poſſit Princeps talia bona retinere in foro conſcientiæ, ubi de innocentia rei appareret prout etiam in fortioribus terminis videtur ſenſiſſe Boſſius in titu. de remed. iuſti. circa fin. Sed cum ſit ſententia ſenatus, non eſt ulterius quærendum. Quid autem ſit, quando decedit pendente appellatione, dixi infra quæſtio. 40. uerſiculo, Sed pone. Hæc autem, quæ dicta ſunt de admiſſis ad nouas defenſiones, locum habent, quando condemnatus fuit admiſſus ad ipſas defenſiones intra annum, eo enim caſu, ut dixi ſupra uerſicu. Facta autem. ſi fuerit abſolutus, recuperat etiam bona, ſed poſt annum etiam ſi ſit abſolutus, non recuperat bona, ita diſponentibus decretis huius Ducatus, prout etiam ſeruari atteſtatur Boſſ. in titu. de litteris principis, &c. in principio.

5 QVÆRO, † quando reus, cuius bona ſunt annotata, comparet infra annum ad ſe defendendum, nunquid teneatur ipſe probare innocentiam ſuam, an autem accuſator ipſe adhuc teneatur probare delictum? Reſp. Gl. in l. 1. in verbo Purgauerit, C. de requi. reis, tenet ꝙ vtriq; eorum ſcilicet tam accuſatori, quàm accuſato incumbat onus probãdi; tamen ꝙ accuſatore non probante, reus abſoluitur, & dicit Alb. in l 1. nu. 5. ff de requi. reis. ꝙ ita communiter ſeruatur & approbatur. Mihi videtur ꝙ hoc ſit effectu dicere, ꝙ accuſatori tantum incumbit onus probãdi, ex quo eo non probãte, reus etiam ſi nihil probet, eſt abſoluẽdus. Sed quicquid ſit de iure in his, quorum bona ſunt annotata, cõtrarium ſeruatur in hoc Ducatu in admiſſis ad nouas defenſiones poſt condemnationem, nam niſi probent ipſi eorum innocentiam, vel ſaltem elidant indicia, quæ contra eos ſunt in proceſſu, ſolet exequi cõdemnatio, vel ſaltem torquentur, aut puniũtur aliqua pœna extraordinaria arbitrio ſenatus. Rõ aũt differentiæ eſt, quia admiſſus ad nouas defenſiones, habet ſentẽtiam ſuper delicto contra ſe, quæ facit ius; ille autẽ, cuius bona tantum ſunt annotata, non habet niſi ſimplicem annotationem bonorum, quæ fit ex cauſa contumaciç, vt ſupra dixi. Et cum hoc contigiſſe de facto in quodam Vayrano, qui fuerat in contumaciam condemnatus in pœnam ignis pro ſodomia, & deinde captus & admiſſus ad nouas defenſiones, nolebat aliquid probare, allegãdo ꝙ nihil erat contra eũ in proceſſu, ꝙ vrgeret; Senatus reſcripſit prætori Cremonæ in hæc uerba; Nõ dicat Vayranus ſibi non opus eſſe defenſionibus, eo ꝙ nulla eũ præmant indicia. Satis n. grauatur ſnĩa cõdẽnatoria, quæ contra eũ viget. Quare illi tp̃s ad ſe defendẽdũ ſtatueris, & ſi quas fecerit defenſiones, pſcribetis. Si uerò nihil egerit, ſententiam contra eum latã exequimini, 8. Nouembris 1548. P. N.

6 DICTVM eſt, † quòd ex generali conſuetudine Italiæ proceditur contra abſentem, etiam ad diffinitiuam, & ratio eſt, quia communiter per Italiam extant ſtatuta diſponentia, ꝙ contumax habeatur pro cõfeſſo & conuicto; & ideo virtute huius fictæ cõfeſſionis condemnatur etiam ad mortem. Quæro nunquid ſtante hoc ſtatuto debeat rei contumacia accuſari à parte? Rñd. quòd ſic, aliàs non noceret ipſi contumaci, & ita de generali de conſuetudine obſeruari atteſtatur Afflic. ſuper 2. parte conſtitutionum Regni, rub. 3. nu. 8. quẽ refert Foller. in pra. crim. fol. 337. nume. 20. In hoc tamen Ducatu contrarium ſeruatur, nunquam enim pars accuſat contumaciam rei; nam hodie in criminalibus iudex ſupplet defectum partis, & ita etiam de facto obſeruari atteſtatur Imo. in l. inter accuſatorem, nu. 3. ff. de pub. iud. Boſ. in ti. de banni. nullita. num. 7. Dicit etiam Carauita ſuper ritu 198. magnæ curiæ, nu. 3. quòd quando proceditur ad inſtantiam Fiſci, licet actor non compareat, procurator fiſcalis accuſat contumaciam rei, & fit cõdemnatio, ſubdens quòd ita ſeruatur. Sed certè ſuper his ſolet dari forma in qualibet prouincia ex ſtatutis uel conſuetudine, quæ omnino ſeruanda eſt.

7 SED nunquid † debet huiuſmodi contumaciç fieri declaratio per iudicem priuſquã ad ulteriora procedatur? Rñd. De iure fortè poſſet dici, quòd ſic, & ita etiã requiri ex cõſuetudine & ſtylo curiarum Franciæ atteſtatur Boer. in allegata deciſ. 63. in ultimis uerbis. in Italia autem practica ſeruat, quòd eodẽ contextu iudex declarat & pronunciat ipſum reum contumacem, & illum tanquã contumacem condemnat, ut atteſtatur Afflic. in loco præallegato, num. 9. & ita etiam apud nos obſeruatur. Et ideo tu, qui facis proceſſum, ſequere conſuetudinem, quç in eo loco obſeruari ſolet; & ita faciendo non errabis, ita enim communiter obſeruari atteſtatur Nellus de bãnitis in 3. parte primi temporis. q. 1.

8 VNVM tamen † ſcias, quòd priuſquam proferatur aliqua ſententia ſeu mulcta contra contumacem, debet etiam de nouo citari ad allegandum, quare mulctari non debeat; ſtatuto ei termino ſex aut octo dierum ſecundum conſuetudinem prouinciæ. Ita dicit Barto. in l. ſecunda. in princip. numero 17. ff. ſi quis in ius uoca. non ierit, & ita tenent communiter doctores, ut dicit Boſſ. in titu. de mulctis, numero 6. hanc etiam atteſtatur eſſe communem ſententiam Nicell. in concord. gloſ. capitu. 325. quem refert Roland. conſilio 47. numero 6. libro ſecundo, & dixi infra libro proximo.

9 Quæro, nunquid † ad hoc ut poſſit contumax condemnari, a & banniri, requiratur, ꝙ ultra contumaciam ſit etiam per legitimas probationes de ipſo delicto conuictus? Rñ. De iure forte poſſet dici ꝙ ſic, ſed quod

ſit de iure, contrarium de facto ſeruatur, ut atteſtatur Guido de Suzar. quē refert Marſil. in repe. l. vnicæ, nu. 129. C. de raptu virg. & conſi 82. nu. 40. vbi tamen ſubdit nō eſſe credendum Guidoni hoc dicenti. Sed certè vniuerſalis practica docet Guid. verùm dixiſſe, nam dummodo ſubſint iudicia ad tranſmittendam inquiſitionem ſufficientia, de quibus dixi ſupra quæſt. 20. uerſi. Ad inquirendum, ſi reus ſit contumax, ſemper cōdemnatur abſq; alijs probationibus, & in hoc non uidetur aliquo modo hęſitandum.

10 Quęro nunc, † an cōtra huiuſmodi fictam confeſſionem inductam à ſtatuto uel conſuetudine admittatur probatio innocentiæ? Reſpon. Aliqui dicunt q̄ talis confeſſio non poteſt reuocari, etiam probato errore, & ita communiter ſeruari ait Bald. in l. ſeruum quoque, §. publice, nu. 7. in fi ff. de procurato. quem refert Aretin. conſil. 146. num. 3. Foller. in prac. crim. fol. 336. nu. 18. & Menchiaca lib. 3 de teſta §. 23. num. 28. Tu uerò dic, q̄ aut reus, qui vult probare contra hanc fictam confeſſionem, comparet antequam contra eum proferatur ſententia diffinitiua condemnationis, & omnino dēt audiri, neq; hoc caſu tenetur ipſe probare errorem huiuſmodi confeſſionis, ſed ſufficit ipſa comparitio, ex illa enim purgatur contumacia, propter quam ſtatutum inducit illam fictam confeſſionem. Aut uerò cōparet poſt condemnationem, & non auditur, niſi ſit à Principe uel ſenatu admiſſus ad nouas defenſiones. Et ita in hoc Ducatu ſeruatur, prout etiam ita expreſſè declarat Areti cōſi. 146 nu. 5. & 6. ubi atteſtatur communem opi. eſſe, quòd ēt p̄ excuſatorē (abſque eo q̄ principalis pſonaliter cōpareat) poſſit hæc probatio fieri, ſup quo uidenda ſunt ea, quæ dixi ſupra q. 33. verſ. Sed quod plus eſt & Villalpand in repe 22. c. 18. n. 7.

11 Quæro etiam, † nunquid iudex in huiuſmodi proceſſu, qui fit contra abſentem, poſſit aliquas probationes ex officio inducere? Reſpon Si utraque pars, ſcilicet tā accuſator, quàm reus ſit præſens, poteſt iudex p̄ utraque parte veritatem inquirendo nouas probationes ex officio inducere; reo autem abſente, non poteſt niſi in caſibus, in quibus contra abſentem procedi poteſt, ſ. in delictis, quæ ſunt a relegatione infra. Si uerò accuſator ſe abſentē fecerit, & reus ſit p̄ſens, tunc non pōt contra reū ex officio probationes inducere, ſed dēt nomen rei abolere. Et hæc eſt diſtinctio Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 8. ff. de damno infecto, quam dicit eſſe cōem Alex. in eo. §. hoc autem iudicium, num. 29. Sed certe quicquid ſit de iure, in practica ſeruatur totum cōtrarium, nā iudices ex officio recipiunt teſtes contra abſentes, non autem pro ipſis; & iudex, qui produceret teſtes ex officio pro reo contumace, poſſet tanquam imperitus & fatuus ab officio remoueri. Tu uide q̄ latius dixi infra quæſt. 61. uerſi. Sed quæro, & ſeq.

12 Item quæro, † nunquid reus contumax ſit citandus ad ſententiam? Reſpond. De iure dicendum eſt quòd ſic, ut colligi videtur ex tex. in l. accuſatorem, ff. de publi. iudi. ſed de conſuetudine non citatur, ut dicit Ang. de maleſi. in verbo. Qui iudex commiſit l. præconi, num. 2. & 3. & Card. Alex. in c. de accuſat. col. 41. uerſic. Et prædicta 2. quæſt. 8. qui etiam atteſtatur, quòd cōſuetudo eſt, quòd per præconem banniatur ad conſilium generale, vel campanam, vel cornu, vel tubam, ſecundum ſtatuta locorum, & dicit Prac. Millei fol. 8. nu. 76. quòd de cōſuetudine citantur contumaces unica citatione p̄ tribus; & ſubdit quòd de conſuetudine Frāciæ regulariter citantur ad ſonum tubæ, prout etiam ſeruatur in hac prouincia. Vide quæ dixi ſupra quæſt 31. uerſicu. Quæro nunquid. Et in regno Neapol. citatur non modo reus ipſe ad domum, ſed etiam eius conſanguinei, amici, & uicini ad allegandū cauſas &c prout ab immemorabili tempore introductum eſſe de more & ſtylo magnæ curiæ atteſtatur Gram. ſuper conſtit. Regni fol. 52 nu. 12. Ego uerò puto ab omnibus iudicibus ſeruandum eſſe illud, quod ſeruari conſueuit in locis, in quibus proceditur.

13 Vidi quandoque † dubitari, nunquid ſtatim lapſo termino peremptoriæ ſtatuto ad comparendum, poſſit reus condemnari? Reſpōd. quòd de iure forte poſſet dici quòd ſic; ſed de generali conſuetudine & æquitate expectatur triduum, poſtquam accuſata eſt contumacia, & deinde ſequenti die ſit condemnatio. Et de hac conſuetudine atteſtatur Afflic. ſuper ſecunda parte conſtitutionum Regni, Rubr. 12. poſt nume. 6. uerſic. Quid autem, quem refert Carauita ſuper ritu. 198. magnæ curiæ. circa fi. ſubdens quòd ita practicatur. In hoc tamen Ducatu hoc non ſeruatur, quia neque accuſatur contumacia, ut ſupra dixi, neque expectatur per triduum, niſi ita iudici ex æquitate videatur.

tur, ſed plerunque in ipſo termino peremptorij fiunt condemnationes.

14 VIDEAMVS, quę† ſit forma proferendæ ſententiæ contra huiuſmodi reos contumaces? Reſpon. Et quia nobis & officio noſtro conſtat ipſum eſſe culpabilem dicti maleficij, præſertim ex eius confeſſione reſultante ex contumacia iuxta formam ſtatutorum &c. ideo ipſum condemnamus in amputatione capitis, & eius bona fiſco regio confiſcamus. Ita quòd ſi aliquo tempore uenerit ad manus iuſtitiæ, quòd ducatur, & duci debeat ad locum iuſtitiæ conſuetũ, & ibi eius caput amputetur, ita quòd moriatur. Et interea ipſum à toto dominio bannimus, &c. Et ita practicatur, ut dicit Ang. de maleſi. in uerbo. Qui dominus iudex videns, num. 45. Hanc etiam formam ſeruari de ſtylo curiarum Franciæ atteſtatur Boer. deciſ. 278. num. 12 Vide quæ dixi infra quęſtio. 93. uerſi. Fuit aliquando.

ADDITIO.

2 Contumax condemnari.] Nota unum in materia contumatię, quòd in cauſa falſi, ut quando teſtis accuſatur de falſo, & in actis conſtat de falſitate; quòd ſi eſt contumax, habetur pro confeſſo; & condemnatur. Ita per pract. Carer. pag. 41. poſt nu. 60.

Quæſtio XLV.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter reo perſonaliter comparente procedatur.*

2 *In cauſis criminalibus an ſit neceſſaria litis conteſtatio, verſi. Et in primis.*

3 *Et an cum inſtigatore, uerſi. An autem. Remiſſiuè.*

4 *Et an in criminalibus fiant poſitiones, verſicu. Sed hec incidenter.*

5 *Reus comparens an ſit examinandus, uerſicu. Scias autem.*

6 *Et quid ſi nolit reſpondere iudici interroganti, verſi. Sed pone.*

7 *Et quid ſi priuſquam reſpondeat, petat dilationem ad deliberandum, verſicu. Sed hic quæro.*

8 *Et quid ſi petat copiam inquiſitionis & indiciorum, verſiculo. Sed quid ſi reus.*

9 *Et an iudex in examine debeat deferre reo iuramentum de veritate dicenda, uerſicu. Sed quęro.*

10 *Et an ſi falſum dicat, poterit tanquam periurus puniri, verſi. Quid ergo.*

11 *Et quomodo iudex in examine ſe gerere debeat, verſi. Debet autem.*

12 *Et an debeant eſſe præſentes examini patroni ipſorum reorum, uerſiculo. Quęro etiam.*

13 *Facto examine, ſi reus neget, teſtes ſunt repetendi, eo citato ſeu præſente, uerſiculo. Cæterùm ſi reus.*

14 *Et quid ſi non ſit reus citatus, ſed teſtes cum eo confrontati perſeuerent, uerſiculo. Sed in propoſito.*

15 *Iudex debet petere licentiam à reo, procedendi ipſo ulterius non citato, uerſiculo. Facta autem.*

1 HACTENVS de his, † quæ fiunt reo abſente uel contumace, dictum eſt; nunc uideamus de his, quæ contingunt reo in iudicio perſonaliter comparente, ſiue quia captus fuerit, ſiue quia ſponte comparuerit.

2 ET in primis † quæro, nunquid in cauſis criminalibus neceſſaria ſit litis conteſtatio? Reſpond. Aliqui dicunt quòd ſic, & hanc opin. atteſtatur eſſe communem Marian. in d. c. qualiter & quando, numero 222. Alij verò dicunt, quod quando proceditur ad inſtantiam partis, neceſſaria eſt litis conteſtatio; ſecus autem ſi procedatur ex mero officio. Et hanc dicit eſſe communem opinio. Abb in c. cùm dilectus, numero tertio, de purg cano. Blanc. autem in pract. crimin. folio ſexto, numero 36. in fin. dicit quòd hodie de conſuetudine in criminalibus lis non conteſtatur. Tu uerò dic, quòd aut reus eſt contumax, & tunc quum ex diſpoſitione ſtatutorum habeatur pro confeſſo, non eſt neceſſaria alia litis conteſtatio, quàm illa, quæ fit per talem confeſſionem fictam à ſtatuto, & ſic contra ipſum proceditur (ut dixi) etiam uſque ad condemnationem. Aut uerò reus comparet in iudicio, & examinatur ſuper delicto, & tunc reſponſio, quam ipſe facit reſpondẽdo accuſationi, uel inquiſitioni, ad interroga-

tionem iudicis, inducit litis conteſtationem etiam abſq; eo, ꝙ pars aduerſa ſit præſens, & hoc etiam ſi procedatur ad inſtantiam partis. Et ita ſeruatur in practica, ut atteſtat̃ Bar. in l. is qui reus, nu. 4 ff. de pub. iudi. quẽ refert Aret. conſi. 58. num. 7. & Apoſtil. ad Ang de maleſi. in uerbo. Hæc eſt quædam inquiſitio, ſub nu. 67. nam in criminalibus, etiam abſente accuſatore, poteſt iudex ex officio procedere, & interrogare, ut dicit Bal. in l. 1. nu. 34. C. qui accu. nõ poſ. ubi ſub dit, quòd ita ſeruat practica.

3 An autem † ſit lis conteſtanda cum inſtigatore ſiue promotore inquiſitionis, dixi ſupra quæſtione 10. verſiculo, Quæro nunquid.

4 Sed hic† incidenter quæro, nunquid in cauſis criminalibus poſſint fieri poſitiones ab utraque parte, prout fiunt in ciuilibus? Reſpon. Reſpectu accuſatoris, vel fiſci, ſatis videtur dici poſſe, ꝙ admittantur poſitiones, ex quo eorum querelæ uel inquiſitioni cogitur reus cum iuramento reſpondere, ut infra ſtatim d xi. Sed quid dicendum in ipſo reo accuſato, nunquid poterit dare accuſatori poſitiones, puta ꝙ ipſe tale delictum nõ commiſit, vel ꝙ illud commiſit ad ſui defenſionem, vel huiuſmodi? Reſpon ꝙ non, & ita ſe habet vſus iudiciorum, ut atteſtatur Iac. de Are. in trac poſitionum, §. 7. numero 1. hoc enim modo poſſent de facili (ſecundum eum) accuſator & reus inter ſe colluder e, & delicta impunita remanerent. Quæ tamen ratio parum facit, ex quo ſecundum conſuetudinem huius temporis etiã parte deſiſtente, aut cõcordata, iudices procedunt ad expeditionem proceſſuum, vt dixi infra q. 58. circa principium. Verum tñ eſt, quòd cõſuetudo ita obſeruat, ut non poſſint per accuſatum dari poſitiones, à qua nullo modo eſt recedendum.

5 Scias autem, † quòd reo capto vel ſponte comparente, ſolent iudices illum ſtatim adhibito notario ſuper ipſo delicto interrogare, eiuſque examen (quod vulgò Conſtitutum appellant) in acta redigi facere: Cæterum ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſi reus compareat, & neget, non eſt vlterius examinandus, ſed recipiuntur teſtes, & ad ulteriora proceditur ad perfectionem proceſſus. Et hęc eſt communis opi. Doctorum, vt dicit Marian. in d. c. qualiter & quando, poſt num. 217. quæſt. 75. in fi. Hodie tamen ſeruatur contrarium de conſuetudine, nam ſi facta inquiſitione reus compareat, & neget, nihilominus interrogatur & examinatur ſuper ea. Et ita communiter in practica ſeruari atteſtatur idem Marian. in loco præallegato, & in hoc non eſt difficultas. Et licet aliqui dixerint, ꝙ quando nulla pręcedit diffamatio de crimine, non tenetur reus reſpondere, prout etiam ita concludere communiter Doctores atteſtatur Card. Alex. in c. de accuſatione, colum. 37. poſt med. 2. qõ. 8. nihilominus indiſtincte ſeruatur (ut dixi) quòd teneatur reus ſuper ipſo crimine iudici reſpondere.

6 Sed pone, † quòd reus conſtitutus coram iudice nolit reſpondere interrogationibus ſibi per eum factis, præciſe affirmando uel negando, ſed vel omnino nihil reſpondeat, vel per uerba dubia, puta non ſcio, vel non recordor? Reſpond. quòd hoc caſu poteſt & debet iudex illum ponere ad torturam, & cogere ut reſpondeat affirmatiuè, vel negatiuè. Ita dicit Bald. in l. accuſationem, poſt num. 11. verſicu. Super hoc melius, C. qui ac cuſ. non poſ. Et talis tortura (vt dicit Bald. ibi) non datur ad eruendam veritatem, nam ad hoc neceſſe eſſet, ut præcederent indicia ad torturam ſufficientia, ut dixi infra quæſtio 64. verſi. Dixi etiam, ſed datur ad extorquendam reſponſionem. Et hanc opi. Bal. in contingentia facti approbauit conſilium Neapol. teſte Capicio deci. 145. prout illum refert Foller. in prac. crim. fo. 308. nu. 4. Et eſt iudicio meo bona practica, & eam ſæpe vidi obſeruari non modò, quando reus non vult reſpondere ſuper facto principali, ſ. an commiſerit homicidium uel non; ſed etiam ſuper circunſtantijs ſubſtantialib. pertinentibus ad ipſum delictum, quicquid dicat Foller. in loco præallegato, modo ſint tales, de quib. ueriſimile ſit ipſum recordari, puta quia interrogetur de facto proprio, de modico tempore, & de rebus, de quibus alij ſolẽt cõiter recordari, prout ipſe iudex cõſiderata facti, & perſonarum qualitate poterit arbitrari, & ita ſerues. Et recordor ꝙ ſemel quidam Moncinus, qui dum interrogaretur ſuper quadã rixa, in qua ipſe interuenerat, nolebat rñdere, neq; iurare, fuit iuſſu ſenatus affectus trib. ictib. funis publice, deinde reductus ad carceres, iurauit, & rñdit ad interrogata, 18. Octob. 1554. A. C. Aduerte tamen, vt omnino aliqua ſubſint indicia

dicia contra reum, aliàs enim non teneretur reſpondere; quinimò aliqui dicunt, quòd ſi non præcedat diffamatio, nòn tenetur reus reſpondere. Et dicit Card. Alexan. in d.c. de accuſatione, col.37. circa fi.2.quæſt. 8. quòd ita doctores communiter concludunt. Idem dicit Are. in c.qualiter & quando el 2.§. debet, colum.4. verſi. In foro autem. de accuſatio. quem refert Don Anton. de Padilla. in l. tranſigere, nume.5.C. de tranſact. Quod tu intellige, niſi præcedat diffamatio, vel tale quid, quod ſit loco diffamationis, iuxta ea, quæ dixi ſupra quæſtione. 6. circa principium.

7 Sed hic † quæro, quid ſi reus utique uelit reſpondere, ſed petat dilationem ad reſpondendum, an uelit cedere, vel contendere, nũquid erit illi concedenda, prout etiam conceditur in cauſis ciuilibus, ut dixi infra lib. proximo. Reſpond. Aliqui tenẽt quòd ſic, & dicit Alexan. in ſ. 1. in prin. num.6. ff. de edẽ. quòd ita concludunt magis cõmuniter Doctores. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quòd immo ſuꝑ facto ꝓprio nõ debeat dari reo terminus ad deliberandum, tenuit Bal. in l. cùm falſum, nume. 2. ff. de acqui. hæred. Et hãc opi. dicit eſſe communem Aug. ad Angel. de malefi. in uerbo, Comparuerũt dicti inquiſiti, & confitentur totum, nume. 6. prout illum refert Prac. Conradi fol.280. nume.2. Et hæc opin. ſeruatur de conſuetudine, nam reus ſtatim cogitur reſpondere. Et quòd (ſecundum practicam mundi) non ſit dandum in criminalibus tempus reo ad deliberandum, atteſtatur Sal. in auc. offerat, num.6.C. de litis cõteſta. Paulus de Caſt. in ea Aut. offera. nu.5. & 11. quem refert Prac. Conradi fol.32. poſt nu.5. Amad. de ſyndic. num. 184.

8 Sed quid † ſi reus priuſquam examinetur, petat copiam inquiſitionis & indiciorũ contra eum exiſtentium, nunquid debet iudex illã ei dari facere? Reſpon. De iure forte dici poſſet, quòd ſic, vt ex prædictis apparet; & ita tenet Practica Papiẽ. in forma inquiſitionis, in uerbo, Fama publica, nu. 3. ubi tñ dicit, quod male ſeruat in practica per iſtos latrunculatores auaritiæ deditos in animarum ſuarum maximum præiudicium & detrimentum, & ſubdit, quod peſſimè faciunt. Quicquid igitur ſit de iure, conſuetudo ſeruat totũ oppoſitum, quòd ſ. reus interrogetur & examinetur ante datas defenſiones & copiam iudiciorum. Et ita quotidie practicari dicit Foller. in prac. crim. cano. fol. 165. nu. 9 Prac. Conradi fol 255. in 6. limit. Hunc et dicit eſſe receptum ſtylum, vſum & conſuetudinem Prac. Iodo. fol. 24. nu.18. Et ſtante hac generali conſuetudine, male faceret iudex, qui aliter obſeruaret in practica.

9 Sed quæro, † nunquid in huiuſmodi examine faciendo, debeat iudex deferre iuramentum reo de veritate dicenda? Rñ. Videtur dicendum quòd nõ, nemo enim cogi dẽt ad detegendum propriam turpitudinẽ, l. aliàs, ff de iure iur. prout eſt communis regula teſte Dec. in l.fi. poſt nu.6. C. de eden. Et ſic ſatis eſſe deberet ſimplex interpoſitio fidei, prout eſt de conſuetudine in regno Franciæ, teſte Marco deciſ.674. Quæritur an ĩ cauſa. in prin. In contrarium tamen eſt magis communis opi. quòd ſcilicet ſit deferẽdũ reo iuramentum de veritate dicenda, ita tenuit Bar. in l. inter omnes, §. recte. in fin. ff. de fur. qui in hoc communiter ab omnibus approbatur, ut dicit Aug. ad Ange. in uerbo Comparuerunt, & confitentur totum, poſt nu.13. Bertran. conſi. 321. nu.3. in fi. li.3. in 1. parte. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Mar. in l. quæſt. habendæ, nu.72. ff. de quæſ. quem refert Prac. Conradi fol.280. in prin. & Gomeſ. c. 1. delictorum, num. 65. Et ita hodie ſecundum communem ſtylum Italiæ, tam in inquiſitione, quàm in accuſatione, reus comparens iurat de ueritate dicenda, prout de huiuſmodi ſtylo atteſtatur Marian. in d. c.qualiter & quando, poſt num.227. quæſt. 84. in fin. Ita etiam obſeruare communem ſtylum Italiæ atteſtatur Bar. in l. 1. poſt nume.6.C. de iuramen. calum. ubi etiam Bal. nu.8. dicit, quòd ita ſeruat conſuetudo. Mihi certe hæc practica nunquam placuit, eſt enim manifeſta occaſio periurij. Nam rei propter metum illius iuramenti nunquam ſolent fateri delictum, vt quotidie experientia docet; & tamen communis eſt concluſio, quòd vbi ſubeſt probabilis ſuſpicio periurij, nunquam eſt deferendum iuramentum, ut dixi infra libro ſeptimo, §. Iuramentum, tamen (quicquid ſit) non auderem in practica recedere a communi obſeruantia. Et ideo in locis in quibus ſeruatur, ut reo deferatur huiuſmodi iuramentum, iudex debet illud deferre, nam minimè ſunt mutanda &c.

10 Quid ergo † ſi reus in ipſo examine falsũ dicat, nunquid poterit ex eo tanquam periurus puniri? Reſpõd. quòd ĩ foro cõtẽtioſo

puniri non poteſt, ſed ſolum Deum habet vltorem. Ita dicit Alex. in apoſtil. ad Bart. in l. 1. ſub nu. 1. ff. de bonis eorum. cui nemo cõtradicit, vt ait Berous qõ. 134. num. 3. Et dicit Boſſ. in ti. de periuri. nu. 3. quòd ita practicatur. Hoc etiam nigere in practica atteſtatur Nunius de los corregidores, fol. 237. poſt nu. 17. uer. Quæ dicta ſunt. Bene verum eſt, quòd ſi reus in examine dicat aliquod mendacium, de quo deinde cõuincatur, erit tale mendacium contra eum ſufficiens indicium ad torturam, iuxta ea quæ dixi ſupra q. 21. uer. Mendacium.

11 Debet autem† iudex huiuſmodi examinibus faciendis recto tramite procedere ad finem veritatis indagandę, non autem ut reũ inuoluat, & inducat ad cõfitendum delictũ. Item ſecundũ aliquos non debet reum ſpecialiter ſuper ipſo delicto, de quo agitur, interrogare, quum id ſuggerẽtis potius, quàm interrogantis eſſe uideatur. De conſuetudine tamen contrariũ obſeruatur, vt ait Prac. Caſoni fol. 84. num. 3. quando reus interrogatur de facto proprio, ſecus tamen eſſet, ſi interrogaretur uti teſtis contra alium, ut dixi ſupra, quæſt. 21. ver. Retenta igitur. circa fi. Præterea nõ debet interrogationibus ſuis procurare, ut anferat reo ſuas defenſiones, puta ſi reus confiteatur aliquem percuſſiſſe aut vulneraſſe, non debet eum interrogare an ille ex tali percuſſione aut vulnere deceſſerit, neq; ab eo extorquere huiuſmodi cõfeſſionem, nam iſta eſt diabolica practica, ut dicit Signorol. conſilio 163. num. 5. ſubdens quòd ſuper hoc multoties reprehendit iudices maleficiorum ciuitatis Mediolani, & quòd iſtud eſt pluſquam diabolicum; nam fiſcus ſatis habet intentionem fundatam, ex quo ille vulneratus ſeu percuſſus mortuus eſt. Et hoc iudici ſufficere debet abſque eo, quod velit per eiuſmodi confeſſionem tollere reo facultatem probandi, ꝙ non deceſſerit ex percuſſione ſeu vulnere, quæ eſſet magna ipſius defenſio, ut dixi ſupra hoc eo. lib. § Homicidium, uer. Plerunque etiam.

12 Quæro etiam, †nunqd quando fit examẽ rei, debeant eſſe præſentes patroni cauſarũ? Reſpond. Quod de iure videtur dici poſſe quod ſic, per tex. in l. cuſtodias, ff. de public. iudi. ſed certe vſus & curiarum ſtylus hoc non obſeruat, ut atteſtatur Igneus in l. 1 §. quæſtionem, nu. 19. in fi. ff. ad Syl. & eſt omnibus notiſſimum. Faciunt quæ dixi infra q. 64. ver. Quæro nunc.

13 Cæterùm ſi reus† in examine confiteatur delictum, poterit puniri ex tali confeſſione, vt dixi infra q. 65. in prin. Si vero neget, dẽt parte citata examinari teſtes ſuper ueritate ipſius delicti, & ita tenent communiter Doctores. ut dicit Card. Alex. in loco præallegato. Et ideo dicit Sali. in l. fi. in fi. C. de qõ. ꝙ cauti iudices ante inquiſitionem recipiũt informationem teſtium, & in ſcriptis redigunt, ne poſtea dicant contrarium, & habita informatione formant inquiſitionem, & ſi pœna ſit corporalis, faciũt citari reũ ire, nõ verbo, ne fugiat; & poſtea faciunt illum reſpõdere inquiſitioni, & ſi neget, iteratò examinant teſtes, eo citato ad videndum eos iurare, &c. Et illud dictum Sal. refert Gram. conſi. crim. 15 num. 1. & 2 de quo etiam aliquid dixi ſupra q. 28. uer. Scias tamẽ. Et valde grauiter erraret iudex, qui omiſſa tali repetitione teſtium procederet ad torturã vel condemnationẽ, nam teſtes recepti ante lit. conteſt. nullam fidem faciunt contra reum, quum ſint examinati ipſo non citato, ut dixi ſupra qõ. 17. verſi. Item quæro, & infra q. 50. uer. Item quia. Et aduerte, quia hęc repetitio fieri dẽt cum omnib. illis qualitatibus, quæ requirerentur, ubi iſti teſtes repetendi nunquàm fuiſſent examinati, & ideo debẽt de nouo iurare, aliàs nullam prorſus fidem facerẽt. Item ſi ſunt tales teſtes, quorum dictis de iure non ſit adhibenda fides, niſi cum tortura, puta quia eſſet ſocius criminis, non ſufficeret, ꝙ prius fuiſſet examinatus in tormentis, & ꝙ de nouo iuraret, ſed opus etiã eſſet, ut de nouo poſt iuramentum poneretur in tormentis, & perſeueraret in illo dicto. Nam illa tortura, & omne id, ꝙ fuit agitatum ante litis conteſtationem, non hſ (ut dixi) in conſideratione, quoad præiudiciũ ipſius rei comparentis. Quod nota, quia ad hoc aliqui iudices non aduertunt; & ſcias, ꝙ licet receptio teſtium non ſoleat committi ſeu delegari alteri, ut dixi ſupra q. 26. tamẽ repetitio teſtium, qui examinati ſunt in proceſſu informatiuo. poteſt delegari, & ita ſeruatur de conſuetudine, vt atteſtatur Carauita ſuper ritu 157. magnæ curiæ, nu. 11. qđ tamen intellige ſecundum ea quæ dixi in loco præallegato. In hoc autem propoſito volo ut ſcias, ꝙ quando reus permittit ſe in cõtumaciam condemnari, deinde petit ſe admitti ad nouas defenſiones, & admiſſus comparet, iudex non debet repetere teſtes examinatos contra eum in proceſſu informati-

uo,

no, licet.n. examinati fuerint ipſo reo non citato iuxta conſuetudinem, de qua dixi ſupra in d.q 11 verſ.Item quęro, ex quo tamē ipſe reus citatus non comparuit, habētur illi teſtes pro legitime examinatis in odium eius contumaciæ neque vlterior eorum repetitio requiritur. Et memini quòd propter hoc fuit grauiter reprehenſus à ſenatu prætor Valentiæ, qui in cā Petri Nouati admiſſi ad nouas defenſiones, citauit teſtes ad repetendum, & quia non comparuerūt, eos condemnauit. cuius condemnati nis ſenatus cenſuit nullam rationem haberi debere 7.Nouembris 1559.P.N.

14 Sed in † propoſito quæro, pone ꝗ reus non fuerit citatus ad videndum iurare, & repeti teſtes, ſed ꝗ iudex eos repetat & conformet cum ipſo reo, & teſtes confirment in præſentia ipſius rei ea, quæ prius dixerant, nunquid iſti teſtes dicentur recepti parte citata, ita ut probent contra ipſum reum? Reſpon ꝗ ſic, & ita practicatur, vt dicit Afflic ſuper 2.par.conſtitutionum Regni, rub. 10. nu. 20. Hæc autem confrōtatio fieri ſolet, quādo teſtes deponūt tale quid ꝗ de directo contrariatur ei, quod reus dixit in ſuo examine, & licet de iure non ſit neceſſaria, tamen in practica obſeruatur, ad hoc vt in ipſa confrōtatione veritas melius eluceſcat. Ego certè nō credo ꝗ ſit de ſubſtātia, & ideo licet eſſet omiſſa, regulariter proceſſus non corrueret. Senatus tn̄ vult omnino eā fieri, quando eſt teſtis, qui contra reum deponit de viſu. Et ita reſcripſit prętori Cremonę in cā cuiuſdam Auguſtini Botti 20.Mar.1543. Vel etiam quādo teſtes ſunt inter ſe contrarij, & ita reſcripſit Capitaneo Vicomercati 29 Martij 1533.C.C. Præterea quando depoſitio teſtis non poteſt certificari niſi mediante inſpectione ipſius rei, puta quando teſtis dicit illum non cognoſcere de nomine, ſed tantum de viſu. Vel quando eum deſcribit per ſigna, nā eo caſu reus eſt illi exhibendus, vt eum recognoſcat, & ita reſcripſit ſenatus prætori Alexandriæ in cauſa cuiuſdam Aſcanij Granarij, qui non fuerat exhibitus cuidam teſti, vt illum recognoſceret, 14. Auguſti 1556. P. N. Debet tamen hoc caſu reus exhiberi teſtibus, non ſolus, quia eſſet timor ſubornationis, ſed poſitus inter alios tres aut quatuor, & illi ſimiles, quantū eo tempore fieri poteſt, veſtibus, ſtatuta, & etiam facie. Et ita ſeruatur in hac prouincia, prout etiam ſeruari in curia Neapol.atteſtatur Foller.in prac.crim.fol.23. numero 34. in fi.

15 Facta autem † repetitione & confrontatione teſtiū, conſueuerunt iudices prius, ꝗ reum carcerib. tradant, vel fideiuſſori relaxent, facere ꝗ reus inquiſitus eis det licētiā procedendi vſq; ad ſententiam diffinitiuam incluſiue, ſingulis diebus & horis, etiam eo abſente & non citato. Et eſt pract.ca, quam tradit Bar.in l.is, qui reus, nu.4.ff.de pub.iu. quam ex communi conſuetudine hodie obſeruari atteſtatur Marian.in cap. qualiter & qn̄, poſt nu. 235.ver.90.quæro. de accuſ.Ita ēt quotidie fieri dicit Bal. in l. diē profetre, in princi.l.Si quis litigator, ff.de arb.& ī l. ſi quando, nu.5.C.de teſtibus.dicit, ꝗ ita practicatur, & in l.vt perfectius, nume.15.C.de annali exceptio.dicit, quòd ita obſeruāt aſſeſſores, quē refert Ang.de maleſi.in verbo. Et ad querelam, nu.61.& Augu.ad Ang. de maleſi. in verbo. Qui iudex fecit ſibi dari licentiam, poſt nu.2. Et ſucceſſiue iudices faciunt ipſis reis monitionem generalem, ut ſingulis diebus, & horis adeſſe debeant proceſſui faciendo per ipſos iudices, tam circa receptiones teſtium, quàm quæcunque alia vſque ad ſententiam incluſiue, &c. Et hæc monitio (precedente tamen licentia, ut dicit Marian. in loco præallegato) operatur quòd non requiritur vlterior citatio; ſed ſi non pręcederet licentia, tunc poſſet reus ab huiuſmodi monitione appellare, & dicere, quòd imò vult ad omnes actus citari, & monitio ipſa hoc modo per appellationem reſcinderetur, & nullius eſſet effectus. Et hæc eſt cōis opi.vt dicit Boſ.in ti.de ſent.nu. 13. Et quod dictum eſt de reo, pariter locū hēt in ipſo accuſatore. Solent enim cauti aſſeſſores ſcribi facere ī actis, qualiter accuſator dat eis licentiam expediendi proceſſum, ēt ipſis abſentibus; & ita omnia expediunt, & etiam ipſam ſententiam proferunt eo nō citato, ut dicit Bal.in l.ſi accuſatoribus, nu.4. C.de accuſa. ſubdens quòd ita tenēt oēs doctores Iudicio tamen meo hęc cautela, quo ad accuſatorem eſt ſuperflua, ut dixi ſupra q.4.ver.Superflua etiā, & q.1.uerſ.Vlterius quæro. Poterit itaq; iudex ſtante prędicta licentia teſtes recipere, & examinare abſque alia partis citatione, & hanc eſſe hodiernam practicam, quam iudices obſeruant, atteſtatur Alexander in Apoſtil. ad Barto. in d. l. is, qui reus, ſub numero 4. Et ideo miror, quòd Blancus in pract. crimina.

fol.11.nu.25.ſimpliciter dicat, quòd iſta practica tradita per Bar. non obſeruatur de ſtylo, neque de conſuetudine. Nam licèt quo ad accuſatorem ſeu querelantem benè loquatur, ut dixi in locis præallegatis, certe in reo quotidie in hoc Ducatu & alibi obſeruatur; nec aliquis ſolet facto examine carcerari, quin notarius in actis ſcribat, Quo facto fuit conſignatus & ei facta in faciem monitio generalis; vel huiuſmodi. Et credo quòd ſi de ipſa monitione non appareret in actis, omnia acta poſtea facta reo legitime non citato corruerent.

Quæſtio XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Rei, perfecto examine, debent carceribus commendari.*

2 *Et quid ſi à carceratione appellent, verſicu. Sed quid ſi reus.*

3 *Carceris fabricatio ad quem pertineat, verſic. Et quoniam.*

4 *Cuſtos carceris tenetur ſingulo menſe carceratorum nomina iudici deferre, verſicu. Scias etiam.*

5 *Quid facere debeat cuſtos carceris, ſi aliquis ex carceratis moriatur, verſicu. Sed in hoc propoſito.*

6 *Reus quando ſit fideiuſſoribus relaxandus, ver. Plerunque verò.*

7 *Et quid ſi non ingeratur pœna corporalis, verſ. In hac autem.*

8 *Et quid in ſeruis, verſ. Et hęc quidem.*

9 *Et quid in feſtis paſchalibus, verſicu. Solent etiam.*

10 *Et quid ſi appareat de innocentia rei, verſ. Pariter etiam.*

11 *Et quid in dubio, verſ. In dubio autem.*

12 *Et quid fideiuſſores non ſint idonei, verſ. Cęterùm debet.*

13 *Et quid ſi detentus in vna ciuitate velit dare fideiuſſorem in alia, verſic. Pone quòd Papienſis.*

14 *Et quid ſi reus propter paupertatem non inueniat fideiuſſorem, verſ. Sed quid agendum.*

15 *Et quomodo reus probari poſſit, verſ. Sed quomodo.*

16 *Et an viri illuſtres dimittendi ſint iuratoria cautioni, verſ. Scias autem.*

17 *Et qua debeat eſſe forma promiſſionis huiuſmodi fideiuſſoris, verſicu. Quæro qua debeat.*

18 *Et an poſſit aliquis ſe obligare pro alio ad pœnam corporalem, verſ. Sed nunquid.*

19 *Et quid ſi pro delicto imponatur pœna pecuniaria, verſ. Vbi verò.*

20 *Cautela recipiendi fideiuſſoris, verſ. Sis tamen.*

21 *Si ſtatutum imponat pro vulnere pœnam centum, & pro homicidio pœnam mille, & aliquis ſimpliciter fideiuſſerit pro imputato de vulnere, ſub qua pœna teneatur illum conſignare, verſ. Sed quare.*

22 *Et quid ſi ille, qui præſtitit fideiuſſorem, ſit deinde ex alia cauſa bannitus, verſicu. Quæro pone.*

23 *Quantum tempus concedatur fideiuſſori ad reum præſentandum, verſ. Sed hic quæro.*

24 *Si fideiuſſor reum non conſignet, cui applicetur pœna promiſſa, verſ. Succeſſiue quære.*

HIs Peractis, debet iudex deliberare, an reus ſit carceri ſeu cuſtodiæ tradendus, an autem fideiuſſori relaxandus.
1 Vt plurimùm † autē perfecto reorum examine, factiſq; debitis confrontationibus teſtium, ſolent iudices ipſos reos ad carceres duci facere, prout communiter fieri conſueuiſſe atteſtatur Benedic. de Plūbi in repe.l.pe.§.ad crimen, poſt num.69. ff. de publi.iudi. Debent autem rei poni in carcere cuſtodiendi, non autem in uinculis, & ita in hac prouincia obſeruatur, prout etiā in Curia pariſienſi obſeruari atteſtatur Igneus in l.neceſſarios, §.non aliàs.in lectura, nu.46. ff. ad Sylle. dicens, quòd ibi nullum reum in uinculis tenent, ſed tantum cuſtodiunt, tametſi (ut ipſe ait) in alijs curijs cum carcere & diligentiori cuſtodia ſeruentur. Certe vbi qualitas perſonę & delicti hoc exposceret, poſſet iudex reum in arctos carceres conijcere, & prohibere, ne cum aliquo loquatur. Et ita practicari per iudices peritos & expertos, atteſtatur Anton. Gomes. ca.9. delictorum, nume.6.in fi. Aliàs autem laudabilius eſt reos, qui de graui crimine delati non ſunt, vinculorum aſperitate non uexare.

2 Sed quid † ſi reus, qui uidet ſe ad carceres conduci, appellet, nunquid ſtante appellatione adhuc erit carcerandus? Reſpondeo. De iure forte dici poſſet, quòd non, nihil enim innouandum uidetur appellatione pendente. Sed certe contrarium ſeruatur de conſuetudine, præſertim in hoc Ducatu, in quo in cauſis criminalibus non

admit-

admittitur appellatio, & ita etiam ſeruari de ſtylo & conſuetudine patrie Delphi. atteſtatur Guido Papæ deciſ. 235. quem refert Marcus deciſ. 915. Quæro an pendente, num. 4. nec dicitur iudex, qui delinquentem carcerari iubet, aliquid contra eum innouare, ſed potius uidetur ius publicum & ſuum tueri, ne ille fuga pœnam delicti euadat. Et certè ſi carcerandi appellantes relaxandi eſſent, fruſtatorium eſſet carceres ædificare, quia omnes appellarent, & ſic omnia iudicia criminalia eluderentur.

3 Et quoniam † hoc loco incidit mentio carceris, bonum eſt ut ſcias, quòd fabricatio domus ad uſum carceris pertinet ad ciuitates ſeu loca, in quibus de carcere eſt pro-
a uidendum, cuſtodia a autem carceratorum pertinet ad regem ſeu dominum, cuius eſt iuriſdictio, & eius officiales. Et ita de iure probari demonſtrat, & conſuetudine etiam interpretatum eſſe, atteſtatur Nunius de los corregidores, fol. 131. num. 4. quod nota, quia ſæpius vidi ſuper hoc in facto dubitari; & in multis etiam locis uidi contrarium obſeruari.

4 Scias etiam, † quòd de iure Commentarienſis ſiue cuſtos carcerum tenetur ſingulo menſe numerum ipſorum carceratorum iudici ſignificare, vna cum titulis delictorũ, propter quæ detinẽtur, eorumq; qualitates & ætates, ſub pœna uiginti librarũ auri; & iudex ſi in hoc etiam fuerit negligens, punitur in 10. lib. auri, &c. ut eſt tex in l. fi. C. de cuſtod. reorum. Et licèt prac. lodo. c. 17. nu. 11. dicat, quòd illam practicę uſus non recipit, in hac tamen ciuitate Mediolani hoc optimè ſeruatur. Quinimò ſolet ſingulo menſe vnus ex ſenatoribus accedere ad carceres, & omnia prædicta diligenter exquirere, & in cauſis leuibus plerunque relaxari facere detentos ſub fideiuſſione, in grauib. autem ſenatui referre, cui maxima eſt cura, ne carcerati in uinculis macerentur, quod & in Hiſpania diligenter obſeruari atteſtatur Anton. Gomes. c. nono delictorũ, nu. 7. in fi.

5 Sed in hoc † propoſito quæro, ſi aliquis ex carceratis in carcere moriatur, quomodo ſuccurſum erit cuſtodi carcerum, ut non teneatur illum exhibere? Reſpond. Poterit probare mortem illius per teſtes, & ea probata, non erit vlterius moleſtandus, l. ſi ff. de cuſtod. reorum. Dicit tamen Ang. in d. l. fin. numero 6. quòd hodie cuſtodes carcerum vtuntur hac cautela, quia ſcilicet, quando carceratus infirmatur, ducunt medicum, & de ægritudine faciunt extrahi publicum inſtrumentum, & deinde poſtquam ille mortuus eſt, illum extrahunt de carcere inuolutum in quodam ſacco in ſignum mortalitatis. Sed certè hæc cautela apud nos non admitteretur, non enim ſufficit facere fidẽ de ægritudine, niſi etiam fiat fides de morte; nã omnes, qui infirmantur non moriuntur, & ſi hoc admitteretur, eſſet cuilibet de facilẽ aperta uia fugiendi. Propterea in hoc Ducatu ſeruatur, ꝙ quando aliquis ex carceratis infirmatur, cuſtos monet iudicem de illius ægritudine; & deinde ſi moriatur, facit vocari notarium proceſſus, qui coram teſtĩbus viſitat cadauer, & illud recognoſcit pro eo, qui dicitur mortuus, & illam uiſitationem redigit in actis. Et hoc modo pręcluſa eſt via fraudibus.

6 Plerunque verò † aut ipſe reus, aut eius procuratores petunt eum à carcere dimitti, ac fideiuſſori relaxari. Videndum eſt
b igitur, qñ reus ſit fideiuſſori relaxandus. b Et ſcias, ꝙ ille, qui intercedit pro reo, & petit eum relaxari fideiuſſori, debet facere hanc petitionem poni in actis, cum oblatione idonei fideiuſſoris, nam ſi non reperiatur in actis, iudex ſi eum non relaxet, non tenetur in ſyndicatu. Et ita in facti contingentia iudicatum fuiſſe atteſtatur Afflic. ſuper 2. parte conſtitutionum Regni, Rubr. 10. nu. 3. Scias etiam quòd licet de iure regulariter contractus facti à carcerato non ualeant,
• prout tenent cõiter doctores, teſte Marſil. in prac. crim. §. attingam. nu. 2. tñ de cõſuetudine carcerati ſolent procuratores conſtituere, & ſatiſdare, & alios cõtractus facere. Et ita cõtinue in practica ſeruari, atteſtatur Alber. in l. qui in carcerẽ, ff. quod metus cã.

7 In hac † autem materia facienda eſt concluſio, ꝙ regulariter, ubicunq; pro crimine imponitur pœna corporalis, reus non eſt fideiuſſoribus relaxãdus. Et hæc eſt cõis opi. ut ait Xuares in ſuo uol. allegationũ, folio 693. circa fin. in qua allegatione ualde elegãter loqutur in hac materia. Et huic opinioni applaudit conſuetudo, ut dicit Card. Alex. in c. quiſquis. ſecunda, quæſt. octaua. Vbi verò non ingeritur pœna corporis afflictiua, non debet reus carceribus mancipari. Et ita
• tenent communiter doctores, ut ait Anton. Gomes. c. 9. delictorum, nume. 8. & nos de hoc habemus decretum in nouis conſtitut. in tit. de accuſa. c. rei carceribus. Quod in-

tellige

telligę ut procedat, modò offerat præſtare fideiuſſorem, aliàs ſi non haberet fideiuſſorem, utique deberet in carceribus detineri, & ita ſeruatur.

8 Et hæc † quidem concluſio maxime locum habet in ſeruis, nam illi non relaxãtur fideiuſſori, ut eſt tex. in l.2.ff de cuſtod. reorum, & in l. lex Cornelia, § præterea, ff. ad Sylle. & dicit Afflic. in d. Rubr. decima, in fi. quòd ita uidit fuiſſe iudicatum.

9 Solent etiam† plerũq; iudices in feſtis Paſchatis & Natalis domini reos in carceribus detentos relaxari c facere, & ad hũc effectũ ſolent illis temporibus quattuor ſenatores ad uiſitandos carceres accedere, & alios fideiuſſoribus dimittere, alios carceratos relinquere, & ubi negocium eſt grauis momenti, ſenatui referre; & his relationibus ſolent etiam intereſſe in ſenatu Principes noſtri, uel (illis abſentibus) eorum in hoc Ducatu locum tenentes. De hoc autem habemus tex. expreſſum in l. nemo, quæ eſt lex tertia, C. de epiſco aud. ubi excipiuntur etiam delicta, quorum rei non ſunt eo tempore relaxandi. Dicit tamen ibi Bar. ꝙ conſuetudo interpretata eſt contrariũ, & illum refert Marcus deciſ. 409. nu. 1. & Prac. Conradi, fol. 276. nu. 14. Sed certè ſi crimen non ſit enorme, & reus non ſit confeſſus, uel conuictus, utique debet in feſtis Paſchalibus, & Natalitijs relaxari, ſaltem data domo, uel ciuitate pro carcere. Et ita de conſuetudine apud nos obſeruatur, de qua etiam atteſtatur Boſſ. in tit. de carc. fid. com. nu. 27.

10 Pariter etiam† ubicunque etiam pendente proceſſu, apparet reum non eſſe culpabilem delicti, de quo imputatur, debet relaxari, ut eſt tex. in l. prima, C. de exhib. reorum. Et ita Florentiæ practicatur, vt dicit Apoſtil. ad Bald. in l. nullus, ſub numero 2. C. de exhib. reis, quem refert Chaſſan. ſuper conſuet. Burgund. fol. 50. numero 170. & Boer. ſuper conſue. Bituricen. fo. 23. col. prima, & Grammat. ſuper conſtit. Regni, fol. 60. poſt numerũ 42. & Carauita ſuper 40. ritu magnæ curiæ circa Principium, & ſuper ritu 41. numero 5. & licèt tex. in d. l. prima non videatur requirere fideiuſſores, ſed ſimpliciter dicat illum debere relaxari, nihilominus practica obſeruat, quòd præſtetur fideiuſſio, & ita ſeruari uidemus, vt dicit Boſſ. in tit. de ſenten. numero 61. ſubdit tamen Carauita in loco præallegato, quòd in Regno Neapol. hodierna practica communiter & generaliter ſe habet, quòd facta publicatione proceſſus, etiam quòd appareat de innocentia rei, non relaxatur fideiuſſori; quod ego non laudo, niſi crimen ſit ualde enorme, uel ſperet iudex habere noua indicia. Hæc autem relaxatio operatur, quòd non poteſt reus iterum in carceres conijci ex cauſa, niſi ſuperuenientibus nouis indicijs. Et ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in loco præallegato. Quod tamen (ut vidimus) non ita indiſtincte obſeruatur, ſed iudicis arbitrio relinquitur. Præterea ſcias, ꝙ in omnem caſum, tẽpore, quo fit relatio diffinitiua cauſæ in ſenatu, ſemp ſolet reus ad carceres reuocari, ne, ſi ſequatur cõdẽnatio corporalis, poſſit illam fugiendo eludere.

11 In dubio † autem debet iudex ſemper inclinare in mitiorem partem, vt ſcilicet reum ſub fideiuſſione relaxet; & hoc ut ſubditos minus quàm fieri poteſt, grauet impenſis, licet iudices ſeueritatis gloriam affectantes de conſuetudine ſeruent contrariũ, ipſi enim in dubijs ſemper conſueuerunt retinere reos in carceribus mancipatos, ut dicit Benedic. de Plumbi. in repe. l. pe. §. ad crimen, poſt nu. 67. ff. de publi. iudi. Poteſt tñ iudex reum conſignare militibus, ut illũ cuſtodiant in aliquo loco tuto extra carceres, uel fideiuſſoribus, qui promittant eũ in aliquo loco tenere, uel ſtatuere palatiũ uel ciuitatẽ pro carcere ſub fideiuſſione, quãdo perſonæ qualitas hoc requirit, & iudex credit pro certo illũ non fore culpabilẽ, prout ſe uidiſſe infinitis uicibus obſeruari atteſtat̃ Ang. in l nullus, n. 3. C. de exhib. reis, quem refert Xuarez in ſuo vol. allegationum, fol. 688. num. 11. & Nunius de los corregidores folio. 155. col 2. in princ. Subdit tñ ibi Ang. Conſulo tibi aſſeſſori, ut nunquã eũ relaxes fideiuſſori, qa magna pericula poſſes incurrere. Sed in hoc iudicio meo male loqtur, & contra æquitatem & communem practicã.

12 Cæterum debet† iudex diligenter aduertere, quando facit reos ſub fideiuſſione relaxari, ut dentur idonei fideiuſſores, aliàs ipſe teneretur in ſyndicatu, quinimò refert Boſſ. in tit. de carcerato fidei. commit. numero 70. quòd ipſe uidit in contingentia facti, quendam magnum uirum compelli etiam ante ſyndicatum ad ſoluendam pœnam, quam promiſerat fideiuſſor. Propterea bonum eſt, ꝙ iudex, ubi fideiuſſor non ſit notorie pluſquã ſoluendo, faciat

ei dari

ei dari approbatorem ſeu collaudatorem, q̄ illum collaudet & approbet pro idoneo, nā ipſe collaudator tenebitur, vbi repertū fuerit fideiuſſorem non eſſe ſoluendo. Et hæc eſt bona cautela, vt dicit Marian. in d. c. qualiter & q̄ñ, poſt nu. 236. vbi ſubdit, q̄ ita etiā ſeruat conſuetudo, dicit etiam Ang. de maleſi. in verbo, Pro quibus & quolibet eorū, nu. 13. q̄ ita eſt conſuetudo per Italiam, quē refert Boſſ. in præallegato. Sed certè in hoc Ducatu ſeruatur, q̄ notorij rerum criminalium recipiunt ipſi fideiuſſores, & tenentur *d* in ſubſidium, vbi illi non ſint idonei. *e* Quod fuit optima ratione introductū, quia vt plurimum iudices ſunt forenſes, notorij verò municipes, & ideo habent magis notas perſonas, & facultates eorum, qui faciunt pro reis fideiuſſiones, propterea ipſi benè aduertant. Dicitur autem fideiuſſor idoneus non modò qui poſſidet bona immobilia, ſed ét qui licet nulla poſſideat immobilia, habet tamen tot bona mobilia, quæ de facili aſportari non poſſunt, puta ſi haberet magnam apothecam, vel multa nomina debitorū, argu. eius quod dicit Bar. in l. ſciendum, nu. 5. ff. qui ſatiſda cog. Et ita ſeruatur, ut atteſtatur Carauita ſuper ritu 160. magnæ curiæ, nu. 7. in fi qui multa ponit in hoc propoſito, de quibus ego dixi ſupra lib. ſecundo, §. Fideiuſſor.

13 Pone quòd † Papienſis ſit detentes Mediolani, vel e contra, & offerat dare fideiuſſores in ciuitate Papiæ, quia dicit eos non reperire in ciuitate Mediolani, quia ſit foreſis, nunquid erit admittendus ut fideiubeat in ciuitate Papiæ? Reſpond. q̄ non, ſed ſemper dari debet fideiuſſor in loco iudicij, & ita ſeruatur, prout etiam ſe vidiſſe obſeruari atteſtatur Afflic. ſuper 2. parte conſtitutionum Regni, Rubr. 10. nu. 6.

14 Sed quid † agendum, ſi reus propter paupertatem non inueniat fideiuſſorem, nunquid erit relaxandus præſtita per ipſum iuratoria cautione? Reſpond. De iure fortè eſſet dicendum q̄ ſic, & eſt communis opi ut ait Marſil. in repe. Rubricæ de fideiuſſorib. num. 166. & ſeq. De conſuetudine tamē ſeruatur contrarium, & in ſpecie de mulierib. q̄ non relaxentur cum iuratoria cautione, dicit Apoſtil. ad Bald. in auc. hodie. C. de cuſto. reorum. q̄ ita obſeruat conſuetudo. Ita etiam iudicatum fuiſſe in curia Burdegalē. atteſtatur Boer. deciſ. 349. col. fi. ver. Tamen ſunt. & in fi. illius deciſionis dicit q̄ idem ét ſeruatur in viris, prout etiam in hoc Ducatu ſeruatur indiſtinctè. Solent tamen quandoque relaxari delinquentes non multum grauati in proceſſu cum iuratoria cautione & præcepto in faciem, cum comminatione pœnæ iudicis arbitrio, prius tamen conſulto ſenatu, uel etiam ſi agatur de leui crimine, ſenatu non conſulto. Et iudicio meo optima conſuetudo, ne rei, qui aliàs eſſent relaxandi, vbi fideiuſſorem inuenirent, propter eorum paupertatem in carceribus marceſcant.

15 Sed quomodo † probabitur, q̄ reus non poſſit inuenire fideiuſſorem? Reſpond. Eo ipſo q̄ reus cum iuramento affirmet, q̄ nō putat inuenire poſſe fideiuſſores, ſatis cēſetur probaſſe difficultatem pręſtandi fideiuſſorem, ſecundum gl. in l. 1 in uerbo, Fideiuſſorib. ff. qui ſatiſ. cog. quam dicit eſſe communiter approbatam Soci. conſi. 79. col. 2. uerſ. Tertio confirmatur, lib. 3. prout illum refert Cotta in memoral. uerſ. Iuramentum probat, circa principum. In practica tamen apud nos ſeruatur, q̄ iudex ex officio ſummariè & ſine ſcriptis cum interuentu fiſci ſe informat de facultatibus ipſius rei aliter, quàm per eius iuramentum, & deinde fit ordinatio, q̄ relaxetur cum iuratoria cautiòne, cum participatione & interuentu fiſci, & ſubſcribitur à fiſcali, & iudex eſt poſtea tutus in ſyndicatu.

16 Scias autem, † q̄ de iure loquendo, uiri illuſtres non poſſunt cogi ad fideiuſſionē præſtandam in cauſa criminali, ſed dimitti debēt iuratoriæ cautioni, ut eſt tex. in l. quoties, C. de digni. li. 12. Sed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruat cōſuetudo, ut ſcilicet non modo cogātur fideiubere, ſed etiam in carcerem detrudantur. Et ideo dicit Fab in prac. arbi. fol. 485. nume. 12. q̄ diſpoſitio d. l. quoties receſſit ab aula, & in pra. nō ſeruat.

f Quæro, *f* quæ † debeat eſſe forma pro-
17 miſſionis fideiuſſoris in cauſa criminali? Reſpond. Quidam dicunt ſufficere, q̄ promittat ſimpliciter conſignare reum ad omnem requiſitionem iudicis, quo caſu, ſi id non obſeruauerit, tenebitur ad intereſſe Et hoc vř tenuiſſe glo. in l. fi. in uerbo cōmodius, ff. de præto. ſtip. Alij uerò dicunt q̄ non ſufficit illa ſimplex promiſſio, ſed debet promittere de eū conſignando ſub certa & determinata pęna. Ita tenuit gl. in l. ſed & ſi quis, § fi. in uerbo Pluſquā ſtatutū eſt. ff. ſi q̄s cautio. & ita cōiter ſeruat, ut dicit Alber. in l. ſi

quis

quis reum, nu. 1. ff. de cuſto. reum. Carauita ſuper 44. ritu magnæ curiæ, nu. 8. in fi.

18 SED nunquid †poterit aliquos ſe obligare ad pœnam corporalem ex ſua conuentione propter delictum alterius? Reſpon. quòd non, ita tenet glo. in c. cum homo, in uerbo Supplicium, 23. q. 5. quam dicit eſſe frequentiſſimo omnium conſenſu receptam, Dida. lib. ſecundo reſolutionum, ca. 8. nume. 8. & ita communiter ſeruatur, vt dicit Alber. in j. parte ſtatutorum, quæſtio. 51. quem refert Marſi. in rub. ff. de fideiuſ. nu. 208. & in l. infans, nume. 16. ff. ad legem Corne. de ſica. Et ideo apud nos non admitteretur in practica illud, quod dicit Xuarez. in ſuo volu. allegat. fo. 700. nu. 28. in fi. quòd ſcilicet aliquis recipiat cuſtodiam carcerati, & ſe obliget tã quam fideiuſſor carceratus.

19 VBI verò †tantummodo imponitur pro delicto pœna pecuniaria, ſolet reus dimitti cum fideiuſſione de iudicato ſoluendo, & ſequuta ſententia condemnatoria contra reum, fit executio contra ipſum fideiuſſorẽ, etiam abſque alio nouo proceſſu, ut dixi infra q. 95. circa principium.

20 SCIS tamen †cautus tu, qui recipis fideiuſſorem, ut facias apponi clauſulam, quòd promittit ſtare & ſoluere quamcunque condemnationem, quæ fieret contra eius principalem, etiam in cauſa appellationis; nam regulariter talis fideiuſſio expirat lata ſententia, & ideo fideiuſſor non tenetur in cauſa appellationis. Et hæc eſt communis opi. ut dicit Boer. deciſ. 315. nume. 1. Pariſ. conſ. 171. nume. 30. lib. quarto, vbi dicit quòd ita communiter concluditur. Et hanc cautelam tradit Ange. Aret. in §. hodie, nume. 1. Inſti. de ſatiſdatio. Quæ tamen apud nos non practicatur, ex quo (ut ſæpe dixi) in cauſis criminalibus non admittitur appellatio.

21 SED quæro, †pone quòd ſtatutũ pro vulnere imponat pœnam centum, & pro homicidio pœnam mille, & quòd aliquis ſimpliciter fideiuſſerit pro alio imputato de vulnere, de eum conſignando, & quòd deinde vulneratus deceſſerit; nunquid fideiuſſor, ſi illum non conſignet, erit puniendus in centum, an autem in mille? Reſpon. g Aut uulnus erat à principio mortale, & fideiuſſor debet condẽnari in mille, aut non erat mortale, & debet condemnari ſolummodo in centum. Et ita communiter determinatur, ut dicit Gandi. de maleſi. in Rub. de multis quæſtionibus, nume. 3. Hæc tamen quæſtio hodie ceſſat in practica, cum fideiuſſores accipiantur pro certa & determinata ſumma, ut dixi ſupra uerſicu. Quæro quę debet.

22 Quæro, pone †quòd aliquis præſtitit fideiuſſorem in cauſa criminali, deinde fuit imputatus de alio crimine, & bannitus, nunquid fideiuſſor datus in prima cauſa teneatur adhuc ſub pœna contenta in fideiuſſione illum conſignare? Reſpond. quòd non, imo ſequuta condemnatione contra illum, remanet prorſus liberatus, nec tenetur illũ amplius præſentare, & ita communiter tenetur, ut dicit Alber. in quarta parte ſtatutorum, quæſt. 64. ubi etiam ſubdit, quòd ita uidit communiter ſeruari. Et dicit Boſſ. in titu. de carcer. fideiuſſ. relaxan. num. 41. quòd ita tenent communiter doctores. Propterea iudex debet eſſe cautus, ut priuſquam condemnet reum ex ſecunda cauſa, citet fideiuſſorem ad illum præſentandum ex prima cauſa, & ubi non conſignet, eum condẽnet in pœna contenta in fideiuſſione; deinde procedat contra principalem ex primo & ſecundo delicto. Dicit autem Boſſ. in loco præallegato, quòd ſi iudex condemnat reũ ex prima cauſa, fideiuſſor non liberatur; & fuit opin. Barto. in l. ſi quis reum, nume. 1. ff. de cuſtod. reorum. Sed contrarium tenuit Bald poſt Dyn. in l. qui crimen, numero 12. C. qui accuſ. non poſſ. & hæc opin. Bal. apud nos de facto ſeruatur; ſolet enim primò citari fideiuſſor h ad conſignandum reum, vbi non conſignet, condemnari, deinde citatur reus, & ſi non comparet condemnatur. Et ita faciunt cauti iudices, ut dicit Alber. quem refert Nellus de bannitis in ſecunda parte tertij temporis, quæſt. 6. & Boſſ. in tit. præallegato, nume. 51. in fi. Idem dicit Spec. in titu. de dolo & contuma. nume. 23. uerſi. ſed pone, quem refert Carauita ſuper ritu magnæ curiæ 158. nume. 3. in fin. ubi etiam ſubdit, quòd ita practicatur in omnibus curijs Regni, & ideo ſi iudex primò citaret reum, & eo non comparente illum banniret non uocato fideiuſſore, ſi poſt bannitũ vocaretur fideiuſſor ut illum ſiſteret, eſſet excuſatur; ex facto enim iudicis uidetur impeditus, ne illum conſignet. Et quãuis interuenerit etiam factum & culpa ipſius rei principalis, non propterea debet fideiuſſor teneri, quum tempore debito monitus nõ fuit, vt illum conſignaret.

23 SED hic quæro, quantum tempus habeat

beat fideiuſſor ad præſentandum reum? Reſpon. quòd de iure communi videtur habere dilationem ſex menſium, vt eſt tex. in l. ſancimus, quæ eſt lex antepe. C. de fideiuſ. Et ideo dicit Ange. in l. ſi quis reum, poſt nume. 6. ff. de cuſto. reorum, ꝙ debet iudex facere, ꝙ fideiuſſor renunciet beneficio d. legis, & ſubdit quòd aſſeſſores ita practicant. Sed certè apud nos non eſt in uſu diſpoſitio illius legis, & cõſequenter neque etiam practica illius renunciationis, omnes enim fideiuſſores expreſsè recipiuntur de conſignando ad omnem requiſitionem, & toties, quoties, &c. & propterea ceſſant omnes difficultates, quia ſumus extra caſum illius legis.

24 Succeſſiuè quæro, ſi fideiuſſor reum non conſignet, cui applicetur pœna promiſſa? Reſpond. quòd applicatur fiſco, & ita obſeruat conſuetudo, ut atteſtatur Borto. in d. l. ſi quis reum, nu. 4. ff. de cuſto. reorum, vbi etiam Ang. nu. 7. dicit ꝙ ita practicatur.

ADDITIONES.

a Cuſtodia.] Adde de qualitate cuſtodiæ. Itẽ & uinculorum carceratorum, quæ uide per Iacob. Menoch. de arbitr. iud. libro 2. centu. 3. caſ. 305.

b Sit fideiuſſori relaxandus.] Adde longa ſerie, & accuratè enarratum, quando carcerati datis fideiuſſoribus relaxari poſſint per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 3. caſ. 303. ubi etiam per multæ leges municipales declarantur. Item qua pœna, & quando plectatur fideiuſſor ſub cuius fideiuſſione relaxatus è vinculis carceratis fugiat, per eundem caſ. 304. uide utrobi.

c Detentos relaxari.] Quid de reo criminis falſi, vi. per Menoch. caſ. 302. n. ſi. Item quid de eo, qui eam ob cauſam ſemel fuit excarceratus, ibidem.

d Et tenetur.] An in puncto iuris teneatur notarius, qui non idoneos fideiuſſores acceperit, quod non per Ang. conſi. 285.

e Non ſunt idonei.] Quid ſi multum diues offerat fideiuſſores non idoneos, an ſint recipiendi, quòd ſic, quando ſe obligauit. Affli. in conſti. Regn. lib. 2. c. 19 nu. 8.

f Quæro.] Hic nota, quòd ſicut morte rei extinguitur crimen, nec regulariter tranſit contra hæredem delinquentis: Ita & fideiuſſio pro maleficio extinguitur morte fideiuſſionis, itaque fideiuſſio non tranſit ad hęredem. Quod perpetuò notandum eſſe dicit Ange. de Aret. in § fideiuſſor. Inſtit. eod. qui declarat hoc uerum, quando fideiubebat ſimpliciter pro furto, uel alio delicto; ſecus ſi promiſit pœnam centum, licèt non dicat pro furto, quia tunc pęnalis ſtipulatio tranſit contra hæredem, & contra hæreditatem iacentem, quando fuit pura obligatio, uel in diem, ſecus ſi ſub conditione, & ſic nullam ſubſiſtentiam incipit habere contra hæreditatem iacentem, quia tunc tractatur de magno præiudicio, quod hęreditas iacens pati non poteſt. Hæc omnia vi. per eundem Ang. ibi.

g Reſpon.] Iaſ. in l. j. nu. 14. ff. de in lit. iura. quem ſequitur Boſſ. de carcer. fideiuſſ. num. 45. dicit quòd fideiuſſor pro uulnere non tenetur pro morte. Sed non recedas ab authore. Et ad materiam ſcias, quod fideiuſſor liberatus lata abſolutoria non reincidit retractata ſententia. Barto. & Docto. in l. ſi. ff. de pac. & Boſſ. ubi ſupra. Item fideiuſſor prætorius non tenetur pro tempore, quo magiſtratus prorogatur, ui. per Boſſ. eod. loci ſub nume. 56.

h Citari fideiuſſor.] Sed quid ſi per unum ex iudicibus denunciatum fuit accuſato, ꝙ fugeret, ne caperetur, an fideiuſſor pro illo vltra teneatur ui. per Cæpol. crim. conſ. 25. col. fina.

Quæſtio XLVII.

SVMMARIVM.

1 *De cautione de non offendendo.*

2 *Et nunquid à parte regulariter peti poſſit, ver. Et in primis.*

3 *Et an poſſit iudex ex officio cogere partes ad illam præſtandam, verſicu. Sed nunquid.*

4 *Et quid ſi pars illam petens dederit cauſam inimicitiæ, ver. Sed pone.*

5 *Et an hæc cautio præſtanda ſit cum fideiuſſoribus, verſ. Sed quæro.*

6 *Et quanto tempore duret, verſicu. Item quæro.*

7 *Et quid ſi durante promiſſione de non offendendo inter aliquos, vnus offendat alium, an poſſit deinde alius illum impunè offendere, verſ. Sed quoniam.*

8 *Et quid in iudicijs, verſi. Sed hic incidenter.*

9 *Et quid ſi ex noua cauſa ſequuta ſit offenſio, ver. Quæro nunc.*

10 *Et quid ſi eodem tempore vnus alterum offendat, verſi. Sed hic quæro.*

Et an ſi quis offendat fratrem alterius, dicatur incidiſſe in pœnam, verſicu. Quæro etiam.

Et quid ſi adulterauerit eius uxorem, ver. Sed quid ſi vnius.

Et quomodo hæc pœna, & pro quibus portionibus tranſmittatur ad hęredes, ver. Quæro quomodo, Remiſſiuè.

1 FREQVENTER † contingit, quòd poſtquā iudex mandat inquiſitum e carceribus ſub fideiuſſione relaxari, cōparet accuſator, ſeu pars offenſa, quæ petit illum prius, quā relaxatur, cogi ad præſtandam fideiuſſionem de eum non offendendo. Nunc ergo aliquid de ipſa cautione videamus.

2 Et in† primis quidem facienda eſt generalis concluſio, quòd poteſt pars petere ab eo, à quo timet offendi, ſibi præſtari cautio-
a nē de non offēdēdo, a & tenetur iudex illum cogere ad eam præſtandam, l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. pręſidis. Et hęc eſt receptiſſima omnium traditio, vt ait Placa li. 1. delictorum, c. 7. nu. 1.

3 Sed nunquid † poteſt iudex ex ſuo mero & abſoluto arbitrio, non præcedente aliqua cauſæ cognitione, cogere aliquem ad præſtandam hanc cautionem? Reſpond. quòd non, ſed ſolummodo ſi petatur à parte, &
✱ cum iuſta cauſa. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Pariſ. conſi. 168. nume. 10. lib. quarto, quem refert Placa in d. c. 7. nu. 1. in fi. Ego tamen plerunque vidi contrarium obſeruari, quando ſubeſt timor ſcandalorum, ſolent enim iudices, & debent cogere partes ad inuicem fideiubendum de ſe non offendendo, omni appellatione & exceptione remota, & vbi recuſent fideiubere, eiiciuntur à ciuitate, ſub comminatione graui pænarum. Et hæc practica mihi ſemper placuit, debēt enim omni ſtudio iudices curare, vt in ciuitate omnia ſint pacata, & tranquilla. Quinimò in multis locis ubi quis minatur alte-
b ri, ſolet ille dari in cuſtodiam b aduerſario ſuo ſub pœna uitæ. Et hanc cuſtodiam ap-
c pellamus Saluaguardam, c quam ſenatus ex cā quandoq; ſolet concedere, præſertim quando aduerſarii ſint potentiores, & manu prōpti. Et hoc etiam ſeruari de conſuetudine Franciæ atteſtatur Aufrer. ad deciſ. Tholoſ. 489 & Marcus deci. 125. nu. 2.

4 Sed pone, † quòd pars, quæ petit ſibi caueri de non offendendo, fuerit illa, quæ dederit cauſam inimicitiæ, nunquid poterit eius aduerſarius ei hoc obiicere, & recuſare illā præſtare? Reſpond. quòd non, ſed eo nō obſtante, adhuc cogendus eſt vt eam præſtet. Ita tenet Bar. in l. qui bonam fide, §. ſi quis iuxta, nu. 1. ff. de damno infecto, & eſt com-
✱ munis opi. ut dicit Ripa rubrica de iudiciis, poſt nu. 14. uer. Permiſſa etiam. Anto. Gomes. c. 12. delictorum, poſt nume. 14. uerſic. Quod etiam extende.

5 Sed quæro, † quomodo præſtanda ſit hæc cautio? Reſpond. quòd debet præſtari cum fideiuſſoribus, & ita ſeruatur de conſuetudine, ut dicit Alber. in l. non eſt ueriſimile, in principio, uer. Sed uidi dubitari, ff. quòd metus cauſa. Et ita ſemper uidi ſeruari, etiā quòd pars multa bona poſſideat Bene uerū eſt, quòd ſi ille, à quo petitur hæc cautio, ſit pauper, ita ut uerſimiliter non poſſit inuenire fideiuſſorem, tunc admittitur ad præſtandum loco fideiuſſionis iuratoriam cautionem. Et hoc dummodo ſit bonæ uocis & famæ, alias. n. non aſſet de eo confidendum. Sed debet iudex illū potius cogere, ut exulet, neq; excuſatio paupertatis eſſet hoc caſu admittenda; nam homines malę uitæ & conditionis quanto ſunt pauperiores, tanto etiam promptiores ſunt ad delinquendum, cùm nō timeant confiſcationem bonorum, quæ non habent.

6 Item quæro, † quanto tempore duret d
d hæc cautio, & promiſſio de non offendendo? Reſpond. Aliqui dixerunt quòd tantùm durat triginta diebus. Et hanc dicit eſſe communem opin. Albe. in d. §. ne potentiores, poſt nume. 4. verſicu. Item quæro quanto. Sed hoc non ſeruatur in practica, ſed ſolet limitari tempus arbitrio iudicis, & ſi intra illud tempus non ceſſauerit cauſa ſuſpicionis, & tunc iudex poteſt ac debet cogere partes per aliquod tempus antequam expiret, ad illam renouandam. Et aduerte, quia ex negligentia iudicum ſuper hac renouatiōe facienda, vidi ego in facto multa mala contingere. Et hanc opinio. quòd tempus, quo habet durare hæc cautio, relinquatur iudicis arbitrio, di-
✱ cit eſſe communem Ripa in rub. ff. de dam. infecto

infec. num. 23. quem refert Placa, in d. ca. 7. nu 4. & ab ea(præſertim ſtante conſuetudine) nullo modo eſt in practica recedendum.

7 SED quoniam, † plerunque ſequuta aliqua offenſione poſt datam fideinſſionem ſolet de varijs quæſtionibus dubitari, non impertinens exiſtimaui de eis etiam aliquid ſubijcere. Quæro itaque in primis, facta per aliquos promiſſione de nō offendēdo prout fit quādo cōtrahitur pax, uel præſtatur hæc cautio, nunquid ſi vnus ipſorum offendat alterum, & ſic frangat pacem, poſſit alter impune illū offendere? Rñd quòd ſic ita ſentit Bar. in l. cum pater, §. libertis, in fi. ff de leg. 2. & ita communiter concluditur, ut atteſtatur Alex. in l. cum proponas, num. 6. C. de pac. Hanc etiam eſſe communem opin. dicit Alexand. conſil. 115. numero 7. libro 4. Dec. conſil. 380. nu. 3. Pariſ. conſil. 164. numero 23. li. 4. Claud in d. l. cum proponas. nu. 6. Cęphalus conſil. 35. num. 27. lib. 1. & dicit Cor. conſi. 42. in littera F, lib. ſecundo. ꝙ in hoc omnes concordant. Et hoc etiam ſi in contractu appoſita eſſet clauſula, ꝙ pęna toties committatur, quoties contra factū fuerit, adhuc enim iſte, qui poſteriore loco offendit, non dicitur in pœnam incidiſſe. Et hanc opin. tanquam communem ſequitur Alexand. in allegato conſilio 115. num. 8. & ſeq. Petrus Bellus de re militari, fol. 136. numero 52.*

8 SED hic † incidenter quæro, pone quòd ſint factæ induciæ, uel(vt noſtri doctores appellant) treuga inter aliquas partes, nūquid ſi una pars frangat inducias, poterit altera pars eis contrauenire? Reſpon. Aliqui dixerunt, ꝙ nō, ſed ꝙ tenetur eam nihilominus obſeruare; & fuit dictum originale Vinc. in c. inter verba 11. q 3 Et hanc opin. dicit eſſe communem Dec. in c. conſtitutus, el primo, poſt nume. 2. verſ. ad prædicta. de appel. Gratus conſi. 105. num. 1. & ſequen lib. 1. Et dicit Imo. in d. l. qui ſeruum, num. 2. quòd ita obſeruatur de conſuetudine, prout illum refert Soc. conſil. 262. in fi li. 2. quod eſt duplicatum, in conſil. 90. lib. 3. Sed certe Imo. ibi hoc non dicit, ſed tantummodo refert Vincen. dicentem ita ſeruari in Hiſpania, & ſubdit quòd illud uidetur potius de conſuetudine, quàm de iure. Et Vincentium id atteſtantem refert etiam Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in titu de treuga & pace, ſuper Rub. & Alex. in d. l. cum proponas, num. 3. & Iaſ. in d. l. qui ſeruum, nu. 3. & Gomez. Arias ſuper lege 36. Tauri, nu. 18. Ego credo contrarium de iure uerius eſſe ſ. quòd pars nullo modo teneatur obſeruare treugam, quam eius aduerſarius fregerit. & ita etiam ſemp uidi ubique obſeruari. Et dicit Corn. in d. conſi. 42. in littera F. ſe putare, ꝙ illa opi. nul libi ſeruetur in prac. Claud. in d. l. cum proponas, numero 4. atteſtatur, quòd vbique contrarium ſeruetur præterquam in Hiſpania.

9 Quæro nunc, † pone ꝙ exiſtente inter aliquos rixa ſeu inimicitia, facta fuerit inter ipſos promiſſio de non offendendo ſub aliqua pęna, & quòd deinde ex noua cā ſiue rixa ſuperueniente vnus eorū alterum offendat, nunquid dicetur commiſſa pœna? Rñ. Bar. in l. aut facta, §. cauſa, nu. 1. ff. de pœ. tenuit ꝙ non, & ita communiter teneri atteſtatur Corn in d. conſi 42 in littera B. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Alex. in l. qui inſulam, nu. 4. ff. de verb. oblig prout illum refert Pariſ. in d. conſi. 165. nu. 26. lib 4. licet in libro meo Alex. id non dicat, refert etiam Taeg. in prac. cri. c. 13. nu. 6. in fi. Soc. Iun. conſi. 103. nu. 7 lib. 3. Et dicit Bal. in ca. 1. in princi. nume. 2. de pace tenenda, quòd ita tenent communiter Doctores, & ita in facti contingentia conſuluit Roman. conſilio 258. Mantua conſilio 169. libro primo. Hoc tamen intellige, ut procedat, quando apparet de noua cauſa ueriſimili, aliâs ſecus, potuit in facti contingentia conſuluit Cęphal. conſilio 35. libro 1. in primo dubio. Item intellige, ut procedat, quando ille, qui offendit, non dedit cauſam vel occaſionem ſecundæ rixæ, uel illam aliquo modo procurauit ſeu affectauit, aliâs enim vidi pluries iudicari, quòd diceretur commiſſa pœna, & hoc ad euitandas fraudes, quæ de facili poſſent hoc modo committi, Quilibet enim poſſet facere oriri nouam cauſam, & ita impune alium offendere, non obſtante promiſſione, quod eſſet maximè inconueniens.

10 Sed hic quæro, † pone quòd duo promiſerunt ſe inuicem non offendere ſub pœna. Modò contingit, quòd ambo ſe inuicem offenderunt eodem tempore, ita ut non appareat quis primò offenderit, nunquid aliquis ipſorum dicetur incidiſſe in pœnam? Reſpon leo, quòd nemo eorum tenetur, ſed offenſa inuicem compenſatur. Ita tenet Barto. in l. cum pater, §. libertis, numero ſeptimo, ff. de

* ff. de lega. ſecundo, & eſt communis opi.ne dicit Alex. in l.ſi ſeruum, §.ſequitur, nu.9. ff.de uerbo.obliga. quem refert Boer.deciſ. 237.poſt nume.2.Gratus conſi.114.nu.14.li bro ſecundo,Iaſ.in d. §.ſequitur,nume. 12. Et hæc quidem cõcluſio de plano procedit, quando agitur ſolummodo de pœna applicanda parti, ſed ſi in promiſſione fuiſſet appoſita aliqua pęna, quæ eſſet applicanda fiſco, fortè ambo eſſent condemnandi; licèt enim ratione incertitudinis regulariter omnes debeant abſolui, tamen illud habet locum, quando agitur de pęna corporali, ſecus autem quando agitur de pœna pecuniaria,nam omnes puniuntur,ne delictũ remaneat impunitum, vt dixi infra q 60.verſ. Vidi ego.

11 QVÆRO † etiam, ſi duo promiſerunt ſe inuicem non offendere ſub pœna, nunquid ſi vnus eorum offendat fratrē alterius, dicatur incidiſſe in pęnam? Reſpond. quòd non, ita tenet Barto. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus,nume.10.ff.de uerbo.oblig.& * ita dicunt communiter Doctores, ut ait Bal.in c.primo, §. ſimiliter ſi dominum,nu. 4.quibus mod.feud.amitt. Pet. Bellus de re milita. fol.136. poſt nume.53. Hanc etiam * dicit eſſe communem opin. Alexan. in d.§. Chriſogonus,nume.20. & ſequen. Ad hoc enim vt dicatur pax rupta, requiritur quòd perſona offenſa ſit talis, quòd propter eius offenſam competeret principali actio iniuriarum proprio nomine. Quod tamen intel lige vt procedat, niſi manifeſtè appareret quod offendiſſet eius fratrē, ut ipſum prin cipalem offenderet, puta quia nullam aliam cauſam inimicitiæ haberet cum ipſo fratre, nam eo caſu grauius etiam eſſet puniēdus,

12 SED quid† ſi unus ex illis, qui promſit alium non offendere ſub pœna adulterauerit uxorem alterius,nunquid incidit in pœnam? Reſpond.quòd non,quia præſumitur potius id feciſſe cauſa libidinis, quàm animo iniuriandi.Ita tenet Bar.in l.uerum,nume.4.ff.de furtis.Et hoc dictum Barto. com muniter à conſulentibus approbatur, vt dicit Ludoui. Catus inter conſilia diuerſorũ conſi.99. nume.13. lib. primo. Hanc etiam dicit eſſe communem ſententiam Auguſt. ad Ang.de malefi.in uerbo, Che hai adulterato,poſt nume.60 Et ideo ſi mulier illa eſſet adeò deformis ſeu uetula, veriſimile eſſet, quòd potius animo iniuriandi, quàm ex cauſa libidinis id feciſſet, forte poſſet dici quòd incidiſſet in pœnam.

13 QVÆRO, † quomodo hæc pœna,in quã incidit contrafaciens promiſſioni de non offendẽdo,& pro quibus portionibus tranſmittatur ad hæredes? dixi ſupra libro primo,§.ſtipulatio.

ADDITIONES.

a Cautionem de non offendendo.) Adde q iſta cautio non eſſe debet ad tempus perpetuum, ſed debet arbitrio iudicis moderari, ut per Fel.in rubr.de treug.& pace, col.6.in fi. uerſic.tertia declaratio. Quid de inimico forenſi, qui venit ad Ciuitatem, an poſſim petere ab eo ipſam cautionem de non offendendo, uide per Feli.ubi ſupra in 4.declaratio. Et quale detur remedium ei, qui timet offendi à forenſe vi.per Iaſ. in l.ſi ſuper poſſeſſ.numero 7. C.de tranſact. Melch.de Faci.conſi.78.2.dub.in j.uolu.conſi. Zeletti diuerſ.Scias etiam,q cautio de non offendendo non eſt ſuperuacua inter fratrem minorem, et maiorem. vide per Rotam Senij. deciſ.7. nume. 3. Adde, quod non tenetur q ad præſtandum cautionem, quãdo non offendiſſet,nec offendere uoluiſſet,ſed potius ſe defenderet iure licito. Cępol.crimi.conſi. 4.col.fina.verſic.tertio ſequitur. Et quæ ſit cauſa iuſta præſtandi cautionem,remittitur iudicis arbitrio, per Menoch.de arbitr.iud. caſ.140.

Item Adde.]An cautio de non offendendo dicatur rumpi ex alia cauſa antiqua,quã ex ea propter quam fuit data.vi.per Hercul. tracta.de caut.cap.18.numero 9.10. cum ſequentibus. Et per quæ non rumpatur cautio, vide per Hercul.d.tract. capi.26 nume. 10.Sed tamen in illis caſibus, in quibus non rumpitur, in illis competit iniuriarũ actio. Hercul.d.tract. cap.7.nu.23. Et talis cautio de non offendendo præſtita, pace interueniente, tolli debet etiam inuito ſuperiore per Hercul.d.tract.c.9.nu.9.

b Cuſtodiã.] Adde per Syl. nup.lib.primo, numero 76.

c Saluaguardam.] Adde, quòd ſaluaguardia data ex aliqua cauſa, ceſſante cauſa ceſſat,licet non fuerit abolita, & eſt perinde ac ſi data non fuiſſet. per Hercu.d.tra.capi.50. numero 56.

Item dicta ſaluaguardia iudicis arbitrio perdurat per Iacob. Menoch. de arbit. iudi. lib.2.

libro 2. centur. 2. caſ. 141. numero fin. & illam non obſeruans, vbi non eſt certa pœna promiſſa punitur iudicis arbitrio per Iaco. Menoch. d. tract. caſ. 335. nume. 3. & ibi extendit, vt dicatur fracta, ſi vnus de familia læditur. Et ſaluaguardia, quæ dicatur, quib. concedatur, & ſub qua forma, & de pœnis illorum, qui illas violant, vi. per Ia. Menoch. caſ. 338.

d Quanto tempore duret.] Vide ſuperius, adde, quod poteſt reuocari ad iudicis libitum, etiam inuitis partibus, cum pẽdeat ex eius officio nobili, vt per Hercul. d. tract. de cautio. cap. 12. nume. 7. Item ſcias, quòd caſtigantes ex nimia ſæuitia, vt maritus, pater, auus, tutor, & ſimiles, niſi adſit dolus, cautionem præſtitam non frangunt. Vt per eundem Hercul. eodem tract. capitu. 34 numero 10.

* Vide per Socyn. conſilio 87. 7. dub. volumine 2.

Quæſtio XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *De dilationibus.*

2 *Quot dilationes dari debent in cauſis criminalibus, verſ. Quæro quot.*

3 *Et an in cauſa adulterij concedendę ſint dilationes, prout in alijs cauſis, verſicu. Sed nunquid.*

4 *Dilationes in cauſis criminalibus an ſint vtrique parti communes, verſiculo. Cætera autem.*

PERFECTO proceſſu informatiuo ex parte iudicis, reoque examinato, factiſque debitis repetitionibus & confrontationibus teſtium, ſolet pars offenſa citari ad ſubminiſtrandum, ſi quid habet contra ipſum reum, præſertim vbi adeſt querela, & etiam eodem contextu citatur ad videndam fieri publicationem proceſſus. Et ſcias, quòd licet in cauſis ciuilibus publicatio proceſſus non ſit de ſubſtantia iudicij, ſed ea omiſſa, proceſſus nihilominus valet, vt dixi infra lib. proximo, tamen in criminalibus ſi omitteretur, proceſſus eſſet ipſo iure nullus, quia tolleretur reo facilitas ſe defendendi, nam ſecundum communem practicam, eodem contextu ſolent iudices publicare proceſſum offenſiuum, & eius copiam parti decernere vnà cum termino ad faciendum ſuas defenſiones.

1 SED pone, † quòd accuſator compareat, & petat ſibi ſtatui dilationem ad probandam? Reſpondeo quòd iudex debet illam concedere, & ſuperſedere à publicatione proceſſus. Et ita vbique indiſtinctè obſeruatur.

2 QVÆRO, † quot dilationes dandæ ſunt in iudicijs criminalibus? Rñ. quod de iure dãdę ſunt accuſatori duæ dilationes, & tres reo, vt dicit tex. in l. fi. ff. de fer. & licet ille tex. videatur loqui in cauſis capitalibus tantum, nihilominus intelligi debet, vt procedat etiam in alijs cauſis criminalibus quibuſcũque. Et ita illam legem intellexit gloſ. magna ibi, cuius opinio. dicit eſſe communem Bald. in ead. l. fin. in vltimis verbis, & illam de conſuetudine obſeruari atteſtantur ſcribentes ibi, & in ſpecie Angel. poſt numerũ primum, & Paulus de Caſtro, poſt nume. 3. & Alexand. numero 22. & Iaſ. numero 50. Maranta in ſuo Speculo, folio 118. poſt numerum 2. In hac prouincia ſeruatur, quòd materia dilationum in cauſis criminalibus eſt arbitraria iudicibus ſecundum opinio. Innocen. in capitu. ad petitionum, numero 4. de accuſa. quam etiam tenent communiter canoni. vt dicit Alexand. in l. ſecunda, nume. 8. ff. de re iudica. & ideo ſolent iudices de facili concedere plures etiam dilationes reis, præſertiam quando ſunt in carceribus, nam eo caſu ceſſat præſumptio calumniæ. Accuſatoribus autem non ita de facili eas concedunt, ne rei grauentur impenſis. Et nota, quòd ſi iudex ſuſpicetur partem petere dilationem per calumniam, poteſt illi comminari mulctam, in caſum, in quo deficiat in probatione, vel etiam illam cogere ad promittendum fiſco aliquam pœnam pecuniariam, ſi non probauerit illud, ad quod probandum petit ipſam dilationem. Et ita ſæpe uidiſſe fieri & obſeruari atteſtatur Cagnol. in Rubrica, ſi quis iuſdicen. non obtempera. numero quarto. Quòd tamen ego nunquam vidi ſeruari, benè vidi quandoque accuſatorem petẽtem tertiam dilationem ad probandum, reo exiſtente in carceribus, cogi ad fideiubendum de omnibus expenſis verſus partem, vbi non probet. Et hæc practica mihi magis placet.

3 S E D nunquid † in crimine adulterij dandæ ſunt dilationes, ſicut in alijs cauſis criminalibus? Reſpondeo, quòd de iure non eſt danda dilatio, niſi ex iuſta cauſa, ut videtur eſſe tex. in l.in crimine, ff. de adulte. Sed certe quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, ita enim dantur dilationes in cauſa adulterij, vt in alijs delictis. Et ita practicamus in palatio, vt dicit Bal.in d.l.fi nu.14.

4 Cætera autem, † quæ pertinent ad materiam dilationum, poſui infra lib. proximo, & nota quòd ſicut in cauſis ciuilibus dilationes conceſſæ vni parti, ſunt etiam alteri communes, vt ibi dixi, ita etiam in cauſis criminalibus, quicquid in contrarium conſuluerit Signorol. conſi.160. contra quem tenent communiter doctores, vt atteſtatur Apoſtillator ibi in ſummario ipſius conſilij, & ita ſemper vidi ſeruari.

Quæſtio XLIX.

S V M M A R I V M.

1 *De publicatione proceſſus, eiuſque copia parti decernenda.*

2 *Et quid ſi procedatur per viam inquiſitionis, verſ. Et hac quidem.*

3 *Et quid in crimine hæreſis, verſicu. Habetque locum.*

4 *Et quid ſi pars illam non petat, verſicu. Sed nunquid.*

5 *Et an pars petens copiam proceſſus, teneatur exprimere cauſam, verſiculo. Sed quare.*

6 *Et quid ſi reus ſit contumax, uerſic. Scias tamen.*

7 *Et quid ſi ex pluribus reis aliqui ſint præſentes, & aliqui contumaces, uerſicu. Sed pene.*

8 *Et an prius fieri debeat repetitio teſtium, uerſ. Item ſcias.*

9 *Et an ſit danda reo copia allegationum, verſic. Quare nunquid, Remiſſiuè.*

10 *Et an etiam accuſatori danda ſit copia proceſſus, verſ. Danda eſt autem.*

11 *Et quid in proceſſus, qui ſit ſuper inquiſitione generali, verſicu. Hęc autem omnia.*

12 *Et an facta publicatione proceſſus poſſint adhuc teſtes recipi, verſicu. an autem. Remiſſiuè.*

13 *Neminem condemnari debere, niſi dato termino defenſionis, verſicule. Eſt igitur.*

14 *Et an princeps poſſit huiuſmodi terminum defenſionis tollere in cauſa criminali, verſicu. Et hoc adeò.*

15 *Et quid ſi reus captus ſit in flagranti, verſic. Vlterius quæro. Remiſſiuè.*

16 *Et an poſſit reus huic termino renunciare, ver. Quæro nunc.*

17 *Et an reus petens veniam delicti, cenſeatur illud fateri, verſicule. Sed hic incidenter.*

1 V B I accuſator † aliam dilationem ad probandum non petat, fit publicatio proceſſus, decerniturque ei copia, cum termino defenſionis. Et quòd
a danda ſit reo copia indiciorum, *a* dicit eſ-
ſe communem opin. Ripa in l. ſecunda, nume.8.C.de edendo, quem refert Villalobos in ſua collecta communium opin. in litera I, nume.22.

2 E T hæc † quidem concluſio nullam habet difficultatem, ſi reus eam petat ſibi dari; nam regulariter etiam ſi contra aliquem procedatur per viam inquiſitionis, tñ danda ſunt inquiſito nomina teſtium contra eum productorum; nec non & dicta ipſorum teſtium (eo petente) publicanda ſunt, ad effectum ut poſſit ſe ipſum defendere, & ſuas exceptiones proponere aduerſus eorum dicta & perſonas, ut colligitur ex textu in capitu. qualiter & quando, el ſecondo, §. Debet igitur. de accuſatio. Et ita firmant ſcribentes omnes, vt dicit Pariſius conſilio ſecundo, numero 155. libro quarto. Ita etiam tenere cõmuniter Doctores atteſtatur Cępol. conſi. crimina. 64. circa finem. & conſil. 65. uer. Quinto probatur.

3 Habetque † locum hęc concluſio etiam in crimine hæreſis, nam etiam in cauſa hæreſis danda eſt reo copia indiciorum, non tamen edenda ſunt nomina teſtium, ubi adſit ſuſpicio periculi, forte propter potentiam
b ipſius inquiſiti, *b* ut dicit glo. in capitu. fina. in uerbo, Indicijs. de hæret. in ſexto. & ita firmant communiter omnes ſcribentes, ut dicit Pariſius in dicto conſi. ſecundo, numero 164. & idem etiam eo caſu ſeruandum eſſet in alijs cauſis. Et ideo dicit Blan. in practi. crimina. fol. 38. numero 80. quòd inoeluit practica, quòd dentur nomina teſtium

ſtium confuſa & ſeparata à dictis teſtium ob potentiam reorum, ne poſſint ſcire, quid ab unoquoque eorum dictum fuerit. Et proximis menſibus ita obſeruauit ſenatus in cauſa homicidii commiſſi in perſonam Iacobi Philippi Fraſcariæ, in qua propter potentiam aduerſariorum permiſſum fuit iudicibus in ipſa cauſa delegatis, ut non ederent nomina teſtiũ, niſi prout ſibi uideretur, 23. Auguſti. 1564. A. C. quod tamen nunquam alias uidi per ſenatum concedi. Bene uerum eſt ꝙ in cauſis hæreſis, quum ſemper graue periculum credatur imminere, ſi non teſtibus, ſaltem cauſis fidei catholicæ, quia pauci liberè teſtimonium perhiberent, ſi nominum publicatio fieret, ideo conſuetudine receptum eſt, ut nunquam nomina teſtium publicentur, ut atteſtatur Simancas de hæret. c. 62. nu. 9.

4 SED nunquid† tenetur iudex dare copiã indiciorum reo non petenti? Reſp. Aliqui tenuerunt, quòd non; & dicit Blanc. in prac. crimi. fo. 39. nu. 102. quòd ita quotidie ſeruatur, quòd ſcilicet iudices dant aduocatos carceratis, & cum proceditur in cauſa, qui vult indicia, illa petit, & ſubdit ꝙ ita vidit ſeruari. Tu verò dic, quòd, Aut loquimur an ſit danda reo copia indiciorum antequam ſubijciatur torturæ, & tunc non eſt danda, niſi petatur; & eſt communis opin vt atteſtatur Boſſ. in titu. de indi nu. 79. vbi & c ſubdit quòd ita practicatur. Si verò petat, omnino dari debet, & eſt communis opi. vt dicit Nouel. in tract. ad defenſam, fol. 89. in primis verbis. Alexan. de Neuo conſi. 86. nume. 4 dixi infra quæſt. 64. verſi. Sed quid ſi ille. Aut loquimur, an ſit danda ante condemnationem, & dic, quòd debet omnino dari, etiam ſi non petatur. Et hoc ſiue ſit conuictus, ſiue etiam confeſſus, ut dixi infra verſ. Eſt igitur. Et ita ſeruatur in hac prouincia; non tamẽ intellige quòd ſit danda reo cum effectu ipſa copia proceſſus expenſis officij, vel partis querelantis, ſed ſit tantummodo decretum copiæ, vt pars (ſi velit) poſſit illam habere, ſuis tamen impenſis.

5 Sed quæro† nunquid reus petens copiam proceſſus teneatur exprimere cauſam, propter quam illa petat? Reſpond. Forte de iure poſſet dici quòd ſic, & ita videtur tenere Alex. conſi. 65. col. pen li. j. Sed contrarium ex cõmuni vſu ſeruatur, ut dicit Blãc. in pract. crimi. fol. 38 nume. 76. & ſequen. & ſic ſatis eſt quòd pars dicat, Peto copiam indiciorum mihi decerni; hæc enim aſſertio incluſam habet cauſam, quia ſcilicet uolo me defendere, & elidere indicia aliter quã per torturam.

6 SCIAS tamen† quòd hæc publicatio proceſſus fieri non ſolet, niſi quando proceditur contra reum præſentem; ſed quando proceditur contra reum abſentem & contumacem, tunc nulla facta publicatione proceſſus, neque data copia parti, deuenitur cõtra eum ad condemnationem etiam capitalem, ut quotidie videmus.

7 Sed pone† quòd plures ſint rei de vno delicto accuſati, quorum vnus ſit præſens? Reſpond. quòd licèt ſecundum aliquos non debeat differri proceſſus rei præſentis, donec illi, qui ſunt contumaces, condemnentur, & hanc dicat eſſe communem opin. Boſſ. in titu. de ſenten. numero 85. in hac tamen prouincia ſeruatur totum contrarium, quia ſcilicet nunquam publicatur præſenti proceſſus offenſiuus, niſi prius contumacibus condemnatis, vt etiam fatetur Boſſ. in loco præallegato, & in titu. de delicto, numero 46. Et ita omnino ſeruandam eſſe, in facti contingentia ſenatus expreſsè reſcripſit prætoribus Fontanellæ & Romanéghi, 11. Auguſti. 1558. Et eſt (iudicio meo) optima practica, ne (ſi publicetur proceſſus) poſſint contumaces inſtrui de indicijs contra eos exiſtentibus, & ſubornare teſtes, & deinde comparere. Ipſis autem contumacibus condemnatis, fit publicatio proceſſus quo ad præſentes, daturque eis copia, deletis tamen prius, quantum commode fieri poteſt, nominibus contumacium, atque his omnibus, quæ ad eos pertinent, quatenus tamen quo ad præſentes per huiuſmodi delationem nõ tollatur vel in minimo facultas defenſionis.

8 ITEM ſcias, † quòd nunquam publicatur proceſſus, neque datur copia parti, niſi prius factis debitis teſtium repetitionibus, iuxta ea quæ dixi ſupra quæſtio. 45. non enim datur reo copia indiciorum, quæ iudex ſumpſit ſuper proceſſu informatiuo, niſi poſtquam ſunt eo citato legitime repetita. Et ita practicatur, ut dicit Maranta in ſuo Specu. fol. 235. nu. 8 in ſi.

9 Quæro† nunquid ſit danda reo copia allegationum, dixi infra lib. proximo.

10 DANDA eſt† autem proceſſus copia nõ tantùm reo, ſed etiam accuſatori, ſi illam petat, quod intellige, quando proceſſus pu-

T 2 blicatur

blicatur etiam reo, ſed ante publicationem proceſſus non debet dari copia accuſatori, etiam ſi illã petat pro intereſſe fiſci, ut poſſit alia indicia ſubminiſtrare. Eſt enim hoc caſu omnino repellendus, & ita ſeruatur ut dicit Boſſ. in titulo de indic. numero 82. Vidi tamen quandoque oſtendi a iudicibus examina reorum accuſatoribus, ut melius ſciant fiſci partes tueri, quod tamen ego non niſi ex magna cauſa, & in atrocibus delictis, & in quibus difficile eſſet habere indicia, faciendum eſſe conſulerem.

11 Hæc autem † omnia, quæ de publicatione proceſſus dicta ſunt, intelligi debent, ut locum habeant in proceſſu, qui ſpecialiter fit contra aliquem, contra quem tanquam culpabilem iudex inquirit. Secus autem dicendum eſt de proceſſu, qui fit ſuper inquiſitione generali ad inueſtigandum, quis fuerit delinquens, quum enim in ea non ſit adhuc aliquis reus certus, non eſt alicui danda copia indiciorum. & ita obſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Anto. de Canar. de quæſtio. in ſecundo membro, nume. 52. in fin. Quod nota, quia plerunque ſolent fieri quædam comparationes præuentoriæ, petendo copiam indiciorum &c. quum tamen adhuc non ſit formatus proceſſus informatiuus, ſiue inquiſitio ſpecialis, vt eluci dant iudices imperitos, debet igitur iudex prius formare ipſam inquiſitionem, ſine proceſſum offenſiuum, &. deinde ſeruatis ſeruandis, iuxta dicta in quæſtionibus præcedentibus, poterit dari copia inquiſito.*

12 An autem† factam publicationẽ proceſſus, poſſint adhuc recipi teſtes, dixi infra q. 61. ver. Sed quæro.

13 Est igitur† certa iuris concluſio, quòd in criminalibus nemo debet condemnari, niſi prius dato termino ad faciendum ſuas defenſioness, etiam ſi fuerit delictum ipſum ſpontè confeſſus. Et hanc practicam ſeruat totus mundus, ut dicit Sal. in l. 2. poſt nume. 7. C. de cuſtod. reorum. Ange. de maleſic. in uerbo. Qui iudex dictis inquiſitis. in primis uerbis, quem refert Pract. Conradi fol. 307. nume. 3. Ita etiam ſeruari ex communi obſeruantia atteſtatur Marian. in repe. capit. qualiter & quando, poſt nume. 232. de accuſa. Pariſ. Put. de ſynd. fo. 459. c. 6. in fi. Pract. Carer. fol. 538. nu. 45 Boſſ. in ti. de ſent. nu. 1. poteſt enim reus contra propriam confeſſionem multa deducere, de quibus dixi infra quæſtio. 55. ut in facti contingentia conſuluit Grammat. conſil. 16. Vide quæ dixi infra quæſtio. 65. in princip. Et aduerte, quia talis terminus defenſionis dandus eſt reo etiam non petenti, vt ſupra dixi, & hoc non modò quando tantum eſt conuictus, vt aliqui faciunt, & dicit videri communem
* mentem Doctorum Boſſ. in tit. de confeſſis, nume. 10. ſed etiam quando eſt ſponte confeſſus, ut dix in loco prçallegato.

14 Et hoc† adeo verum eſt, ut nec etiam princeps poſſit etiam de plenitudine poteſtatis tollere in criminalibus ſuas defenſiones reo, ſecundum Bald. in l. 3. §. ſi is pro quo, uerſicu. In eadem gloſ ibi non obſtante, ff. quòd quiſque iuris. Et hanc doctrinam omnes Doctores tenent, ut dicit Socyn. conſi. 286. poſt nume. 46. verſicu. Tertius caſus, libro 2. quem refert Marſil. in pract. criminali, §. expedita, nume. 76. & in § optime, nume. 61. conſilio 61. nu. 78. quod conſil. Soe. ego retuli ſupra quæſtio. 31. verſ. Adde quod hæc.

15 Vlterius† quæro, nunquid reo capto in flagranti crimine dandus eſt terminus defenſionis? dixi ſupra quæſtione. 8. uerſicu. Sed nunquid.

16 Qværo nunc, † an poſſit reus per pactum renuntiare termino ſibi ſtatuto ad faciendum ſuas defenſiones? Reſpondeo quòd in cauſis criminalibus, non poteſt reus renuntiare ſuis defenſionibus, quando agitur de imponenda pœna corporis afflictiua. Ita ſentit gloſſ. in l. pactum inter hæredes, in uerbo, Liceat. ff. de pactis, quæ
* communiter approbatur à Doctoribus, vt ait Dueñas regula 190. in quarta limitatione. illam etiam dicit eſſe ab omnibus receptam Didacus ſuper quarto Decretal. folio 202. numero 16. Hanc etiam atteſtatur eſſe communem opinionem, Anton. Gomeſ. capitulo primo, delictorum, poſt nume. 66. Benè uerum eſt, quòd ſi reus fuiſſet ſponte confeſſus delictum, & iudex illi ſtatuiſſet terminum ad faciendum ſuas defenſiones, e poſſet hoc caſu reus illi termino renuntiare, & poſſet iudex ſtatim illum morti tradere; & ita practicatur, ut dicit Bald. in l. ſi accuſatoribus, numero 11. C. de accuſatio. hoc in practica ſatis receptum eſſe teſtatur Didacus, in loco præallegato. Solentque iudices huiuſmodi renunciationi apponi facere clauſulam quia

quia ſcilicet ſcit nullam ſe habere defenſionem, iuxta dictum Baldi in l. raptores, nume. 4. C. de epiſcop. & cler. quod ſe dicit ſemper practicaſſe Angelus de malefic. in verbo. Qui iudex dictis inquiſitis &c. numero 8. Et dicit Ang. in l. ſed ſi quis, §. quæſitum, poſt numerum tertium, ff. ſi quis caution. quòd hac practica hodie vtuntur aſſeſſores, quem refert Auguſti. ad Angel. in d. verbo, Qui iudex, numero decimoquarto. Conſulto tamen iudicibus, ut nullo modo curent inducere reos ad renunciandum ſuis defenſionibus, ne ſuper eos & eorum filios conuertatur, ſi inique fecerint, ut dicit Angelus in d. §. quæſitum.

17 Sed hic † incidenter quæro, nunquid reus implorans clementiam iudicis, & petens ueniam delicti, cenſeatur fateri delictum? Reſpondeo. Si quidem petat veniam delicti ſolemniter coram iudice, uidetur fateri delictum; ſi uerò petat ueniam extraiudicialiter, illud fateri non uidetur. Et hæc diſtinctio eſt de mente doctorum, ut dicit Gigas de crimine læſæ Maieſtatis folio 112. quæſtione 23. numero tertio. Faciunt quæ in hoc propoſito dixi ſupra quæſtione 21. uerſiculo. Sed h.c cadit.

ADDITIONES.

a Copia iudiciorum.] Sed qualiter danda, & in quibus caſibus non danda, adde, & uide plene in collect. mea commun. opin. §. copia indiciorum.

b Ipſius inquiſiti.] Idem tamen in teſtiũ publicatione, quàm proceſſus.ui. plene per Ludo. Carer. in pract. ſuo de hæretic. poſt numerum 122.

c Non petenti.] Vi. etiam per Carer. in pra. crimi. pag. 157. col. 2. vbi etiam ſubiungit, quod copia indiciorum data, ſi in termino ad indicia purgãda petierit, poſt terminum repulſæ concedendus eſt. Item, quòd indiciorum copia danda ſit reo nõ petenti, communem dixi in collecta mea communium opin. c. indicium, nu. 9.

d Si uero petatur.] Item de copia repertorum in inquiſitione ſpeciali danda reo illam petenti, atque de forma in danda adhibenda. Item de copia danda inquiſitio. vide in collecta mea commun. opin. cap. copia indiciorum, nu. 1. 2.

• Idem per Boſſ. in titu. de delinquen. numero 3. & 4. & de inquiſi. nume. 70. Roland. conſil. 12. numero 63. 35. cum ſequentibus libro 3.

e Ad faciendum ſuas defenſiones.] Adde, & uide in Reper. do. Fel. §. reus in criminalib. colum. mihi 552.

Quæſtio L.

SVMMARIVM.

1 *De nullitatibus proceſſus.*

Proceſſus formatus contra minorem 25. annis, non dato ei curatore, eſt ipſo iure nullus, ibidem.

2 *Quadrageſimali tempore an poſſit procedi in cauſis criminalibus, verſiculo. Pariter etiam.*

3 *Proceſſus factus ſuper generali inquiſitione an valeat, ita quòd poſſit reus ex eo condemnari, verſ. Item quia.*

4 *Et quid in cauſis ſyndicatus officialium, verſ. Scias etiam.*

5 *Stante ſtatuto quòd alicui denegetur actio, an poſſit iudex ex officio inquirere, verſicu. Poſſet etiam.*

1 Nunc de † reorum defenſionibus videamus; & prima quidem eſt defenſio, quæ oritur ex illis exceptionibus, quæ cõcernunt nullitatem proceſſus, quarum multas colligere potes ex his, quæ ſuperius dicta, & inferius dicenda ſunt in diſcurſu materiæ: & poteſt etiam poni exemplum, puta ſi proceſſus fuerit formatus contra minorem 25. annis, nullo prius illi dato curatore, nam eo caſu proceſſus eſt ipſo iure nullus *a* l. clarum, C. de auth. præſtan. & eſt communis opi. ut dicit Boſſ. in titu. ſi aduerſus rem ind. nume. 22. Roland. conſi. 31. nume. 1. lib. 1. & dicit Placa, lib. 1. delictorum. c. 32. nume. 12. in fin. ꝙ ita in regnis Hiſpaniarum uſu receptum eſt, & praxis id obſeruat. Sed certe iudices noſtri hoc malè ſeruant, ut dicit Pract. Papien in forma inquiſitionis, in uerbo Contra & aduerſus, num. 2. & ita in hoc Ducatu hæc exceptio in practica non admittitur, nam in delictis minor 25 an. dummodo ſit maior 14. habetur in omnibus, & per omnia pro maiore, maximè quando confitetur

deliſtum,vt dixi infra quæſt.55. verſi. Vlte-
rius etiam. Et dicit Boſſ. in tit. de confeſſis,
nume. 69. quòd ita uidit quotidie obſerua-
b ri *b* contra dictam legem, clarum, & dicta
doctorum, de quibus ſupra, tam in confeſ-
ſione, quàm in alijs actis factis per minorem
in iudicio criminali, nullo dato curatore.
Fortè poſſet ei prodeſſe talis defenſio ad ef-
fectum minuendi pœnam, iuxta ea quæ dixi
infra q.60. circa principium.

2 Pariter † etiam opponi poſſet. quòd
proceſſum fuerit tempore quadrageſimæ,
nam illis diebus inhibita eſt cognitio cau-
ſarum criminalium, vt eſt tex. in l. quadra-
ginta, C. de ferijs. Sed certè hæc exceptio
parum prodeſſet, quia illa lex, quadraginta.
de conſuetudine non ſeruatur, ut atteſtatur
gloſ. illa finalis ibi, quam refert Marcus deci.
409. Quæritur an in feſtis, poſt nume. 1. An
autem diebus feriatis poſſit inferri tortura
reo, & an exequi condemnatio capitalis, di-
xi infra q.64. verſi. Quæro an tortura, & q.
97. ver. Quęro etiam.

3 Item quia † proceſſum fuiſſet per inquiſi-
tionem generalem nulla facta ſpeciali inqui
ſitione, quo caſu non videtur ſequi poſſe cō
demnatio; nam inquiſitio generalis fit ad
inueſtigandum, non autem ad puniendum,
& ſic ut præparetur via inquiſitioni ſpecia-
li, ſecundum Innocen. in c. bonæ, el primo,
numero 5. de electio. ubi atteſtatur, quòd
ita practicat totus mundus, & illud dictum
Innocen. referunt ſcribentes in cap. inquiſi-
tionis. de accuſatio. & in ſpecie Ana nume.
4. & Feli. poſt nume. 6. & Tiraquel. de pœ-
nis. cauſa 1111. nume. 3. idem dicit Ange.
in d. l. ea quidem, nu. 5. Tu uerò (ne erres)
aduerte, quia ſi ex inquiſitione generali, id-
eſt informationibus, quæ aſſumuntur per iu
dicem ad inueſtigandum, quis delictum
commiſerit, nihil emergat ſpecialiter con-
tra aliquem, nulli dubium eſt, quòd ſuper
ea non poteſt ſequi condemnatio. Sed ſi re-
ſultent indicia ſpecialiter contra aliquem,
tunc ipſe citatur ſuper ipſa inquiſitione ge-
nerali ad ſe defendendum, & contra eum
proceditur, ut dicit Innocen. in loco præal-
legato, quem ego fideliter retuli ſupra quæ
ſtio. quinta. verſi. Poterit igitur. Et hoc ca-
ſu, facta citatione. & ſequuta litis conteſta-
tione, ſequi poteſt ex ipſa generali inquiſi-
tione condemnatio, ut dicit Bald. in l. edita.
ibi per me allegatus. Et dicit Ante. Rondi.
de ſynd. nu. 119. q. ita communiter ſerua-
tur. Debent tamen hoc caſu reo comparen-
te repeti teſtes, & alia fieri, de quibus ſupra
dictum eſt in diſcurſu materiæ. Teſtes e-
nim, qui recipiuntur ſuper inquiſitione ge-
nerali, recipiuntur parte non citata, meritò
non faciunt fidem contra reum, poſtquam
comparuit, niſi ipſo citato aut præſente re-
petantur, ut dixi ſupra quæſt xj. verſic. Item
quæro, & quæſt.45. verſic. Cæterùm ſi reus.

4 Scias etiam, † quòd in cauſis ſyndica-
tus officialium proceditur ſuper generali
inquiſitione, & ſuper ea poſſunt officiales
condemnari, etiam nulla ſpeciali inquiſi-
tione præcedente, & ita obſeruat conſue-
tudo, vt dixit Ang. in d. l. ea quidem, poſt
nu. 5. prout etiam ſe pluries in practica ſer-
uaſſe dicit idē Ang. in repe. l. ſi uacantia, C.
de bon. vacant. quē ego retuli ſupra q.6. ver
ſicu. Hinc eſt. Ita etiam communiter pra-
cticari atteſtatur Card. Alexan. in c. de accu
ſatione, col. 56. circa me. ſecunda, quæſt. 8.
Sed aduerte, quia in cauſa ſyndicatus offi-
cialium, licet poſſet agi criminaliter pro ba-
rataria, tamen ut plurimùm agitur tantum
modo ciuiliter, ut dicit Franc. Accur. de ſyn
dicatu. relatus per Amad. pariter in trac. de
ſynd. nu. 27. affirmans, quòd ita eſt obten-
tum de longa conſuetudine totius Italiæ,
à qua non eſt recedendum. Sed ſi pars vellet
agere criminaliter, (ſecundum eum) eſ-
ſet neceſſarius libellus, iuxta formam. l. li-
bellorum, de qua dictum eſt ſupra q. 12. Et
ſi eſſet procedendum ex officio, neceſſaria
eſſet inquiſitio ſpecialis; quod tamē ego nō
credo uerum, ſed puto, quòd in cauſis ſyn-
dicatus poſſit ſequi condemnatio ſuper in-
quiſitione generali, illud tamen intelligen-
do iuxta ea, quæ dixi ſupra uer. Item quia,
& in d. quæſt. 5. verſicu. Poterit igitur, ſcili-
cet quòd ad hoc vt ſuper hac generali inqui
ſitione poſſit ſequi condemnatio, requira-
tur quod officiales ſint citati, & lis conteſta-
ta, & facta monitio ſuper probationibus re-
cipiendis, & data licentia procedendi uſque
ad ſententiam. Et hoc modo poterit ſequi
condemnatio, & ita ſeruari in practica at-
teſtatur Bald. in d. l. edita. in rep. Patavi. nu.
30. quem refert idēm Amad. de ſynd. num.
14. & poſt nu. 29. Et ſic vides, quod nulla eſt
differentia inter inquiſitionem generalem,
quæ fit contra officiales, & illam, quæ fit in
alijs caſibus, niſi quòd ea, quæ fit contra offi
ciales, fit ad inueſtigandum delicta per eos
commiſſa, licet nulla adſint indicia, neque
diffama-

diffamatio, vt dixi ſupra quæſtione 6. verſicu. Cæterum quando. illa vero quæ fit in alijs caſibus, non fit niſi conſilio de delicto. Et ſcias, ꝙ licet gloſa allegata per Amad. in loco præallegato, numero. 217. dixerit quòd in ſyndicatibus hodie non ſeruatur ordo iuris; illud tamen intelligendum eſt vt procedat, quando officialis ipſe á ſyndicatu aufugit, aliàs ſecus, vt declarat Amad. ibi.

5 Poſſet etiam † reus ad ſui defenſionem allegare ſtatutum diſponens quòd illi, qui dicitur offenſus, denegetur actio, prout qñque fit in bannitis, & in illis, qui onera non ſoluerunt, & huiuſmodi, quo caſu non modò non admittitur eorum accuſatio, ſeu querela, ſed neque etiam poteſt iudex ex officio inquirere. Ita tenuit Barto. in l. non ſolum, §. quanquam, ff. de iniur. cuius opi. dicit eſſe communem Claud. in repet. l. vt vim, nume. 23. in fi ff. de iuſtitia & iure. Bene verum eſt, quòd in hoc articulo multi tenuerunt contrarium, adeo vt Alexand. in l. 1. §. ſublata, nume. 4 ff. ad Trebellia. dixerit, quòd communiter tenetur contra Bar. & illum refert Villalpand in repet l. 22. ca. 16. poſt nume. 5. Sed mihi ſemper placuit opin. Bar. Si enim ille, qui eſt offenſus, conqueri non poteſt, ergo nec reſpon. quæ illi prohibet ne conquæratur; & ſolet allegari pro regula, quòd non competit actio criminalis reipub. vbi non oritur parti actio ciuilis. Faciunt quæ dixi infra quæſtione proxima, verſi. Et hoc quidem, & ſupra hoc eodem libro §. homicidium. verſiculo. Alia quoque.

ADDITIONES.

a Eſt ipſo iure nullus.] Adde etiam per Roland eius conſi. 68. num. 33. lib. 2. vbi etiam ſententia redditur nulla tanquam lata contra indefenſum, ut legitur, & notat. in l. cum & minores C. ſi aduer. rem iu. tenendo iſtã. illam intellige de minore præſente, ſecus de abſente, & contumace, ſtante præſertim ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo. Vt plene, & elegãter habetur per Nat. eius conſil. 540. cum duobus ſequentibus, vbi obiecta pulcherrime tollit. Ad vnum aliud aduerte, quod ſtatutum quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, requirit declarationem ante condemnationem, in qua declaratio fieri poterit, per Rolan. conſi. 9. nume. 38. lib. 1.

b Obſeruari contra dictam legem.] Tamen hic aduerte, quod ſtylus contra ius commune non valet, per Dec. conſi. 677. num. fin. & quòd ſtylus vnius curiæ non poſſit operari ac inducere derogationem legis contra ius commune, ſed ſolum declarationem eius, quod eſſet arbitrio iudicis commiſſum, ut per Rolan. in conſi 3. nume. 36. lib. 3. qui nu. 34. tenet, quòd imò reſponſio minoris ad inquiſitionem cum authoritate curatoris ſibi decreti eo momento temporis, quo fuit conſtitutus curator, quo tempore authorare non potuit inquiſito ob temporis breuitatem, & ſic ob non adhibitam cauſæ cognitionem, nõ valet; & ꝙ cautus debet eſſe iudex, quia non debet pati, neque admittere, quod eo temporis momento, quo datus eſt curator, eodem authorizet in aliquo minori, quia nullus eſſet actus ob temporis breuitatem: ex quo apparet. ꝙ in tali authoritatis pręſtatione nõ ꝓceſſit cauſæ cognitio, quę ad validitatẽ dẽt oĩno interuenire, quinimò ẽt ſi in præſtatione authoritatis interueniſſet cauſæ cognitio, de qua non ſit facta mentio in actu geſto per minorem, ille actus non ualeret, nec minoris confeſſio; & quòd plus eſt, non ſufficeret adhibitam fuiſſe cauſæ cognitionem, niſi de ea fiat mentio atq; fiat ſcriptura de per ſe, vt plene per eũ ibi; ſed ſtylus, & conſuetudo quomodo inter ſe differant, Vide per Dec. in conſ. 11 nu. 11. & Nat. in conſ. 575. nu. 31.

Quæſt. LI.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio in criminalibus tollitur ſpatio 20. annorum.*

2 *Et an eo temporis curſu tollatur etiam inquiſitio, verſ. Et hac quidem.*

3 *Et ſi delictum ſit reiterabile, quando incipiat illud tempus currere, verſicu. Sed hic quæro.*

4 *Et an crimen adulterij præſcribatur quinquennio, verſiculo. Poſt etiam; Remiſſiuè.*

5 *Si ſtatutum præfigat iudici tempus ad inquirendum, an illud incipiat currere a die delicti, an autem à die ſententiæ, verſicu. Sed quære.*

6 *Et an iudex, qui eſt ſub ſyndicatu, poſſit ſe tueri exceptione lapſus termini ſtatuti ad querelandum in edictis ſyndicatorum, verſicu. Hac etiam.*

7 *Et an huiuſmodi maleficia præſcripta obſint ad aggrauandum alia delicta, pro quibus procedi poteſt, verſiculo. Vnum tamen.*

8 *Perempta inſtantia an reus ſit abſoluendus, verſ. Alia etiam.*
Et quid de iure canonico, ibid.

9 *Accuſatore mortuo an extinctum ſit iudicium criminale, verſ. Pariter etiam.*

10 *Et an alius volens accuſare ſit admittendus verſ. Quinimò.*

11 *Et an poſſit iudex ipſe proceſſum proſequi, ver. Sed quid ſi accuſator.*

12 *Delinquente mortuo an extinctum ſit iudiciũ criminale, verſ. Quære nunc.*

13 *Et quid in criminibus exceptis, verſicu. Sunt tamen.*

14 *Et quid in caſibus, in quibus ipſo iure uenit bonorum confiſcatio, verſ Scias etiam.*

15 *Et quid ſi reus moriatur, poſtquam eſt de crimine conuictus vel confeſſus, an debeat eius cadauer ſuſpendi, verſicu. Sed hic incidenter.*

16 *Hæres an teneatur ex delicto defuncti, verſicu. Vlterius quæro.*

17 *Et an vltra vires hæreditarias, verſicu. Scias tamen.*

18 *Et quid ſi delinquens reliquerit plures hæredes, quorum vnus tantum ſit ſoluendo, an ille teneatur exonerare conſcientiam defuncti, ver. Sed pone.*

19 *Iudæus, qui poſt delictum factus eſt Chriſtianus, an poſſit pro eo delicto amplius puniri, verſ. Vltimo quæro.*

1 POTEST etiam † reus ſe defendere exceptione præſcriptionis, quia ſcilicet lapſum ſit à die commiſſi criminis tempus viginti annorum,
a nam eo temporis ſpacio præſcribitur *a* omnis accuſatio criminalis. l. querelam, C. de
* falſis. Et ita tenent communiter doctores, vt dicit Abb. in d c cum haberet, num. 4. de eo qui duxit in matrim, &c. Card. Alexã. in d. c. de accuſatione. colum. 48. ver. Item opponi poteſt, 2. q6. 8. Boer. deciſ. 26. numero 6. quem refert Villalobos in ſua collecta cõmunium opin. in litera D. numero 55. licet liber ſit corruptus; & Viuius in lib. communium opin. in verbo, Accuſatio falſi. Ant. Gomeſ. ſuper l. 76. Tauri, numero 5. Marſil. conſi. 117. numero 40. Et ita in facti contingentia quidam Ioã. Anton. de Vaylate imputatus de homicidio ſupra 25. annos commiſſo, de quo niſi tunc fuerat querelatus, iuſſus fuit in pace dimitti, 26. Iunij 1554. P. N. Idem etiam iudicatum fuit per parlamentum Burdegalenſe in quadam incendiaria, vt refert Papo libro 24. titulo. 2. arreſto primo.

2 ET hæc † quidem concluſio de plano procedit in accuſatione, vt ſcilicet non poſſit quis poſt 20. annos à die criminis de eo ac-
b cuſari. Sed quid in inquiſitione, *b* nunquid poterit iudex ex officio de ipſo delicto procedere poſt huiuſmodi tempus 20. annorum? Reſpond. Glo. in d. l. querelam, in gloſ. 1. loquendo per verbum, fortè, tenuit quòd non præſcribatur officio iudicis inquirentis niſi ſpacio 30. annor. Sed certè illa gloſſ.
* communiter reprobatur, ut ait Iaſon in l. 1. numero 8. in fi. ff. de iuriſdict. omnium iud. Balbus de præſcrip. in 4. quæſtio. quartæ quæſtionis principalis, quæſtio. 2. nume. 3. quem refert Prac. Conradi folio 257. numero 36. Boſſ. in tit. Quomodo procedatur per actionem, numero 17. Taeg. in prac. crim. cap. 16. poſt, nu. 21. Hanc etiam opi. contra illã glo. dicit eſſe communem Iafred. deciſio. 486. quem refert Viuius in loco præallegato. Boſ. in titu. de accuſatio. nume. 32. Et dicit Pract. Iodo fol. 25. nume. 25. quod communiter Doctores ita fixo pede tenent. Et rõ eſt, quia cum inquiſitio ſuccedat loco accuſationis, vt ſæpius dixi, meritò ſublato iure accuſandi, cenſetur etiam ſublatum ius inquirendi. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Ang. de Caſtro inter conſilia criminalia, diuerſorum. conſi. 94. nume. 16. libro. 1. Et ita etiam ſentire videntur Doctores allegati in verſic. Præcedenti. Vide etiam in propoſito ea, quæ dixi ſupra q. proxima, uer. Poſſet ẽt. Vnum tamen ſcias, quòd licet criminalis actio, vel inquiſitio præſcribatur, ut dixi, ſpacio 20. annorum, nihilominus omnes actiones ciuiles, quæ ex crimine deſcendunt, durant uſque ad 30. annos. Et eſt communis
* opin. ut dicit Igneus in l. in cognitione, poſt numerum 185. ff. ad Sylle. Dixi infra lib. 7. §. Actio.

3 SED hic † quæro, quid ſi aliquis committat aliquod delictum reiterabile, puta adulte-

adulterium,ſtuprum, inceſtum, vel huiuſmodi, nunquid hoc tempus erit computandum à die primi delicti commiſſi, an autem ab vltimo delicto? Reſpond. quòd eſt computandum à die vltimi delicti, ita dicit glo.in l. ſi mariti, §. ſex menſium, in uerbo commiſſi criminis, in ſi. ff. de adulter. & eſt magis communis opinio, ut atteſtatur Angelus de Caſtro in d.conſi.94.num.10.

4 P O T E S T † autem hæc exceptio in aliquibus caſibus oriri non ſolùm ex curſu 20. annorum, ſed etiam ex minori ſpacio temporis, puta in adulterij crimine, cuius accuſatio quinquennij ſpacio præſcribitur, ſecundum iuris communis diſpoſitionem, ut dixi ſupra hoc co.lib.§.Adulterium, uerſic. Vnum tamen, vel etiam vbi ex diſpoſitione ſtatutorum præfixum eſſet breuius tempus ad procedendum in cauſis criminalibus, prout eſt in multis ciuitatibus.

5 S E D quæro, † ſi ſtatutum expreſsè præfigat terminum iudici ad formandam inquiſitionem pro delictis, nunquid talis terminus præfixus iudici ad inquirendum currit à die commiſſi delicti, an autem à die ſcientiæ? Reſpond. Aug. ad Ang. de maleſi. in verbo inchoata facta &c. dicit, quòd iſte paſſus eſt ualde dubius, cùm nedum doctores ſint varij, ſed etiam illuſtres doctores ipſimet uariant; quia in uno loco vnũ dicunt, & ipſimet in alio loco dicunt contrarium. Solet tamen in hoc articulo allegari doctrina Bar.in l.eum qui, §. in popularibus circa fin.ff.de iureiur. qui tenuit, quòd non currat niſi à die ſcientiæ, de qua doctrina dicit Auguſt.in loco prædllegato, quòd uidit doctiſſimos aduocatos multum magnifacientes & exclamantes in hac materia, & hanc opin. dicit eſſe communem Natta conſilio 225. numero ſecundo. Sed certè contraria opin. eſt magis communis, ſcilicet quòd currat ſtatim à die commiſſi delicti, vt atteſtatur Alexand. in d.§. in popularibus, numero.12. quem refert Ruin. conſilio 27. poſt numero 6.uerſicu.Secundo illud, libro quarto.Marſil.in prac.crim.§ conſtante, numero 85. & ſeq. & conſilio 87. numero 15. Regulariter enim omnis præſcriptio currit ignoranti, ut dixi infra libro ſeptimo, §.Præſcriptio.

6 H A C etiam † præſcriptionis exceptione tueri ſe poteſt iudex exiſtens in ſyndicatu, nam lapſo tempore, quod præfigi ſolet in edictis ſyndicatorum ad querelandum, non poteſt ulterius moleſtari, non modò in ipſo loco officij, ſed neque etiam in eius propria patria. Et ita communiter tenetur, ut dicit Ferrat.cautela 14.uerſi. Et circa iſtam, Hæc autem concluſio, quando iam ſequuta eſt abſolutio, non uidetur habere multum difficultatis, prout etiam ſe obtinuiſſe in facti contingentia atteſtatur Alexand. in apoſtillis ad Bart.in l.ſecunda, ſub numero 6.ff.ad leg.Iul.repetund. prout illum refert Paris Put.de ſynd.fol. 137. numero primo, in ſi. Sed certè idem etiam dicendum eſt, ſi non ſit ſequuta abſolutio, & ita utroque caſu hanc eſſe communem opinio. atteſtatur Boſſ.in tit.de official. corrup pecu.num.32. Et refert idem Paris de ſynd. fol. 142. poſt nu. 7. q; vidit multos officiales euaſiſſe ſyndicatum, & fuiſſe abſolutos, quia quærelæ non fuerant porrectæ in tempore banni, & ita quotidie practicari atteſtatur Ant. Gomes.c.1.delictorum,nu.23.in ſi.

7 V N U M tamen † ſcias in hoc propoſito, quòd ex maleficijs, de quibus obſtante curſu temporis, non poteſt cognoſci, poteſt iudex alia maleficia, de quibus cognoſcere poteſt, aggrauare, & in maiori pœna punire. Et ita communiter dicitur, ut atteſtatur Nellus de bannitis in ſecunda parte primi temporis, quæſt 6.ſubdens quòd ita communiter ſeruatur per aſſeſſores, licet dicat quòd de iure id fieri non poteſt, & q; rectores illud ſeruant in animarum ſuarum perniciem. Hanc etiam dicit eſſe communem opin.Iaſ in l.ſi idem cum eodem, ff.de iuriſd.omnium iud. quem refert Villalpãd. in repe.l 22.c.8.poſt numerum quartũ.Vide quæ dixi ſupra quæſt.39.verſic. Pro complemento.

8 A L I A etiam † eſt defenſio, qua põt reus vti, excipiendo peremptam eſſe inſtantiam cauſæ, nam eo caſu debet abſolui. Et licèt in ciuilibus perempta inſtantia actor adhuc audiatur refectis impenſis, ut dixi infra lib. proximo; tamen in criminalibus accuſator poſt peremptam inſtantiam non eſt ulterius audiendus. Et ita communiter dicitur, ut atteſtatur Salic.in l. qui de crimine, poſt nu. 8.C.de accuſatio. quem refert Capic.deciſ. 206.num.4. Et ſcias, quòd licet regulariter de iure canonico cauſæ nullam habeant inſtantiam, ut dixi infra lib.proximo: illud tamen intelligendum eſt, ut procedat in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, nã in iſtis tam de iure canonico, quàm de iure

ciuili

ciuili perit inſtantia, & in hoc omnes concordant, ut dicit Anan. in d. c. qualiter & quando, el ſecondo, §. licet autem, nu. 6. de accuſatio. In hoc tamen Ducatu hæc defenſio parum prodeſſet, quia in cauſis criminalibus nulla ſeruatur inſtantia neque iuris cõmunis, neque conſtitutionum, neque ſtatutorum, quinimò ex generali conſuetudine etiam perempta inſtantia poteſt iudex proſequi proceſſum, & ita ſeruat practica. ut dicit Boſſ. in ti. de inquiſitione, nu. 89. qui etiã in tit. de ſentent nu. 108. atteſtatur ꝙ ordines huius ducatus diſponentes ſuper inſtantia cauſarum criminalium, in practica non ſeruantur; & eſt omnibus notiſſimum.

9 Pariter etiam† poſſet allegare accuſatorẽ eſſe mortuum, *c* propterea que extinctum eſſe & abolitum ipſius accuſationis iudiciũ, neque hoc caſu audiendi eſſent hæredes ipſius accuſatoris, ſi vellent uti hæredes accuſationem ipſam proſequi, l. 1. & per totum titulum, C. ſi reus uel accuſat. mort. fue. & eſt omnium receptiſſima ſententia, ut dicit Placa lib. 1. delictorum, c. 38. num. 2. Sed certe hęc etiam defenſio non multùm reo prodeſſet, licet enim hoc caſu extincta dicatur legitima accuſationis abolitio, poteſt nihilominus iudex ipſe ex officio accuſationem ipſam proſequi, & proceſſum perficere, & ita tenet Bar. in l. libellorum, §. fi. num. 5. ff. de accuſa. & ita communiter tenetur, ut ait Corſet. in reper. Abba. in uerbo Abolitio. Ana. in c. crimina. poſt num. 5. verſi. His autem præmiſſis. de colluſ. deteg. licet dicat quòd contraria pars eſt mitior, humanior, & benignior. Et ita ſeruat practica, ut atteſtatur Boſſ. in ti. de inquiſitione, nu. 89. Quę quidem concluſio hodiernis temporib. nullam habet difficultatem, quum ex generali conſuetudine in omni caſu procedatur per inquiſitionem, ſiue extet accuſator, ſiue nõ, ut dixi ſupra quęſt. 3. verſi. Sed certe. Vide quæ dixi infra quæſt. 58. uerſi. Et ſcias.

10 QVINIMÒ ſi † accuſatore mortuo uelit aliquis alius accuſationem proſequi, poteſt illud facere, dummodo compareat ad illam proſequendam intra triginta dies, & etiam poſt triginta dies, ſi uelit de nouo accuſare principaliter & per ſe, admittitur intra tempus à lege accuſationi præfixum. Ita declarat Bart. in l. libellorum, §. fi. numero 6. ff. de accuſa. Et eſt communis opin. ut dicit Anton Gomes. lib. delictorum, c. primo, numero 36.

11 SED quid† ſi accuſator deſiſtat, nunquid poterit iudex procedere? Reſpond. quòd ex quacunque cauſa accuſator deſiſtat, poterit iudex ipſe proſequi proceſſum, & finire. Ita ſentit Bar. in l. libellorum, §. fi. nume. 5. ff. de accuſat. & eſt communis opin. ut dicit Gandi. in tit. de trãſac quem refert Prac. Carer. fol. 505. num. 379 in fi. Areti in c. licèt, nu. 22. de accuſatio. ſubdens quòd ita ſeruarẽ in practica. Vide quæ dixi ſupra quæſt. 3. verſi. Superflua etiam, & infra quæſt. 58. circa principium. Sed hoc intellige, ut procedat in illis caſibus, in quibus iudex ab initio potuiſſet ex officio procedere, aliàs ſecus.

12 Quæro nunc, † quid ſi allegetur & probetẽ delinquentem eſſe mortuũ, nunquid adhuc debet iudex ad ulteriora procedere? Rñd. ꝙ non, *d* nam crimen & pœna per mortem extinguitur. l. defuncto, ff. de publi. iudi. & eſt communis concluſio, ut dicit Cagnola in l. pupillum qui, §. in hæredes, poſt nume. 4. verſi Et prædicta, ff. de reg. iuris, neq; mortuo accuſato tranſit in hæredes accuſatio, ut eſt tex. in l. 1. C. ſi reus uel accuſator mortuus fuerit. Et hanc dicit eſſe omnium receptiſſimam ſententiam Placa lib. 1. delictorum, c. 38. num. 2.

13 SVNT tamen † aliqua crimina excepta, in quibus etiam poſt mortem delinquentis procedi poteſt, ſcilicet hæreſis, & læſæ maieſt. repetundarum, peculatus, homicidij ſui ipſius *e* ob conſcientiam ſceleris patrati, quos omnes caſus recenſet, & dicit à doctoribus communiter teneri Anton. Gomes. c. primo delictorum, num. 80. de quibus ego ſuis locis tractaui.

14 SCIAS etiam, † quòd in omnibus caſibus, in quibus pœna amiſſionis bonorum eſt impoſita à lege ipſo iure, poteſt etiam mortuo delinquente tractari de eo crimine contra hæredes, ad effectum confiſcationis bonorum. Ita dicit Glo. in l. 3. §. quod autem, in uerbo, etiam hęredi eius, ff. quod quiſque iur. & eſt communis opi. ut dicit Tiraquel. in repe. l. ſi unquam, in uerbo reuertatur, numero 241. Iaſ. in d. §. quod autem, nu. 2. ubi dicit quòd omnes ita tenent. Didacus ſuper quarto decretal. fol 92. poſt nu. 6. Anto. Gomes. in loco præallegato, verſi. Sextus caſus. Menchiaca controuerſ. illuſtr. c. 96. nu. 22. & controuerſ. vſu frequentium, ca. 7. nu. 15. Vide quæ dixi infra quęſt. 94. verſi. Sed pone. Et ꝙ ubi agitur de pœna pecuniaria, poſſit etiam poſt mortem ſequi cõdemnatio, *f*

modo

modò prius eſſet concluſum in cauſa, comſuluit in facti contingentia Alba.conſi.190. Tenenturque eo caſu hęredes, probato crimine, non modò bona ipſa fiſco relaxare, ſed etiam omnes fructus per ipſum delinquentem à die commiſſi criminis perceptos reſtituere. Et hæc eſt communis opi. ut ait Diaz in prac.crim.cano. c.123.quem refert Didacus in loco præallegato, poſt nu.7. Mēchiaca in d.c.7.num.16. Adde quòd non requiritur ꝙ ante mortem ſequuta ſit declaratio criminis. Et hanc fatetur eſſe communem opinio. Boſſ. in tit. de pęnis, nu.34. in fi. licèt in tit. de accuſ. nume.24. dicat quòd in hoc Ducatu non obſtante decreto, cuius uirtute bona ipſo iure cōfiſcantur à die commiſſi criminis, ſeruatur nihilominus, ut requiratur ꝙ facta fuerit declaratio criminis ante mortem ipſius rei, quod ego etiā ſemper uidi obſeruari, & in ſpecie in bonis cuiuſdam Petri Martyris de Monte ſcribæ, & rationatoris in negocio ſalis ; qui confeſſus fuerat ſe libros ſuos uitiaſſe, & falſas relationes in fiſci præiudicium feciſſe. Quum tamen mortuus eſſet ante condemnationem, re in ſenatu diſcuſſa, iudicatum fuit eius bona fiſco non competere, ſed ad ipſius proximiores ſpectare, 11. Aug. 1552. P.N. Credo tamen, ꝙ hoc de iure uix poſſet ſuſtineri, præſertim in caſibus, in quibus poteſt memoria defuncti damnari. In quibus quidem ego apud nos nunquam hoc vidi deciſum in facti cōtingentia, & ſi caſus contingeret, fortè non recederem à communi opinione, præſertim quum in nouiſſimis conſtitutionibus, in tit. de accuſatio. cap. Mortuorum, videatur hic articulus relictus diſpoſitioni iuris communis. Scias autem, quòd in caſibus, in quibus poteſt damnari memoria defuncti, uel bona poſt mortem confiſcari, illud intelligendū eſt ut procedat intra quinquennium à die mortis defuncti, non autem vltra. Ita tenet glo. in l. manichæos, in uerbo ſubire, C. de hæreti. & communiter doctores, teſte Anton. Gomes. in loco præallegato, numero 81.

15 SED hic† incidenter quæro, pone quòd reus, qui eſt de crimine confeſſus, uel conuictus, uel etiam condemnatus, ante executionem moriatur, vel naturali fato, uel quia ſibi ipſi manus intulerit, quid dēt iudex hoc caſu facere? Reſpond. quo ad pęnam corporalem certè non debet vllo modo ſæuire in

g eius cadauer, g neque illud ſuſpendi facere, & aſſeſſores, qui id faciunt, tenentur iniuriarum, & eſt peſſima practica, vt dicit Paris Put. de ſynd. fol. 315. nume. 1. Et hoc eſt commune dictum, ut ait Sapia. in l. Imperiū, poſt num. 7. ff. de iuriſd. omnium iud. Hanc etiam opin. dicunt eſſe communem ſcribentes in d. l. Imperium, & in ſpecie Curt. Iun. nume. 35. Igneus in l. 1. §. ſi ſibi manus, poſt num. 46. & num. 54. ff. ad Sylle. Boſſ. in tit. de accuſ. nume. 33. Nam crimen & pœna morte delinquentis extinguitur, ut dixi ſupra, uerſi. Quæro nunc. Et hæc ratio aſſignatur per doctores cōmuniter, ut dicit Sapia in loco præallegato, nu.6. Sed certè quicquid ſit de iure, contrarium praxis tenet & obſeruat, ut ait Igneus in loco præallegato, num. 21. & num. 42. ubi etiam ſubdit, quod in parlamento Rothomagenſi bis uidit iudicari contra hanc communem opin. Contrarium etiam de facto ſeruari atteſtatur Bal. in l. 2. nume. 2. C. qui teſta. face. poſſ. quē refert Marcus deciſ. 953. Quæritur de ratione, nume. 7. Imola in c. Raynutius, nu. 144. de teſta. Cagnola in l. pupillum qui, §. in hæredes, nume. 2. ff. de reg. iur. & in famoſis la-

h tronibus h idem atteſtatur Imola. in d. l. Imperium, prout illum refert Gigas de cri. læſæ maieſt. fol. 137. quæſt. 33. nu. 4. Idem etiam dicit Imola in l. defuncto, nume. 1. ff. de publi. iudi. & in l. 1. §. quoties, ff. de iniur. prout illum refert Bertachi. in uerbo Cadauera, num. 3. & Ang. de malefi. in uerbo. Quid. iudex uidens, nume. 43. & Marian. in repe. c. qualiter & quando, num. 261. Idem etiam practicari in regno Caſtellæ atteſtatur Anto. Gomeſ. ca. 1. delictorum, nu. 79. referens ſe ita uidiſſe practicari in quodam forenſe in ciuitate Salmaticenſi, qui dicebatur fugiſſe de religione & monaſterio, & tētaſſe haberet acceſſum ad puerum, vt cū eo committeret peccatum contra naturam, & ex indicijs captus fuit, & in carcere ſe ſuſpēdit; nam fuit ſtatim publicè ductus per ciuitatem, & uias publicas, & igne concrematus. Ita etiam quandoque uidiſſe ſeruari in uilibus & publicis latronibus atteſtatͣ Boſſ. in loco præallegato, & in tit. de executio. ſententiæ, nume. 18. Et ego uidi aliquando delinquentes, qui in actu capturæ à ſatellitibus occiſi fuerant, ſuſpendi ad aliorum terrorem, & hoc quando delictum erat notorium. Similiter uidi ſuſpendi quendam incognitum, qui aggreſſus fuerat quendam, & contra eum ſclopum exonerauerat, licet

cèt enim fuiſſet ille incognitus in illa rixa interfectus, iuſſit tamen ſenatus illum furcis ſuſpendi. Sic etiam vidi alios, qui pendẽte proceſſus ſe ipſos interfecerant, furcis publicè ſuſpendi, & in ſpecie quendam Ludouicum Bergaminum, qui poſt cõfeſſionem delictorum ſe ipſum in carcere ſtrangulauerat, 6. Nouẽbris 1555. P. N. Et licèt Igneus in d. §. ſi ſibi manus, nume. 21. dicat quòd communis praxis & obſeruantia iudicum eſt, quòd eos, qui ſe ipſos ex quacunq; cauſa occidunt, ſuſpendi faciunt, ex eo quòd ſui ipſius homicidæ ſunt, hæc tamen practica apud nos non ſeruatur, niſi (vt dixi) id faciant pendente proceſſu in carcere exiſtentes, nam eo caſu præſumuntur id feciſſe cõ ſcientia proprij ſceleris, ut dixi infra quæſt.
i 68. verſi. Se ipſum occidere. *i*

16 VLTERIVS † quæro, nunquid hæres teneatur ex delicto defuncti? Reſpon. quòd de iure ciuili non tenetur, nam regulariter pœnę delictorum non tranſeunt ad hæredes. l. prima, ff. de priua. delic. De iure autem canonico tenetur hæres pro delicto defuncti, etiam ſi nihil ad eum peruenit. Et ita tenent communiter cano. ut dicit Abb. in c. in litteris, numero 3. de rapto. quem refert Ana. ibi, poſt numerũ 3. verſic. In gloſ. heredis. Io. Brunel. poſt relectiones Didaci, fol. 360. col. ſecunda, uerſi. Secundo adde.

* Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Cano. Abb. in c. fi. poſt nu. 6. de ſepul. quem refert Anto. Gomes. c. primo, delictorum, numero 85. Et illam communem appellat Aret. in Rubrica, ff. de acqui. hæred. col. ſecunda, quem refert Ruin. conſilio 20. num. primo libro quarto. Burgos in c. 1. col. 4. de emptio. & vend. Didacus lib. 3. reſolutionũ, c. 3. poſt nu. 7. Et hoc etiam ſi cum defuncto lis conteſtata non fuerit. Et hanc dicit eſſe communem opin. legiſtarum & canoniſtarũ Dueñas reg. 13. num. 12. Xuarez allegat. 26. nume. 4. Menchiaca controuerſ. illuſtr. c. 96. poſt nu. 27. verſi. Sexta limitatio.

17 SCIAS tamen, † ꝙ hæres non tenetur ex delicto defuncti niſi vſque ad uires hæreditarias, & hoc, ſiue confecerit inuentarium,
K ſiue non. *k* Et eſt communis opin. ut dicit Areti. in loco præallegato, quem refert & ſequitur Ruin. in d. conſi. 20. circa fin. Neguſan. de pigno. fol. 50. nume. 124. in fi. Anan. in d. c. in littteris, num. 7. de raptor. Didacus in d. c. 3. numero 8. Boſſ. in tit. de pęnis, numero 34.

18 SED pone, † ꝙ delinquens reliquerit plures hæredes, & unus eorum non ſit ſoluendo, nunquid tenebitur alius exonerare conſcientiam defuncti? Reſpond. ꝙ ſic, ita tenet Hoſtien. in c. tua. de uſur. & eſt communis opinio, ut atteſtatur Alciat. in l. 2. §. & harum, nu. 31. in fin. ff. de uerb. oblig.

19 VLTIMO quæro, † nunquid Iudæus, ꝙ poſt commiſſum delictum ſuſcepit ſacrum baptiſma, poſſit pro eo delicto puniri? Reſpondeo. In hoc fuit aliquando controuerſia inter doctores, nam glo. in c. quod autẽ, in uerbo pęnitentis, 32. quæſt. 1. tenuit ꝙ non. & dicit Ferrat. cautela 24. poſt nu. 4. ꝙ hęc eſt communis opi. theologorum, quem refert Viuius in lib. communium opi. in verbo, accuſari poteſt Iudæus. Alij uero multi tenuerunt contrarium, ſcilicet ꝙ licèt baptiſmus tollat pœnam ſpiritualem criminum antea commiſſorum, non tñ liberat à pœna temporali, quæ pro eis eſt imponẽda.

* Et hanc eſſe communem opi. atteſtatur Io. de Ana. in d. c. de his poſt nu. 6. quem refert Ruin. conſi. 13. nu. 3. lib. 5. vbi in facti cõtingentia ita conſuluit, licet ſubdat, ꝙ erit in arbitrio iudicis eligere contrariam opin. tã quam mitiorem & æquiorẽ. Berous in eo. ca. de his, nu. 15. Apoſtil. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Et ad querelam poſt nu. 91. Dec. conſi. 130. nu. 2. Ferd. Loazes, in §. lis itaque, nu. 28. Inſti. de iuſti. & iure, quem refert Placa lib. 1. delictorum, c. 34 nu. 17. Marquar. de Iudæis. in tertia parte, c. 5. nu. 1. Ego uerò, ſi caſus contingeret, libentius inclinarem in opi. glo. quæ proculdubio ęquior eſt, & religioni noſtræ magis fauet, magiſq; attrahit Iudæos ad conuerſionem, ubi tamẽ non appareret ꝙ ſacrum baptiſma in fraudem ſuſcepiſſent. Bene uerum eſt, ꝙ in omnem caſum, licet talis Iudæus ſit liberatus à pœna temporali, non tamen erit liberatus à reſtitutione vel emendatione damni, ad quam tenebatur ante baptiſmum ſuſceptum, & hoc dicit eſſe veriſſimum & ab omnibus approbatum Ruin. in d. conſi. 13. nu. 2.

ADDITIONES.

a Præſcribitur.] Fallit in quampluribus caſibus, ut per Lud. Carer. in pract. crim. §. homicidium 6. poſt nu. 378.

b Sed quid in inquiſitione.] Adde ad idem per Craue. in conſ. 262. col. fin. poſt num. 6. vbi etiam ſubiungit; quòd omnes exceptiones,

nes, quę poſſunt opponi contra accuſatorem, poſſunt etiam contra iudicem inquirentem opponi.

c Accuſatorem eſſe mortuum.] Quid ſi accuſatus ſit mortuus, dic crimen extinctum eſſe etiam ſi eſſet accuſatus de crimine falſi, uide per Cępol.crim.conſi.23.nu.5.qui nu. ſeq. dicit quibus caſibus non extinctum remanet crimen, accuſatorum morte, quod etiam tradit Iul.Clar.infra uerſi.ſunt tamẽ. Adde Alber. Gandi. de maleſi.tit. accuſari, quæ perſo.non poſſint col.1.

d Quòd nõ.] Hic cadit pulcherrima, & quotidiana dubitatio. An ſcilicet ſententia in pœna pecuniaria ferri poſſit in perſonam procuratoris effecti domini litis, mortuo reo poſt litem conteſtatam;& de delicto cõuicto, uel confeſſo,an autem ferri debeat in perſonam hæredum uocatorum; de qua nouiſſimè plene uide & dic,ut per Oſaſc.deci. Pedamonta. 149.

e Homicidii ſui ipſius.] Hic adde, qua pęna afficiatur mortẽ ſibi conſciſcens vel vulnus inferens,quid iure diuino, Pontificio,ciuili Romano,quidq; Græco, eleganter explicatum per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi.lib. 2 centu.3.caſ.284.

f Sequi condemnatio] Adde, poſt Boſſ. citatum,uide per Oſaſc.ead. deciſ.149.nu.6.

g Sæuire in eius cadauer,] Adde, quando in mortuos ſæuire liceat, aliqua memoratu digna per Iacob.Menoch. de arbi. iudic.lib.2. centu.3 caſ.285.

h In famoſis latronibus] Idem in aſſaſſinis, parricidis, & aliis committentibus grauiſſima crimina,ratione immanitatis ſcælerum, uide per Lud.Carer. in pract.cri.§ homicid. vlt.ſub nu.13.

i Ex delicto defuncti.] Adde, atq; fuſius uide de iſta quæſt.per Oſaſc. deciſ. Pedamonta 152.per totum.

K Siue confecerit inuentarium, ſiue non.] Adde,quòd iſta eſt crebrior ſententia, teſte Oſaſc.d.deciſ.152.nu.fin.

Quæſt. LII.

SVMMARIVM.

1 *Si probetur, delictum, de quo reus imputatur, non fuiſſe commiſſum, debet reus abſolui.*
Poteſtq; id probari per rei euidentiam, ibid.
2 *Itẽ poteſt probari per teſtès, verſi. Item poteſt.*
3 *Negatiua ſimplex & indeterminata eſt improbabilis, ſecus autem ſi ſit coarctata loco & tempore,uerſi.Scias autem.*
4 *Poteſt etiam negatiua probari per dictum ipſius offenſi. ver. Poteſt etiam.*
Et an excul patio facta per offenſum eximat reum à tortura,ibid.
5 *Vbi non conſtat de delicto, reus non poteſt puniri,verſi. Praterea etiam. Remiſſiuè.*
6 *Si non appareat de nomine offenſi,an poſſit reus puniri,verſi. Vlterius etiam.*

1 TVETVR etiam† ſe quandoque reus,probando delictum ipſum nõ fuiſſe commiſſum, idque probari poteſt in primis per euidentiam rei, puta ſi homo, qui dicitur occiſus, exhibeatur viuus; uel domus,quæ dicitur combuſta,reperiatur illæſa,& huiuſmodi. Et dicit Bald. in l.ſi quis teſtibus. in ſi. C. de teſtib.quòd ſemel contingit de facto,quòd fuit exhumatũ corpus illius, qui dicebatur vulneratus, & quum repertum fuiſſet, quòd ille non fuerat vulneratus, fuit reus abſolutus,licet contra eum plene probatum fuiſſet. Et illud dictum Bal. refert Ang. de maleſi.in uerbo cõparent & produxerunt inſtrumentum pacis, nume.33.& Prac.Carer.fol.558.nu.96. Vide quę dixi infra quæſt.98.uerſi.Sed nunquid. Idemque ſi delictum, quod commiſſum fuiſſe dicitur, ſit per rerũ naturam impoſſibile, prout contigit ſuperioribus annis in quodam Io. Antonio Zanetto caupone, contra quem proceſſum fuit per curiam Papię, tanquam quòd præpoſtera venere fregiſſet cuidam fœminæ rectum inteſtinum ex qua parte ipſa poſtea peperiſſet,de quo proceſſu ualde miratus eſt ſenatus,& ipſum Zanettum tanquam de re incredibili accuſatum abſoluit,2.Decembris 1559.P.N.

2 ITEM poteſt † probari p teſtes, probãdo negatiuam,ſ.ꝗ reus delictum ipſum non cõmiſerit, neque committere potuerit.

3 SCIAS autem † ꝗ negatiua non entis a eſt improbabilis,a ſecundum omnes, ut dicit Igneus in repe. §.non aliàs, nu.77. ff.ad Sylle. Præterea etiã negatiua ſimplex & indeterminata eſt improbabilis, ut dicit gl. in c. bonæ, el primo, in uerbo per rerum naturã.de electio.quã dicit eſſe cõiter approbatã Pariſ. in c. quoniam contra, num.8.de probatio. Hanc etiam opi. dicit eſſe communẽ Herculan.de proba. nega. nume.127.Si tamen

nē coarctetur loco & tempore, tunc æquè
probatur ut affirmatiua, quando ſcilicet te-
ſtes deponunt ipſam negatiuam, & reddunt
rationem, q̄ nō potuiſſet eſſe uel fieri, quin
ipſi teſtes uidiſſent, uel ſciuiſſent. Ita dixit
glo in § ſi uerò abſunt, in uerbo. Et uidiſſe,
in auc. de hære. & falcid. colla prima, & ait
Fel. in cap. in noſtra, nume. 8. in fi. de teſtib.
quòd audiuit Areti. in uoce dicētem, quòd
opinio illius glo. obtineretur in practica, qa
eſt communis, quem refert Ruin. conſi. 97.
circa fin. lib. quarto Hanc etiam eſſe ueram
& receptam ſententiam atteſtatur Siman-
cas de hæret. cap. 26. nu. 4 Caueant tamen
teſtes, quia eo ipſo q̄ deponunt ſuper nega-
b tiua, dicuntur ſuſpecti de falſo; *b* quod ta-
men intellige iuxta ea, quæ dixi ſupra hoc
eo lib §. falſum, uer. Solet etiam.

4 P O T E S T etiam † hæc negatiua proba- a
ri per confeſſionem & dictum ipſiuſmet of-
fenſi, licèt enim aſſertio vulnerati contra a-
liquem non probet, neque faciat indicium b
ad torturam; tamen e conuerſo dictum de-
functi exculpātis imputatum de homicidio
tollit oīa indicia, quæ ſunt contra ipſum, ita
vt ex eis non poſſit torqueri. Ita dicit Bal.
in l. prima, nume. 33. C. communia de lega.
& eſt communis opin. ut dicit Plottus inter
conſilia criminalia diuerſorum, conſi. 110.
nume. 1. lib j. Quam tamen intellige ut pro-
cedat, quando res eſt dubia, ſed ſi appare-
ret de ueritate in contrarium, uel eſſent con-
tra reum indicia ualde vrgentia & proxima
delicto. non eſſet ſtandum huiuſmodi aſſer-
tioni. ſaltem ad euitandam torturam. Et ita
practicatur, teſte Blanco in pract. crimi. fol.
28. nume. 101. plerunque enim uidemus q̄
offenſi, ſiue propter remiſſionem, quam fe-
cerunt vulnerati, ſiue propter ſuaſiones a-
micorum, faciunt huiuſmodi proteſtatio-
nes veritati contrarias, propterea in hoc
maxime verſabitur iudicis arbitrium, qui,
inſpecta qualitate facti, conſiderabit, an ta-
lis exculpatio videatur veriſimilis, vel ne, &
an ei ſtandum ſit ſit.

5 Prçterea † etiam poteſt reus ſe defendere,
allegando quòd non conſtat de delicto, &
circa hoc videnda ſunt ea, quæ dixi ſupra q.
4. & infra quæſt. 55. verſicu. Poteſt etiam. &
ſequen.

6 Vlterius etiā † poteſt opponere, quòd nón
conſtat de nomine offenſi vel occiſi. Sed cer-
te hæc defenſio non eſſet admittenda, ua-
let enim inquiſitio & accuſatio ſuper ho-
micidio, licet ignoretur nomē occiſi ſecun-
dum glo. quæ reputatur ſingularis, in cap. li-
bellorum, in uerbo, Caio Seio, ſecunda. q. 8.
quę quidem indiſtinctè obſeruatur in practi-
ca, prout etiam ſe vidiſſe ſæpius ita practica-
ri atteſtatur Ang. in l. prima, § interdum, nu-
me. 2. ff. ſi pars hęred. peta. & in l. ſi cum ex-
ceptione, § in hac, nume. 3. ff. quod me cau-
ſa. quem refert Auguſtinus ad Angelum de
maleficijs, in uerbo. Hęc eſt quædam inqui-
ſitio, poſt nume. 90. Et hoc ſciunt omnes, ut
dicit Boſſius in titulo de delicto, nu. 33. Vi-
de quæ dixi ſupra, q. 4. uer. Quando verò.

A D D I T I O N E S.

a Improbabilis.] Immo poteſt probari vide
per Nat. conſi. 648. & declara ut per Spec. ti-
tu. de probat. § probare, col. 1. & 2. vi. in.

b Dicuntur ſuſpecti de falſo.] Vt per Deci q.
alios concordantes allegat in capitu. quoniā
contra. numero 3. & nume. 18. de proba. uel
procedere inquit, etiam ſi uerbis affirmati-
uis proponatur; quod & comprobat appoſtil-
la illic, quoniam conſideratur effectus, & il-
la oratiò vere negatiua eſt, quę priuationem
ſignificat, per Dec. poſt allegatos ibidē, qui
id à limitat duobus modis. Et primo, niſi ne-
gatiua ſit ſenſui coniuncta, adeoque cadat
in ſenſum teſtis; puta ſi dicatur, Titius non
habet oculos, non habet birettum in capi-
te, & tunc non probatur negatiua directò.
quia quod non eſt, non cadit in ſenſum te-
ſtis, ſed indirectè probatur, quia ex quo non
reprçſentatur aliquid uiſui, iudico, quòd
nihil ſit in loco. Secundò prędicta concluſio
non habet locum in negatiua coarctata lo-
co, & tempore, quę bene probari poteſt, per
indirectum tamen, ut per glo. in d. cap quo-
niam contra, & tradit Alexand. conſilio
43. Vaſis. libro quarto, numero 18. & hoc ue-
rum intelligitur, ut quando tali modo co-
arctata ſit, vt cadat in ſenſum teſtis, vt de-
clarat Bald. in l. actor. C. de probat. & tra-
dit Dec. ubi ſupra, & in capitu. tertio loco.
ſupra eodem. Et reſtrictio negatiuę etiam
aliter conſiderari poteſt, uidelicet, quando
facta fuit diſcuſſio, & relatio per nuntium
de commiſſione iudicis; per Dec. poſt alios
relatos ibid. Similiter dr̄ coarctata negati-
ua, q̄ reſtringit ad certā ſcripturā, ut p Dec.
ibid. cum multis ſimilibus, ut in conſ. meo
ſyndic.

ſyndic. nu. 289. 290. Et caueat regulariter teſtis ne aſtruat meram negationem: quia poſſet puniri de falſo, ut per Iacobi. de S. Georg. in l. ſi per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui num.

Quæſtio LIII.

SVMMARIVM.

1 *De exceptionibus, quæ contra teſtes proponuntur.*

2 *Et an ſi opponantur eis crimina, opus ſit ſpecificare locum & tempus commiſſi delicti, verſ. In hoc autem.*

3 *Et an opus ſit etiam probare, quòd communi opinione habentur pro talibus, uerſi. Sed nunquid.*

4 *Et an opponens contra teſtes crimina, & ea non probans, teneatur actione iniuriarum, verſi. Caueant tamen.*

5 *De exceptionibus, quæ contra proceſſum ipſarum atteſtationum proponuntur, uerſi. Secundum caput.*

6 *De exceptionibus, quæ contra dicta teſtium proponuntur, verſi. Tertium eſt caput.*

7 *De exceptione falſi, uerſi. Frequentiſſimè.*

8 *Et an teſtis falſus in uno, probet in aliis, verſi. Sed quæro.*

9 *Et quid ſi teſtis falſum dixerit in non concernentibus ſubſtantiam rei, de qua agitur, ver. Scias tamen.*

10 *Et quid ſi ipſemet ſibi contradicat, quia ſcilicet aliquando vnum, aliquando aliud dixerit, cui dicto ſtandum ſit, primo an ſecundo, ver. Prædicta autem.*

11 *Et quid ſi primò dixit vnum extra iudicium, deinde contrarium in iudicio, uerſi. Primus caſus.*

12 *Et quid è conuerſo, uerſi. Secundus eſt.*

13 *Et quid ſi in uno iudicio dicat contrarium eius, quod dixit in alio, uerſi. Tertius eſt.*

14 *Et quid ſi in primo dixit, nihil ſcire, in ſecundo uerò deponit de ueritate rei, uerſi. Sed quid ſi teſtis.*

15 *Et quid ſi in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas contraria deponat, uerſicu. Quartus eſt.*

16 *Et quid ſi primò depoſuit per verbum, credo, ſecundò autem per verbum aſſertiuum veritatis, uerſi. Vnum etiam.*

17 *Et quid ſi teſtis neget ſe ita depoſuiſſe vt ſcriptum reperitur, verſi. Quintus eſt.*

18 *Teſtes ſingulares an probent, uerſi. Dixi etiam. Et quid ſi agatur de probando in genere aliquẽ eſſe adulterum, uel huiuſmodi. verſi. Et hæc concluſio. eo.*

19 *Et quid ſi Epiſcopus faciat ſtatutum, quòd crimen vſurarium poſſit probari per teſtes ſingulares, verſicu. Sed quid ſi epiſcopus.*

20 *Et quid ſi princeps teſtificetur contra aliquem, an ei ſoli credatur, uerſi. Sed quid ſi aliquis.*

21 *Teſtis non reddens cauſam ſcientiæ, etiam non interrogatus, in cauſis criminalibus, nihil probat, verſi. Præterea dixi.*

1 EST etiam † pars defenſionis, exceptio, quæ fit contra teſtes, a à quibus reus grauatur, poteſtque hæc exceptio ex triplici capite proponi, quorum primum reſpicit perſonam ipſorum teſtium, quia ſcilicet non eſſent in cauſa criminali examinandi, de quo dictum eſt ſupra quæſt. 24. puta, quia ſint infames, periuri, & ſimilia.

2 IN hoc † autem propoſito ſcire debes, quòd quando aliquis vult opponere contra perſonas teſtium, non ſufficit opponere generaliter, quòd ſint periuri, infames *b* &c. ſed opus eſt ſpecificare locum & tempus commiſſi delicti, & circunſtantias. Et eſt communis opi. ut dicit Boer. deciſ. 321. nu. 2.

3 SED nunquid † excipiens debet etiã probare, quòd ille teſtis, quem dicit eſſe infamẽ, communi omnium opinione eſſet tẽtus & reputatus pro tali? Reſpond. Bar. in l. 1. nu. 4. C. de teſta. tenuit quòd ſic; ſed certè in contrarium eſt magis communis opi. quòd ſcilicet ſufficiat probare, quòd eſt infamis ex tali cauſa, uel tali crimine, abſque eo quòd dicatur, quòd pro tali reputabatur. Et ita atteſtatur Alex. conſi. 152. nu. 16. li. 5. quem refert Crottus de teſtib. nu. 4. in fi.

5 CAVEANT tamen † illi, qui opponunt contra teſtes, & non habent in promptu probationes criminum oppoſitorum, quia ſi nõ probant ipſa crimina oppoſita, tenentur actione iniuriarum. Et eſt communis opin. vt dicit Boſſ. in titu. de iniu. nu. 21. Nam generaliter obiiciens aliquod crimen in iudicio, ſiue agendo, ſiue excipiẽdo, ſi illud probat, non tenetur; & in hoc conueniunt oẽs, vt dicit Boer. conſi. 4. nume. 57. Si uerò non probat, tenetur, etiam ſi excipiendo illud propo-

propoſuerit, & eſt communis opin. ut dicit Boer.in d.conſi.4. nume. 37. in fi. Dicit tamen Boer.ibi poſt nume.49.quòd de generali conſuetudine regni Franciæ ille, qui opponit excipiendo contra teſtes,non tenetur, etiam ſi non probet.Et ego etiam nunquam vidi in hoc Ducatu ſuper hoc procedi.Semper autem aduocati in exceptionibus, quas faciunt contra ipſos teſtes, apponi faciunt proteſtationem, quòd citra animum iniuriandi &c.prout etiam communiter fieri ſolere atteſtatur Boer. in conſi. præallegato, nume.23.

5 Secvndvm caput † reſpicit proceſſum ipſarum atteſtationum, quia ſcilicet teſtes ipſi minus legitimè recepti ſint, puta quia ſine iuramento depoſuerint, vel aliàs minus legitimè examinati fuerint, nõ ſeruatis his, de quibus dixi ſupra lib.ſecundo, §. Teſtis, vel quia fortè recepti fuerint ſuper generali inquiſitione, quo caſu fidem non faciunt, niſi repetantur,vt dixi ſupra,q.11.uer.Item quæro.

6 Tertivm eſt † caput reſpiciens dicta ſeu depoſitiones ipſorum teſtiũ, puta quia ſint falſi,contrarij,ſingulares, & ꝗ non concludenter deponant,vel huiuſmodi.

7 Frequentiſſimè † autem in iudicijs criminalibus verſatur exceptio falſi, quæ contra teſtes opponitur, nam his temporibus rarò ſiunt proceſſus in cauſis criminalib. in quib. vel ad offenſam uel ad defenſam non examinentur teſtes falſi, & pluries etiam vidi ex vtroque latere teſtes falſos examinatos fuiſſe,quod non aliunde procedit,niſi quòd iudices hoc delictum nimis leuiter caſtigant. Et licèt à conſtitutionibus huius Ducatus ſit pro eo grauis pœna impoſita, illa tamen non ſeruatur,prout ſeruari deberet,de quo ego multoties exclamaui in ſenatu; arbitror enim nullum crimen eſſe pernicioſius reipublicę, quàm crimen falſi, & ideo eſſet ſeueriſſimè caſtigandum. In hac autem materia facienda eſt concluſio, quòd teſti, qui in ſua diſpoſitione falſum dixiſſe conuincitur,tanquam periuro nulla eſt fides adhibenda. Et hæc eſt communis opin.ut dicit Alex. conſi.152.nu.10. lib. 7.

8 Sed quæro,† pone quòd teſtis in uno falſum dicat, nunquid eius depoſitio uitiabitur in totum,ita ut nullam prorſus fidem faciat? Reſpon. quòd ſic, nam iuramentum eſt indiuiſibile, meritò ubi teſtis eſt in uno ſuſpectus, totum eius teſtimonium redditur ſuſpectum, & quando eius dictum in uno reprobatur,non creditur ei neque etiam in alijs. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Alex in l.ſi ex falſis,nume.13.C.de tranſac. & conſi.27.nume.3.lib.2.refert Deci.conſi. 105 poſt nume.5.uer.Similiter teſtis.& Gratus conſi.2.nume.18.lib.ſecundo, Idem etiã dicit Alexan. conſi. 133. nume. 7.lib.j.& in d.conſi.152.nume.10.li.7.& conſi.183.poſt nume.2.eo.uo quem refert Cotta in uerbo. Iuramentum eſt quid.Soc.conſi.136.nume. 9.lib.j.quod eſt duplicatum conſi. 155. lib. 2.Marſi.ſingu. 76 communis concluſio. Alcia.in l.j.§.ſed & ſi mihi,num.83.ff.de uer.obl.Parſi.conſi.88.nume.82.lib.3.Apoſtil. ad Crottum de teſtib poſt nume.388.quem refert Gratus conſi.152.nume.13.lib.ſecundo. Et hæc concluſio locum habet, ſiue capitula,ſuper quibus talis teſtis depoſuit,ſint ſeparata,ſiue ſint connexa,nam utroque caſu eius teſtimonium tanquam unicum, & ſuper unico iuramento fundatum nihil ualet.Et dicit Albe.in d.l.ſi ex falſis, nume.5. C. de tranſact. quòd in hac opin. ſunt communiter Doctores. Hanc etiam dicit eſſe communem ſententiam Alber. de teſtib. in tertia parte principali, nume.25. & ſequen. & ſiue illud dictum falſum præcedat,ſiue ſequantur alia dicta,ex quibus probat, & eſt communis opin. ut dicit Soci.Iun. conſ.41. nu.13.& ſeq lib. 2.

9 Scias tamen, † quòd hæc concluſio intelligenda eſt ut procedat, quando teſtis falſum depoſuit circa factum principale, uel qualitates ſubſtantiales,ſecus autem ſi circa alia extrinſeca,nam eo caſu non dicitur falſus,neque vitiatur eius depoſitio, & ita concludunt omnes,ut dicit Imola in l.j.§. ſi qs ſimpliciter,nu.35.col.3.uer.Item inducitur per Bal.ff.de uerbo.obliga. & dicit Alexan. conſ.88. nume.19. lib. 5. quòd ita communiter concluditur; ſufficit enim,quòd teſtes in facto principali conueniant, & dummodo in eo ſint concordes,non nocet quòd ſint uarij vel contrarij in acceſſorijs. Et hoc eſt commune dictum maiorum noſtrum, ut ait Soc.Iun.conſ.102. nume.6.lib.3. Hanc etiã dicit eſſe communem regulam Dec. in d.cõſi.105.poſt num.2.ver. Venio ad ſecundum, & conſ.602.nu. 9.Hanc etiam eſſę communem opin.atteſtatur Alex. conſ.47.nu.5.libro ſecundo.

10 Prædicta † autem omnia locum habent, quando unus teſtis ab alijs de falſo conuincitur

titur, ſed quãdo ipſemet teſtis unum dixit,
b aliquando aliud totum contrarium, *c* magna
eſt altercatio inter ſcribentes, an ei ſit credẽ
dum, & an ſtandum ſit primo vel ſecundo
dicto. Et in hac quidã quæſtione aliqui fa-
ciunt ſimpliciter regulam, quòd primum di
ctum teſtis regulariter attẽdi debet, & dicit
Dec.conſi.175. nu.7.in fi. ꝙ ita tenent com-
muniter Doctores, quem refert Grammat.
voto 34.col.2.Idem etiam dicit Dec.conſil.
189.nu.6.& poſt, nu. 10.uerſi. Secundo prin-
cipaliter; in quibus locis refert Corn.conſil.
27.colum.pe.lib. 3.ita dicentem; qui tamen
hoc expreſſe dicere non uidetur, licet alle-
get communiter cano.in c.cum cauſam. de
teſtibus ita tenentes. Eundem etiam Corn.
tanquam atteſtantem hanc eſſe communẽ
opi. refert Gratus conſi. 42.nume. 29.lib.1.
Alij uero ſimpliciter faciũt regulam in con-
trarium, quòd ſimpliciter quãdo teſtis vario
modo loquitur, ſecundum dictum attendi
debeat. Et hanc dicit eſſe communem opin.
Dec. ſibi contrarius conſi. 429. nu.7. Tu ve-
rò pro reſolutione huius qõnis, quæ ſatis
confuſe tractatur à doctorib. diſtingue non-
nullos caſus.

11 PRIMVS caſus eſt, † *d* quando teſtis pri-
d mò dixit vnum extra iudicium, deinde in
iudicio depoſuit contrarium eius, quod ex-
traiudicialiter dixerat. Et hoc caſu Bar.in l.
eos, nu.4.ff.de falſis, tenuit, ꝙ ſit ſtãdum pri-
mo dicto, & ꝙ pro ſecundo puniendus eſt
tanquam falſarius; nihilominus magis com-
munis opi, uidetur eſſe contra Bart. ſcilicet
quòd immo ſtãdum ſit ſecundũ depoſitioni
e factæ in iudicio. *e* Et ita dicit communiter
teneri Ang. de maleſi in uerbo Falſario, nu.
23. Corn.conſ.58.in littera I.lib.1.ubi dicit
quòd in hoc omnes concordant. Hãc etiam
opi. dicit eſſe communẽ Abb.in c. per tuas.
num. 11.de probatio. prout illum refert Fer
ret.conſi.196.nu.19 licet in libro meo id nõ
dicat. Alex.conſ.74.nu.8.lib.1.& conſ.222.
nu.13.li.2.quem refert Crauetta conſ 6.nu.
7. Corn.conſi 297. circa fi lib. 1.Tyndar.de
teſtibus. lib. 2.ca.1. nu.7.Ang.de Vbald. in-
ter conſilia criminalia diuerſorum conſil.
73.num.1.lib. 2.Bertachi. in nerbo Falſitas,
numero. 103.Riminal.conſi. 48. numero 7.
vbi Apoſtil. Thomas Ferrat. cautela. 13.
Quæſtio eſt. Et dicit Felyn. in capitu. cum
in tu, nume, 10. de teſtibus, quod hæc pars
eſt communior, & nerior, quem refert
Boer.deciſ.108.numero 2.& conſilio 40.nu
me.116. & Grammat. conſil.65.numero 6.
& Apoſtil.ad Crott.de teſtibus, poſt nume.
435. in verbo. Non tollitur. Idem etiam
dicit Aret.in d.c.per tuas, in ultimis nerbis.
Fel.in cap.inquiſitioni, §.tertiæ, circa fin.de
accuſa. quem refert Didac. lib.2.reſolutio-
num, ca.13.num. 7.Dec.in d.c.per tuas, nu.
41. de probatio. Ruin.conſil.57.poſt nume.
8.lib.1.Boſ.in titu.de oppoſ. cõtra teſtes, nu
me.3.Menchiaca controuerſ. vſu frequentiũ
cap.32.nume. 4. Illud etiam dictum Barto.
communiter reprobari ait Cœpolla, conſil.
crimi.61.uerſi. Tertio quia Publicus ſuper
conſuet. Aluer.fol. 28.numero 49. Et quod
hoc caſu præferrendum ſit ſecundum dictũ
iuratum, & in ſcriptis ſolemniter receptum
dicit eſſe communem Alexander conſil.66.
nume.20.lib. 6.Marſil. ſing.212.Communis
omnium. bene uerum eſt, quod debilitatur
fides huiuſmodi teſtis, & ita dicit fateri om-
nes Doctores Areti.conſi.71.colum.2.num.
1. in fi. quem refert Boſſ. in loco prællega-
to, & ideo poterit teſtis torqueri, ut dixi ſu-
f pra queſt.25. uerſ. Sed pone. Scias tamen, *f*
quòd ſi teſtis illud, quod dixit extraiudi-
g cialiter, dixſſet cum iuramento *g* deinde
contrarium etiam iuramento depoſuiſſet
iudicialiter, tunc fortè procederet opi. Bar.
vt ſcilicet poſſet de perinrio condemnari,
ex quo reperitur poſitus inter dno iuramen
ta contraria. Et hanc dicit eſſe communem
doctorum opi. Camerar.in conſi.ſuo matri-
moniali, poſt conſilia Zabarel.num.5.quam
etiã ſe uidiſſe in practica obſeruari atteſta-
tur Boſ.in loco præal.

12 Secundus eſt † caſus, quando teſtis depo-
ſuit vnum iu iudicio cum iuramento, dein
de extra iudicium illud dictum reuocauit,
Et hoc caſu ſtandum eſt eius primo dicto iu
diciali. Et hæc eſt communis opin. ut ſentit
Gratus conſilio 59. nume. 26.lib.ſecundo,
Menchiaca in d.ca. 32.poſt 32.poſt nume.3.
uer. Tertio caſu, & hoc etiam ſi teſtis talem
reuocationem faceret in articulo mortis
conſtitutus. Et ita uidetur tenere Bar.in l.ſi
quis in graui, §. ſi quis moriens, in ultimis
verbis, ff. ad Sylle.& in d.l.eos, nume 4.qui
in hoc cõmuniter approbatur, ut dicit Ale.
in l. ſciendum, nu.33. in fi.ff de uerbo.obli-
gat. quem refert Didacus in d.capitu. 13.nu
mero 7. in fi. Curt Iun.in l.1 numero 36 ff.
ſi certum petatur. Marſi. in Rub.de fideiuſ.
poſt nu.36. Simancas de hære.cap. 62.num.
29.Plot.in repet.l.ſi quando, poſt num.651.

13 Tertivs eſt,† caſus, quando teſtis in vno indicio deponit contrarium eius, quòd depoſuerat in alio iudicio. Et hoc caſu quũ vtrunque dictum ſi iuratum, certum eſt, ꝙ poteſt tanquam falſarius puniri. Et eſt communis opi. vt dicit Camerar. in d. conſi. matrimonialis, nu. 3. & in hoc nulla videtur eſſe difficultas. Punctus eſt, quod dictum attendi debeat, ſcilicet primum an ſecundum, Et in hoc variæ ſunt ſcribentium opiniones. Aliqui enim dicũt, ꝙ ex quo apparet, quòd in altero dicto falſus, ei non creditur neque in una, neque in alia cauſa. Et hanc dicit eſſe communem opi. Rui. conſ. 75. poſt nume. 8. lib. j. Alij uerò dicunt ꝙ ſi teſtis reuocet primum dictum in alio iudicio, ſiue ciuili ſiue criminali, ſtatur primo dicto. Et hanc dicit eſſe communem Alciat. de præſumpt. in ſecunda reg. præſumptio. 29. nu. 7. quem refert Menchiaca in d. c. 32. nu. 1. Et hæc opi. mihi magis placet. Quum enim iam ex primo dicto iudiciali & iurato quæſitum ſit ius parti, non debet illud ab ea ſine ius culpa vel facto auferri poſſe. Faciunt ea, quæ dixi ſupra ver. Secundus eſt: Debilitatur tamen primum dictum quo ad fidem probationis. Et hanc dicit eſſe communem Dec. in d. cõſi. 189. col. 3. prout illum refert Boſſ. in titu. de oppo. contra teſtes, nu. 6. Benè uerum eſt, quòd ſi eſſemus in caſibus, in quibus etiam liber homo non admittitur ad teſtificãdum niſi cùm tormentis, tunc ſtandum eſſet illi
h dicto, *h* in quo perſeueraret in tormentis, licèt in alio iudicio ciuili contrarium depoſuiſſet. Si uerò ſemel benè depoſuiſſet in ciuili iudicio, licèt deinde reuocaret in tormentis, ſtaretur primo dicto. Et hæc eſt cõmunis opin. ut dicit Alcia. in d. præſumptione 29. circa fin. Quod intellige ut procedat, quando primum dictum nõ fuiſſet cum tortura confirmatum, nam hoc caſu licèt perſeueraret in reuocatione in tormẽtis, adhuc crederem ſtandum eſſe primo dicto. Scias etiam, quòd ſi prima depoſitio facta fuiſſet in iudicio nullo, & ſecunda in iudicio valido, tunc ſtandum eſſet ſecundę depoſitioni; nec noceret ꝙ dixiſſet contrarium in iudicio nullo, ſecundum glo. in c. cùm cauſam, in glo. fi. de teſti. quam ſequuntur omnes, vt dicit Fel. in d. c. cùm in tua, nu. 5. Areſaten. in Apoſtil. ad Alciat. in d. præſumptione 29. in fi.

14 Sed quid † ſi teſtis in primo iudicio dixerit nihil ſcire, deinde in ſecundo deponat de veritate facti? Reſpond. ꝙ nihil probat, & hæc eſt omnium concluſio, ut dicit Ang. de Vbal. inter conſ. crim. diuerſorum conſ. 73. nu. 23. in fi. lib. 2. dicens ꝙ ita tenent omnes nullo diſcordante.

15 Qvartvs eſt† caſus, quando teſtis in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas cõtraria teſtimonia depoſuit. Et in hoc puncto eſt diſtinguendum; nam aut teſtis eſt ſibi contrarius in eadem depoſitione, aut in alia depoſitione contradicit primæ ſuæ depoſitioni. Si eſt contrarius in eadem depoſitione, aliqui ſimpliciter dicunt ꝙ eo caſu non ſtatur alicui dicto; primo ſcilicet, nec ſecundo, imò in totum reijcitur tanquam falſus. Et hanc dicit eſſe communem opin Alciat. de præſumptio. in d. præſumptione 29. nu. 6. quem refert pract. Conra. fol. 120 poſt nu. 10. Menchiaca in d. c. 32. nu. 9. in fi. Tu verò dic, ꝙ aut teſtis in eodem examine contraria deponit ſine iuſta correctionis cauſa, & tunc illi prorſus non creditur. Et hoc omnes paſſim fatentur, ut ait Didac. lib. 2. reſolutionum, in d. c. 13. poſt nu. 8. uer. Cæterũ ſi teſtis, neque etiam reducitur ad concordiã ut probet. Et hæc concluſio communiter approbatur, ut dicit Crot. de teſtib. num. 328. & ſeq. Et hoc non ſolum ſi ſit manifeſta contrarietas, & non de facili concordabilis, ſed etiam aliquo modo compatibilis. Et eſt cõmunis opi. vt dicit Alexan. conſi. 20. nume. 3. lib. 4. quamuis illum in contrarium alleget Sigiſmund. conſi. feudali 49. nu. 7. tenẽs ꝙ quando contrarietas eſt facile concordabilis, debet ad concordiam reduci etiam ut probet. Et ibi etiam refert Fel. in ca. cùm tu. de teſtibus, atteſtantem ꝙ hæc eſt communis opi. Ego tamen non reperio Feli. ibi nu. 1. ubi loquitur de hoc articulo id atteſtantẽ & credo ꝙ contraria opinio ſit (vt dixi) utior & magis communis. Aut uerò deponi cõtraria in diuerſis examinibus, & tũc. Aut deponit contrarium ſecundo loco, nõ dicendo in ſpecie ſe errasse in prima depoſitione, ſed ſimpliciter loquendo, & tunc, modò ſecundum dictum compatiatur cum primo, debet, quantum fieri poteſt, ad concordiã reduci ſecundum Imo. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus, uerſi. No. ex tex. ff. de dam. infe. quem in hoc communiter ſequuntur Doctores, ut dicit Sigiſmundus in d. conſi. 49. nu. 6. in fin. Aut ipſimet teſtis dicit ſe uelle primum dictum ſuum corrigere, & tunc, ſi quidem illud uult facere incontinenti, eſt admit-

admittendus, cap. præterea. de teſtibus cogend. Et dicitur hoc caſu incontinenti, antequam teſtis ipſe alloquatur partem. Et ita communiter ſeruatur, ut dicit Fel. in d. cap. præterea, nu. 9 quem refert Capic. dec. 142. nu. 9. Si uerò velit illud corrigere ex interuallo, non auditur, ſed tanquam periurus & falſarius puniri debet. Et in hoc conueniūt, vt ait Didac. in d. c. 13. poſt nu. 8. verſ. Cæterùm, ibi, tertium eſt, ſtandum eſt tamen eius primæ depoſitioni. Et hæc eſt communis opi. ut atteſtatur Didac. in loco præallegato, ſecundum quam intelligendus eſt Corn. & Dec. in conſilijs per me relatis ſupra, verſic. Prædicta autem. In hoc tamen Ducatu hæc opin. ſeruatur in cauſis criminalibus, nam ſi teſtis reuocet primam depoſitionem, quia dicat ſe erraſſe, vel falſum depoſuiſſe, tunc ponitur in tormentis, & illa depoſitio, quā confirmat in tortura, ſolet attendi. Et ita ſeruandum eſſe reſcripſit ſenatus commiſſario Aronæ, 30. Ian. 1557. P. N. Benè uerū eſt, ꝙ ex quo talis teſtis omnino eſt periurus, punit̃ de falſo, vt ſupra dixi, ꝑtereaque etiam eius primo dicto nō adhibetur plena fides, tanquam dicto integri teſtis, ſed multum de eius fide diminuitur, adeò ꝙ eius dictum ſine alijs adminiculis non ſufficeret ad torturam contra reum, ſed ſolummodo ad inquirendum. Et hanc dicit eſſe cōem opin. Menchiaca in d. c. 32. nu. 9. Et aduerte, quia licèt (ſecundum aliquos) ad hanc torturam, quæ fit ad confirmationem huius ſecundæ depoſitionis, deberet pars citari, ex quo agitur de eius magno præiudicio, ſ. de reuocatione primæ depoſitionis in eius fauorem factæ, nihilominus hoc ex conſuetudine non ſeruatur, ut dicit Boſſ. in titu. de oppoſ. contra teſtes, poſt nu. 1. ver. Quo verò ad primam. Ego etiam puto in huiuſmodi reuocationibus multum eſſe tribuēdum arbitrio iudicis, qui conſiderare poterit ex illis depoſitionibus contrarijs, quæ videatur magis veriſimilis, & cum qua concurrāt plura adminicula, & illi adhærere, præſertim ubi ſubeſſet aliqua ſuſpicio ſubornationis, ut quotidie contingere videmus in practica. Aut verò non ipſemet teſtis, ſed aliqua partium petit ipſum teſtem iterū examinari, & tūc ſi eſt illa pars, contra quā teſtis depoſuit, non debet audiri, ſubeſt. n. magnus timor ſubornationis. Si uerò eſt illa pars, in cuius fauorem teſtis depoſuit, utique auditur; & ſi teſtis deinde uariet, & diuerſa ſeu contraria deponat, tunc ſtandum eſt ſecundo dicto. Et ita cōiter tenetur, ut dicit Albe. in l. fi. nu. 2. C. de teſtib. & ſibi imputet pars, quæ petijt illum iterum examinari. Ex hoc. n. cenſetur eius primo dicto renunciaſſe. Conſulo tamē iudicibus, præſertim in cauſis criminalib. ut quantum fieri poteſt, caueant ab huiuſmodi repetitionibus teſtium, quæ fiunt ad inſtātiam partium, nam ſæpenumero proceſſus inuoluunt, ac deſtruunt, magnamq; præbent occaſionem ſubornationibus, & falſitatibus teſtium.

16 Vnvm etiam † volo ut ſcias in hac materia, ꝙ quando teſtis primo loco depoſuit per uerbum, Credo, & ſecūdo loco deponit per verbum aſſertiuum ueritatis, eo caſu ſemper ſtandum eſt ſecundo dicto. Ita uẽ ſentire glo. ordinaria in l. de tutela, in uerbo, Probata, C. de in integ. reſti. mino. dicens ꝙ hodie poſſum credere unùm, & cras aliud, quæ in hoc cōiter ab omnibus approbatur, ut dicit Soc. conſi. 92. numero 7. lib. 3. Crot. de teſtibus. poſt numerū 343. Tyndar. de teſtibus lib. j. capitu. 5. nume. 1. Foller. in prac. cri. fol. 25. nu. 44.

17 Qvintvs eſt caſus, † qñ teſtis non contrariatur de directo ſuæ depoſitioni, ſed negat ſe ita depoſuiſſe, ut à notario ſcriptum reperitur; & tunc eſt diſtinguendum, nam Aut tractatur de puniendo teſte de falſo, & hoc caſu tantum creditur teſti, quantū notario, ut dixi ſupra hoc eo. li. §. Falſum, ver. Pone teſtis. Aut tractatur, cui plus credendum ſit an notario, qui dicit teſtem depoſuiſſe ut ſcriptum eſt, an uerò teſti id negan-
i ti, & tūc plus creditur notario. *i* Et hæc eſt cōis diſtinctio, ut ait Thomas Ferrat. caute la 26. licèt condecens. Foller. in pra. crim. fo. 244. nu. 15. Ad euitandas tñ omnes controuerſias, bonum eſſet, ꝙ iudices aſſiſterēt notarijs recipientibus dicta teſtium, nam eo caſu non auditur teſtis poſtea dicens ſe non ita depoſuiſſe, ut ſcriptum eſt à notario præſente iudice, immo ſi contrarium poſtea deponat, poteſt etiam de falſo puniri. Et hæc omnia bene nota, quia frequentiſſimè contingunt.

18 Dixi etiam † contra teſtes opponi ſolere, quòd ſunt ſingulares, nam teſtes ſingulares non ſufficiunt ad plenam probationem, ut dixi in d. §. Teſtis, præſertim in cauſis criminalibus, prout tenere ſcribētes omnes affirmant Marſil. conſilio j. numero 25. & conſequenter neque ad condemnationem,

nem, ſed ſolummodo faciunt indicium ad torturam, iuxta ea quæ dixi ſupra quæſtio. 21. verſi. Vnus teſtis. Et hæc concluſio de plano procedit, quando agitur de probando aliquo delicto in ſpecie, K nam eo caſu debent teſtes eſſe conteſtes, ut ſufficiant ad condemnationem. Sed quid ſi agatur de probando delicto in genere, puta aliquem eſſe hæreticum, adulterum, uſurarium, ? blaſphematorem, uel huiuſmodi, nunquid teſtes ſingulares, qui deponant unuſquiſq; eorum de diuerſis actibus, ſufficient ad concludentem probationem? Reſpond. Aliqui dixerunt ꝗ ſic, & in propoſito probãdi aliquã mulierem eſſe inhoneſtæ uitæ, atteſtatur hanc eſſe communem opin. Alexand. conſi. 13. nume. 24. lib. 7. Idem in eodem propoſito atteſtatur Alba. conſi. 25. nume. 1. Idem (loquendo in propoſito adulterij) atteſtatur Ferret. conſi. 168. poſt nume. 14. & nume. 15. allegans alios idem atteſtantes, quos ego cũ alijs multis retuli in d. §. Teſtis. poſt glo. in l. ob carmen, §. fi. in glo. fi. ff. de teſtibus. Alij uerò dicunt totum oppoſitum, ꝗ ſcilicet etiam hoc caſu teſtes ſingulares non ſufficiant. Et hanc atteſtantur eſſe communem opin. Menchiacæ in prima parte teſta. §. 4. nume. 45. & loquendo in propoſito criminis adulterij Io. de Amicis conſi. 127. nu. 1. Ego aliquando cogitabam, quis eſſet ſenſus doctorum ita loquentium de probando delicto in ſpecie, uel de probando delicto in genere. Et credo ꝗ (ſecundum eos) tunc dicatur agi de probando delicto in ſpecie, quando tractatur de puniendo aliquem criminaliter. Et hoc caſu verior ſit ſecunda opin. ꝗ ſcilicet teſtes ſingulares non probent aliquem eſſe adulterum, uel hæreticum, uel vſurarium, & ita ſemper vidi ſeruari, prout etiam loquendo de hæreſi, dicit Simancas de hæret. c. 62. nu. 24. quòd hanc opin. uſus iudiciorum ſanctę Inquiſitionis comprobauit. Quinimò ad probandum hæreſim, neque etiam ſufficerent teſtes ſingulares cũ fama. Et hanc atteſtatur eſſe communem Lapus in allegatione de hæreſi, §. 12. quem refert Simancas de hæret. c. 50. nu. 1. Tunc verò agi dicatur de probando delicto in genere, quando agitur non de pęna infligenda, ſed ad alium finem, puta excipiẽdo de adulterio ad priuationem dotis, vel de alio crimine ad diminuendam fidem teſtis. Et hoc caſu fortè procedere poſſet prima opi. quam tamen ego puto reſtringendam eſſe iuxta ea, quæ dixi in d. §. Teſtis. Benè uerum eſt, ꝗ iſti teſtes ſingulares multum faciunt ad aggrauandum reum, contra quem deponũt, ſcilicet quo adhoc, ut acrius torqueatur, vel ut ſeuerius puniatur.

19 SED quid † ſi Epiſcopus faciat ſtatutum, ꝗ crimen uſurarum poſſit probari per teſtes ſingulares, nunquid tale ſtatutum valebit? Rñ. ꝗ non, ita conſuluit Feder. de Senis conſi. 17. quem communiter Doctores ſequuntur, ut ait Foller. in prac. crim. cano. fol. 229. nu. 17. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Abb. in c. cùm in diœceſi, circa fi. de vſuris, quem refert Iaſ. conſi. 78. col. 2. ver. Secundo principaliter, lib. 3. & Dida. li. 3. reſolutionum, c. 3. poſt nu. 5.

20 SED quid † ſi aliquis Princeps dicat teſtimonium contra reum, nunquid ei ſoli creditur? Reſpond. Aut agitur de modico præiudicio, prout eſt inquirere & procedere cõtra reum, & hoc caſu creditur ſolius Principis aſſertioni, ut dixi ſupra quæſt. 6. uerſicu. Præterea ſcias. Aut uerò agitur de magno præiudicio, & tunc aliqui dicunt, loquendo de ſummo Pontifice, quòd nullo modo creditur eius aſſertioni in facto tertij. Et hanc dicit eſſe communem opi. Soci. inter cõſilia Curtij ſenioris, conſi. 20. poſt nu. 12. Alij uerò loquendo pariter de ſummo Pontifice, dicunt quòd imò ſtandum eſt eius aſſertioni, & hanc dicit eſſe communem opi. Areti. in c. cùm à nobis, num. 7. de teſtib. nedum in his, in quibus Papa habet ſummam poteſtatem, ſed etiam in omnibus cauſis prophanis, etiam laicorum, prout illum refert Rui. conſi. 103. nu. 11. li. 5. Ego pro nunc de ſummo Pontifice nihil determino, quo uerò ad reges & principes ſeculares ſic diſtinguo. Aut princeps atteſtatur de eo, quod ipſe vidit, & illi ſoli creditur etiam ad condemnationẽ, arg. cle. literis, de probatio. Aut princeps aſſerit aliquid, quod ipſe intellexerit coram alijs fuiſſe geſtum, & non eſt ei ſoli credẽdũ, poſſet. n. Princeps malè ab alijs informatus fuiſſe. Et hoc caſu duo concurrerent ſpecialia. Primum ꝗ crederetur ei ſoli. Secũdũ ꝗ teſti deponẽti de auditu alieno adhiberetur fides, quorum utrunque eſt contra cões regulas, vt dixi in d. §. Teſtis. Benè verũ eſt, ꝗ ſi Impator diceret aliqd ſibi cõſtare ex relatione principũ ſibi facta, & rẽ eſſe adeò notoriã, ut nõ idigeret ꝓbõne, & reſcriberet proprio motu, tũc eſſet credẽdũ ei aſſertioni, ſm ferè oĩum opi. ut dicit Soc. conſ. 87. poſt nu. 19.

ſu.19.lib.3. ſaltem quo ad hoc vt transferretur onus probandi contrarium parti contrarium affirmanti, quod tamen ego in præſentia non affirmo.

t1 Præterea dixi, † ꝙ contra dicta teſtiũ opponi ſolet, ꝙ non concludant. Poteſt autem in primis allegari, ꝙ non reddant cauſam ſcientię, licèt enim regulariter teſtis non interrogatus ſuper cauſa ſcientiæ, non teneatur illam reddere, vt dixi ſupra lib. 2. §. Teſtes, eſt tamen ſpeciale in cauſis criminalib. vt teneantur teſtes etiam non interrogati

m reddere cauſam ſcientiæ, *m* aliàs non probant, neque faciunt indicium. Ita dixit Innoc. in ca. cùm cauſam. de teſtib. quem omnes Doctores ſequuntur, teſte Marſil. conſi. 50. nume. 10. Et hæc eſt communis opin. ut ait Bald. conſi. 182. nume. 2 li. 4. prout illum refert Noue. in pract. crim. fol. 114. nume. 15. & Viuius in libro communium opi. fol. 271. ver. Teſtes in cauſis, quamuis in libro meo id non dicat. apoſtil. ad Fel. in d. cum cauſam. ſub nu. 2. de teſtib. ſecundum vltimam impreſſionem. Sed hoc intellige vt procedat in teſtibus, qui ad offenſam deponunt, ſed teſtes, qui deponunt ad defenſam, vtiq; probant, etiam ſi cauſam ſcientiæ non exprimant. Et hanc opinio. communem appellat Viuius in loco præallegato. Poſſunt autem & alia multa circa hoc teſtes deduci, ſecundum facti contingentiam, & prout latius dixi in allegato, §. Teſtis.

ADDITIONES.

a Contra teſtes.] Obiter hic quæro. An teſtium nomina aduerſario ſint edenda, vi. & dic, vt per Iacob. de S. Georg. in l. lege Iulia, nu. 3. de teſtibus.

b Generaliter ꝙ ſint periuri, infames.] Ad idem adde per Craue. in conſi. 262. nu. 2.

c Contrarium.] Adde ac plenè uide per Ange. de Are. in §. ſi de alia re. ſub nume. 4. Inſtit. de inutil. ſtipu. & in §. ſi minus. ſub num. 43. Inſti. de act. qui nu. ſeq. docet multis modis reduci teſtes ad concordiam, quod etiã dico in collect. mea commu. opin. cap. teſtis, numero 67.

d Primus caſus eſt.] Adde, & vide in materia plures caſus luculenter explicatos per Iaco. Menoch. tra. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 2. caſ. 208.

e Factæ in iudicio.] Adde etiam per Menoc. vbi ſupra nu. 22. qui nu. ſeq. tradit quinque declarationes no. dignas. Et vi. per Crau. d. conſi. 6. ſub nu. 46. 47. Aduerte tamen, ꝙ ex tali teſtimonio iudiciali non poteſt ad ſententiã diffinitiuam perueniri, ſed torqueri debeat teſtis, per Craue. conſ. 75. nu. 30. qui & nume. ſequen. dicit, ꝙ immò ſtatur dicto extraiudiciali, habenti plures præſumptiones pro ſe.

f Scias tamen.] Adde & plenius per Meno. vbi ſupra nu. 23.

g Cum iuramento.] Adde, vt per Campeg. tra. de teſtib. reg. 277. uer. 6. Fallit. & per Cępo. in terminis ſuo conſi. cri. 60. nu. 9. & col. 3. uer. Nec ob. qui in ſecundo principali dubio. col. pe. uer. ſuper ſecundo principali dubio, tenet, ꝙ ſi teſtes, qui in cauſa depoſuerunt, ponuntur ad torturã, & dicunt cõtrarium eius, quod uel primo, uel ſecũdo loco in indicio dixere, ſtandũ erit vltimo dicto in tormentis; & idem ſi primo dixerunt extra iudicium cũ iuramento unũ, & poſtea cum iuramento in iudicio dixerunt contrarium. Et ſub nu. 19. limitat duob. mo. illud qđ dixit ſtandũ eſſe ultimo dicto cũ tormẽtis. Itẽ nu. 18. docet cautelã pulcherrimã, ꝙ ſtetur vltimo dicto teſtis, ui. etiam quæ dixi in collecta mea com. op c. teſtis, nu. 52. Obiter ad materiam quæro, An teſtes qui ſemel depoſuere, poſſint petere ſibi legi primam eorũ depoſitionem, & ad eam ſe referre. An uerò compellãtur extenſe deponere. ui. & dic, ut per Oſaſc. deci. 128.

h Stãdum eſſet illi dicto.] Aduerte, quia illud non procedit quando teſtis eſt periurus: ut per Craue. eius conſi. 6. poſt nu. 16. Item ſcias, ꝙ concluſio illa, quòd ſtatur dicto teſtis in tortura, procedit in ciuilib. in quibus infamia teſtis purgatur per torturam, ſecus in criminalibus, ita poſt citatos per Craue. eod. conſi. 6. nu. 47.

i Plus creditur notario.] Sed quid ſi plures eſſent teſtes, qui omnes conuenirent, ui. per Nat. conſi. 392. Alex. conſi. 65. col. fi. volu. 2. & per Maſuer. ad pract. Papien. titu. de reſciſio. ſentent. gl. fuerunt unquàm præſentes.

* Non fuiſſe præſentes.] Ad illud ui. Soci. reg. mihi 515.

K De probãdo aliquo delicto in ſpecie.] Adde commune hoc eſſe, ut per Alban. in conſil. 25. numero 1. & Craue. conſilio 73. colum. 11.

l Hæreticũ, adulterum, vſurarium.] Adde de his omnib. per Iaco. de S. Georg. l. ob carmen. §. fi. num. 17. cum pluribus ſequentib.

Item, quòd teſtes ſingulares non probent, quando tractatur de probando aliquid in genere, magis communem vi. in collec. mea commu. opi. cap. teſtis, num. 77. Item quod non probent quem hæreticum vel vſurariũ adnotaui in d. mea collect. eod. capi. nu. ſeq. Item non probantur conſ. ... ibid. nume. 21. ſed plenè probant confeſſionem in genere vt ibi. nu. 22.

m Tenent teſtes etiam non interrogati reddere cauſam ſciẽtiæ.] Adde idem per Crau. in conſ. 2. & 56. nu. 3. conſi. 125. nume. 10. Et iſtud eſt verum, quo ad indiciandum ad torturam, non quo ad præſumptionem. Campeg. reg. 246. Sed quæ dicatur ſufficiens ratio. ui. per Boſſ. in tract. crim. titu. de oppoſi. contra teſtes à nu. 73. uſque ad num. 80. Et quibus caſibus ualeat dictum teſtis rationẽ non reddentis, habetur per Campeg. de teſtib. ſub reg. 193. & 342. & qbus caſibus nõ ualeat generaliter per eundem Campeg. in d. tract. reg. 192. & per Crot. eodem tract. 7. par. nume. 112. vbi plene. Sed plenius adnotaui in reg. meis Ciuil. iudi. §. cauſa ſcientiæ per teſtes. per totum.

Quæſtio LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Delictum non poteſt probari per inſtrumentum.*

2 *Acta facta in iudicio ciuili, non faciunt fidem in criminali, verſ. Item ſi producantur.*

3 *Et quid ſi illud iudicium ciuile erat ſuper crimine, verſ. Et hoc quidem.*

4 *Confeſſio procuratoris facta in iudicio ciuili, an præiudicet principali in iudicio criminali, verſ. Sed quæro.*

5 *Confeſſio principalis facta in iudicio ciuili, an ipſi præiudicet in criminali, verſ. Sed quid ſi exhibeatur.*

6 *Sententia lata in loco delicti, an ſit mittenda executioni in loco originis, verſ. Sed pene.*

DICTVM eſt de exceptionibus, quæ perſonas & dicta teſtiũ concernunt. Sed † quid ſi accuſator ad
1 probandum delictum produxerit aliqua inſtrumenta? Reſpond. Poteſt dicere reus, ꝙ delicta non probatur per inſtrumenta, ſolet ad hoc allegari, text. in c. cũ in eccleſijs. de maio. & obed. & eſt doctrina Bar. in l. in ſenatus, nu. 2. ff. ad Senatuſconſ. Turpil. quam dicit eſſe communiter approbatam Cur. Iu. in Aut. ſi quis in aliquo, poſt num. 34. ver. quarto aduerte, C. de edendo. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Berous in c. at ſi clerici, nu. 14 de iu. Et dicebat Dyn. ꝙ hæc opin. tenetur & ſeruatur pro euangelio; quẽ refert Gandi. de malefi. in titu. de pœnis, nu. 15. Hoc tamen intellige ut procedat, quando crimen conſiſtit in facto ſeparato ab ipſo inſtrumento, puta homicidium, furtum, adulterium &c. ſed ſi crimen conſiſteret in animo, prout eſt hæreſis, utique per inſtrumentum, in quo aliquis aſſereret aliquod hæreticum, poſſet crimen ipſum probari. Item ſi quis ratificet per inſtrumentum delictum commiſſum ab alio, pariter talis ratificatio, quæ etiam ipſa eſt delictum, ut dixi infra q. 87. uer. Quæro nunquid. poterit per ipſum inſtrumentum probari. Idemque ſi delictum conſiſteret in facto incorporato uel connexo ipſi inſtrumento, puta ſi aliquis faciat inſtrumentum contractus uſurarij, certè poterit delictum uſuræ probari per illud inſtrumentum. Et ita illam concluſionem declarat practica, quæ eſt optima legum interpres.

2 ITEM ſi † producantur aliqua acta, poteſt reus dicere, quòd acta facta in iudicio ciuili, non faciunt fidem in criminali. & ita communiter concluditur, ut dicit Fel. in cap. at ſi clerici, nume. 26. de iud. Ripa in l ſecunda, nu. 40. C. de edendo, quem refert Pract. Conr. fol. 283. nu. 10. in ſi. & Villalob. in ſua collecta communium opin. in litera A, poſt nu. 47. Diaz reg. 10. Sed hoc intellige ut procedat, quantum ad hoc ut plene probẽt, ſed benè faciunt indicium ad inquirendum, ut dixi ſupra q. 19.

3 ET hoc † quidem de plano procedit, quã do huiuſmodi cauſa ciuilis fuiſſet agitata ſuper aliqua re in controuerſiam deducta. Sed quid ſi fuerit intentata ſuper crimine, prout ſæpenumero contingit, iuxta ea quæ dixi in loco præallegato? Rñ. ꝙ adhuc talia acta, neque etiam ſententia ſuper ipſo crimine lata, faciunt fidem in iudicio criminali. Et eſt cõis opi. ut dicit Abb. in cap. per inquiſitionẽ, poſt nu. 12. de electione, quem refert Bero. in ca. qualiter & quando, nu. 87. de accuſ. apoſti. ad Ang. de malefi. in uerbo. Et ad querelam, col. pe. ner. Et aduerte.

4 Sed quæro, † nunquid confeſſio procuratoris facta in uno iudicio ciuili, præiudicet prin-

principali in alio iudicio criminali? Reſp. ꝙ non, & ita tenent communiter Doctores, ut dicit Bero. in loco præal. nu. 91.

5 Sed quid † ſi exhibeatur confeſſio ipſiuſmet principalis facta in alio iudicio ciuili? Reſpondeo, ꝙ (ſecũdum aliquos) plene præiudicat cõfitenti. Et ita uidetur tenuiſſe Specu. in titu. de actionibus, §. ſuper petitiorib: nume. 8. cuius opin. dicit eſſe communem Areti in c. cauſam quæ, nume. 17. & ſeq. de teſtib. quem refert Boſſ. in tit. quomodo procedatur per exceptio nu. 4 & in tit. de plutib. viol. poſt nu. 17. Idem dicit Publi. ſuper conſue. Aluer fol. 21. nu. 11. Mihi uerò ſemper placuit contraria opin. ꝙ ſcilicet huiuſmodi confeſſio facta in iudicio ciuili non faciat in iudicio criminali plenam probationem, ſed tantummodo ſemiplenam, & ſic indicium ad torturam. Quum enim ſit facta coram alio iudice, & ad alium finem, potius debet dici extraiudicialis reſpectu ſecundi iudicij, quàm iudicialis, meritò non debet ſufficere ad condemnationem, & ſi caſus contingeret, fortè ita ſeruarem, niſi vna cum ipſa confeſſione concurrerent alia indicia.

6 Sed pone, † quòd exhibeatur ſententia & condemnatio lata contra aliquem loco delicti, nunquid illa faciet fidem in loco originis vel domicilij, ita ut ſit excuſationi mittenda? Reſpon. ꝙ non, quãdo lata eſt per iudicem alterius territorij prorſus ſeperata ſ. quòd ſit ſub alio principe, uel ſub alio præſide prouinciæ, vt dixi infra quæſt. 96. verſicu. Item quæro. ſed tantummodo faciat contra eum indicium, ita ꝙ etiam aliter non conſtito de delicto poterit contra eum procedi. Et ſuperioribus annis ita deciſum fuit in ſenatu, & iuſſus detineri quidam Io. Ambroſius Plenus, ſubditus huius ducatus ratione originis, qui fuerat Pariſijs condemnatus ad furças pro vulneribus illatis cuidam, 4. Septembris 1560. A. C. Cæterùm ſine cauſæ cognitione non ſolent tales ſententiæ executioni condemnari. Et ita reſcripſit ſenatus prætori Cræmonæ 2. Auguſti. 1554. P.N.

Quæſtio LV.

SVMMARIVM.

1 *De exceptionibus, quę contra propriam confeſſionem proponi poſſunt.*

Confeſſio extraiudicialis non ſufficit ad probationem delicti. eo.

2 *Confeſſio facta coram iudico incompetenti non valet, niſi vt extraiudicialis, verſic Præterea etiam.*

3 *Et quid ſi facta fuerit parte præſente & acceptante, verſi. Vnum tamen.*

4 *Et quid ſi facta ſit coram iudice non ſedente pro tribunali, verſi. Item poteſt, Remiſſiuè.*

5 *Et quid ſi talis confeſſio emanauit extra cauſam, de qua agitur, verſicu. Poſſet etiam dicere.*

6 *Et quid ſi fuit extorta à iudice ſub ſpe impunitatis, ver. Allegare etiam.*

7 *Et an iudex poſſit huiuſmodi impunitatem reo promittere, ver. Circa primum.*

8 *Et an reus confeſſus ſub ſpe talis promiſſionis, poſſit ex ipſa confeſſione ad mortem condemnari, verſi. Circa ſecundum.*

9 *Et quid ſi non conſtet de delicto, an poſſit reus ex propria confeſſione condemnari. ver. Poteſt etiam.*

10 *Et quomodo dicatur condemnare de delicto, verſi. Quomodo.*

11 *Confeſſio facta à minore ſine authoritate curatoris, an illi noceat, verſi. Vlterius etiam.*

12 *Confeſſio facta ſuper proceſſu formato iuris ordine non ſeruato, an noceat confitenti, verſic. Item poſſet.*

13 *Et quid ſi facta ſit in tormẽtis. verſi Si verò.*

14 *Confeſſio cum qualitate adiecta, an poſſit pro parte acceptari, & pro parte reijci, uerſi. Poſſet quoque.*

15 *Et an ſaltem reus ſit mitius puniendus, verſi. Fortè poſſet.*

16 *Cautela, quõ debeant hoc caſu concipi verba cõfeſſionis, ver. Cautius igitur.*

17 *Reus an poſſit confeſſionem à ſe ſponte factam reuocare, ver. Sed pone.*

1 VISIS defenſionib. † quæ cõtra teſtes aut acta in iudicio exhibita, proponi pñt. Quæro, quid ſi reus cõfeſſus ſit delictũ, nunqd adhuc nõ obſtãte cõfeſſione poterit ad euitãdũ cõdẽnationẽ aliqd ad defẽſionẽ ſuã adducere? Rñ ꝙ ſic, & in primis põt dicere, ꝙ talis confeſſio fuit extraiudiciali, quæ quidem non ſufficiat ad probationẽ delicti. Et ita cõiter dr̃, vt ait Paris Put. de ſynd. fo 439. c 3. ĩ primis uerbis, ita ẽt tenere cõiter Doctores at teſtatur Alb in l qm̃, nu 1. ff. de infamib. Bene uerũ eſt, ꝙ talis confeſſio extraiudicialis ſufficit ad torturam, ut dixi ſupra q. 21. uer. Confeſſio extraiudicialis.

2 Præterea etiã,† ſi confeſſus fuerit delictũ in iudicio,poterit dicere,ꝙ iudex erat incõpetens,talis enim confeſſio facta coram iudice incompetens non ualet in vim iudicialis confeſſionis,ſed tantũmodo valet vt extraiudicialis. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Are.conſ.26. circa fi.Alex.in l.ſeruus,num. 3. ff. de iureiur. & in l. magiſtratib.ff.de iuriſd.omnium iud.prout illum refert.Capic. dec. 179. nu.1.in fin. Et ideo non ſufficit ad probationem delicti, ut ſtatim dixi, ſed benè ſufficit ad torturam, ut dixi in loco præallegato.

3 Vnvm tñ† ſcias in hoc ꝓpoſito,licet cõfeſſio criminis facta extraiudicialiter vel coram Iudice incompetenti regulariter non præiudicet ad plenã ꝓbatiõnẽ, ſi tñ facta fuerit parte præſente,& acceptante,eo caſu facit plenam fidem contra confitentem. Ita vr̃ ſentire Abb.in ca. at ſi clerici, poſt num. 16. verſicu. Si uerò confeſſio, de iudi. quod dictum ſequuntur communiter Doctores,vt ait Berous in eo. c.at ſi clerici,num.142 Bene verum eſt, quòd hoc caſu requiritur, ꝙ pars talem confeſſionem expreſſe acceptet, nec ſufficeret tacita acceptatio, ſecundum communem opi. de qua atteſtatur Berous in loco præallegato,nu.243.Sed certe quicquid ſit de iure, ego ſemper vidi in practica obſeruari, ꝙ tales confeſſiones non præiudicant confitentib. ad plenam probationem,ſi deinde illam reuocant, ſed tãtũmmodo torquẽtur,ut in ea perſeuerent, niſi forte cum huiuſmodi cõfeſſione concurrerent tot alia argumenta, ex quib.poſſet dici,ꝙ omnib.ſimul iunctis de crimine plene liqueret.

4 Item poteſt†dicere, quòd iudex eſſet competens,ſed ꝙ talis confeſſio facta fuit corã ipſo iudice non ſedente pro tribunali, & ſic tanquã coram priuato;talis enim confeſſio non dicitur iudicialis, ita ut reus poſſit ex illa condemnari, ſed tantumodo facit iudicium ad torturam,ut dixi ſupra q.21.ver. Sed hic cadit.

Poſſet etiam†dicere,quòd talis confeſſio emanauit extra ipſam cauſam,de qua principaliter agitur. Hæc tamen defenſio nõ eſſet multum tuta,quia quando de delicto cõtingente cauſam , de qua agitur,conſtat per confeſſionem ipſius delinquentis, tunc poteſt ex ea puniri etiam pœna ordinaria, licet directo actum non fuerit contra confitẽtem, & in hoc omnes conſentiunt, vt dicit Abb.in c.cum ſuper,num.13.de confeſ.Hãc etiam opinio. dicit eſſe communem Are. in c.cauſam quæ,nu.17.de teſtib.de quo mentionem feci ſupra q.prox. verſic. Sed quid ſi exhibeatur.

6 Allegare etiam† poſſet, ꝙ talis confeſſio fuit extorta à iudice cum promiſſione impunitatis, *a* quo caſu non uidetur ex ea poſſit condemnari. Et ita reperio in facti contingentia,quòd quędam Catherina Candolia, quæ coram prętore Vogonę con feſſa fuerat ſe partum necaſſe,quum deinde aſſereret illam confeſſionem à ſe per ipſum prætorem blandis verbis miniſq; extortam fuiſſe,idq; probaſſet coram prætore Intri per ſenatum ad id delegato, fuit tantummodo torturæ ſubiecta.Et quũ perſtitiſſet in negatiua,fuit abſoluta,27.Iul.1558.P.N.Sed in hoc propoſito duo ſunt videnda.Primum,an iudex, ut veritatem eliciat à reo, poſſit aut debeat huiuſmodi promiſſiones facere.Secundum, an facta per eũ tali ꝓmiſſione teneatur aut debeat illam obſeruare.

7 Circa primum† dicendum eſt, quòd poteſt iudex ad eruendam veritatem talem promiſſionem impunitatis reo facere. *b* Et eſt communis opi. ut dicit Apoſt. ad Dec.in l. ea eſt natura ſub nu.7.ff.de reg.iur.quem refert Placa li.1.delictorum,ca.37.nu.2.vbi per totum illud capitulum ſatis bene loquitur in hac materia.Certum eſt enim, quòd licet iudicibus indagandæ veritatis gratia aliquid ſimulare, ut colligitur ex Salomonis exemplo,de quo in c.afferte.de præſumptio.& eſt crebrior recepta ſententia,ut dicit Placa in d.c.37.nu. 1.in fi.Sed certe hæc opi.mihi nunquam placuit,hoc enim (iudicio meo) eſt illaqueare reum fraude & mendacio, quod cuilibet bono uiro, præſertim vero iudici, qui ueritatis amantiſſimus eſſe debet, uidetur ſummopere uitandum;neq; exemplum Salomonis quicquam facit, longe enim differt fictio ac ſimulatio,à mendacio ac deceptione. Finxit etiam quandoq; ſaluator noſter ſe longius ire, Lucæ 24. priuſque finxerat ſe nolle aſcendere ad diẽ feſtum, & tamen aſcendit. Ioan. 7.nõ tamẽ quenquam decepit, aut alicui mentitus eſt. Conſulo itaque iudicibus,ut ab huiuſmodi promiſſionibus, quantum fieri poteſt,abſtineant, atque alijs iuſtioribus modis ſtudeãt veritatem delictorum inuenire, prout etiã dixit Dyn. in tract. de quæſtio. quem refert Pariſ. Put. de ſyndic. fol. 485. capitu. 7. circa principium.

CIR-

8 Circa ſecundum † uerò, an ſcilicet poſſit iudex non obſtante huiuſmodi promiſſione reum ad mortem condemnare, uariæ fuerunt ſcribentium opiniones, nã Imo. conſ. 109. conſuluit, quòd reus uirtute talis confeſſionis extortæ, ut ipſe dicit, per do-
c lum, & fraudem, non poſſit condemnari. c Et hanc eſſe communem opi. dixit Cagnola in d.l. ea eſt natura, num. 18. in fi. licet dicat aliquando Taurini ſeruatum fuiſſe contrarium. Idem atteſtatur Remigius de immun. eccle. fol. 185. fallen. 26. in fi. Contrariam uerò ſententiam, ſ. quòd imò poſſit & debeat reus non obſtante tali promiſſione condemnari, tenuit Cy. in l. præſenti. C. de his qui ad eccl. confu. & in hanc ſententiam frequentius itum eſſe dicit Alciat. in l. natura, in fi. ff de uerb. ſign. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Apoſt. ad Dec. in d.l. ea eſt natura. ſub nu. præallegato, quem refert Viuius in lib. cõmunium opin. in uerbo Iudex promittẽs. Placa in d.c. 37. nu. 7. Valet enim talis cõfeſſio eo modo extorta, nõ ſolum qñ iudex dicit reo, ut narret ueritatẽ, qa nihil mali ſibi eueniet, ſed etiã, qñ expreſſe ei promittit, ꝙ liberabitur, modò ulterius doloſe agẽdo non procedat, ſecundũ opi. quam dicit eſſe magis cõem Boſ. in ti. de confeſſis ꝑ torturã, nu. 12. Ego certe ſuſpicor opi. Cy. eſſe magis cõem; nihilominus opin. Imolæ æquior vr, præſertim ubi promittens impunitatem delicti poterat etiam de ipſo delicto gratiã ſeu indulgentiã concedere, puta quia eſſet princeps, vel ab eo authoritatem habens tales gratias delictorum concedẽdi, tunc. n. omnino dicerem ſeruãdã eſſe ab eo promiſſionẽ impunitatis turpe enim eſt fidẽ fallere, & dicit Boſſ. in ti. de confeſ. per torturam, quòd ita ſemper uidit ſeruari, & reuera apud nos ita ſemper obſeruatũ fuit, & quotidie obſeruatur. Si uerò ſit promiſſa impunitas ab eo, qui non poteſt illam concedere. tunc ſibi imputet, qui credidit tali promiſſioni. Nunquam tamen huiuſmodi reũ condemnarem ex tali confeſſione ad pœnam ordinariam delicti, niſi eſſet alijs etiã indicijs grauatus.

9 Poteſt etiam † contra confeſſionem allegari, quòd non conſtat de delicto, nam ubi aliter non apparet de crimine, quàm per cõfeſſionem ipſius rei, non debet reus non ſola
d confeſſione ſua condemnari. d Et licet Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. de accuſ. §. fin. verſic. Sed pone, A. fuit accuſatus, dicat ꝙ contrarium ſeruatur de facto, & referat Guidonem de Suzaria idẽ dixiſſe, ut per Boer. deciſ. 259. num. 4. quem tamen locum Ioã. And. ego in lib. meo hactenus inuenire, non potui, attamen in hoc Io. And. male dixit, quia imò ſeruatur, ꝙ niſi aliter conſtet de delicto, nunquam reus condemnatur ex ſola confeſſione, ut etiã ſentire uidetur Marſil. in prac. crim. §. poſtquam, nu. 48. Et ideo dicit Ponzinib. de Lam. poſt num. 70. ꝙ iudex dẽt inquirere de ueritate confeſſionis, quia aliquando aliqui confeſſi ſunt delictũ, & poſtea reperti ſunt non deliquiſſe. Et ait ꝙ ita dicunt doctores, & illum refert Grã. conſi. crim. 16. poſt nu. 5.

10 Quomodo † autem dicatur conſtare de delicto, ad effectum ut ſuper eo procedi poſſit, dixi ſupra q. 4. Sed ad effectum, ut aliquis poſſit condemnari ex ſola confeſſione, ego ita diſtinguerem. Aut delictum, quod reus confitetur, eſt tale, quod ſolo animo perficĩ poſſit, ut eſt hæreſis uel ſimilia. Et tunc ex quo tale delictum uix aliter probari poteſt quàm per propriam confeſſionem, crederẽ, quòd ſola confeſſio, (modò eſſet ueriſimilis) ſufficeret. Aut verò eſt delictum, quod etiam facto committatur; & tunc ſi quidem reus confiteatur in genere aliqua delicta cõmiſiſſe, puta unum aut etiam plura homicidia, uel multa furta, non exprimendo in ſpecie quos homines interfecerit, aut cuius res furto ſubtraxerit, & certe non debet ex tali confeſſione condemnari. Et hic caſus nullam habet difficultatem apud Doctores, ut dicit Boſſ. in titu. de delicto, nume. 15. Si uerò confiteatur in ſpecie aliquod delictum, puta ſe aliquem certum hominem interfeciſſe, aut alicui furto certa bona ſubtraxiſ-
e ſe, e tunc eſt diſtinguendum; nam, Aut eſt delictum facti tranſeuntis, cuius ſcilicet nulla ſolent remanere veſtigia, puta adulterium, furtum, & ſimilia, & tunc ubi cum quærela partis concurrat etiam confeſſio rei, utique erit ſufficiens ad condemnandum, & ita uidemus quotidie obſeruari, teſte Boſſio in loco præallegato, nu. 19. ubi ẽt num. 21. ſubdit, quòd in furto practica eſt, quòd ſufficiat quærela partis, ubi uerò non adſit quærela partis, aut aliqua alia informatio, ſola confeſſio non ſufficeret. Et ideo iudices, quando fures confitentur coram eis maria, & montes, & plura furta ſe alibi commiſiſſe, debent mittere nuncios ad habendam informationem,

nem, aliàs ſæpe innocentes condemnarent, vt dicit Ang. de maleſi. in uerbo. Et ueſtē eç leſtem, nu. 25. quem refert Brun. de ind. & tortura, fol. 183 num. 10. quod pluries temporibus ſuis vidiſſe cōtingere aſſerit Igneus in l. 1 § item illud, poſt nu. 6. ff. ad Sylle. Et ita ſeruari atteſtatur Boſſ. in loco præallegato, poſt nu. 15. ver. Sed quid ſi quando. Et ita ſeruari debere priuſquam ſuſpenderentur quidam fures & latrones, qui plura delicta confeſſi fuerant, reſcripſit ſenatus 12. April. 1561. & 28. Nouembr. 1562. & aliàs ſæpiſſimè. Et propter hoc fuit in magno periculo vitæ quidam doctor, qui conſuluit, quendā furem, qui plura furta confeſſus fuerat, de quibus tamen aliter non conſtabat, furcis eſſe ſuſpendendum; pro quo doctore conſuluit Alex. conſi. 19. lib. 7. Aut eſt delictum facti permanentis, quod ſcilicet oculis ſubijci poſſit, & cuius remanere ſolent ueſtigia, ut eſt homicidium, incendium & ſimilia, & tūc niſi per inſpectionem, ſeu uiſitationem factam uel faciendam per curiam (iuxta ea, quæ dixi in d. quæſtione quarta) appareat delictum fuiſſe cōmiſſum, non poterit reus ex ſola confeſſione condemnari. Et cauti iudices his caſibus ſolent perquiri facere cadauera eorum, qui dicuntur occiſi & ea exhumari, & inſpici, an extent ueſtigia vulneru, vt ſæpius ſe in contingentia facti ſeruari uidiſſe narrat Paris Put. de ſyndi. fol. 207. nu. 6. Et ideo malè poſſet de iure defendi ſententia D. Nicolai Torelli de Prato, qui fecit ſuſpendi tres diffamatos pro aſſaſſinis, qui cōfeſſi fuerant ſe occidiſſe tres incognitos, & eos in mari proieciſſe, & tamē eorum cadauera non fuerant reperta, ut refert Ange in l. certum, nume. 2. ff. de confeſſ. & Berous in loco præallegato. poſt nume. 11. & Auguſt. ad Ang. de maleſi. in loco præallegato, poſt num. 25. & Paris Put. de ſyndi. in uerbo confeſſio, c. 1. poſt nu. 1. & Igneus in d. l. 1. § Itē illud, nu. 4. Bene uerum eſt, q; ſi confeſſio eſſet de aliquo homine certo, & haberentur informationes, q; non reperiretur, & reus fateretur illum interfeciſſe, & apparerent aliqua veſtigia, licet non reperiretur cadauer, fortè poſſet ex ipſa confeſſione condemnari, prout etiam refert Chaſſ. ſuper cōſuet. Burg. fol. 49. poſt nu. 41. condemnatum fuiſſe à ſenatu quendam maſſarium, ipſo exiſtēte vicario iuſtitiæ Mediolani, qui confeſſus fuerat ſe occidiſſe dominum ſuum, & proieciſſe in lacum Comenſem, nam licèt cadauer ipſius domini repertum non fuerit, tamen reperto ſanguine in loco deſignato ab ipſomet maſſario, vbi dicebat ſe delictum perpetraſſe, fuit ille ultimo ſupplicio affectus. Et ita puto intelligi debere ea, quæ dicit Boſſ. in loco præallegato, poſt num. 15. q; ſcilicet etiam quando confeſſio eſt de hoīe, vel re certa, debet iudex à ſe ipſo mittere ad intelligēdum, an delictum commiſſum fuerit; & eo non comperto, illum abſoluere, aliàs condemnare, ſubdens quòd ita ſeruatur; ſatis enim dici poterit compertum delictum in caſu prædicto, etiam ſi cadauer repertum non fuerit.

11 Vlterivs † poteſt reus contra propriam confeſſionem allegare, quòd ipſe eſſet minor, f propterea que eius confeſſio facta ſine authoritate curatoris illi obeſſe non debet, de quo videnda ſunt ea, quæ dixi ſupra quæſt. 50. circa principium. Et dicit Alber. q; ſemel obtinuit de facto, q; confeſſio minoris facta in tormentis ſine authoritate curatoris ei non obeſſet, & ita illum refert Raph. Fulg in l Clarum, C de auth. turo. relatus per Auguſt. ad Ang. de maleſi in uerbo comparuerunt & confitentur totum, poſt nu. 13. & Grammat. qui in facti contingentia ita conſuluit, conſi. crim. 16. Sed certe hæc defenſio parum prodeſſet ſtante conſuetudine, de qua dixi in d. quæſt. 50. ſecundum quam in confeſſione minoris non requiritur curatoris authoritas, prout etiam communiter ſeruari in practica atteſtatur Bald. in l. 1 nu. 59. C. de confeſſ. quem refert Paris Put. de ſynd. fol. 457 num. 7. Ang. de maleſi. in uerbo comparuerunt & confitentur totum, num. 8. ſubdens q; eſſet quaſi ridiculū dicere contrarium. Hoc idem ſeruari apud Venetos, & multa Italiæ loca atteſtat Prac. Caloni fol. 76. nume. 2. Vide quæ dixi infra quæſt. 60. circa principium, ubi etiam dixi, an ſaltem proſit minori ætas ad hoc ut reus in mitiorem pœnam condemnetur.

12 Item poſſet allegare, † q; talis confeſſio facta fuiſſet ſuper proceſſu formato per iudicem iuris ordine non ſeruato. Scias tamē quòd hæc defenſio non ita abſolutè procedit, ſed eſt diſtinguendum, an confeſſio ipſa ſponte emanauerit, an uerò in tormentis. Nam ſiquidem confeſſio eſt à reo ſponte facta, tūc etiam ſi facta ſit ſuper proceſſu nullo, adhuc poteſt reus ex illa condemnari, & eſt doctrina Innoc. in c. qualiter & quando, el ſecondo, de accuſatio. quam dicit eſſe cōmuniter

muniter approbatam Alex. in l. inter ſtipulantem, §. 1. circa fi ff. de verbo. obliga. vbi etiam Iaſ num. 11. idem atteſtatur, & dicit Marſil. in l. 1. § diuus, nu. 10. ff. de quæſtio & conſ. 94. nu. 7. & conſ. 130. nu. 2. & in pract. crim. § poſtquam, nu. 12. quod omnes eum ſequuntur. Idem dicit Alex. conſ. 19 nu. 3. lib. 7. Io. Arno. commentario 120. Hanc etiam concluſionem dicit eſſe communem Marſ. ſing. 201. in confeſſum. Foler. in prac. crimi. fol. 285. nu. 65. Hanc etiam dicit eſſe cōem opin. legiſtarum & cano. Anto. Gomes. cap. 12. delictorum, num. 8. Quod tamen intelligendum eſt ut locum habeat, quando nullitas non procedit ex defectu iuriſdictionis, ſed ex aliqua alia cauſa, & ita colligitur ex mente omnium doctorum, ut atteſtatur Anto. Gomes. in loco præallegato Dicit tamē Ang. conſ. 178. circa fi. quòd eſt duplicatum in conſ. 293. quòd quando confeſſio emanat ſuper proceſſu nullo, tutior eſt uia, quòd reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij, & de nouo procedatur, ſubdens quod ſi ipſe conſuleret, hanc partem eligeret, ut effugeret ſyndicatorum retia, & quod ipſe ita obtinuit Peruſij in ſyndicatu cuiuſdam D. Raynerij Lafranchi, ut ibi per eum, quem refert Auguſti. ad Aug. de malefi. in uerbo comparuerunt, & confitentur totum, poſt nume. 5. Et certè credo quòd iudex, qui ita faceret, non erraret; nihilominus quum hæc communis opinio iam ſit canonizata in iudicijs & in ſcholis, poſſet iudex in iudicando illam intrepide ſequi, abſq; eo quod timeret ſibi inferri moleſtiam in ſyndicatu.

13 Si uerò † confeſſio facta ſit in tormentis, g
g tunc ſi legitima indicia non præceſſerint, & ſeruata non fuerint ſeruanda, talis confeſſio eſt ipſo iure nulla, nec poteſt cōfeſſus ex ea condemnari, etiam quod in illa perſeueret. Ita videtur ſenſiſſe glo. unica in l. quæſtionis habendæ, ff. de quæſt. quam ſequuntur communiter doctores, ut ait Foller. in prac. cri. fol. 307. num. 1. & illam dicit eſſe ab omnibus celebratam Marſil. conſ. 95. nu. 10. Hāc etiam concluſionem dicit eſſe communem Alex. in l. qui in aliena. § Celſus, num. 12. ff. de acqui. hæred. quem refert Iaſ in eo. § Celſus, poſt num. 38. & conſ. 188. num. 2. lib. 2. relatus per prac. Conradi fol. 285. in 21. limitatione. Brun. de indi. & tortura. fol. 134 nume. 3. Bertrand. conſil. 226. nu. 5. lib. 2. in 2. parte. Marſil. in l. 1. in prin. nu. 24. ff. de quæſtio. Anton. Gomes. c. 15. delictorum, num. 25. Et videtur tex. expreſſus in l. penul ff de quæſtio. ſecundum lecturam, quam Bar & communiter omnes doctores ſequuntur, ut dicit Alex. de Neuo conſi. 86. num. 9. Et dicit Auguſt. ad Ang. de malefi. in verbo fama publica, poſt nu. 36. quod aliàs ita obtinuit in perſonam unius, qui vocabatur ſuo noīe Auguſtinus de Arimino. Et licet Paris Put. de ſyndic. fo. 445. c. 9. nu. 2. intelligat hanc concluſionem procedere in illa tacita perſeuerantia, quæ inducitur non approbando, neque reuocando; ſecus autem (ſecundum eum) ſi expreſſe ratificet confeſſionem ipſam ad bancum iuris, quia tunc (vt ipſe ait) habetur tanquam ſi uſque à principio ſponte confeſſus fuiſſet, hoc tamen eſt contra cōmunem opi. doctorum, ut dicit Hippol. Riminal. inter conſilia criminalia diuerſorum conſi. 105. poſt num. 16. uerſi. Obſtat etiam, lib. 1. vbi oſtendit contrariam opi procul dubio eſſe magis communem, à qua non puto eſſe recedendum. Quinimò etiam ſi poſt huiuſmodi confeſſionem extortam uniformiter toties, indicijs legitimis non præcedentibus, deinde legitima ſuperuenirent indicia, non propterea talis confeſſio conualidatur, ut dicit Bart. in l. maritus, nu. 2. ff. de quæſtio. Dixi infra quæſt. 64. verſi. Dixi etiam.

14 Possit quoque † reus contra propriam confeſſionem allegare, quòd talis confeſſio non eſſet abſoluta & pura, ſed cum aliqua qualitate adiecta, quo caſu non poſſet, nec deberet pro parte acceptari, & pro parte ſperni, iuxta doctrinam Bart in l. Aurelius, §. idem quæſijt, num. 2. ff. de liber. lega. cuius opi. communiter per doctores approbatur; ut demonſtraui loquendo de cauſis ciuilibus infra lib. proximo. Sed certe hæc defenſio eſſet ualde periculoſa, nam ubicunque confitens habet præſumptionem contra ſe, eo caſu poteſt eius confeſſio pro parte acceptari, & pro parte ſperni, ut dicit Bar. in loco præallegato, ubi refert, quod homicida, qui confeſſus eſt hominem occidiſſe ad ſui neceſſariam defenſionem habetur perinde ac ſi confeſſus fuiſſet ſimpliciter homicidium ſine illa qualitate, niſi deinde illā probet; & poteſt ex tali confeſſione condemnari. Et hanc deciſ. Bart. dicit eſſe communiter approbatam Iaſ. in l. ut uim, nu. 13. ff de iuſti. & iure, quem refert Boſſ. in tit. de confeſſis, poſt num. 19. & Menchiaca lib. 3. de teſta § 23. nu. 23. Thomas Ferrat. cautela 5. col. 1. & 2. Petrus Calephatus inter conſilia crimi-

criminalia diuer ſorum.conſi.88.num.2.lib.
2.Et dicit Prac.Carer.fol.413.nu.163.& ſeq.
ꝙ ita communiter concluditur. Hanc etiam
opin.dicit eſſe communem Boer.deciſ.146.
poſt num.10. Alciat.in l.1.§ ſi quis ſimplici-
ter,nu.76.ff.de uerb.oblig. Berous in c.at ſi
clerici,nu.73.& ſeq.de iudi.Simãcas de hæ-
ret.c.63.nume.23 Blanc.in prac.crimi.folio
149.num.35.& ſeq.ubi dicit, ꝙ in hoc reſi-
dent communiter doctores.Menchiaca con
trouerſ.illuſtr.c.2.nu.8.Et dicit Ang.de ma
leſi. in uerbo comparent dicti inquiſiti, &
partim negãt. poſt principium,ꝙ uidit hanc
opi.Bar.in practica ſeruari. Et ex his uides,
ꝙ Marſil.conſil.136 nume.31.& nu.44.ubi
dicit, ꝙ opi. contra Bart. eſt magis commu-
nis,valde fallitur, & ideo nõ recedas in pra-
ctica ab opi. Bar. quæ proculdubio & com-
muni doctorum conſenſu, & cõſuetudine,
eſt magis approbata.

15 FORTE poſſet † hæc exceptio ipſi reo
prodeſſe, quo ad hoc ut mitiori pœna affi-
ceretur;multi enim tenuerunt, ꝙ licèt reus
poſſit ex tali confeſſione condemnari, non
tamen poterit condemnari ad pœnam mor
h tis, *h* & fuit dictum originale Abb.in ca.au-
ditis,nu.32.de præſcrip.quod dicit eſſe com
mune Boſſ.in tit.de confeſſ. num.20.& ſeq.
Et dicit Prac. Carer. in loco præallegato,
nume.167. quòd ita communiter concludi-
tur. Dicit etiam Grammat.conſi.69.in fi. ꝙ
ita ſemper fuit in practica obſeruatũ, prout
etiam idem atteſtatur ſuper conſti. Regni,
fol.16.col.1. Et ita reperio quòd in facti con
tingentia Prorex Neapo. condemnauit ad
triremes perpetuò quendam, qui confeſſus
fuerat alium occidiſſe ad ſui defenſionem,
& ita in tormẽtis ſubſtinuerat,vt refert Grã
mat. uoto ſecundo, de quo etiam mentio-
nem facit idem Gramma.ſuper conſtit. Re-
gni,fol.14.num.30. Quam tamen practicã,
vt ſcilicet ita confeſſus torqueatur,ego non
laudo, neq; apud nos vnquam uidi illam ob
ſeruari, prout etiam idem atteſtatur Boſſ.
in loco præallegato,nu.27.& ſeq.Quod ta-
men intellige ut procedat, quando contra
reum non eſſet aliquod aliud legitimum in
dicium,aliàs ſequeretur,quod de facili reus
ita confitendo homicidium, poſſet euadere
pœnam mortis, etiam quòd ex alijs proba-
tionibus eſſet de ipſo homicidio conuictus,
quod eſſet abſurdum. Item intellige ut præ
dicta concluſio procedat,quando eodẽ con-
textu uerborum reus confeſſus eſt occidiſſe
ad ſui neceſſariam defenſionem, tunc enim
poſſet pœna mitigari; ſed ſi prius confeſſus
eſt explicite occidiſſe, deinde (aliquo inte-
riecto)addat,ꝙ illud fecit ad neceſſariam de
fenſionem, tunc ex tali confeſſione poteſt
abſolute condemnari ad mortem,ſi nõ pro-
bet qualitatem defenſionis. Et ita conclu-
dunt & declarant communiter doctores, ut
dicit Boer.in d.deciſ.164.nume.11.in fin. &
nu.14.in fi. Quam quidem qualitatem uti-
que poteſt reus in ſuis defenſionibus proba
re, etiam quòd prius ſimpliciter confeſſus
fuerit ſe illum occidiſſe, vt dixi ſupra hoc
eod lib.§ Homicidium, verſicu.Sed hic oc-
currit.

16 CAVTIVS igitur † faciet reus, qui alium
ad ſui defenſionem interfecit, ſi negauerit
homicidium commiſiſſe, ſubijciendo, Et ſi
id feci, feci ad mei defenſionem, quæ quidẽ
reſponſio admittitur, & pro pura negatiua
habetur.Et hæc eſt communis opin.ut atte-
ſtatur Boſſ.in d.tit.de confeſſis,nume.36.Et
licet Gramma.ſuper conſtitut. Regni, folio
13.nume.9.dicat tutius eſſe, quòd confitea-
tur cum illa qualitate, quia euitabit tortu-
ram; credo ꝙ in hoc decipiatur, & ipſemet
in locis præallegatis, præſertim uoto ſecun
do narrat, ꝙ ille Coſmus, qui ita confeſſus
fuerat,fuit grauiter tortus.

17 SED pone, † quòd reus velit confeſſionẽ
à ſe ſponte factam reuocare, & probare con
trarium,nunquid erit audiendus? Reſpond.
i quòd ſic, *i* ſi uelit docere confeſſionem ip-
ſam fuiſſe erroneam, & errorem probare.
* Et hæc eſt communis opin. ut dicit Aret. in
ca.cum dilecti, in ultimis uerbis,de accuſa-
tio.quem refert Boſſ. in titu.de cõfeſſis.poſt
num.60.& in tit.de defenſ.reorum, num. 4.
Dixi infra quæſt. 64. uerſi. Sin autem reus.
Et dicit idem Boſſ.in titu.de confeſſis,nu.6.
quòd ita uolunt omnes, adeò quòd nõ ſuf-
ficeret (ut ipſe ait)uelle probare per tortu-
ram.Bene poteſt reus ſe excuſare,& aliquid
deducere contra propriam confeſſionẽ, qđ
tamen poſſit ſimul ſtare cum ipſa confeſſio-
ne,nõ autem illam perimat, & prorſus ener
uet,& ita dicunt omnes, ut ait Boſſ.in titu.
præallegato de confeſſis, nume.35.Reperio
tamen,quòd Salic.in l.fi.poſt numerũ 2. C.
de probati. tenuit quòd indiſtincte proſit
reuocatio, & dicit Ang. de maleſi.in uerbo
comparent & produxerunt inſtrumentum
pacis,nume.1.quòd ita uidit practicari. Sed
certe apud nos ſeruatur contrarium in con-
feſſione

feſſione facta ſponte, uel ratificata extra tormenta, nam illius nunquam admittitur reuocatio, niſi probato errore. *

ADDITIONES.

* Sed vide ibi in additio. adnotata.

a Cũ promiſſione impunitatis.] Adde quæ pœna ſit criminoſi, qui ſpe promiſſæ impunitatis delictum confeſſus eſt, per Iacob. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 367.

b Promiſſionem immunitatis reo facere.] Tu adde, quòd ſi reus confiteatur, non põt ex tali confeſſione condemnari tãquàm dolo extorta. Ita poſt citatos, vide per Lud. Carer. in pract. crimi. in §. homicidium, vlt. nu. 43. quod & etiam placuit authori, qui conſulit ab huiuſmodi promiſſionibus eſſe abſtinendum.

c Non poſſit condemnari.] Adde, quòd idẽ poſt relatos tenet Ludo. Carer. in pract. cri. §. Homicid. vlt. ſub nu. 43.

d Condemnari.] Adde ad idem per Thom. Gram. uot. 2. qui uoluit etiam nõ poſſe torqueri, ubi pulchrè & plene, & etiam ad idẽ vide etiam per Gabri. Sara. ad Matheſyl. ſing. 37. col. 2 per Lud. Carer. in pract. crim. §. homicid. vlt. nu. 40. qui nume. 41. limitat. Ad idem per Cephal. conſi. 230. num. 11. & per Craue. in conſi. 260. col. 1. & 3. uerſ. Amplius dico. Idem in conſ. 262. col. 2. loquendo in hæreſi. ubi conſuluit non valere ſimplicem confeſſionem dicẽtis ſe hæreticum, cum neceſſe ſit aliter apparere de hæreſi; puta, ita dixi contra fidem, ita feci, ita credidi, confitendo factum; ex quo de iure arguatur hæreſis. Similiter, ſi quis fateatur ſe publicum, & famoſum latronem, aut ſtratarũ aggreſſorem; talis confeſſio ſibi non præiudicat; quia in iure conſiſtit; quando quis dicatur publicus, aut famoſus latro, uel ſtratarum aggreſſor. Sed ſolum præiudicat confeſſio, quando fatetur factum: puta feci tale, & tale latrocinium, aut talem aggreſſuram. Et ad iſtud vltimum allegat Ange. in conſ. 403. uide ibi fuſius.

e Certa bona ſubtraxiſſe.] Quid de eo, qui ex furto ſentit commodum? dic, quod dicitur ratificare delictum, quando utilitas delicti ad eum perueniret immediate, at ſecus ſi per aliam manum per Aret. conſilio 163. & .... 261. ante, & nu. 4.

f Eſſet minor.] Item an, & quando valeat confeſſio minoris ſpontanea, uel in tortura abſque curatore, & quomodo etiam authoritas curatoris interuenire debeat, uide plene per pract. Carer. §. homicidium 6. numero 9. uide quæ dixi ſupra quæſ. 50. Item, quòd minor aduerſus confeſſionem delicti aliter non probari reſtituitur in integrũ etiam non docto de errore, quia ex hoc dicitur læſus, ita ſingulariter decidit Ang. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſſis. ubi reputat hoc ualde notabile, & quotidianum, & ſequitur Alexan. eius conſi. 115. num. 6. lib. 3. Subiungẽs iſtum ſolum ſufficere ad defenſionem minoris; & Appoſtil. ibi, & Carer. ubi ſupra nume. 10. alios citat. Obiter hic quæro, nunquid ſurdus, & mutus à natura homicidium, quod fecit, poſſit confiteri? q̃d ſic, ex quo habet intellectum, & generare poteſt, & eſt plus quã animal irrationabile, licet minus quàm homo perfectus. Item ex quo poteſt habere bona, & poſſidere, & frui, alias fruſtra quæretur, an poſſet teſtari, decidit Bal. in l. unica, num. 12. C. de confeſ. vbi damnandum eſſe dicit, dato ſibi prius curatore, non ex ſola confeſſione, ſed ex teſtium atteſtationibus.

g Confeſſio facta in tormentis.] Adde, quòd talis confeſſio facta non præcedentibus indiciis eſt nulla, & nullius momenti, etiam ſi millies ratificetur: communẽ uide per Roland. ſuo conſil. 3. nu. 55. lib. 3. Quod & ego fuſius dico in commu. opi. meis cap. confeſſio. num. 2. ubi dico idem etiam ſi ſit ratificata ad bancum iuris, dato quòd ſuper uenerint noua indicia, etiam in crimine læſæ maieſtatis, etiam ſi iudex haberet arbitrium, ut ibi.

h Ad pœnam mortis.] Adde, quòd idem etiam concludit Iacobi. de S. Georg. in l. cũ de indebito. nu. 4. 5. & 6. ff. de probatio. ratione incertitudinis; & quia tunc iudex ferendo ſententiam ex præſumptionibus habet multum temperare illam, & hoc bene menti tenendum eſſe dicit. Ad idem adde, atque uide per eundem Iacobinum in l. nec codicillos. ſub num. 4. C. de codicil. ubi etiã de modo, & practica formandi articulos pro eo, qui dicit ſe feciſſe gratia defenſionis ſuæ remiſſiue habes. Adde etiam per Ang. de Aretio in §. ius autem gentium. nume. 4. Inſt de iure natur. Foler. in pract. crimi. cap. recipiantur defenſiones reorum. num. 11. & 12. & per Carer. in pract. pag 401. 538. numero 44.

i Quod ſic.] Adde idẽ de patre; qui poteſt reuo-

reuocare confeſſionem iuratam filij de maleficio commiſſo, contrarium probando: ſiue patris interſit pecuniariter: ſiue ſolum ratione patriæ poteſtatis: quia pater, & filius ſunt duo quaſi in vna ſubſtantia per Bald. in l. vnica. col. 17. verſ. pone. C. de cōfeſſ. vbi verum eſſe etiam id putat, ſi de lite ſpurij agatur, quia communis eſt.

Vide ad idem etiam ſupra q. 11. uerſ. confeſſio extraiudicialis, vbi tamen notaui communem opinionem eſſe in contrarium.

Quæſtio LVI.

SVMMARIVM.

1 *Si reus probet licitè facere potuiſſe id, de quo imputatur, eſt abſoluendus.*

2 *Puta ſi de iure permiſſa eſt illi leuis caſtigatio, verſ. Poteſt etiam.*

3 *Et quid ſi probet illud aliquo loco & tempore licite fieri potuiſſe, an id ſufficiat, verſicu. Et in hoc.*

1 POTEST etiam † reus, qui id, de quo imputatur, confeſſus eſt commiſiſſe, allegare ꝙ illud licitè facere potuit, puta quia fortè ille, quem occidiſſet, fuiſſet bannitus, vel fur, vel adulter, in furto vel adulterio deprehenſi; tales. n. licet occidere, vt dixi ſupra hoc eo. lib. §. Homicidium, verſ. Vltima eſt, & alijs ſeq.

2 POTEST etiam † poni exemplum in his, quibus permiſſa eſt correctio ſeu caſtigatio, a puta patris in filium, uiri in uxorem, magiſtri in diſcipulum, & dominæ in ancillam, vt in caſu Alex. conſi. 75. lib. 3. Et reperio, quòd in facti contingentia fuit abſolutus per ſenatum quidam de Bonetis, ꝗ filium ſuum interfecit illum corrigendo, 7. Maij 1554. Marito quidem permittitur ex iuſta cauſa verberare vxorem, leuiter tamē. Et ita tenent communiter omnes, vt dicit Alexan. conſi. 115. nu. 3. lib. 5. Quo verò ad magiſtrum, dic quòd illi permiſſa eſt leuis caſtigatio in diſcipulum, non autem immoderata. Ita colligitur ex tex. in l. item quæritur, §. ſi tutor, aliàs eſt, §. ſi Iulianus, ff. locati. & ita communiter tenetur, vt atteſtatur Anan. in Rubr. de magiſtris, num. 3.

3 ET in hoc † propoſito nota, quòd ad euitandam condemnationem, ita quòd pro delicto quis puniri non poſſit, ſufficit probare tale quid, ex quo appareat illud ex aliqua cauſa potuiſſe licitè fieri, licet punctualiter non probetur, quòd factum fuerit iure licito, ſecundum doctrinam Bart. in l non ſolum, §. ſed ut probari. num. 1. ff. de no. oper. nunc. cum qua doctores uidentur communiter ſine additione tranſire, ut dicit Alex. in eo. §. ſed vt probari. quem legit cum. §. ſciendum, nume. 2 quem refert Grammat. conſi. 57. poſt nu. 8. Illam etiam doctrinam dicit eſſe communiter approbatam Iaſ. in d §. ſciendum, poſt num. 7. Auguſt. ad Ang. de maleſi. in verbo. De anno præſenti, poſt num. 3. Et ait Dec. in c. in præſentia, nu. 52. de probatio. quòd totus mundus illam ſequitur, quem refert Neuizzan. in ſylua nuptiali, fol. 12 col. 2. verſi. Vigeſimusprimus principalis. Riminal. conſi. 44. poſt nume. 4. Bertrand. conſil. 290. num. 4. lib. 3. in prima parte. Tortus inter conſilia Anto. de Butr. conſi. vltimo, numero 7. Anton. Gomes. ſuper l. 80. Tauri, numero 57. Berous in c. in præſentia, numero 133. de probatio. Nam vbicunque aliquid eſt prohibitum & punibile certo & limitato loco, vel certo & limitato tempore, oportet quòd accuſator præcisè probet reum illud feciſſe in illo tempore vel loco prohibito, aliàs præſumitur factum loco & tempore licito, ut per Bart. & alios in locis præallegatis. Et ex hoc infert Bar ibi, quòd ſi accuſator probet, quòd accuſatus vulnerauit Titium de menſe Nouembris, & accuſatus probet, quòd de menſe Nouembris Titius eſſet bannitus, etiam ſi non appareat, quòd Titius fuerit bannitus antequam accuſatus illum vulneraret, nihilominus accuſatus eſt abſoluendus. Et hanc deciſ. Bartoli dicit eſſe communem Auguſtinus ad Angelum de maleficijs, in verbo. De anno præſenti, poſt nume. 6. Pariſius in d. c. in præſentia, nu. 31. & ſeq. Boſſius in ti. de conuictis, nu. 60.

ADDITIO.

a Caſtigatio.] Adde, caſtigatio, quæ conceſſa ſit ſuperiori in inferiorem, & de pœna excedentis moderatam caſtigationem per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 364.

Quæſtio LVII.

SVMMARIVM.

1 *Vbi reus aliàs de eodem crimine abſolutus fuerit, aut condemnatus, non poteſt contra eum amplius procedi.*

2 *Et quid ſi fuit abſolutus, non quia crimen non commiſerit, ſed quia nõ fuerit probatum, ver. & hæc quidem.*

3 *Et in dubio qua ex cauſa præſumatur abſolutus, verſi. Sed hic quæro.*

4 *Et an ille, qui primam accuſationem ignorauit, poſſit, nõ obſtante abſolutione ſuperinde ſequuta, iterum accuſare, verſi. Sed pone.*

5 *Et quid ſi primus accuſator præuaricatus fuit, verſi. Vlterius quæro.*

6 *Et quid ſi fuit abſolutus virtute tranſactionis initæ cum accuſatore, verſi. Succeſſiuè quæro, Remiſſiuè.*

7 *Et quid ſi proceſſum fuit per inquiſitionem, verſi. Procedunt etiam.*

8 *Et quid de iure canonico, verſicu. Sed hæc quidem.*

9 *Et quid ſi ſit ſequuta abſolutio per uiam diſpenſationis, verſi. Habet etiam.*

10 *Et quid ſi quis fuerit abſolutus in foro pœnitentiali, uerſi. Sed nunquid.*

11 *Et quid ſi ſit abſolutus in foro eccleſiaſtico de crimine pro quo poſſit etiam procedere iudex laicus, verſi. Sed hic occurrit.*

12 *Punitus de aliquo crimine an poſſit iterum accuſari, verſi. Dictum eſt.*

13 *Et quid ſi iudices ſint ſub diuerſis præſidibus, verſi. Sciàs etiam.*

14 *Et quid ſi quis fuerit punitus à iudice eccleſiaſtico, & crimen ſit communis fori, verſi. Sed quæro.*

15 *Et quid ſi crimen ſit ualde atrox, verſi. Vnum tamen.*

1 ALIA eſt† etiam defenſio, quã reus in iudicio criminali proponere poteſt, quòd ſcilicet aliàs de eodem crimine abſolutus fuerit, aut etiam condemnatus, nam eo caſu non poteſt vlterius contra eum procedi, & ita tenent communiter doctores, ut dicit Prac. Contradi folio 227.num.11. Pro intelligentia autem huius materiæ facienda eſt in primis concluſio, quòd de his criminibus, de quibus ſemel quis fuit abſolutus, non poteſt accuſatio replicari, tex. eſt in c. de his, de accuſ. & in l. ſi cui, §. iiſdem, ff. de accuſ. & ita dicunt communiter oẽs doctores, ut atteſtatur Ang. de male. in uerbo. Et ad querelam, nu. 90. nam de eiuſdem hominis delicto ſæpius quærendum non eſt, & ita in facti contingentia conſuluit Mantua conſi. 251. lib. 1. & Ioan. de Amicis conſi. 37. in prima regula.

2 ET hæc† quidem concluſio de plano procedit, quando quis eſt abſolutus eo, quia nõ commiſit crimen, nam eo caſu proculdubio illi competit huiuſmodi exceptio rei iudicatæ. Et dicit Foller. in prac. crim. cano. fol. 302. num. 3. quòd hæc eſt uera concluſio ab omnibus approbata tam ſecundum legiſtas, quàm ſecundum cano. Et hoc non ſolùm ſi primum iudicium fuerit criminaliter intentatum, ſed etiam ſi fuerit intentatum ciuiliter, adhuc enim ſi reus fuerit abſolutus, eo quia crimen commiſſum non fuerit, nõ poteſt amplius criminaliter accuſari. Ita dicit Cyn. in l. vnica, in 3. quæſt. C. quando ciuil. actio crim. præiud. quem ſequuntur communiter doctores, vt dicit Soci. in l. qui agnatis, poſt nu. 3. ff. de exceptio. & eſt communis opi. vt ait Boſſ. in titu. de ſenten. nu. 77. Sed ſi eſſet abſolutus, eo quia probatũ non fuiſſet, tũc vtique poſſet iterum accuſari.

3 SED hic † quæro, an in dubio cenſeatur quis abſolutus, eo qa crimen non cõmiſerit, an aũt quia probatũ non fuerit? Rñd. ꝙ in dubio ſnĩa abſolutoria in cauſa criminali cẽſetur lata ex eo, ꝙ non fuerit probatũ, & ita cõiter teneẽ, ut dicit Auguſt ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et ad querelã, poſt nu. 88. uerſi. An aũt, ubi etiam Hieron. in apoſtil. atteſtatur hanc eſſe cõem opi. Villalpãd. ſuper l. 22. c. 50 nu. 5. in ſi. Sciàs tamen, ꝙ in hoc Ducatu hæc opi. nõ ſeruatur, nã ut dixi infra quæſt. 62. uerſi. Forma aũt. ſtylus eſt ꝙ qñ quis abſoluitur, eo qa crimen nõ commiſit, ferẽ ſnĩa abſolutoria ſimpliciter & diffinitiuè, ubi uerò abſoluitur, quia nõ probatum, ſemp apponitur clauſula, Stantib. reb. prout ſtant; & hoc ſecundo caſu quandocũque ſuperueniant noua indicia, ſemper proceditur, ſed quando eſt ſimplex abſolutoria, non poteſt amplius procedi ut ibi dixi.

4 SED pone, † ꝙ aliquis primã accuſationem ignorauerit, nunquid ipſe nõ obſtãte abſolutione poterit accuſare? Rñd. ꝙ ſic, ſi ſuã uel ſuorum iniuriã ꝓſequatẽ, tex. eſt ĩ d. § iiſdẽ, & ita teneẽ gl. unica in d. c. de his, quam dicit eſſe communiter receptam Didacus lib. 2. reſolu-

ſolutionum, cap. 10. poſt nume. 1. uerſi. Tertio admittenda. Probabiturque hoc caſu ignorantia per proprium iuramentum ipſius accuſare volentis, ut dicit gl. in d. §. iiſdem, in verbo, deceatque, quam Doctores ſequuntur, ut ait Didacus in loco præallegato, niſi aliter in contrarium de ſcientia appareret. Et ita hodie ſeruari atteſtatur Anto. Gomeſ. lib. 1. delictorum, c. 1. nume. 19. in fi. Debet etiam hoc caſu eſſe & probabilis, & veriſimilis ignorantia, & etiam oportet, quòd ſubſit aliqua magna cauſa ad hoc ut amplius procedi poſſit, ut apertè dicit tex. in §. iiſdem. ibi magna cauſa. Et ideo quum ſemel hic caſus de facto contigiſſet, ego dicebam non eſſe audiendos huiuſmodi de nouo accuſare volentes, niſi in criminibus magnis & atrocioribus, & niſi præſtita fideiuſſione de omnibus impenſis & damnis, in caſu quo delictum non probarét, quia non uidebatur poſſe dici ſubeſſe magna cauſa, ubi non eſſet grauis ét qualitas ipſius criminis.

5 Vlterius quæro, † ſi primus accuſator præuaricatus fuiſſet, nunquid poterit alius accuſare? Reſpond. quòd ſic, ita dicit gl. prædicta in d.c. de his, & eſt communis opin. ut ait Didac. in d. c. 10. poſt nu. 1. verſi. Secundo tunc demum. Non enim debet obeſſe dolus primi accuſatoris huic ſecundo accuſare uolenti, pro quo ſtat fauor publicus, ne delicta impunita remaneant.

6 Succeſſiue quæro, † quid ſi in primo iudicio reus fuerit abſolutus uirtute tranſactionis initæ cum accuſatore, nunquid poterit ab alio accuſari? Dixi infra quæſt. proxi. verſi. Sed pone.

7 Procedunt † etiam hæc omnia, quando in eo caſu ſequuta abſolutione, non dét poſſe accuſatio replicari. Sed quid ſi proceſſum fuerit via inquiſitionis? Reſp. quòd adhuc locum habet concluſio, ut non poſſit de nouo accuſari, & eſt communis opi. ut dicit Berous in d.c. de his, nu. 20. Nam inquiſitio habetur loco accuſationis, ut ſupra ſæpius dixi meritò idem de ipſa iudicandum eſt.

8 Sed hæc † quidem concluſio de plano procedit de iure ciuili, ſecundum cuius diſpoſitionem ita imponitur pœna ordinaria, quando proceditur per uiam inquiſitionis, ſicut quando proceditur per uiam accuſationis, ut dixi infra q. 60. uerſi. Poteſt etiã. Et ita hanc concluſionem atteſtatur eſſe communem Areti. in d.c. de his, num. 21. & ſentit Berous in loco præallegato. Sed quid de iure canonico, ſecundum cuius diſpoſitionem non ſolet imponi pœna ordinaria delicti, quando proceditur per viam inquiſitionis, nunquid hoc caſu poterit pars offenſa accuſare ad imponendam pœnam ordinariam? Reſpon. Aliqui dixerunt, quòd ſic, & ita communiter eſſe receptum ait Didac. in d. c. 10. num. 5. quòd ſcilicet abſolutus in iudicio inquiſitionis poſſit iterum accuſari, quoties non eſſet imponenda pœna ordinaria delicti. Quod tamen ego in practica nunquam vidi ſeruari, neque ſeruarem, præſertim ſi pars offenſa fuiſſet citata ad ſubminiſtrandum, iuxta practicam, quæ hic ſeruatur, vel aliter ſciuiſſet, aut ſcire potuiſſet iudicium ipſum inquiſitionis fuiſſe intentatum.

Idem qvoqve dicendum eſt, ſi reus abſolutus fuerit in iudicio agitato ſuper denunciatione, & ita dicunt doctores, teſte Card. Alex. in d.c. de accuſatione, colum. 69. verſ. Quæro, an abſolutoria, 2. q. 8. Nam reuera iudicium, quod fit ſuper denunciatione, nõ differt à iudicio inquiſitionis, ut dixi ſupra q. 7. circa prin.

9 Habet etiam † locum hæc cõcluſio, quòd poſt abſolutionem alia accuſatio non permittitur, quando proceſſum fuit ad ab ſolutionem per viam meræ iuſtitiæ. Sed quid ſi ſequuta ſit abſolutio per viam diſpenſationis, nunquid erit accuſator poſtea admittendus? Reſp. quòd non, ita tenet gl. præallegata in d.c. de his, quam ſequuntur communiter ſcribentes, ut ait Deci. conſi. 137. circa principium. Quod intellige, modò diſpenſatio proceſſerit ab eo, qui haberet poteſtatem diſpenſandi, ut dicit gl. ibi, ſubdens, quòd crimina ſemel dimiſſa, iterum in vltionem venire diuina clementia non patitur. Scias tamen, quòd ſi aliquis ob idem delictum fuerit condemnatus in loco delicti, & etiam in loco originis in cõtumaciam, prout quotidie fieri uidemus, ſi deinde habuerit gratiam à domino loci delicti, non prodeſt ei talis gratia in loco originis, & ita declarauit ſenatus 9. Nouem. 1556.

10 Sed nunquid † ſi quis fuerit de aliquo crimine abſolutus in foro pœnitentiali, poterit vlterius de ipſo crimine accuſari? Reſpõ. quòd ſic ſecundum præallegatam gl. in d. ca. de his, quam omnes approbant, ut dicit Auguſt. ad Ang. de maleſ. in uerb. Et ad querelam, nu. 91. Et ait Didac. in d.c. 10. nume. 3. quòd illa gloſ. eſt communiter recepta. idem dicit Car. Alexan. in c. hét. col. fin. uer.

Ideo etiam, ſecunda, qő.5. Simancas de hæret.ca.8.nu.4.alias enim quis de facili habita abſolutione à confeſſore poſſe euadere pœnam delictorum, quod eſſet ualde ridiculum. Idemque dicendum eſt, ſi fuerit punitus in foro pœnitentiali pœna quantumcunque magna, adhuc enim non attenta tali punitione poterit puniri in foro iudiciali. Ita tenet gl.in ca gaudemus, in gl fi. de di* uor. quam omnes Doctores ſequũtur, teſte Ant. Gomeſ c. 1. delictorum, poſt nu. 40. ver. Sit prima, ubi etiam ſubdit ſe hoc uidiſſe de facto in quibuſdam ſceleſtis, qui in die carniſpriuij quoddam ſpectaculum fecerunt in vilipendium Dei, & catholicæ religionis.

11 SED hic † occurrit alia quæſtio: Tu ſcis, ꝙ multa ſunt crimina communis fori, ſcilicet pro quib. poteſt laicus puniri à iudice laico, & etiã ab eccleſiaſtico, vt dixi ſupra qő. 37. pone, ꝙ aliquis fuerit de tali crimine accuſatus coram iudice eccleſiaſtico, & ab eo cauſa cognita abſolutus, nũquid poterit nő obſtante dicta abſolutione iterũ corã iudice laico de ipſo crimine accuſari & puniri? Rñdeo quòd ſic, & ita omnium conſenſu receptum eſſe atteſtatur Didacus in d. ca. 10. num. 6. Nam iuriſdictio eccleſiaſtica & ſecularis ſunt prorſus ſeparatæ & diſtinctæ, ideo abſolutio lata in vna iuriſdictione, non parit in alia exceptionem rei iudicatæ. Et ita in facti contingentia conſuluit Bald. conſi. 260.lib.3. contra quendam imputatum, ꝙ cognouerat quãdam monialem, qui fuerat ab epo abſolutus. Faciũt ea, q̃ dixi infra ver. Scias etiã, & ſeq. & refert Papo.li.1.tit.5. arreſto 46. iudicatum fuiſſe per parlamentum Pariſiẽ. ꝙ clerici in caſibus in quibus ex priuilegio Gallicano poſſunt puniri etiam à iudicibus laicis, ſi prius fuerint pro eiſdem criminibus abſoluti à ſuis iudicibus eccleſiaſticis, poſſunt nő attentata huiuſmodi abſolutione à laicis puniri.

SED quid ſi pro eo crimine fuerit punitus ab eccleſiaſtico? Dixi infra uerſicu. Sed quæro.

12 DICTVM eſt † non poſſe procedi contra eũ, qui fuerit pro eo crimine abſolutus, ſed quid ſi fuerit punitus? Reſp. Siquidẽ fuit punitus ea pœna, quam requirebat qualitas delicti, nulla eſt difficultas, ꝙ non poteſt amplius procedi. Et ita in facti contingentia cõſuluit Bal. conſi. 31. lib. 4 & conſi. 292. eod. uol & conſi. 124. lib. 4 & Paul de Caſtro, cõſil. 18. lib. 1. Ita etiam declarauit ſenatus in cauſa cuiuſdam Andreę Marzæ, qui fuerat punitus ex cauſa ludi prohibiti, & iterũ pro eodem delicto moleſtabatur, 23 Nouemb. 1555. Sed ſi fuit punitus minori pœna, quã criminis qualitas requireret, fortè poſſet dubitari. Adhuc tamen dicendum eſt, ꝙ nő poteſt iterum puniri. Et ita quotidie practicari videmus, ut dicit Bald. conſil. 34. in fin. libro 1. militat enim etiam hoc caſu generalis ratio, ꝙ de eodem delicto ſæpius non eſt quærendum. Quod tamen intellige ut procedat, niſi ex parte iudicis, qui minorem pœnam impoſuit, interceſſiſſet aliqua fraus vel colluſio, imponendo pœnam leuiorem pro delicto ualde graui, nam eo caſu, non obſtãte huiuſmodi punitione, poſſet reus iterum accuſari & puniri. Et ita reperio iudicatum fuiſſe in cauſa cuiuſdam Gaſparis Canouæ, qui pro homicidio animo deliberato patrato fuerat punitus pœna pecuniaria per prætorẽ Domus Oſſulæ. Iuſſit enim ſenatus ei* prætori ſucceſſori, ut nulla habita ratione illius condemnationis, de nouo contra ipſum Canouam procederet, 8. Octobris 1556. P. N. Et Pau. de Caſtro, conſi. 348. lib 1. conſuluit, quòd quidã, qui fecerat compoſitionẽ pecuniariam cum vicario epiſcopi pro adulterio, poterat nő obſtante compoſitione iterum ab epiſcopo inquiri, & puniri.

13 SCIAS etiam, † quòd licet prædicta concluſio procedat de iure, tamen conſuetudo illam non admittit, niſi quando iſti duo iudices ſunt ſub eodem domino. Sed quando eorum territoria & iuriſdictiones ſunt penitus ſæparatæ, & diſtinctæ, & ſub diuerſis prę ſidibus prouinciarum, tunc ſi delictum commiſſum in uno loco poteſt puniri à duobus iudicibus inſolidum, condemnatio facta ab uno & exactio pœnæ non tollit accuſationem, neque punitionem coram alio. Et ita de conſuetudine obſeruari atteſtatur Bald. relatus per Aret. in d.c. de his, num. 20. & in ſpecie ita ſeruari in Italia dicit Iac. de Beluiſo conſi. 9. circa fi. inter conſilia crim. diuerſorum lib. 1.

14 SED quæro, † quid ſi aliquis fuerit accuſatus coram iudice eccleſiaſtico pro aliquo crimine, ex his, pro quibus etiam iudex eccleſiaſticus poteſt contra laicum procedere, de quibus dixi in d. quæſtio. 37. & quòd fuerit ab ipſo iudice eccleſiaſtico punitus, nunquid poterit iudex laicus illum iterum pro eodem delicto grauius punire? * Reſpondeo, quòd ſic, & eſt communis

opi. ut dicit Feli. in d. c. de his, nn. 10. prout illum refert Alciat. in c. 1. nu. 128. de offi. ordi. qui & ipſe atteſtatur hanc eſſe communẽ opin. licèt ego in libro meo non reperiam Feli. in eo loco id atteſtantem. Didac. in d. c. 10. poſt num. 6. Anton Gomes. c. 1. delictorum, poſt nu. 40. in prima concluſione, ſunt enim iuriſdictiones diſtinctæ, & prorſus ſeparatæ, ut dixi ſupra uerſi. Sed hic occurrit. Subdit tamen Anton. Gomes in loco præallegato circa fi. quòd aliud eſſe dicendum, ſi prius fuiſſet punitus à iudice laico, nã (ſecundum eum) non poſſet deinde ab eccleſiaſtico moleſtari. Et dicit quòd ita colligitur ex mẽte omnium doctornm; quod ego etiã ſequor, dummodo pœna impoſita per iudicem laicum non eſſet minor illa, quàm pro eo crimine poſſet imponere iudex eccleſiaſticus, loquendo de pœna corporali vel pecuniaria. Nam licèt pœna excommunicationis, quam iudices eccleſiaſtici paſſim imponunt, ſecundum quid ſit grauior omni pœna temporali, quum tamẽ tendat potius ad ſalutem animæ, & ſic ſit potius medicinalis, quàm afflictiua, non eſt in hoc propoſito connumeranda inter graues pœnas.

15 Vnum tamen † ſcias, quòd tanta poſſet eſſe criminis atrocitas, quòd non obſtante punitione per unum iudicem illata, poſſet etiam per alium iudicem puniri. Et ita colligi uidetur ex text. in c. ad falſariorum. de crim. falſi, & in hoc omnes doctores conſentiunt, ut atteſtatur Ponta. ſuper cõſue. Bleſen. fol. 182. col. 1. in fi. vbi per tres colum. ſatis eleganter loquitur in hac materia.

Quæſtio LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pace habita ab offenſo, an poſſit ulterius procedi.*

2 *Et an poſſit tranſigi ſuper crimine prius, quàm ſit inſtituta accuſatio, uerſicu. Sed punctus eſt.*

Et an facta pace poſt cœptum iudicium, poſſit iudex illud proſequi, eo.

3 *Et an ſtante pace poſſit tertius accuſare, verſic. Sed pone.*

4 *De quibus criminibus poſſit fieri pax, ver. Succeſſiuè uideamus.*

5 *Et an de criminibus priuatis, uerſi. Habet.*

6 *Et an vbi ingeritur tantùm pœna mutilationis membri, uerſi. Item locum.*

7 *Et an ubi pœna fuſtigationis, verſi. Sed quid ſi ingeratur.*

8 *Et an ubi agitur de amittenda libertate, verſi. Item quæro.*

9 *Et quid ſi agatur de imponenda pœna perpetui carceris, uerſi. Hinc infertur.*

10 *Et an ſuper crimine adulterii, uerſi. Excipitur tamen.*

11 *Et an ſuper crimine raptus, verſicu. In aliis autem.*

12 *Et an ſuper crimine inceſtus, verſicu. Secundo infertur.*

13 *Et an ſuper ſtupro, verſi. Tertio infertur.*

14 *Et an ſuper criminibus, pro quibus non ingeritur pœna ſanguinis, verſicu. Secunda regula.*

15 *Et quid ſi agatur de crimine priuato, verſi. Sed hic quæro.*

16 *Et quid ſi agatur de crimine, pro quo de iure ſit impoſita pœna mortis, & à ſtatuto impoſita ſit pœna pecuniaria, verſicu. Pone modo.*

17 *Et quid ſi agatur de crimine falſi, uerſi. Ab hac autem.*

18 *Et an ſi ſtatutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto, cenſebitur etiam prohibitum fieri pacem cum eo, qui delictum ipſum fieri mandauit, verſiculo Vnum autem.*

19 *Et an in caſibus, in quibus eſt prohibita tranſactio, ſit etiam prohibita gratuita pactio, verſi. Scias etiam.*

20 *Ad quos ſpectet ius faciendæ pacis, verſi. Viſum eſt.*

21 *Pater an poſſit remittere iniuriam factam filio, verſi. Quæro nunquid.*

22 *Prælatus an poſſit remittere iniuriam factam eccleſiæ, uerſi. Præterea quæro.*

23 *Et quid in blaſphemia, uerſi. Sed quid dicendum.*

24 *Offenſo monacho, an ſpectet ius faciendæ pacis monaſterio uel filio, uerſicu. Vlterius quæro.*

25 *Filii ſpurii an poſſint pacem facere de morte parentum, uerſi. Scias autem.*

26 *Tutor an poſſit facere pacem nomine pupilli, verſi. Quæro an tutor.*

27 *Procurator cum libera an poſſit pacem facere, verſi. Sed an procurator.*

28 *Pax habita à vulnerato, qui deinde moritur, an proſit vulneranti, verſi. Quæro pone.*

29 *Et an pax facta pro vulneribus proſit pro morte, uerſi. Vnum tamen.*

30 *Mari-*

30 *Marito qui uxorem occidit, an proſit pax habita à filiis communibus, uerſicu. Contingit etiam.*

31 *Filius, qui non vult eſſe hęres patris, an poſſit facere pacem pro morte patris, uerſi. Quæro nunc.*

32 *Et an filius faciendo pacem cenſeatur adire patris hæreditatem, uerſi. Sed hic incidenter.*

33 *Si offenſus decedat, relictis pluribus hæredibus, an ſit habenda pax ab omnibus, uer. Frequenter ſoles.*

34 *Et an ſit habenda pax à fœmina hærede, verſi. Sed quid ſi inter.*

35 *Et quid ſi nullus adſit hæres, à quo poſſit haberi pax, uerſi. Sed quid ſi nullus.*

36 *Pax an poſſit fieri abſenti, uerſi. Dictum eſt.*

37 *Pax facta pro iniuria an tollat etiam intereſſe reſpectu damnorum & expenſarum, verſi. Quæro modò.*

38 *Remiſſione facta in foro conſcientię, nunquid ſublatum ſit ius accuſandi, verſi. Sed in propoſito.*

39 *Reſtitutio rei ablatæ, uel ſatisfactio, an habeat vim remiſſionis, verſicu. Addo quòd etiam.*

40 *Iudex an poſſit cogere offenſum ad faciendam pacem, verſi. Pro complemento.*

1 SEQVENS eſt defenſio, †quã reus contra proceſſum proponere poteſt, q ſcilicet habet pacem ſeu remiſſionẽ à parte offenſa. Et hæc materia eſt valde utilis, tam propter ſtatuta, quæ plerunque habita partis remiſſione minuũt pœnas delictorum, uel etiam aliquando diſponunt delinquentes habita pace non poſſe moleſtari, quàm etiam propter gratias ſeu remiſſiones, quæ illis fiunt à Principe, quæ in hoc ducatu & multis etiam in locis non fiunt, niſi præuia partis remiſſione. Hęc autem pax ſeu remiſſio partis offenſæ ſi habita eſſet antequam cœptum eſſet procedi, multum prodeſſe poſſet delinquenti, attenta diſpoſitione iuris communis, ſecundum quam non proceditur regulariter ſine accuſatore, ut dixi ſupra quæſ. 3. uerſi. Debes autem. uidemus enim, quòd ubi pars offenſa non accuſat, raro ſolent alii accuſare, ut experientia docet. Sed de conſuetudine, ſecundũ quam hodie iudices pro quocunq; crimine procedunt per inquiſitionem, i. ex officio, vt dixi in d. quæſt. 3. uerſi. Sed certè, parum prodeſſet partis remiſſio quo ad impediendum proceſſum, quia iudex ea non obſtante procederet ex officio. Et ita in facti contingentia reſcripſit ſenatus prætori Comi, 16. Septemb. 1546. P.N. Benè poſſet prodeſſe quo ad debilitandum re ipſa proceſſum, nam ubi pars remittit, uidemus ut plurimum quòd cum maxima difficultate poſſunt haberi per fiſcum indicia vel probationes contra delinquentes.

2 SED punctus eſt, †nunquid poſſit tranſigi ſuper crimine antequam ſit ſuper eo inſtituta accuſatio, nam de iure loquendo uidetur q non; & q ſit facta ſi tranſactio, nihil ualet, quinimò illemet, qui remiſit p pactum uel per tranſactionem, poterit nõ obſtante tali pace uel trãſactione accuſare. Et eſt cõis opi. ut dicit Alex. in l. tranſigere, nu. 16. C. de tranſac. quem refert. Paris. cõ. 150. nu. 4. lib. 4. & Mantua in ea. l. tranſigere, nu. 194. in fi. & fuit opi. glo. in l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar, in uerbo. Non liceat, uerſi. Sed an idem, ff. de pac. quam dicit eſſe communiter approbatam Villalpand. in repe. l. 22. c. 4. nu. 1. Sed certè de conſuetudine contrariũ ſeruatur, nam quandocunq; fiunt paces & tranſactiones ſuper criminibus, ſemp ualent & ſunt obſeruandæ. Et licèt de iure cõi tranſactio ſeu pactum facta per proximiorẽ offenſi, nõ impediat, quominus alius ſequẽs in gradu poſſit accuſare, ſecundum cõmunẽ opi. de qua per Villalpand ſuper l. 22. c. 52. nu. 1. nihilominus de conſuetudine ſeruat̃, q ubi primus in gradu remittit, non poſſũt alij accuſare, niſi prout poſſet quilibet extraneus; & ita in caſu ſtatuti, vel decreti, uel gratiæ particularis, ſemper remiſſio proximioris tollit aliis facultatem accuſandi. Et ita in practica indiſtinctè ſemper uidi obſeruari. Poſt cęptum aũt iudicium, ſiue per uiã accuſationis, ſiue per uiã inquiſitionis, credo q hæc defenſio fundata ſuper pace aut remiſſione partis, eſſet modici effectus, nam non obſtante tali pace ſeu trãſactione, quæ facta eſſet ſuper crimine, etiã in caſibus à iure permiſſis, deuenitur ad cõdemnationem contra delinquẽtem, perinde ac ſi nulla pax aut remiſſio partis ſequuta eſſet. Et dicit Gandi de maleſi. in tit. de tranſactio. nu. 13. q hęc eſt opi. omniũ doctorum cõiter, & q ita de cõſuetudine ſeruatur, quẽ refert Villalpãd. in repe. l. 22. c. 6. nu. 5. Prac. Carer. fo. 105. n. 379. relatus & ipſe p Villalob. in ſua collecta cõium opi. in littera T, num. 121. ubi

ſubdit quòd ita praxis obſeruat. Dicit etiã Vitali.de maleſi. in tit.de pace, nu. 4. quòd in hoc concordant cõiter doctores, & quòd ita ſeruatur. Ita etiam ſeruari atteſtat Ang. in d.l.tranſigere.poſt nume. 10 quem refert Anan.in ca. 1.poſt nu.20. de colluſ. deteg. & Card. Alex.in c. ſi quẽquam,§. in omnibus, in glo. prima, ſecunda quæſt.3. & Villalpãd. in repe.l.22.c.5.poſt num.2. Et dicit Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt.127. ꝙ ita communiter tenetur & ſeruatur; quod tamen intellige, modò delictum ſit tale, pro quo poſſit ex officio procedi. Et ita in facti contingentia reſcripſit ſenatus prætori Cremonæ 24. Iulij 1564. Vide quæ dixi ſupra quæſ 51.verſi. Sed quid ſi accuſator. Verum eſt ꝙ Bar. in d.l.tranſigere, nu. 7.tenet.ꝙ facta tranſactione ſuper crimine in caſibus à iure permiſſis, non poſſit deueniri ad condẽnationem ſanguinis contra reum. Et Curt. Iun. in d.l.tranſigere, nu.29.dicit hanc opin. eſſe communem, quæ fortè etiã in puncto iuris eſt uerior, & in regno Caſtellæ poſſim & indiſtinctè obſeruatur, ut atteſtatur Villalpand. in repe.l.22.ca.6.nu. 1.& ſeq. & Anto. Gomes.c.3.delictorum, nu.55.& ſeq. inhærendo litteræ tex.d.l. 22.licèt idem Gomes. referat quandoq; contrarium fuiſſe obſeruatum. Nihilominus veritas eſt contrariam opin. eſſe magis communem, & ita ſemper vidi ſeruari vbiq; locorum, vbi non exient in aliquibus caſibus ſtatuta contrarium diſponentia. Quum.n.ex generali conſuetudine totius Italiæ, & forte etiam totius orbis, poſſint iudices ex officio procedere ſuper quibuſcunque delictis, vt ſupra dixi, parum curamus, an pars accuſet vel remittat, & ĩ hoc (maxime ſtante conſuetudine) non eſt dubitandum. Et ideo in caſibus, in quibus nõ põt procedi niſi ad querelam partis, crederem ꝙ remiſſio partis ſuperueniens tolleret omnẽ proceſſum, & ꝙ accuſatus eſſet omnino abſoluendus, in cæteris autem tenenda eſt cõmunis opin. ut ſcilicet remiſſio partis nihil operetur quo ad hoc vt proceſſus impediri aut tolli poſſit. Et hoc aperte innuit decreſi in nouis conſtitut. in tit. de accuſa.c.in caſibus, diſponens quòd ubi agitur de pœna pecuniaria, habita remiſſione ab offenſo vel eius hęredibus, non poſſit aliquo modo procedi, niſi ſint caſus, in quibus poſſit etiam ex officio procedi.

Et ſcias, quòd licet ſequuta abolitione per tranſactionem vel mortem accuſatoris, poſſit iudex accuſationem ipſam proſequi, debet tamen nouum proceſſum & nouam inſtantiam inchoare, ex quo prima inſtantia per tranſactionem fuit extincta. Ita tenet Bar.in d.l.trãſigere, nu. 8. cuius ſñiam dicit eſſe communem Anton. Gomes. ca. 1. delictorum, poſt nu.36.verſi. Ex quo aperte, licet ipſe teneat contrarium, & reuera quum hodie (vt ſæpius dixi) iudex inquirẽdo concurrat cum accuſatore, practica ſeruat, ꝙ per tranſactionem non dicatur perẽpta inſtantia, ſed poteſt iudex illam qñcunque proſequi, ſecundum Aug. in d.l.tranſigere, num.7.quem refert Don Ant. de Padilla in d.l.tranſigere, nu.47. Et ita de cõſuetudine hodie obſeruari atteſtatur Ant. Gomes.in loco præallegato, nu.37.in fi. Vide q̃ dixi ſupra quæ.51.uerſi. Pariter etiam. Adde ꝙ accuſator, qui tranſigit ſuper crimine etiam in caſibus à iure permiſſis, incidit in pœnam ſenatuſcon. Turpil. & eſt cõis opinio, vt dicit Curt.Iun.in d.l.tranſigere, nu. 29. quem refert Don Ant. de Padilla in ea. l.tranſigere, nu.46. Villalpand. in repe.l.22. c.71.nu.3. Et ſic punitur non vt præuaricator, ſed ut deſiſtens, quam etiam opin.dicit eſſe communem Alex.in ea.l.tranſigere, nu. 10. in fi. licet enim lex permittat accuſato tranſigere, vt ſanguinẽ ſuũ redimat, non tñ propterea permittit accuſatori, ut ſe corrũpi patiatur. Sed certe quicquid ſit de iure, hoc apud nos non ſeruatur in practica, ut accuſator tranſigens in aliquo caſu puniat.

3 Sed pone, † quòd pars offenſa faciat remiſſionem delinquenti, nũquid poterit aliquis tertius, non obſtante tali remiſſione, ipſum delinquentem de eo crimine accuſare? Reſpond. ꝙ ſic, & eſt communis opin. ut dicit Feli.in c. de his, nu.3.de accuſa.ubi dicit quòd ita tenent omnes doctores. Curt. Iun in d.l.tranſigere, nu.34 Maranta in ſuo Speculo fol.84.poſt num.61. Didacus lib. 2. reſolutionum, c. 10.poſt num.5.verſi. Nono idem. Don Ant. de Padilla in d. l. tranſigere, nume.51. Quod intellige ut procedat in criminibus, in quibus illi tertio competit ius accuſandi, uel quia crimen ſit publicum, uel quia proſequatur ſuorum iniuriã, aliàs ſecus.

4 Succeſſiue † videamus, ſuper quibus criminibus licitum ſit facere pacem ſeu tranſactionem? Reſpond. De hoc habemus tex. in d.l.tranſigere, vbi eſt locus ordinarius huius materię, ex quo colligitur prima regula, ꝙ de

de criminibus, pro quibus ingeritur pœna ſanguinis, licita eſt tranſactio. Et dicit Placa lib. 1. delictorum, ca. 39. num. 3. q̃ hæc eſt conſtitutiſſima cõcluſio, & frequenti doctorum calculo recepta ſententia. Ratio autem huius concluſionis eſt, q̃a vnicuiq; licet ſanguinem ſuum redimere. Ita dicit glo. in d. l. tranſigere, in uerbo prohibitũ, quæ quidem ñõ ab omnibus approbatur, ut dicit Purpurat. in d. l. trãſigere, nu. 17. & illam cõem appellat Curt. Iun. in ea. l. tranſigere, nu. 4. quẽ refert Don Ant. de Padilla, ibid. nu. 2. Mantua in ea. l. tranſigere, nu. 18.

5 Habetque † locum hæc concluſio non modò in criminibus publicis, ſed etiam in priuatis, nam ſi pro illis, puta pro furto vel huiuſmodi impoſita ſit pœna ſanguinis, vtique etiam in illis licita erit tranſactio. Et eſt cõmunis opi. ut atteſtatur Villalpãnd. in l. 22. c. 1. num. 11. Anton. Gomes. c. 3. delictorum, num. 54. prout illum refert Don Anton. de Padilla in d. l. tranſigere, num. 7. Militat. nu. eadem ratio, quia ſcilicet vnicuique licitum eſſe debet ſanguinem ſuum redimere.

6 Item locum † habet concluſio non ſolum in criminibus, pro quibus ingeritur pœna mortis, ſed etiã in illis, pro quibus ingeritur pœna mutilationis membri. Et eſt cõmunis opi. ut atteſtatur ſcribentes in d. l. tranſigere, & in ſpecie Curt. Iun. nu. 23. & Purpur. nume. 9. & Alciat. nume. 45. & Don Antõn. de Padilla num. 8. Villalp. in l. 22. ca. 1. num. 4. Chaſſ. ſuper conſuetud. Burgund. fol. 56. nume. 129. Talis enim dicitur etiam pœna ſanguinis.

7 Sed quid † ſi ingeratur ſolummodò pœna fuſtigationis? Reſpondeo, quòd etiam ſuper illis licita eſt tranſactio, & eſt communis opinio, ut dicit Curt. Iun. in d. l. tranſigere, nu. 26. Chaſſ. in loco præallegato. Purpurat. in d. l. tranſigere, nu. 12. Don Anton. de Padilla in ea l. tranſigere, num. 10. Et hæc opi. mitior eſt, & mihi magis placet; quãuis contrariam opin. multi ſequantur, quam etiam communem appellat Roma. in ea. l. tranſigere, nu. 9.

8 Item quæro, † quid ſi agatur tantum de amittenda libertate aut authoritate, nunquid poterit tranſigi? Reſpond. quòd non, ita tenet glo. in d. l. tranſigere, in uerbo capitali, quæ in hoc communiter approbatur, ut dicit Curt. Iun. in ea. l. tranſigere, nume. 27. Nam eo caſu non dicitur propriè agi de pœna capitali, vel ſanguinis, meritò ceſſat legis ratio, & conſequenter etiã diſpoſitio.

9 Hinc infertur, † quòd ſi agatur de crimine, pro quo ueniat imponenda pœna perpetui carceris, non erit licita tranſactio. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Curt. Iun. in d. l. tranſigere, nume. 22. & Mantua poſt num. 37. quicquid in contrarium dixerit Abbas in c. 1. col. fi. uerſ. Idem putarem, de colluſ. deteg. cuius opi. magis communiter reprobari affirmat Don Anton. de Padilla in d. l. tranſigare, num. 15.

10 Excipitur tamen † ab hac regula crimen adulterij, licet enim pro eo de iure communi impoſita ſit pœna mortis, vt dixi ſupra hoc eo. libro, §. Adulterium, verſic. Sed quæro, nihilominus non eſt ſuper illo licita tranſactio, ut expreſſe dicit tex. in d. l. tranſigere. Et ratio eſt, propter frequentiam & immanitatem ipſius criminis, & ita dicunt communiter doctores, ut dicit Alber. in d. l. tranſigere, poſt nume. 17. uerſi. Quæro quare, quem refert Don Anton. de Padilla in ea. l. tranſigere, poſt nu. 77. quam tamen rationem communiter reprobatam eſſe ait Coraſ. lib. ſecundo Miſcell. c. 1. num. 2. Vel etiam ita inductum fuit in fauorem matrimonij, cui leges multum fauẽt, ne fiat ſanguinis turbatio, neue forte ſordidæ ſtirpis viri ſplendidis natalibus ſubrogentur, quam etiam rationem communiter teneri atteſtatur Mantua in ea. l. tranſigere, nume. 65. & Alciat. nume. 20. Hoc tamen intellige ut procedat ante, quàm pœna pro ipſo adulterio impoſita ſit, ſed poſt impoſitam pœnam, utique etiam in adulterio licita eſt tranſactio. Ita tenet Bart. in d. l. tranſigere, numero 13. & eſt communis opi. ut atteſtatur Purpur. in ea. l. tranſigere, nume. 71. Ego tamen in contingentia facti nunquam uidi reiici remiſſiones factas à maritis pro adulterio, quinimò dicit Papo lib. 22. tit. 9. arreſto 12. quòd quandocunque maritus remittat ante ſententiam, mulier non punitur; & quòd ita fuit iudicatum per parlamentum Tholoſanum.

11 In alijs † autem criminibus præter adulterium licet tranſigere, etiam ſi grauiora ſint ipſo crimine adulterij. Et ita communiter concluditur, vt dicit Prac. Carer. folio 628. poſt nume. 127. Hinc infertur quòd licita eſt tranſactio ſuper raptu. Ita tenet Bartol. in d. l. tranſigere, numero 12. quem ſequuntur communiter doctores, ut dicit Curt. Iun. in ea. l. tranſigere, numero 35.

Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Alexan. in ea.l.tranſigere, nume.31. & Purpur. num.54.& ſeq.& alij, quos refert Don Anton. de Padilla, in d. l.tranſigere, num.79.& Villalp. in rep.l.22.c.17.num.2. & c.18. poſt num.5. Et ſi dicas, ꝙ immò parentes prohibentur ſub pœna deportationis facere pacẽ pro raptu filiarum, vt expreſſe dicit tex. in l. vnica, C. de raptu virgi. reſpond. quòd ipſe quidem pater tranſigendo incidit in pœnam dictæ legis, tamen remiſſio valet, nec ſuo nomine amplius agere poteſt. Et ita conſueuerunt Doctores cõmuniter dicere ut ait Sal. in d.l. vnica, nu.31.

12 Secundo † infertur, quòd licita etiam eſt tranſactio ſuper crimine inceſtus, & eſt communis opi. ut atteſtatur Boer. deciſ.91. numero 2. & 3.

13 Tertiò infertur, † quòd licita etiam eſt trãſactio ſuper ſtupro, & eſt communis opi. ut atteſtatur Coraſ. lib. 2. Miſcel. c. 1. nume. 5. Don Anton. de Padilla, in d.l.tranſigere, numero 82.

14 Secunda regula, † quæ colligitur ex text. in d.l. trãſigere, eſt ꝙ ſuper criminibus, pro quibus non ingeritur pœna ſanguinis, non poteſt fieri pax ſiue tranſactio. Ratio autem eſt, ne delicta impunita remaneant. Et ita communiter dicitur. Alexan. in ea.l. tranſigere, poſt nu.5. verſi. Quæ autem. Sed certe & contra hanc rationem, & multas deciſiones doctorum in hac materia multa dici poſſent, quæ tamen omitto, tum quia iſtæ diſputationes parum vel nihil proſunt, tum ẽt quia hodie ex generali conſuetudine Italiæ licitum eſt facere pacem pro quocunque crimine. Et ſic ferè omnia prædicta raró vel nũquam tractantur in practica.

15 Sed hic † quęro, nunquid hęc concluſio locum habeat, non modo ſi agatur de criminibus publicis, ſed etiam ſi agatur de criminib. priuatis, vt ſ. etiam in iſtis non ſit licita tranſactio, ſi pęna ſanguinis non ingeratur? Rñ. Aliqui tenuerunt, ꝙ non habeat locum in criminib. priuatis, & conſequenter ꝙ in illis licitum ſit tranſigere, & dicit Alber. in d.l. tranſigere, nu.22. ꝙ ita tenent communiter Doct. Contrariam autem ſententiam, ꝙ ſcilicet etiam in criminibus priuatis, vbi nõ ingeratur pœna ſanguinis, non liceat tranſigere, tenuit Bar. in ea.l. tranſigere, nu. 14.& ſeq. Et hanc dicunt eſſe communem ſcribentes ibi, & in ſpecie Purpur. nu.120. Dõ Ant. de Padilla in ead.l. tranſigere, nu.104. Boſ. in tit. de fur. poſt nu. 58. Militat enim etiam in illis ratio prædicta, ne ſcilicet delicta impunita remaneant.

16 Pone modò, † quòd pro crimine, pro quo de iure communi imponitur pœna mortis, puta homicidio, ex ſtatuto impoſita ſit pœna pecuniaria, nunquid eo caſu poterit ſuper tali crimine tranſigi vel paciſci? Reſpondeo, ꝙ non, & eſt communis opi. doctorum vt ait Albe. in 2. parte ſtatutorum, qõ.124. Ana. in c. 1. poſt nu.22. verſ. Quid autẽ ſi pęna de colluſ. deteg. Gregor. quem refert Don Ant. de Padilla, in d.l. tranſigere, poſt num.66. Magis enim attenditur, pęna ſtatuti, quàm natura criminis, & ex quo receſſũ eſt à iure communi in impoſitione pœnæ. Faciunt quæ dixi ſupra quæſt. 32. uerſi. Dictum eſt. An autem ualeat tale ſtatutum imponens pęnam pecuniariam pro homicidio dixi ſupra hoc eo. lib.5. Homicidium, verſ. Sed nunquid.

17 Ab hac † tamen regula excipitur crimen falſi, nam quamuis pro eo de iure communi non imponatur pœna mortis, vt dixi ſupra hoc eo. lib.5. Falſum, verſi. Sed quæro. licitũ eſt tamen pro eo tranſigere, ut eſt tex. in d.L. tranſigere. Et ratio eſt, quia nullum crimen eſt, quod maiorem infamiam irroget quàm crimen falſi, & ideo eius pœna, quæ eſt honoris iactura tã grauis, pęnæ ſanguinis ęquiparatur. Et hanc rationem dicunt eſſe communem ſcribentes, in d.l. trãſigere, & in ſpecie Cuma. num. 7. & Cur. ſen. nu.27. & alij, quos refert Don Ant. de Padilla. ibid. poſt nume. 3.

18 Vnvm volo, † ut ſcias in hoc propoſito, quòd ſi ſtatutum prohibeat fieri pacem pro aliquo delicto, non poterit fieri pax neque cum principali delinquente, neque cum eo, qui mãdauit ipſum delictum committi. Et ita communiter obſeruatur, ut dicit Gand. in ti. de tranſa. & pac. in fi. quem refert Villalpan. in repe. l. 22. c.66. nu.9. idem enim iudicandum uidetur de mãdante, quod de ipſo principali delinquente, circa quod tamẽ videda ſunt ea, quæ dixi infra q.89. in prin. & ver. Sed quæro.

19 Scias † etiam, quòd in caſibus, in quib. non eſt licitum tranſigere, neq; etiam licet gratuito paciſci. Et hæc eſt magis communis ſententia, ut atteſtatur Don Ant. de Padilla in d.l. tranſigere, nume.108. Villalp. in repetitione d. l. 22. capitulo 18. numero tertio.

V I-

20 Visum eſt† de quibus criminibus licitum
ſit tranſigere, videamus nunc ad quas perſo
nas ſpectet ius faciendæ pacis ſeu remiſſio-
nis. Et ſi quidem extat ille, qui offenſus eſt,
proculdubio ad eum pertinet offénſam re-
mittere; ſi uerò ille mortuus eſt, tũc ad eius
a proximiores *a* ſpectat pacem facere, eò ſcili-
cet ordine, vt qui præfertur in accuſatione,
pariter præferatur in remiſſione facienda.
Quis autem præferatur in accuſatione, dixi
ſupra q. 15. ver. Succeſſiuè quæro.
21 Quæro, nunquid† pater *b* poſſit face-
b re remiſſionem pro iniuria facta filio? Rñd.
q ſic, ita tenet Bar. in l. ſed ſi vnius, § filiofa.
nu. 2. ff. de iniu. & eſt communis concluſio,
vt dicit Boer. dec. 120. ſub. nu. 5. & ſeq. quẽ
refert Menchiaca controuerſ. illuſtr. capi. 15.
nu. 8. Villalpand. ſuper l. 22. c. 26. nume. 1. in
fi. Placa lib. 1. delictorum ca. 6. poſt num. 21.
Arius in l. 1. C. de bon. mater. folio 586. nam
ex iniuria facta filio, magis uidetur offendi
pater, quàm filius, & hoc etiam inuito filio.
Et ita in facti contingentia iudicauit curia
Tholoſ. teſte Aufrer. dec. 261. Hanc tamen
c concluſionem aliqui limitant, *c* vt non pro-
cedat quando iniuria facta eſſet à coniun-
cta perſona, ut ſcilicet illam nõ poſſit pater
inuito filio remittere. Et hanc dicit eſſe com
munem limitationem Arius in loco præal-
legato, fol. 587. licet illam non ſequatur. Et
reuera quicquid ſit de iure, ſenatus non ſer-
uat hanc concluſionem, ſed indiſtincte vult
quòd in remiſſione iniuriæ interueniat cõſẽ
ſus utrinſque, ſcilicet filij, qui iniuriam ac-
cepit, & eius patris. Bene uerum eſt, quod
quando non interueniunt cædes, neque vul-
nera, ſolet approbari remiſſio facta a patre
ſine filio, qui eſt offenſus, & ita uidi ſeruari
in gratia cuiuſdam Bapt. Righetti 5. Augu.
1551. P. N. Hæc autem omnia intellige, vt
procedant in filio, qui ſit in patris poteſtate
d conſtitutus, ſed ſi eſſet emancipatus, *d* ſuffi-
cit ab eo remiſſionem habere, etiam ſine
patris interuentu. Et ita concluſum fuit
per ſenatum in approbatione gratiæ cuiuſ-
dam Franciſchini Baſſi, 6. Octobris 1557.
P. N.
22 Præterea quæro, † nũquid prælatus poſſit
remittere iniuriam factam eccleſiæ? Reſpon.
quòd non, & ita tenet glo. in ca. 1. in uerbo,
Punire. de pœnis. in ſexto, & eſt communis
opin. ut dicit Boer. in d. deci. 120. numero 5.
prout illum refert Placa in loco præallega-
to, nume. 21. Hoc tamen intellige, ut ſcili-
cet non poſſit Epiſcopus ſolus illam remit-
tere, ſed benè poteſt cum conſenſu capituli:
& ita tenuit gl. in ca. contingit, in gloſſ. 1. de
ſenten. excommu. Et hanc eſſe communem
opi. atteſtatur Fel. in eo. ca. contingit, nume.
8. prout illum refert Foller. in prac. crim. ca-
no. fol. 52. nu. 58.
23 Sed quid† dicendum in blaſphemia, per
quam diuina Maieſtas offenditur, ad quem
ſpectabit facere remiſſionem? Reſpond. Do-
ctores videntur concludere, quòd ſpectet ad
Epiſcopum: ſed quicquid ſit de iure, apud
nos ſeruatur, quod nõ requiratur remiſſio.
Quum enim ſolus Deus ſit offenſus, ipſe pœ
nitenti ſemper remittit. Et ita reſcripſit ſe-
natus iudici maleficiorum Papiæ 10. Maij
1559. P. N. Idem ét ſeruat ſenatus in caſibus
qb. ſolus Princeps offenditur, prout in ſfro-
ſatione bladorum. Quum enim princeps ip
ſe indulgeat, non eſt alterius remiſſio requi
renda. Idemque in his, qui deferunt ſal in
dominio. Bene verum eſt, quòd ſi princeps
alij locaſſet vectigal ſalis, eo caſu requirere
tur remiſſio conductorum ipſius vectigalis
de quorum intereſſe principaliter agi uide-
tur, & ita in facti contingentia concluſum
fuit in ſenatu, in gratia cuiuſdam Petrini
Banchi ſfroſatoris ſalis, ultimo Septembris
1557. P. N.
24 Vlterius quæro, † pone quòd fuit interfe-
e ctus monachus, *e* qui reliquit filium, quem
ante monachatum legitime ſuſceperat, nun
quid ſpectabit ius faciendæ remiſſionis Ab-
bati monaſterij, an autem filio ipſius mona-
chi? Reſpon. In hoc fuerunt uariæ doctorum
ſententiæ, nam aliqui tenuerunt, quod filius
præferatur monaſterio, & ita conſuluit Fe-
deric. de Senis conſi. 174. Et hanc opin. dicit
eſſe magis communem Boer. dec. 121. præ-
ſertim nume. 9. quem refert Placa in d. c. 6.
num. 18. & c. 42. nume. 16. & Carauita ſuper
275. titu magnæ curiæ. circa fi. Aliqui verò
tenuerunt contrarium, ſcilicet quòd remiſ-
ſio ſpectet ad monaſterium, & non ad filiũ.
Et hanc dicit eſſe magis communem Aleia-
tus in l. 4. § Cato, num. 175. ff. de uerborum
obligatio. quem refert Don Anton. de Pa-
dilla in d. l. tranſigere, nume. 38. C. de tran-
ſac. Ego verò in hac doctorum uarietate
aliquando ſic dicebam, quòd, Aut apparet
iniuriam factam fuiſſe monacho intuitu
eccleſiæ, uel monaſterij, & debet præferri
monaſterium. Aut apparet, quod facta fuit
intuitu perſonæ ipſius monachi, & filius eſt

præferendus. Aut ſumus in dubio, & tunc ad vtrunq; ſpectat. Tutius eſt tamen (ſi potes) vt ſemper habeas remiſſionem ab utroque, & ceſſabit omnis difficultas; nã vt reperio in facti contingentia iudicatum fuiſſe per parlamentum Burdegalenſe, uterque & filius & Abbas admittuntur ad accuſandum pro ſuo intereſſe, meritò ab utroque debet haberi remiſſio. Et de illo arreſto mentionem facit Papo lib. 24. tit. 2. arreſto quarto. Scias tamen, quòd ſi ille, qui eſt offenſus, nõ eſſet profeſſus religionem, eo caſu non ſpectaret ad monaſterium facere pacem pro iniuria ei illata. Et ita fuit declaratum per ſenatum in approbatione gratiæ cuiuſdã nobilis, qui vulnerauerat coquum monaſterij Carmelitarum, quæ fuit admiſſa cum remiſſione ipſius tantùm, & dictum non requiri conſenſum prioris, nec monaſterij, comperto ꝙ non erat profeſſus, 12. Maij 1558. P.N.

25 Scias autem † in hoc propoſito, in quo incidit mentio de filijs monachorum, ꝙ ſenatus non admittit remiſſiones factas à filijs ſpurijs, & ita declarauit in cauſa cuiuſdã Margaritæ Balaſſi de Creula 9. Decemb. 1559. P.N. Et licet quibuſdam uideretur, ꝙ eo caſu de iure fuiſſent admittẽdi, ex quo agebatur de homicidio cõmiſſo in perſonam eorum matris, cuius reſpectu habentur pro filijs, & eis competit ius accuſandi, iuxta ea quæ dixi ſupra quæſt. 14. verſi. Quæro an filij, & ſupra lib. 2. §. Filius. nihilominus quũ (ni fallor) eſſent ſuſcepti ex coitu damnato, & è lege punibili, non fuit eorum remiſſio per ſenatum admiſſa. Sed circunſcripta obſeruantia ſenatus, forte contrarium eſſet de iure dicendum, ſcilicet ꝙ imò filij naturales, & ſpurij poſſint pacem facere pro offenſis factis eorũm matribus, & etiam patribus, quando ſunt certi. Et ita uidentur concludere communiter Doctores, ut atteſtatur Petrus Bellus de re milita. fol. 139. numero 64.

26 Quæro, † an tutor poſſit facere pacem nomine pupilli pro offenſa facta defuncto, vel etiam ipſi pupillo? Rñ. Si pupillus ſit maior infante, & in ipſa pace interueniat, nulla eſt difficultas. Nam certum eſt, ꝙ pupillus maior infante poteſt cum authoritate tutoris pacem facere. Et in hoc omnes concordãt, ut dicit Nellus de bannitis in 3. parte ſecundi temporis q. 32. Brun. in li. de conſti. in uerbo Pax, ver. Itẽ quæritur. Si uerò eſt infans, pariter uĩ expeditum, ꝙ neq; ipſe ſolus, neque cum tutore poteſt pacem facere. Et ita communiter concluditur, vt dicit Carauita ſup 275. ritu magnæ curiæ, nu. 10. Et dicit Crot. in repe. §. Cato, nu. 167. ꝙ in hoc omnes cõcordant. Idem dicit Brun. in loco præallegato. Et hoc idem ante eos dixit Nellus in d. q. 32. Punctus eſt, an ſolus tutor pro eo pacẽ facere poſſit. Et in hoc aliqui dixerunt, ꝙ quando delictum non eſt clarum neque notorium, puta quia non ſit certus homicida, poteſt tutor facere pacem pro pupillo. Si uerò certus eſt homicida, & clarum delictum, eo caſu non poteſt, & fuit opi. Guido de Suzaria, quam dicit eſſe communem Brunus in loco præallegato. Sed certè hæc opi. communiter non tenetur, vt dicit Io. de Amicis conſi. 88. poſt nume. 4. Alij itaque dixerunt ꝙ Aut remiſſio eſt damnoſa pupillo, puta quia ſit in dedecus ipſius pupilli, vel familiæ ſuæ, & non ualet. Aut uero remiſſio eſt vtilis pupillo, puta quia fortè eius aduerſarius eſt potens, & tunc valet. Et hanc dicit eſſe communem opi. Nellus in d. q. 32. Alexan. in l. pactum curatoris, num. 7. C. de pac. prout illum refert Villalpan. ſuper l. 22. cap. 29. nu. 5. & Placa lib. 1. delictorum, c. 45. nu. 6. & ſeq. Cur. Iun. in ea. l. pactum curatoris, num. 17. Crottus in 1. repe. §. Cato, nu. 196. Et dicit Carauita in pro præallegato, poſt nu. 19. ꝙ ita communiter concluditur. Et ita in facti contingentia contulit Abb. conſ. 108. lib. 2. ubi etiam num. 3. atteſtatur communem opin. eſſe quòd in huiuſmodi pace per pupillum facienda non requiritur iudicis decretum. Et illum refert Don Anton. de Padilla, in d. l. tranſigere, num. 64. In hoc Ducatu indiſtinctè admittitur pax facta à tutore pro pupillo, abſque alia cauſæ cognitione, ut etiam atteſtatur Boſ. in ti. de pace. num. 14. Bene quando pupillus eſt maior infante, requiritur quòd & ipſe in contractu pacis interueniat. Et hoc ſæpe declarauit ſenatus, & in ſpecie 2. Septembris 1557. in cã Ioan. Nariæ Mazzolarij P. N. Hæc tamen, quæ de tutore dicta ſunt, intellige ut procedant in tutore generali, qui fideiubeat, & inuentarium conficiat, & cætera faciat, quæ de iure requiruntur, non autẽ in tutore ſpeciali. Et licèt aliàs remiſſiones factæ per tutores ſpeciales fuerint qñq; in ſenatu habitæ pro legitimis, prout reperio in approbatione gratiæ cuiuſdã Dominici Ferrarij ſeruatum fuiſſe 22. Iunij 1548. nouiſſime tñ die 8. April. 1559. P.N. concluſum fuit in cã cu-

iuſdam

iuſdam Darij Carenzoni. ꝙ non erant admittédæ huiuſmodi remiſſiones factæ à tutoribus ſpecialibus, & ita poſtea (ni fallor) ſemper fuit obſeruatum.

27 SED an † procurator habens ab offenſo mandatum cum libera & generali adminiſtratione poterit pacem facere cum offendéte? Reſpon. ꝙ non, ſed requiritur ꝙ habeat ſpeciale mandatum, ita tenuit Spe. in Rub. de treuga & pace. nu. 4. & ita ſeruatur, ut atteſtatur Nellus de bannitis in 3. parte ſecundi temporis, q. 37. quem refert Villalpād. in repe. l. 22. c. 67. nu. 1. Nam in mandato cum libera, nunquam veniunt ea, quæ veriſimiliter conſtituens non conceſſiſſet, qualis eſt remiſſio debiti liquidi, quę donationi æquiparatur.

28 Quæro, † pone, ꝙ aliquis fuit læthaliter vulneratus, & ad inſtantiam amicorum vel aliter fecit pacem cum ipſo vulnerante, deinde mortuus eſt, nunquid hæc pax proderit delinquenti? Reſpon. Aut ſtatutum ſimpliciter loquitur, puta ꝙ habens pacem mitius puniatur, & tunc loquendo de iure poteſt quis habere pacem ab ipſomet vulnerato de eius morte, vbi ſequatur, & talis remiſſio ei proderit, ſecundum Barto. in l. damni, §. Sabini, nu. 2. in fi. de dam. infecto, quāuis illum in contrarium referat Boſſ. in tit. de pace. num. 13. vbi etiam refert Roma. in §. Cato. atteſtantem, ꝙ opi. Bar. eſt communis, qui tamen in libro meo hoc non dicit. Sed certe quicquid ſit de iure communi, cóſuetudo hoc non approbat, ut atteſtatur Alcia. conſi. 477 nu. 1. & ita quotidie uidemus in ſenatu obſeruari, ꝙ ſcilicet tales remiſſiones habitę ab occiſis non attenduntur vt etiam atteſtatur Boſ. in loco præallegato Et id expreſſé declarauit ſenatus in caſu cuiuſdam Baptiſtæ Ildæ opilionis, 25. Febr. 1545. P. N. & idem reſcripſit prætori Papiæ 3. Iulij. 1559. P. N. Aut verò ſtatutum requirit, ꝙ pax habeatur ab hærede, & tunc proculdubio non prodeſt pax habita a defuncto, & ita tenet Bar. in d. §. Sabini, num. 2. Et dicit Roma. in d. §. Sabini, nu. 2. in fin. quòd hanc opi. Bart. ſequuntur communiter Doctores, quem refert Aug. ad Ange. de malefic. in uerbo. Comparent dicti, & produxerunt inſtrumentum pacis, nume. 6. in fin. & Crottus in prima repetitio. §. Cato, numero 161. Et hæc opin. proculdubio eſt tenenda, præſertim ſtante conſuetudine, de qua ſtatim dixi.

29 VNVM tamen † ſcias in hoc propoſito, ꝙ etiam de iure loquendo, ſiquis aliquem vulnerauerit, & ille ei pacem fecerit de illis vulneribus, ſi deinde mors ſequatur, talis pax facta pro vulneribus, non prodeſt in caſu mortis, & eſt communis opin. ut atteſtatur Gandi in ti. de malefi. num. 15. quem refert Don Ant. de Padilla in l. tranſigere, nu. 28. C. de tranſ. Villalpand. ſuper l. 22. ca. 56. nume. 4.

30 CONTINGIT etiam † àliquando, quòd maritus interficit uxorem, quæro, nunquid proderit illi pax habita a filijs communibus ipſius vxoricidæ, & uxoris occiſæ? Reſpond. Boſ. in tit. de pace, nu. 21 refert, ꝙ hic caſus de facto contigerat, & quòd ſenatus reddebat ſe ualde difficilem in approbatione huiuſmodi pacis. Quinimò ego reperio, quòd in facti contingentia ſenatus expreſſe reiecit gratiam, quam obtinuerat quidā Georgius Barata vxoricida a filijs communibus eorumq; tutoribus ſpecialibus, niſi haberet pacem a fratribus & attinentibus ipſius uxoris occiſæ, 5. Decemb. 1547 P N. Reperio tamen, ꝙ econuerſo fuit approbata gratia cuiuſdam Doninæ de Cabianis, quæ maritum in rixa interfecerat, habita remiſſione tantummodo à filijs, 18. Iu. 1555. A. C. forte qa non militat ratio metus reuerentialis in matre, prout in patre.

31 Quæro nunc, † pone qnòd offenſus reliquit filium, qui non uult eſſe hæres patris, nunquid ſi iſte filius faciat pacem, ualebit? quòd ſic, ita dicit Bar. in l. ſi filius qui patri, nume. 8. ff. de vulgari, & eſt communis opi. ut atteſtatur Iaſ. in d. l. ſi filius qui patri, numero 21. quem refert Villalpand. ſuper l. 22. ca. 41. poſt nume. 7. Boer. deciſ. 121. num. 4. in fi. quem refert Don Anton. de Padilla, in d l. tranſigere, nu. 62. C. de tranſactio. Crottus in 1. repe. §. Cato, nume. 150. Hippoly. Riminal. in l. qui ſe patris, num. 82. C. unde lib. nam reuera ius faciendi pacem non eſt hæreditarium, vt dic. Bar. in d §. Sabini, nu. 2. in fin. & ita cōmuniter tenetur teſte Ruino in repe. §. Cato, poſt nu. 163. In hoc ducatu plerunque fuit ſeruatū contrarium, ut ſcilicet non admitteretur remiſſio habita ab hærede ſanguinis, niſi etiam habita eſſet pax ab hærede bonorum. Ego uero dicebam, quòd ubi appareret de alio hærede bonorum, utique bonum eſſet, quòd etiam ab eo pax haberetur, ſed ubi non appareret, ſatis eſſe deberet remiſſio habita ab hærede

de ſanguinis. Et ita de anno 1561. 27. Septē bris P.N. fuit concluſum, quòd approbaret gratia cuiuſdam Ioſephi Farinæ, qui habebat pacem ab hærede ſanguinis, qui non dicebat ſe heredem bonorum; fuit tamen appoſita conditio, quòd ſi aliq̃ appareret hæres bonorum, teneretur Farina ab eo legitimam remiſſionem termino duorum menſium obtinere, aliàs gratia eſſet nulla &c.

32 SED hic† incidenter quæro, nunquid ſi filius faciat pacem pro offenſa illata patri ſuo defuncto, videatur ex hoc adire eius hæreditatem? Reſpond. Aliqui dicunt quòd ſi ꝓ ipſa pace aliq̃d recipiat, videtur ſe facere hæredē. Sed certè communis opi. eſt in contrariū, ut atteſtatur Nellus de bannitis in tertia parte ſecundi temporis, quæſt. 36. quem refert Don. Ant. de Padilla in d. l. transfigere, num. 63. Brunus in lib. ſuo de conſtit. &c. in verbo Pax, verſic. Item quæritur an ex tali. Ex quo enim iure ſanguinis poteſt filius pacem facere, etiam ſi nō ſit hæres bonorum; debet eadem ratione pro ipſa pace aliquid poſſe recipere, abſq; eo quòd ex eo cenſeat ſe facere hæredem; nihilominus ad euitandas diſputationes quotidie hæredes ſanguinis impetrant diſpenſationes à ſenatu, ut poſſint facere remiſſiones citra ius & nomen hæredis, & ſenatus illas concedit.

33 Frequenter† ſolet dubitari nunquid ſi offenſus deceſſerit relictis plurib. hæredibus, ſit habenda pax ab omnibus hæredibus, an autem ſufficiat illam habere ab aliqua, vel ſaltem à maiori parte hæredum. Et in hoc quidem articulo uariæ ſunt opi. inter doctores, nam Oldrad. tenuit, quòd ſufficiat illā habere ab vno eorū, ſed hæc opin. communiter non tenetur, vt dicit Alcia in d. §. Cato, nume. 168. Et illam dicit eſſe communiter damnatam Crott in ſecunda repe. §. Cato. poſt nu 81. Bar. autem in eo §. Cato, nu. 33. tenet quòd ſufficiat illā habere à maiori parte hęredum, & dicit Boer. deciſ. 121 poſt num. 3. quòd opinionē Bartoli ſequuntur cō muniter doctores, & illum refert Viuius in libro communium opinionū, fol. 202. uerſ. Statutum diſponens quòd bannitus nō poſſit. Idem dicit Boſſius in titulo de pace, num. 21. Dicit etiam Aretinus in l. pro hærede, §. fin. poſt num. 11. ff. de acquir. hæred. ꝙ communiter tenemus ſententiam Barto. in d. §. Cato, quem refert Butigella in d. §. Cato, nume. 175. & Bologni. in eo. §. Cato, nu. 199. & Alcia. conſilio 477. numero 2. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Crottus in prima repe. d. §. Cato, nume. 15 r. vbi enumerat authoritates; & in ſecunda repe. nu. 82. Iacob Villalpand. in repe. 22. cap. 52. nu. 9 Placa lib. primo delictorum, c. 46. num. 7. Io. de Amicis conſil. 88. numero 6. dicens quòd hæc opi. tanquam magis communis & æquior tenenda eſt in iudicando. Multi autem tenuerunt cōtrarium, ſcilicet quòd imò habenda ſit pax de neceſſitate ab omnibus hæredibus. Et dicit Feli. in c. cùm omnes, num. 27. de conſti. quòd contra Bar. in hoc communiter tenetur, quem refert Iaſ. in d. §. Cato, numero 57. & Alcia. in eod. §. Cato poſt nu. 172. & Soci. Iun. i eo. §. Cato, numero 273. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Io. Arno. dialogo 14. fuit interfectus. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Ripa in d §. Cato, numero 103. quē refert Pet. Bellus de re militari fol. 137. nume. 54. Alcia in l. in vſu, ff. de verb. ſign. ubi dicit quòd hoc frequentius receptum videtur. Didacus lib. primo reſolutionum, c. 13. poſt num. 8. verſi. Quarto hinc, vbi ait, quòd ita aduerſus Bar. frequentiore calculo receptum eſt. Menchiaca controuerſ. vſu frequē tium c. 30. num. 39. Et hæc opi. mihi ſemper magis placuit, niſi enim omnes remittant, non uidetur ſublatus rancor & odium inter offendentem & hæredes offenſi, quod vidētur ſtatuentes principaliter conſideraſſe, Præterea, quum quilibet hæredum pro ſua portione repręſentet perſonam defuncti, vtique ad hoc ut dicatur plena remiſſio, debent omnes in ea interuenire. Et ita in hoc Ducatu ſeruatur. Hæc autē concluſio multo magis procederet, ubi ſtatutum requireret, quòd pax haberetur concorditer ſiue vnanimiter ab hæredibus, nam eo caſu proculdubio requireretur quòd omnes conſentirent nemine diſcrepante. Et ita communiter concluditur, ut dicit Claud. in d. §. Cato, numero 43.

34 SED quid† ſi inter hæredes relictos à defuncto reperiatur una fęmina, nūquid ēt ab illa erit habēda pax? Rñd. Ang. in d. §. Cato, poſt nu. 18. vr̃ tenuiſſe ꝙ nō, qa (ut ipſe ait) fœmina non pōt leuare, faydā, i. inimicitiā, & ſic manualiter proſequi uindictā, ergo neque debet poſſe pacē facere. Sed cōtrarium cōiter tenetur, ut atteſtatur Ripa in eo. §. Cato, num. 105. Petrus Bellus de re milita. fol. 138. num. 58. nam mulieri permittitur accuſare, ubi ſuam uel ſuorū iniuriā proſequi

qui

quitur, ut dixi ſupra quæſt. 14. verſi. Præterea dixi meritò poterit etiam pacem facere, & ita apud nos indiſtinctè obſeruatur; & ſenatus expreſsè reiecit gratiam cuiuſdam Galeazij Docij, ex eo quòd non habebat remiſſionem a filiabus defuncti, 18. Ianua. 1547. P. N. Bene uerum eſt, quòd ſi filiæ eſſent excluſæ à ſucceſſione per ſtatutū, quia dotatæ, uel huiuſmodi, non requiritur carū remiſſio. Et ita dictum fuit in approbatione gratię cuiuſdam Bernardini Caprioli 24. Febr. 1557. P. N. & in gratia cuiuſdam Io. Cauagnæ 28. Februarij 1556. P. N. Pariter etiam ſi filia fœmina non fuiſſet inſtituta hæres, ſed tantummodo relictum ei legatū. & habita eſſet pax ab hæredibus teſtamentariis, qui etiam eſſent hæredes ſanguinis, ſenatus cenſuit in caſu cuiuſdam Bernardini Putei illam ſufficere, 10. Ian. 1559.

35 SED quid † ſi nullus adſit hęres, à quo pax haberi poſſit? Reſpondeo, Solet hoc caſu ſenatus approbare literas gratiæ, appoſita conditione, ut ſi aliquis hæres apparuerit, teneatur ille, cui conceditur gratia, infra aliquem terminum, puta vnius menſis, habere pacem ab ipſo, aliàs &c. Et ita etiam fecit obſeruari ſenatus tempore decreti gratioſi conditi de anno 1554. in caſu cuiuſdam Michaelis Mantuani 21. Nouembris 1554. A. C. licet deinde concluſum fuit per ſenatum 4. Auguſti. 1559. P. N. quòd illi, qui propter defectum hæredum admittuntur ad gratiam ſine remiſſione partis, debeant impetrare gratiam particularem, & non admittantur amplius ad beneficiū decreti gratioſi. Et eſt (iudicio meo) longe tutius, nam tempore decreti gratioſi declarationes fiunt per iudices inferiores, qui non ad omnia diligenter aduertunt, prout facit ſenatus, coram quo præſentātur gratiæ particulares. Pariter etiam ſi offenſus ſit forenſis & abſens, ita ꝙ ignoretur ubi ſit, ſolet approbari gratia cum conditione, quòd ſi comparuerit in dominio, teneatur offendens termino duorum menſium habere ab eo pacem, alias &c. Et ita tempore eiuſdem decreti gratioſi ſeruauit ſenatus in caſu cuiuſdā Annibalis Boletti. 3. Decembris 1554.

36 DICTVM eſt † ad quas perſonas pertineat ius faciendæ pacis. Quæro nunc, nunquid pax poſſit fieri abſenti, ita ut eum eſſe ctu valeat? Reſpond. quò non, niſi in ipſa pace interueniat aliquis, qui pro ipſo abſente recipiat. Ita tenet Bald. in l. 2. C. de liber. & eorum liberis, & ita ſe habet magis communis opin. ut dicit Alexand. conſi. 131. nu. 9. lib. 4. Aret. in d. § Cato, in ultimis uerbis, quamuis illum referat contrarium atteſtari Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera P, nume. 56. Et hæc opin. iudicio meo eſt æquior & etiam verior. Cęterū in practica ſeruatur, quòd huiuſmodi remiſſiones fiunt notario ſtipulanti nomine omniū, quorum intereſt. Et ſic ceſſat omnis difficultas, valet enim pax ita contracta, & prodeſt cuicunque eius beneficio vti violenti, perinde ac ſi eſſet in ipſo cōtractu ſpecialiter nominatus. Et ita declarauit ſenatus in cauſa Lutij Maynardi 19. Decembris 1560. Hæc tamen intellige ut procedāt in pace ſeu remiſſione ſolenni, quæ fit ad effectum, ut proſit etiam in foro iudiciali, non autem de ea, quæ fit in foro pœnitentiali: nam illa ſecundum omnes poteſt fieri ſacerdoti, uel etiam alteri cuilibet tertio, et ſi nemo ſit qui pro abſente recipiat.

37 Quæro modò † ſi facta ſit ſimpliciter pax pro iniuria, vulnere, uel morte nunquid cēſebitur etiam facta remiſſio intereſſe pecuniarij reſpectu damnorum & expenſarum? Reſpond quòd non, ita tenet glo. in § fi. in verbo, Non reuocauerunt. Inſtit. de iniur. quam ita intelligunt, & ſequuntur commu niter ſcribentes, ut dicit Io. de Amicis conſi. 88. nume. 14. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Didacus lib. ſecundo reſolutionum, cap. 10. poſt nume. 6 uerſic. Quarto eodem. Villalpand. ſuper l. 22. cap. 57. nume. 4. Placa libro j delictorum, cap. 6. num. 40. In dubio enim cenſetur propter æternā ſalutem ſolum rācorem animi remiſiſſe, nō autem damna, quorum refectionem licitè petere & conſequi poteſt.

38 SED in † propoſito quæro, quid ſi facta ſit remiſſio iniuriæ ſiue offenſæ in foro conſcientiæ, nunquid propterea cenſebitur ſublatum ius accuſandi? Reſpond. ꝙ non, & eſt communis opin. ut dicit Alexand. in l. ſi ſibi decem, § quædam, nume. 1. ff. de pac. quem refert Didacus lib. ſecundo reſolutio num. c. 10. poſt nume. 6. uerſi. Tertio ut conſtat, & pract. Conradi fol. 411. nume. 32. Auguſt. ad Ang. de maleſi. in uerbo Comparent & produxerunt inſtrumentum pacis, num. 27. quem refert pra. Conradi fol. 411. num. 33. Iaſ. in d §. quædam, nume. 2. & ſequen. Igneus in l. diuus, nume. 25. & ſequen. ff ad Sylle. Pet. Bellus de re mili. fol. 148. nu. 127.

Placa

Placa in d. c. 6. poſt nume. 40. Et eſt ratio, quia (vt dixi) non tenetur quis ex præcepto euangelico remittere, niſi rancorem & odium.

39 Adde, quòd † etiam ſi quis oſtendat vel probet ſe reſtituiſſe rem ablatam, uel ſatisfeciſſe, pro damnis, uel ſoluiſſe pœnam pecuniariam, in qua fuerat condemnatus uerſus patrem non, propterea talis reſtitutio, ſolutio, uel ſatisfactio prodeſt uolenti impetrare gratiam ſine partis remiſſione, pro pœna corporali, uel exilio in quo eſt condemnatus, ſed opus eſt præciſè remiſſione partis. Et ita deciſum fuit per ſenatum in facti cōtingentia in quodam Nicolao Forbecano, qui fuerat pro homicidio condemnatus ad triremes per triennium, & in ſcutis 50. verſus partem; nam cum in approbatione gratiæ triremium produxiſſet inſtrumentum ſolutionis ſcutorum quinquaginta factæ patri ipſius interfecti, fuit reiecta gratia, & opus fuit illi habere ab eo plenam pacem & remiſſionem; qua habita, fuit deinde gratia approbata. 20. Decembris 1560. A. C. Quod nota, quia multi falluntur credentes contrarium.

Et aduerte, quia non modò ipſe principalis homicida non admittitur ad gratiam ſine remiſſione partis, ſed neque etiam ille, qui pro ſimplici auxilio ad homicidium ſit condemnatus in pœnam pecuniariam, ſi velit ab ipſa pœna gratiam reportare, prout ſæpe fit tempore, quo publicātur decreta gratioſa. Et ita reſcripſit ſenatus iudici maleficiorum Papiæ 10. Maij. 1559. P. N.

Scias etiam, quòd ſenatus non ſolet admittere probationem pacis, niſi per publicum inſtrumentum; & uidi plerunque repulſam dari his, qui uolebant illam probare per teſtes, uel fides ſubſcriptas etiā à perſonis fide dignis. Si tamen ſenator & fiſcalis atteſtatur pacem coram ſe factam, & delictum non eſſet valdè graue, fortè admitteretur, prout in facti contingentia admiſſa fuit gratia cuiuſdam Ioan. Angeli Cardani, qui inſolenter ſe geſſerat cum quodam doctore, qui iniuriam verbo remiſerat me præſente & uno ex fiſcalibus, nam nobis id atteſtantibus fuit gratia approbata, 3. Octobris 1559. P. N.

40 Pro † complemēto huius materiæ quæro, nunquid iudex f ſeu officialis regens prouinciam poſſit cogere offenſum, ut iniuriam remittat & pacem faciat cum offendente? Reſpond. quòd non, ità tenet Bald. in l. prima, §. quies, nume. 2. ff. de offic. præfecti vrbi, & eſt communis opin. ut atteſtatur Marſi. conſi. 98. nume. 6. Aequitatis enim ratio non patitur, ut quis cogatur inuitus offenſam remittere, præterquam in foro pœnitentiali. Debet ergo iudex ſuadere, non cogere ſubditos, ut pacem faciant. Vide quæ dixi ſupra libro 2. §. Iudex.

ADDITIONES.

a Ad eius proximiores.] An & quando requiratur omnium conſenſus, uel ſufficiat maior pars, ui. per Alexan. in l. 4. §. Cato. colum. fina. ad finem, ff. de uerbo. obligatio. & per Franc. Areti in l. pro hærede §. ſi ſepulcri, ff. de acquiren. hær. Quid ſi facta ſit pax de vulnere prima facie mortali, & remiſſa ſit omnes iniuriar. actio. Dic, quòd ſi vulneratus decedat, quòd cenſetur mors remiſſa per Barto. in l. damni, §. Sabini. colu. j. ff. de dam. infe. Et hoc uerum, maximè ubi tempore mortis vulnerans eſſet bannitus, ita Nel de ban. 3. par. 2. tempo. q. 40.

b Nunquid pater.] Ad idem adde glo. & Barto. in l. in perſonam, ff. de pact. Fol. in pract. crim. §. audiatur exceptione numero 44. Boſſ. in ti. de pace, nu. 6. & per Cra. eius conſi. 45. poſt nu. 8.

c Aliqui limitat.] Adde quòd iſtam limitationem tenent Roman. ſing. 73. Marſil. in l. diuus. num. 2. ff. ad legem Pompe. de Pari. & per Maran. in praxi. iudi. 6. par. §. & punitur aliquando per uiam inquiſ. ſub num. 71. Bertachi. uer. actio iniuriar. j. & in uerbo. iniuria. uerſicu. 3. Item limita non procedere quando pater eſſet uilis perſona, & filius honeſta. per Boer. ead. deciſ. 120. num. 6. & Marā. ubi ſupra nu. 68. Item fallit ſi pater eſſet abſens per Boer. eo. loci col. 2.

d Sed ſi eſſet emācipatus.] Adde, quòd idē tenet Craue. ſuo conſilio 45. poſt numerū 8. per tex. in l. ſed ſi unus. §. filio familias, ff. de iniu. qui hoc innuere uidetur, & huic ſentētiæ ſubſcribo.

e Interfectus monachus.] Quid ſi rapta fuerit monialis, dic, ꝙ pax habere debet à Papa, quia principaliter Deus eſt offenſus, ita not. Bal. per illum tex. in l. vnica, in 2. no. C. de rapt. uirg. & tradit Boſſ. in titu. de pace numero 27.

f Nūquid iudex.] Intellige quòd iudex nō poteſt partes componere, anteqnam delin-

quens

quens non fuerit legitime punitus. Matth. in commun. opin. diuerſ. fol. mihi 344. uerſ. licet 2. ad idem, & per Iacobi. de S. Georg. in l. tranſigere. in ſi. C. de tranſac. & in l. ſi vero. in principio.

Quæſtio LIX.

SVMMARIVM.

1 *Vbi reus exhibet gratiã ſibi à principe confeſſam, non eſt vlterius moleſtandus.*

2 *Princeps ſupremus poteſt pœnas delictorũ remittere, tam corporales, quàm pecuniarias etiam poteſt ſententias in iudicatum tranſactas, ver. Et hæc quidem.*

3 *Poteſt etiam pro bono pacis remittere iniurias & damna ſingularium perſonarum abſq; eorum conſenſu, ver. Adde quòd.*

Regulariter princeps non concedit gratiam delictorum, niſi prævia partis remiſſione, ibidem.

4 *Ille, cui princeps dicit, Facio tibi gratiam pro delicto, an recuperet bona, uer. Quæro nunquid.*

5 *Et an recuperet etiam bona alienata, verſicu. Item quæro.*

6 *Et an recuperet etiam fructus, verſicu. Quæro etiam.*

7 *Et an hæreditatem alteri delatam, verſic. Sed quære.*

8 *In impetratione gratiæ exprimenda ſunt ea omnia, quæ principem ab ipſius gratiæ conceſſione retrahere potuiſſent, uer. Debes autem.*

9 *Gratia à principe conceſſa debent à ſenatu approbari, verſi. Et quia.*

10 *Decreta gratioſa an trahantur ad delicta futura, verſi. Succeſſiuè quæro.*

11 *Et an ad delicta commiſſa ſub ſpe decreti, ver. Fortius dico.*

12 *Et an comprehendant condemnatos pro crimine falſi, uer. In huiuſmodi.*

13 *Et an proſint carceratis, verſiculo. Scias etiam.*

1 ALIA eſt† defenſio, quum reus proponit delictũ ſibi a principe remiſſum fuiſſe. Scendũ eſt n. ꝙ pôt ſupremus princeps pęnas delictorum delinquẽtibus remittere, & indulgere, vt dicit glo. in l. 2. in verbo Concedi, C. de in ius voc. quę eſt cõiter ab omnib. approbata, ut dicit Pariſ. conſi. 1 num. 1. lib. 4.

2 ET hæc† quidem cõcluſio generaliter intelligenda eſt, ut ſ. poſſit princeps oẽs pęnas remittere tã corporales, quã pecuniarias ẽt per ſñiam & condẽnationẽ inflictas, ẽt ſi talis ſñia in rẽ iudicatã trãſiuerit, & ita firmãt oẽs indifferenter, vt dicit Pariſ. in d. cõſil. 1. nu. 59. Et dixi ꝙ pôt princeps, quia ad ipſũ ſolũ ſpectat gratias facere delictorũ, licet de facto, vel de conſuetudine barones ſeruent cõtrariũ, ut dicit Ia. de Bel. in prac. cri. in ti. de ſent. crim. nu. 10. in ſi. Bal. in l. ſeruos, C. ad l. Iul. de vi pub. quem refert in d. ti. de reme. ex ſola cle. nu. 51. In hoc tñ Ducatu barones uel feudatarij nõ poſſũt gratias delictorũ concedere, niſi de eis ſpãliter conceſſum fuerit in eorũ inueſtitura, prout aliquib. criminib. exceptis fuit conceſſum ducibus Farneſij, quãdo fuit ei infeudata ciuitas Nouariæ per Carolum V. Cæſarem.

3 Adde, ꝙ† pro bono pacis pôt ẽt princeps remittere iniurias & dãna ſingularium perſonarũ, nec eorũ conſenſus requiritur; & eſt concluſio cõis, à qua nullus diſcrepat, vt dicit Dec. conſ. 520. nu. 5. quẽ refert Pet. Bellus de re mili. fol. 130. nu. 20. Menchiaca cõtrouer. illuſtr. c. 4. n. 11. Quod intellige ut ꝓcedãt, ſi id ſpãliter & expreſſe dictũ ſit. Cæterũ in dubio nõ cẽſetur princeps velle iuri priuatorũ præiudicare, prout in facti cõtingẽtia cõſuluit Rui. cõſ. 60. li. 7. Quinimò in hoc Ducatu non ſolet cõcedi gratia, niſi ijs qui habent remiſſionẽ à parte offenſa, ſecũdum cõem obſeruantiã & conſuetudinẽ huius prouinciæ, vt ẽt atteſtatur Boſ. in tit. de pace, in primis uerbis, & in ti. de reme. ex ſola clemẽ. nu. 24. vbi ſubdit, hoc locũ habere nõ modò in offenſionib. factis in perſonã, ut eſt homicidiũ, vulnus, & ſimilia, ſed ẽt in offenſionib. factis in rebus, ut eſt furtũ, robaria & huiuſmodi. Et ꝙ hæc practica ſemp fuit obſeruata in hoc Ducatu, neq; admitteret per ſñiam talis gratia, dato ꝙ princeps in ipſa expreſſe reſeruaret ius ipſius partis offenſæ, prout ẽt obſeruari in regno Nea. atteſtãt Gram. ſuper conſti. Regni, fol. 153. de cõcordia partis, poſt nu. 4. ubi dicit fuiſſe ꝑ Conſ. Neap. reuocata quandã cõpoſitionẽ factã ꝑ quẽdã D. Moyſem parte nõ cõcordata, & ꝙ non fuit mirũ, ꝙ ille D. Moyſes in hoc erra-uerit, qa (vt ipſe dicit) errat ſenex cẽtũ anno. Reperio tñ, ꝙ hęc regula quãdoq; ẽt fuit alterata, nã ſemel fuit approbata ꝑ ſenatum

gratia

gratia conceſſa Nicolao Sicio pro quattuor
homicidijs non habita remiſſione partis, &
poſtea de an. 1556.4.Febr.fuit etiam appro
bata gratia alterius Io. Antonij Louatelli,
qui in eiſdem homicidijs interuenerat,nul
la pariter habita partis remiſſione. Verum
eſt,quòd tales gratiæ fuerant conceſſe ab ip
ſomet imperatore ex certa ſcientia, & for-
tè aderat etiam ſecunda iuſſio, & homici-
dia (ni fallor) fuerat patrata in exteros.
Reperio,etiam, quòd quum quidam medi-
cus fuſſet priuatus dignitate doctoratus, &
præterea iuſſus exulare a Ducatu arbitrio
principis, eo q̃a fuſſet oblocutus de Barone
Syſnech,fuit deinde receptus in gratiam,ip
ſo Barone mortuo, abſq; remiſſione ipſius,
neque hæredum, & gratia per ſenatum ap-
probata 18. Octobris 1558.P.N. Et potuit
fortè princeps & ſenatus facilius ad id mo-
ueri, ex eo quòd ipſius hæredes in partibus
ualde remotis habitarent, & delictum non
eſſet atrox. Cæterum ego ſemper uidi ſer-
uari pro lege,quòd gratiæ conceſſæ ſine par
tis remiſſione non approbantur per ſenatũ,
prout etiam ſeruari in Regno Neapol. atte-
ſtatur Gramma. uoto 35. nume.8.in fi.ſub-
dens quòd princeps aliter faciens, mortali-
ter peccaret; & refert ibi fuiſſe vltimo ſup-
plicio affectum quendam, qui ſe composue
rat pro quibuſdam homicidijs, pro quibus
non habebat partium remiſſiones. Et con-
tra eum, qui obtinuerat gratiam non habi-
ta remiſſione partis, conſuluit idem Gram-
mat.conſi.34.Reperio autem,quòd ſenatus
aliquando eos, qui ſe conſtituerant pro ap-
probatione litterarum gratiæ, & exhibebãt
remiſſiones minus legitimass, fecit carce-
ribus dimitti, ut ſeruatum fuit in quodam
Chriſtophoro Pilono 17. Maij 1542. P. N.
Aliquando etiam vidi de eis ſumi vltimum
ſupplicium, prout factum fuit de Antonio
Loſſæ. 8. Ianuarij 1558. A. C. Sed in caſu
Loſſæ fuerat etiã probatum, quòd pax fue-
rat ab hæredibus occiſi extorta per uim &
metum, & erat etiam malæ uocis & famæ.
Sunt tamen aliqui caſus, in quibus non re-
quiritur remiſſio partis, quos declarauit ſe
natus, tempore, quod ego iuſſu illuſtriſſimi
Ducis Sueſſæ tunc Regij Locum tenentis in
hoc Ducatu compilaui decretum gratio-
ſum conditum ob pacem initã inter Sere-
niſſimum Regem noſtrum, & chriſtaniſſi-
mum Regem Francorum, qui ſunt hi,qui
ſequuntur. Simplex inſultus,de quo etiam
extant literæ ultimo Maij 1559.P. N.in ca-
ſu Antonij Mariæ Mirabilij, prima euagi-
natiõ,& prouocatio, & delatio armorũ pro-
hibitorum, niſi vulnus interuenit, aut per
cuſſio animo deliberato illata, & de his e-
tiam extant literę 30. Martij 1545. P.N.
Et hoc dato, etiam quòd cum prima eua-
ginatione interueniſſet ictus, modò non
eſſet ſequutum vulnus. Et ita declarauit ſe-
natus in cauſa Baptiſtæ Negroli primo De-
cemb. 1554. A. C.Sed hæc omnia intellige
ut procedant, q̃ñ non interuenit animus de
liberatus,nã ubicũq; animus deliberatus in
teruenit, ſp̃ eſt neceſſaria partis remiſſio,li-
cet nihil mali ſequutũ fuerit. E ita reſcri-
pſit ſenatus prætori domus Oſſullæ 19.Iulij
1559.P. N.ſubdens,quòd illi, qui mandant
homicidia patrari,quamuis patrata nõ fue-
rint, & illi, qui ſclopum animi deliberatio-
ne diſploſerant, licet non vulneraſſent, non
erant ſine partis remiſſione ad gratiam ge-
neralem admittendi. Et hæc omnia nota,
quia quotidie contingunt in practica. Si
tamen quis dederit alapam alicui, requiri-
tur remiſſio. Et ita declarauit ſenatus in ca-
ſu Nicolai Gallerati 17. Nou. 1554.

SCIAS autem, quòd huiuſmodi gratiæ
ſolent à principibus duobus modis concedi.
Primò quidem, quando princeps alicui fa-
cit pro delicto ſpecialem remiſſionem ſiue
indulgentiam delicti. Et hæc apud nos appel
latur, literæ gratiæ. Secundò, quando
princeps ex aliqua cauſa, puta pacis initæ,
aut ducendæ uxoris, aut natiuitate primo-
geniti, aut in ingreſſu poſſeſſionis alicuius
regni uel prouinciæ facit gratiã gñralem. Et
hoc apud nos appellatur, decretũ gratioſũ.

4 Quęro, † nunquid ſi princeps dicat alicui,
Facio tibi gratiam pro delicto, dicatur ille
a plene reſtitutus? *a* Reſpond. quòd ſic, &
conſequenter recuperat etiam bona, ſecun-
dum Barto.in l.fina.nume.11.C.de ſentent.
paſſ. & eſt communis opin. ut dicit Boſſ. *b*
b in titu.de remed. ex ſola clem.princ.nume.
1.& ſequen. Et quòd reſtitutio comprehen
dat etiam bona, quæ nondum ſunt in alium
translata, dicit eſſe communem omnium
ſententiam Petrus Bellus de re milita. fol.
123.nume.21.Et ideo in hoc Ducatu prin
ceps quãdo facit gratiam, ſolet addere quo
ad pœnam corporalem tantum. Crederem
tamen, quòd ex quo in hoc Ducatu non ſo-
let princeps facere gratias quo ad bona, ſed
tantùm quo ad perſonam, dici poſſet, quòd
etiam

etiam ſi hæc uerba appoſita non fuiſſent, deberent cenſeri omiſſa per errorem, & haberi pro appoſitis, niſi in contrarium apparẽret de mente principis. Et ita ſuperioribus diebus in facti contingentia concluſum fuit in hoc magiſtratu.

5 Item quæro, † nunquid reſtitutio ſeu gratia in eo caſu, in quo comprehendit etiã bona, trahatur nõ modò ad bona exiſtentia penes fiſcum, ſed etiam ad bona iam per ipſum alteri donata, ſeu uendita? Reſpond. ꝙ regulariter nõ ueniunt bona alienata; & eſt * communis opin. ut atteſtatur Felin. in capi. inter quatuor, num. 4 de maio. & obedien. quem refert Viuius in lib. communium opi. fol. 174. in uerbo. Bannitus ſeu deportatus, Nellus de bãnitis in prima parte tertij temporis quæſt. quinta. Iaſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nume. 70. & ſequen. quem refert Plottus in repe. l. ſi quando, nume. 9. in fine. Boſſ. in titu. de remed. ex ſola clemen. prin. poſt nume. 11. Et ſecundum hanc opin. in facti contingentia conſuluit Chriſtoph. de Caſtell. conſi. octauo. & Natta conſi. 371. ubi nume. 1. dicit, quòd omnes illam ſequũtur, In dubio enim non eſt præſumẽdum, ꝙ uelit princeps tollere ius tertij, niſi id expreſſè diſpoſuerit; poteſt tamen princeps (ſi uelit) ex cauſa reſtituere bannitum etiam ad * bona in alios alienata. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur, Rubeus conſi. 154. num. 6. Et ideo ſi princeps diceret, quòd bannitus pleniſſime reſtitueretur, ita quòd de bãno nihil opponi poſſet, forte talis reſtitutio traheretur etiam ad alienata, ſecundum opin. quam dicit eſſe communem Viuius in loco præallegato, quæ tamen mihi nũquam placuit, & apud nos uix poſſet obtineri, niſi in ſpecie verba reſtitutionis comprehenderent etiam bona penes tertium exiſtentia. Bene poſſet ita reſtitutus (ſecundum aliquos) recuperare à fiſco precium ipſorũ bonorum venditorum, & ſic quatenus fiſcus factus eſſet locupletior. Et hanc opin. tenuit Barto. quem Doctores communiter ſequũtur, vt atteſtatur Nel. in d. prima parte tertij temporis, quæſt. 6. licet ſubdat, quod apud eos nõ ſeruatur, prout neque etiam ſeruatur apud nos.

6 Quęro etiã, † nunquid reſtitutus, in caſib. in quibus recuperat bona, recuperet etiam fructus? Reſpond. quòd non recuperat neque fructus perceptos ex bonis iam alienatis, neque perceptos ex non alienatis, & eſt communis opin. vt atteſtatur Boſſ. in titu. de reſtit. quæ fiunt à prin. &c. nume. 7. & in d. titu. de remed. ex ſola clementia, poſt nu. 11. Viuius in loco præalleg.

7 Sed quæro, † pone quòd tempore banni deuoluta ſit hæreditas bannito, quæ eo reperto incapace, delata fuerit alteri proximiori in gradu iuxta iuris diſpoſitionẽ, nunquid ſi bannitus fuerit reſtitutus, recuperabit illam hereditatem alteri delatam & acquiſitam? Reſpond. quòd non, & eſt communis opin. ut atteſtatur Boſſ. in titu. de remed. ex ſola clem. num. 13 Nam (vt ſupra dixi) nõ cenſetur princeps uelle auferre ius alterius.

8 Debet autem † aduertere tu, qui vis impe c trare gratiam c delicti à principe, ut exprimas ĩ ſupplicatione omnia ea, quæ potuiſſent veriſimiliter retrahere animum principis ab eius gratiæ conceſſione, ſi ea ſciuiſſet, ne tempore interinationis gratiæ ponas te in periculo, prout fecit ille, quem defendit Crauetta conſi. ſecundo. Præſertim ue- d rò exprimas, ſi aliàs habuiſti gratiã d de aliquo delicto, nam ut dicit Barba in capit. ſuper his, col. 33. de reſcrip. quem refert Gul. de Bened. in ſecunda parte, cap. Raynutius, fol. 88. nume. 112. quidam, qui impetrauerat gratiam de ſecundo homicidio, & non fecerat mentionem de primo, fuit Bononiæ decapitatus. Idem etiam refert Anan. in cap. ab abolendam, nume. 7. de hæret. & dicit ꝙ illa appellabatur Formica, refert etiam Iac. in l. nec damnoſa, nume. 3. C. de precib. imp. offe. & pract. Iodoci c. 147. nume. 12. & prac. Carer. fol. 502. nume. 375. & Villalpand. in repe. l. 22. capi. 8. nume. 3. Et recordor, quòd quidã Bartholomęus Claudius inſignis ſicarius, qui obtinuerat literas impunitatis à principe, neque expreſſerat quòd tempore impetrationis erat in carceribus detentus, fuit laqueo ſuſpenſus 6. Maij. 1558. P.N.

9 Et quia † plerunque contingit dubitari, an in aliquibus caſibus requiratur quòd gratiæ ſint per ſenatum approbatæ, ſcias quòd regulariter omnes gratiæ debent à ſenatu interinari, aliàs nihil valent, ita expreſſè diſponentibus conſtitutionibus huius dominij, quod etiam Flandria ſeruari atteſtatur pract. Iodoci cap. 147. nume. 13. Et aduerte, quia non modò gratiæ, quas princeps facit abſolutè remittendo delictum, ſed etiam illæ quas facit commutando pœnam, debent à ſenatu interinari, prout ſæpe fuit deciſum

&

& obſeruatum,& in ſpecie in illa, quæ facta fuit Io. Hieronymo Cerueto 4. Iulj 1547. P.N. in qua pœna furcarum commutabatur in pœnam triremum perpetuarum, in iſtis enim prout in alijs requiritur partis remiſſio, ex quo commutatio vel diminutio pœnæ eſt gratia, licet ſenatus quandoque contrarium obſeruauerit in cōmutatione pœnæ vltimi ſupplicij ad triremes perpetuas facta cuidam Iacobo Merlatiæ, quæ approbata fuit abſque partis remiſſione, & dictum quòd in commutatione, quæ fit ad triremes perpetuas, forte nō requirebatur partis remiſſio, præſertim attenta illius temporis qualitate. 26. Martij. 1551. P. N. Quod nota, quia dum ego ſederem in ſenatu, nunquam vidi approbari aliquam commutationem pœnæ, niſi præuia partis remiſſione. Sunt tamen aliqui caſus, in quibus non requiritur approbatio ſenatus, put quādo princeps concedit gratiam exilij arbitrarij. Et ita declarauit ſenatus in caſu cuiſdam Georgij Scriuani. 24. Maij. 1546. P.N. Item quando conceditur gratia à pœna extraordinarie impoſita per edicta ipſiuſmet principis. Et ita iuſſit ſenatus per ſecretarium P.N. reſcribi prætori Cremonæ 17. Febr. 1556. Pariter etiam reſcripſit ſenatus eidem prætori 8. Ianua. 1546. ſuper gratia conceſſa Franciſco Mariæ Regio, vnum de quo ego ſæpius miratus ſum, quòd ſcilicet quando non eſt facta gratia pro delicto capitali, non requiritur ſenatus approbatio; quod idem expreſſe dixi ſenatus in literis conceſſis in caſu Scriuani, de quibus ſupra facta eſt mentio. Ego tamen toto tempore, quo in ſenatu ſedi, ſemper uidi omnes gratias etiam pro delictis non capitalibus, à principibus conceſſas, in ſenatu interinari, & ita puto ſeruandum eſſe.

10 Succeſſiue † quæro, nūquid ſtatuta ſeu decreta concedentia liberationem ſeu indulgentiam delictorum, vel diſponentia quòd banniti cancellentur de banno, trahantur ad banna uel delicta futura, ſcilicet commit tenda poſt publicationem ipſius decreti? Reſpond quod nō, & ita communiter tenetur, vt dicit Imola in cap. fina. nume. 11 de conſtitutio. Et hoc, ne detur occaſio delinquendi.

11 FORTIVS dico, † quòd ſi aliquis commiſerit aliquod delictum ante publicationem ipſius decreti, ſub ſpe tamen decreti, nullo modo eſt ei indulgendum. Et in hoc propoſito refert Gul. de Bened. in ſecunda parte, cap. Raynutius, fol. 88. nume. 115. & in tertia parte, fol. 49. nume. 38. quòd vidit Tholoſæ quendam decapitari, qui ſub ſpe & confidentia habendi gratiam à Rege aliū occiderat, & de hoc ante delictum ſe iactauerat, dicēs quòd decem aureis deinde gratiam obtinuiſſet. Quum autem in ſupplicatione hoc non expreſſiſſet, fuit iudicatum, gratiam per eum obtentam fuiſſe ſubreptitiam, & ipſe fuit decapitatus.

12 IN huiuſmodi † autem generali oblatione e delictorum non comprehenditur crimen falſi. Et ideo ſi fiat decretum vel ſtatutum quòd omnes carcerati relaxentur ſoluta certa quantitate, tale ſtatutum non extēditur ad eos, qui ſunt carcerati pro crimine falſi. Et ita cōmuniter tenetur, ut dicit Nellus de bannitis, in tertia parte ſecundi temporis, quæſtio. 12. quem refert apoſt. ad Angelum de maleſi. in uerbo. Et ad querelam, poſt nume. 80. Et hoc propter criminis enormitatem. Faciunt quæ dixi ſupra q. 58. verſ. Ab hac tamen.

13 SCIAS etiam, † quòd licet de iure communi iſtæ abolitiones non extinguant crimen, ſed tantùm ſuſpendant proceſſum per triginta dies ſecundum aliquos, item non proſint illis, quorum crimina ſunt iam liquidata; apud nos tamen ſeruatur totum contrarium, nam liberantur, etiam ſi ſint in carceribus, & iam cōdemnati. Et proximis annis, quum in ciuitate Laudæ eſſet repertus in carceribus quidam Raynutius Veronenſis tempore decreti gratioſi publicati de anno 1554. qui iam per multos dies ante fuerat pro furtis damnatus ad furcas, & fuiſſet dilatum eius ſupplicium dolo Collateralis, ſenatus cēſuit ipſum gaudere beneficio decreti, & liberari, 15. Nouembris 1544. P.N. & condemnauit ad triremes per decennium ipſum Collateralem, qui corruptus ſupplicium diſtulerat. Vide quæ dixi infra q. 97. ver. Regulariter autem. Quinimò uirtute ipſius abolitionis generalis ſolent etiam liberari illi, qui ſunt in triremibus condemnati, modò ſint in caſu decreti. Et ita pluries declarauit ſenatus; & in ſpecie in cā cuiuſdam Ioannis de Zardinis condemnati ad triremes perpetuò ob falſum teſtimonium, 20. Decemb. 1554. I.D.P. & alterius cuiuſdā Baptiſtæ de Alexijs condemnati ob atroces blaſphemias ad triremes per decēnium. 23. Decembris 1554. I.D.P.

Juridicae fol. p. ...

ADDI-

ADDITIONES.

a Plenè reſtitutus] Adde & nota, quod exē ptus à banno ex mera Principis gratia, & non ex eo, quod ſoluit pecuniam, in qua erat cōdemnatus, intelligitur etiam ad famam reſtitutus, ni. per Alex. in conſi. 112. & 114. lib. 2. ubi Apoſt. concordantes allegat.

b Vt dicit Boſ. tu aduerte, quoniā Boſ. in li. meo non dicit communem opin. eſſe, ut refert author hic.

c Impetrare gratiā.] Hic aduerte quod gratiā petens nō dicitur fateri delictum, nec iudex pt dicit volenti vti gratiā impetrata, Fatearis prius delictū, alioquin nō uteris illa, ut p Boſ. tit. de remed. ex ſola clem. prin nu. 29.

d Si aliàs habuiſti gratiā.] Adde ut per Boſ. titu. de reme. ex ſola clemen. princi. nu. 35. vbi etiam non ualet ſecunda gratia ſecundi homicidij tacita prima, adeo ut is poteſt impunè occidi, per Alexā. conſi. 114. lib. 1. & Boſ. ubi ſupra, nu. 37. & multa alia de gratia notatu digna, uide per diſcurſum per Boſſ. eodem titu.

e Generali abolitione delictorum nō comprehenditur.] Adde, atque uide alios caſus, qui non comprehenduntur in generali abolitione, de quibus per Carer. in prac. crim. §. homicidium 6. num. 324. ubi etiam notanter ponit differentiam inter abolitionem, & indulgentiam. Nam abolitio nō extinguit crimen, ſed tantum inſtantiam iudicij, & ideo tranſacta lætitia infra triginta dies, poteſt accuſator de nouo accuſare. Indulgentia uero principis, quā facit ex cauſa, extinguit crimen, ac extenditur ad præmiſſa, etiā ad falſi crimen, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter indulgeat criminibus, niſi ſit conceſſa ad partis petitionē, nam ſi in petitione non exprimat alia grauiora, ad ea non extēditur, vt per eundem in dicto tractatu abolitionis.

Quæſt. LX.

SVMMARIVM.

1 *Quæ in delictis prorſus excuſent, vel ſaltem proſint ad minuendam pœnam.*
Aetas an excuſet. ibid.
Infans, pupillus, aut minor an excuſentur in delictis, ibid.
Et an eis concedatur reſtitutio in integrum ibidem.
2 *Minor delinquens in minori ætate, an poterit pro eo delicto puniri, poſtquam factus eſt maior, ver. Sed nunquid.*
3 *Senectus an excuſet in delictis, verſi. Succeſſiuè quæro.*
4 *Furor an excuſet in delictis, verſiculo. Item quæro.*
5 *Et quid ſi poſt condemnationem effectus ſit furioſus, ver. Sed quæro.*
6 *Ira in delictis an excuſet, verſiculo. Eſt etiam.*
7 *Amor in delictis an excuſet, verſicu. Eſt & amor.*
8 *Prodigus an in delictis excuſetur, verſi. Vlterius quæro.*
9 *Ebrietas in delictu an excuſet, ver. Præterea quæro.*
10 *Dormiens an in delictis excuſetur, uerſ. Quæro etiam.*
11 *Ignorantia an in delictis excuſet, verſ. Quæro nunquid.*
12 *Mandatum ſuperioris an in delictis excuſet, ver. Solet dubitari.*
Operarij & fabri an excuſentur de eo, quod operantur de mandato alterius, ibid.
Et quid in atrocibus, an mandatum ſuperioris excuſet, ibid.
13 *Metus aut vis an in delictis excuſet, ver. Quæro modo.*
14 *Prouocatio aduerſarij an delinquentem excuſet, verſic. Nunc quæro.*
15 *Et an iuſtus dolor in delictis excuſet, verſicu. Sed hic quæro.*
16 *Excuſatio quòd delictum clam commiſſum fuerit, an proſit delinquenti, verſic. Sed an fortè.*
17 *Pœnitentia an in delictis excuſet, verſicu. Fui quandoque.*
18 *Qualibet cauſa excuſat à pœna, ver. Et generaliter.*
19 *Bona vocis, qualitatis, & famæ probatio an releuet delinquentem, verſicu. Frequens etiam.*
20 *Nobilitatis vel dignitatis probatio an proſit delinquenti, ver. Prodeſt etiam.*
21 *Probatio quod reus ſit egregius miles, & vtilis reip. an proſit, ver. Item prodeſt.*
22 *Inſignis peritia, uel excellentia in aliquo artificio, an proſit delinquenti, verſicu. Pariter etiam.*
23 *Meritorum probatio an proſit delinquēti, verſ. Vtilis*

Vtilis etiam.

24 *Delictum ſine dolo, vel præter intentionem commiſſum fuiſſet, an proſit, verſiculo. Sunt etiam.*

25 *Pater præſentans filium imputatum de delicto, an illum excuſet à pœna mortis, verſic. Solet etiam.*

26 *Multitudo reorum an excuſet delinquẽtes ver. Allegatur etiam.*

Vniuerſitas an poſſit excommunicari, ibidem.

27 *Quando ignoratur, quis prius manum ad arma poſuerit, an omnes ſint à pœna primæ euaginationis liberandi, ver. Vidi ego.*

28 *Antiquitas delicti an proſit delinquenti, verſic. Præterea poteſt.*

29 *Vbi proceditur per inquiſitionem, non ſolet delinquens puniri pœna ordinaria, ver. Poteſt etiam.*

30 *Reus delictum ſponte confeſſus, an ſit mitius puniendus, ver. Non deſunt.*

31 *Iudex ratione amicitiæ, an poſſit pœnā remittere, ver. Legitur etiam.*

32 *Coniunctio ſanguinis inter delinquentes, an eos excuſet, ver. Sed pone.*

1 DICTVM eſt†de defenſionibus, quæ reis competunt, vt ab accuſatione uel inquiſitione contra eos formata abſoluantur, uideamus nunc de his, quę ad excuſādum delictum, vel ad mi-
a nuendam pęnam proponūtur, Et in primis
b quidē de ętate. bQuæro igitur, nūquid ætas in delictis excuſat? Rñ. Aut reus eſt infans, & proculdubio excuſatur, nam talis ætas quicquid uidet, ignorat, & ideo infans non poteſt pro delicto criminaliter puniri, tex. eſt in l. infans, ff. ad le. Cor. de ſica. Et hæc cōcluſio eſt frequentiori doctorū calculo approbata, ut dicit Placa li. 1. delictorū, ca. 32. nu. 1. Aut eſt maior infante, ſed pupillus, & tunc eſt diſtinguendum, nam aut delictum conſiſtit in cōmittendo, & pōt puniri, aut cōſiſtit in omittendo, & nō punitur. Et hæc fuit diſtinctio Cy. quam dicit eſſe ab omnibus approbatā Igneus in l. 1. §. impubes, nu. 5. ff. ad Syl. Scias tamen, q̃ impubes ſi nō eſt doli capax, nunquam impunitur, ſi vero doli capax, punit, ut eſt tex. in l. pupillū, ff. de reg. iur. & eſt omnium recepta ſententia, ut dicit Placa in d. cap. 32. num. 6. Itē ſcias, quòd nunquā punitur niſi etiam ſit proximus pubertati, nam vtrunq; requiritur, & ita dicit Aug. ad Ang. de maleſi. in verbo. Scienter & doloſe, poſt nu. 6. ſe. Ferrariæ euaſiſſe vnum puerum, qui occiderat ſuper ripa Padi vnū ſachinum. Quando autem pupillus dicatur proximus eſſe pubertati, dixi ſupra lib. 2. §. Pupillus. Et ſic vides, q̃ ad hoc, ut impubes poſſit pro delicto puniri, tria requiruntur. Primum quòd ipſe ſit doli capax. Secundū quod ſit proximus pubertati. Tertiū quòd deliquerit in committendo. Sed in omnē caſum nūquā debet pupillus pœna capitali afficei ꝑ quocunq; graui delicto, ſed eius pœna debet eſſe citra mortem, uel membri mutilationē. Et ita pluries uidi ſeruari, & in ſpecie in quibuſdam pueris, qui permiſerant ſe ab alijs carnaliter cognoſci, qui fuerunt tantū fuſtigati, non autē flammis cōbuſti. Quinimò (ſecundum aliquos) in delictis carnis pupillus nullo modo tenetur, ex quo dicit Ant. Gomeſ. c. 1. delictorum, num. 60. in fine, ſe euaſiſſe quandam minorem. 11. annorum, qui habuit acceſſum contra naturam ad unum canem, & emiſit ſemen. Et licet probatum eſſet delictum, tamen obtinuit, licet cum difficultate, & fuit liberatus. Et hoc ego ſemper ſequerer in iudicando, ſaltem quo ad pęnam ordinariam. Scias autē quòd hæc defenſio proderit pupillo nō modo ante ſententiam, ſed etiam poſt condemnationem contra eum in contumaciam ſequutam. Et ideo quidam Io. Dominicus Boneſcus condemnatus in contumaciam pro executione prohibita, in tribus ictibus funis, uel in 200 aureis, ſumptis iuſſu ſenatus informationibus, & comperto quòd tempore, quo fuit condemnatus erat tantummodo annorum octo, fuit abſolutus. 15. Aprilis 1564. A. C. Aut verò eſt maior 14. annis, ſed minor 25. & tunc non excuſatur, debet tamen propter ætatis imbecillitatem mitius puniri arbitrio iudicis. Ita colligitur ex tex. in l. auxilium, §. in delictis, ff. de mi. & eſt communis opi. vt dicit Gramma. dec. 23. nu. 12. ubi etiam ita refert ſeruatum fuiſſe conſilium Neap. Ita etiam tenere doctores frequentiori calculo atteſtatur Placa in d. ca. 32. nu. 11. Quinimò ſi delictum fuiſſet commiſſum ſine dolo, poſſet minor iuuari ope reſtitutionis in integrum, etiā ad hoc vt a tota pęna excuſaretur. Et ita ſuper hoc articulo diſtinguunt doctores, ut dicit Ana. in c. 1. poſt nu. 8. de delic. puer. Quando autem minor reperitur deliquiſſe per dolum non reſtituitur, ſed ſi per culpam, tunc reſtituitur,

tuitur. Et ita communiter dicitur, ut atte-
ſtatur Ana. in c. 2. nu. 8. de apoſt. Proderit ét
minor ætas (ſecundum aliquos) ad peten-
dam, & obtinendam reſtitutionem in inte-
grum aduerſus confeſſioné delicti factam p
ipſum minoré, ét cum iuro, quando contra
eum nó adeſt alia probatio, quã propria có-
feſſio. ſecundum Bald. in l. unica, nu. 6. C. de
confeſ. cuius opi. dicit eſſe communé Ant.
Gomeſ c. 1 delictorum, nu. 66. referens ſe ita
vidiſſe de facto in oppido Talabricæ, (unde
ſe dicit oriundum) in quodam minore, qui
fuit captus pro enormi delicto contra natu-
ram pręcedentibus indicijs, & ſponté con-
feſſus fuit delictum; nam petita per eius ad
uocatum reſtitutione, tandem dicit, habi-
to conſilio & deliberatione, illam fuiſſe con
ceſſam per iudicem, & illum minorem fuiſ-
ſe abſolutum. Certe apud nos non obtinuiſ
ſet ille minor huiuſmodi reſtitutionem, pręſertim in tã graui crimine, & ita ſubdit ip-
ſemet Anto ꝙ & ipſe iudicaret contra illã
communem opi. Et ꝙ conſuluit theologos
probatæ vitæ & conſcientiæ, qui fuerunt in
eadem opi cótra communem, quam & ego
ſequerer in iudicãdo, & ita apud nos ſemp
vidi obſeruari. Faciunt quę dixi ſupra q. 55.
verſi. Vlterius etiam.

2 Sed nunquid † minor delinquens in mino
ri ætate poterit de tali delicto puniri poſt-
quam eſt effectus maior? Reſpond ꝙ, quan-
do agitur de delicto, pro quo nó poterat pu
niri durante minori ætate, neq; etiam pót
puniri, poſtquã peruenit ad maiorem ætaté Et ita colligi videtur ex gl. in l. ſciant cun
cti, in verbo. Moritur, C. de legit. here. quam
ſequuntur Doctores, ut dicit Marſi. in d. l. in
fans, nu. 13. ff. ad le. Cor. de ſica. & in l. de mi
nori. in pri. num. 40. ff. de qó. de qua tamen
glo. ego latius dixi ſupra lib 2. §. Tutor.

3 Succeſſiue † quæro, nunquid in delictis ſe
c nectus excuſet? Reſpó ꝙ non, vt ſcilicet om
nino pœnam euadat, ſed bené quo ad hoc
vt mitius puniatur. Ita dicit glo. in l. feré in
omnibus, in gl. vnica, circa principium, ff. de
reg. iur. & hæc eſt frequentiori calculo re-
cepta ſententia, ut dicit Placa in d. c. 32. nu-
me. 13. in fi. quam tamen ego nunquam vi-
di in practica obſeruari, niſi in leuibus deli-
ctis. Et ideo ſenatus iuſſit fuſtigari quendã
furem ſenem, appellatum Antonium de Cu
mis, 14. Ianuarij 1547. tanquam quód ex
longa ætate uideretur in furtis inuete-
raſſe.

4 Item quęro, † nunquid in delictis furor
d excuſet? Reſpon. Aut delinquens tempore
commiſſi criminis erat furioſus, & non po-
teſt pp illud puniri. Tex. eſt in d. l. infans, ff.
ad leg. Cor. de ſica. & eſt frequentiori docto
rũ calculo approbata ſententia, ut dicit Pla
ca li. 1. delictorum, ca. 29. nu 1. ignorat enim
furioſus quicquid facit, prætereaque ſatis fu
rore ſuo punitur, & ita ſeruauit ſenatus in
Philippo Nicola, qui proprium filium, qué
vnicum habebat, interfecit, iuſſit enim illũ
abſolui, 9. Iulij 1543. Sic etiam quædam Ia-
cobina Ferraria, quæ puellam quandã trinã
baculo interfecerat, comperto ꝙ laborabat
atra bile, & quód aliás uti mente capta cu-
ſtodita fuerat in hoſpitali ſancti Vincentij,
fuit abſoluta, & ad ipſum hoſpitale iterum
tranſmiſſa, 24. Februarij 1554. A. C. Contra
rium tamen refert Igneus, in l. 3. §. ignoſcit
nu. 82. ff. ad Sylle. iudicatum fuiſſe Pariſijs
in quodam mentecapto, qui in aula regalis
palatij quédam Vngarum interfecerat, qui
biduo ante illum alapa percuſſerat, & fuit
ad mortem cóndénatus, quod ego non laudo.
Refert etiam Anto. Gomeſ. c. 1. delictorum
num. 72 ꝙ sereniſſima regina Caſtellæ fecit
puniri quendam furioſum, qui intulit vul-
nus ſereniſſimo regi Ferdinando eius mari-
to; quod quidem propter regalis perſonę ex
cellentiam potuit iuſtum videri. Aut uerò
tépore delicti erat ſanæ mentis. & poſtea ef-
fectus eſt furioſus. Et neq; etiam hoc caſu
poteſt puniri de his, quæ ante furorem per-
petrauit. Ita tenet Bal. in l. furioſũ. circa fi.
C. qui teſta. facere poſ. & eſt communis opi:
ut atteſtatur Iaſ. in d. l. furioſum, nu. 8. & in
l. ex facto, poſt nu. 30. ff. de vulg. & in l. ſi ſer-
uum, nu. 7. ff. ſi ex noxali cau. aga quem re-
fert Gomez. Arias ſuper l. 45. Tauri, nu. 2.
Ripa in d. l. ex facto, nu. 73. & in l. ſi nu. 229.
C. de reuo. do. quem refert Viuius in lib có
munium opi. in uerbo, Furioſus occidens.
Gomeſ. in § item ſi quis in frau. poſt nu. 6.
inſt de ac. Mar. in l. 1. nu. 58. ad le. Cor. de ſi-
ca. Igneus in d l. 3. § ignoſcitur, poſt nu. 74.
Didac. in repe. clem. ſi furioſus, fol 316. nu.
2. Prac. Carcer. fol. 365. num. 14. Cagnola, in
l. ſi negocijs. nu. 3. ff. de reg. iu. Menchiaca có
trouer. illuſtr. c. 96. num. 31. Dueñas regula
259. Apoſt. ad Dec. in d. l. in negocijs, ſub nu
me. 3. Placa in d. c. 29 num. 1. & 7. Apoſt. ad
Roma. in d. l. furioſum, in fi. & ita ſe in facti
contingentia iudicaſſe atteſtatur Gul. de
Benedic. in 2. par. capi. Raynutius, fol. 45.

nume.25. in fi. & ita ſeruatum fuit in quodam fure Andrea de Aurificibus, qui poſtquam fuerat ex ea cauſa detentus, uidebatur inſanire. Reſcripſit enim ſenatus prætori Leuci, vt diligenter animaduerteret, ne inſania eſſet procurata, quòd ſi eſſet uera, illum dimitteret. 21. Nouembris 1556. P.N. Hoc tamen intellige ut procedat, quantum adhoc ut puniri poſſit pœna ordinaria, ſed benè debet puniri pœna extraordinaria arbitrio iudicis, ſecundum Bal. in loco præallegato, ubi dicit ꝙ patitur annotationem bonorum, cuius opi. per Doctores communiter comprobatur, vt ait Nouel. in tracta. ad defenſam, fol. 29. nu. 40. ſubdens ita pluries fuiſſe iudicatum. Et reperio ꝙ quidā Anto. Maria Sarzarius, qui in teſtimonio in cauſa criminali perhibito variauerat, fuit iuſſus fuſtigari, non obſtante allegata inſania. Mihi
e quidem placet opin. Bald. *e* quo adhoc ut talis furioſus non puniatur pœna mortis, ſed non placet ꝙ puniatur pœna aliqua extraordinaria, neque pecuniaria, neque corporali, niſi furor ſuperueniſſet iam perfecto proceſſu ſuarum defenſionum, aliàs autem diceretur indefenſus condemnari, ex quo ſemper furioſus pro abſente habetur. Et licet ex ſtatutis Italiæ poſſit abſens condemnari etiam ad mortem (vt ſupra ſæpius dixi) illud eſt, quia abſens à ſtatuto hř nō modò pro præſente, ſed durante contumacia habetur etiam pro confitente & conuicto; quod non poteſt cadere in furioſum, qui cū ſit extra mentem, non poteſt dici neque confeſſus, neque conuictus, etiam ſi eſſet præſens. Faciunt quæ dixi ſupra lib. 3. §. Teſtamentum, q. 41. verſ. Sed pone.

5 SED quæro, † quid ſi iſte delinquens perſeuerauerit ſanæ mentis uſque ad ſententiam incluſiue, & deinde poſt condemnationem
f effectus ſit furioſus, *f* nunquid poterit contra eum fieri executio ipſius condemnationis? Rñ. ꝙ non, & eſt communis opin. ut dicit Menchiaca controuerſ. illuſt. ca. 96. poſt nume. 9. Placa in d.c. 29. poſt nu. 7. quæ mihi etiam placet, quo adhoc vt ei pœna corporalis non ſit infligenda, ſed quo ad cōdemnationem bonorum, crederem propter furorem ſuperuenientem non debere impediri eius executionem.

6 EST etiam† Ira breuis furor. Quæro igitur nunquid in delictis excuſet? Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt, ꝙ factum per calorem iracundiæ non eſt punibile, & ait Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, el primo, poſt nu. 1. ff. de iureiu. ꝙ ita ſolet cōmuniter dici, uel ſaltem (ſecūdum omnes) mitius puniri debet. Et poteſt poni exemplū in eo, qui calore iracundiæ blaſphemauit; eſt, n. mitius puniendus ſecundum Abb. antiquum in c. 2. de maled. quem Doctores ſequuntur, vt dicit Gramma. ſuper conſt. Regni fol. 113. nu. 5. Tu verò dic, ꝙ aut ira pro
g uenit ex iuſta cauſa *g* & tunc non excuſat in totum, ſed ut delinquens mitius puniatur, vt in viro occidente uxorem repertam in adulterio: dixi ſupra eod. lib. §. Homicidium, verſi. Sed quid dicendum. Aut verò prouenit ex iniuſta cauſa, & tunc in nihilo excuſat Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Menchiaca controuerſ. illuſtr. c. 18. nume. 29. Reperio tamen quandoque eos, qui etiam ſine iuſta cauſa calore iracundiæ in uerbis exceſſerant, puta contumelias alicui inferendo, fuiſſe mitius punitos. Et refert Afflic. ſuper 3. parte conſtitutionum Regni, Rub. 54. nume. 6. ꝙ per curiam Neapo. fuit abſolutus quidam ruſticus, qui faciendo computa cum domino ſuo, iratus dixit, ꝙ Deus nō potuiſſet facere, quòd eſſet debitor operarum. Vide quæ dixi ſupra hoc eo. lib. § Iniuria, ver. Quæro quid.

7 EST & Amor † *h* furoris ſpecies, teſte
h Platone in Phædro, qua ratione mitius puniendus uidetur, qui propter amorem deliquerit; & dicit Chaſſen ſuper conſuet. Burgund. fo. 39. nu. 13. ꝙ in facti contingentia vidi quodammodo excuſari propter amorem quandā mulierem, quæ receptauerat res furatas ab amaſio ſuo. Fuit etiam in facti contingentia abſolutus quidam, qui fe
i cerat ſortilegia propter amorem, *i* de quo dixi ſupra hoc eo lib. §. Hæreſis, uer. Succeſſiuè quæro. Et ſecundum hanc concluſionē fuit iudicatum per ſenatum in caſu cuiuſdam Baptiſtæ Gazani, qui libellum famoſum publicauerat contra quādam puellam, cuius amore captus erat, fuit enim abſolutus 3. Februarij 1554. tāquā quòd ex nimia amoris uehementia non eſſet mentis ſuę cōpos. Bene uerum eſt, quòd habebat remiſſionem à parte offenſa, aliàs fortè hæc excuſatio illi non profuiſſet. Certe non profuit illis nobilibus Neapolitanis, qui poſuerunt ſcalas ad domum amaſiarum ſuarum, qui iuſſu Viceregis fuerūt decapitati, ut per Gram. deci. 36. de quo dixi infra q. 68. verſ. Aſcendens cum ſcalis.

VLTE-

8 VLTERIVS † quæro, an ſicut furioſus ita etiam prodigus in delictis excuſetur? Reſpon. quòd non, ſed punitur ſicut quilibet alius. Ita tenet Bar. in l. cui bonis, nu. 6. ff. de uerbo. oblig. & eſt communis opi. ut atteſtatur Cagnola in d. l. furioſi, num. 13. ff. de reg. iu. Placa in d. c. 29. poſt nu. 1. ver. quibus ſic propenſis. Licet enim prodigus in adminiſtratione bonorum: non reputetur integri ſenſus, & ideo contrahendo non obligetur, in cæteris tamen vtique habetur pro homine ſanæ mentis, merito delinquendo proculdubio obligatur. Et eſt cōmunis opi. ut dicunt ſcribentes in d. l. is cui bonis, & in ſpecie Iaſ. nu. 17. & Ripa nu. 53. quicquid dixerit gl. in l. ſi quis in tantam, in gl. magna, ver. 6. de furioſo, C. vnde ui. quæ ab omnibus doctorib. reprobatur, vt dicit Ange. in d. l. is cui bonis num. 7. & in l. Fulcinius, § adeò autem. nu. 3. ff. ex quib. cauſis in poſſ. eatur, quem refert Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Scienter & doloſè, poſt num. 16. & Butigel. in d. l. is cui bonis. num. 34 Et ideo tenendum eſt, quòd prodigus delinquens punitur tam pœna pecuniaria, quàm corporali; & aliter dicere eſſet ridiculū, quòd ſ. excuſaretur à pecuniaria, quæ eſt minor, & puniretur corporali, quæ eſt maior. Hæc tamen omnia intellige, ut procedant in delictis, quæ fiunt committendo, nam in his, quæ fiunt omittendo, omnes ferè conſentiunt, quòd prodigus excuſetur.

9 Prtereat † quæro, nunquid committēs delictum tempore, quo eſt ebrius, *k* debeat excuſari prætextu ebrietatis? Reſpon. quòd excuſatur à dolo, ſed non à culpa, & ideo puniendus eſt non pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria. Et ita tenent communi cōſenſu Doctores, ut ait Placa lib. 1. delictorū, c. 30. num. 1. Hanc etiam opi. communem appellat Menchiaca controuerſ. illuſtr. c. 96. poſt nu. 31. Cæterum ſi ſine culpa fuiſſet factus ebrius, puta ſocij, ipſo inſcio, ſal in uinum conieciſſent, tunc crederem ipſum eſſe à culpa & à dolo prorſus excuſandum. Vidi ego pleroſque imputatos pro uarijs delictis, non potuiſſe prætextu ebrietatis impunitos euadere, & in ſpecie Chriſtophorus de Prinis pro blaſphemia fuit affectus uno ictu funis publicè, 5. Septembris 1559. P. N. & Ludouicus de Papia duobus 12. Augusti 1556. P. N. & alij plerique. Semper tamen ille, qui ebrietatis calore blaſphemauit, mitius eſt puniendus, ſecundum Abb. antiquum in c. 2. de maled. quem ſequuntur communiter Doctores, teſte Grammat. ſuper conſtit. Regni. fol. 113. nu. 6.

10 Quæro † etiam, pone aliquis dormiendo *l* delinquat, puta hominem interficiat, uel huiuſmodi. nūquid erit excuſandus? Reſpōdeo, quòd ſic, non enim erat tempore delicti cōpos mentis, ideo tanquanquam de furioſo videtur iudicandum. Hoc tamen intellige, ut procedat, quando aliàs ei dormienti talia euenire non ſolent, ſed ſi aliquando id ei cōtingere ſoleret, ut ſcilicet à lecto ſurgeret & enſem euaginaret, vel ſimilia faceret, vt de multis audiui, tunc ſi ipſe non præcauiſſet claudendo hoſtium, diceretur eſſe in culpa, & ideo deberet pœna extraordinaria puniri. Ita tenet Bar. in l. pen. ad legem Pomp. de parri. & eſt communis opi. vt ait Didac. in repe. cle. ſi furioſus, fol. 310. nu. 6. Placa li. 1. delictorum, c. 31. nu. 3.

11 Quæro, † nunquid ignorantia in delictis excuſet? Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt quòd quælibet ignorantia etiam iuris excuſat à dolo. Et hanc dicit eſſe communem regulam Cepolla conſi. ciuili. 18. nu. 5. Alij dicūt quòd quādo ignorantia conſtitutionis, uel decreti eſt abſque culpa, tunc proculdubio excuſat reum ad omnem pœnam euitandam. Et hanc dicit eſſe communem opin. Gratus conſil. 49. nu. 35. lib. 2. quem refert Plottus in repe. l. ſi quando, nu. 858. Tu verò dic, quòd quādo delictum, quod punitur ab ipſa conſtitutione uel decreto, eſt etiam prohibitū de iure communi, eo caſu ignorantia conſtitutionis, uel ſtatuti non excuſat. Vide quæ dixi infra q. 85. ver. Secundus eſt caſus. Scias etiā quòd in iudice, qui tenetur leges ſcire; ignorantia iuris ciuilis, uel canonici uel poſitiui, licet illum excuſet à tanto, nunquam tamen excuſat à toto. Et ita communiter dicitur, ut ait Pariſ. Put. de ſynd. fol. 300. nu. j. Vide in hoc propoſito ea, quæ dixi ſupra q. 31. uer. Scienter & doloſè.

12 SOLET Dubitari, † nunquid mandatum ſuperioris *m* in delictis excuſet. Tu dic, quòd regulariter excuſat, modò illud, quod quis facit ex mandato alterius, non ſit de genere prohibitorum, & ſic de ſui natura non poſſit fieri citra delictum. Et ideo operarij, & fabri excuſantur de eo, quod operantur in re alterius ex mandato conducentis, ſecundum gloſſ. in l. in rem, §. tignum, in glo. fin. ff. de rei ven. quæ in hoc communiter approbatur, vt di-

cit Soc. conſi.54. num.23.lib.4. Et dicit Iaſ. in l.de pupillo, § nunciationem, nume.7.ff. de no. ope. nuncia. ꝙ illa gl.approbatur per omnes, & tenetur in practica. Hanc etiam * dicit eſſe communem opin. Boſſ. in titu. de mandato ad homicidium, nume.12. Taeg. in prac.crimi.capi.10.nume.36. Roland.conſil. 54.nume.6.lib.1. ubi in facti contingentia pro operarijs, qui ligna inciderant, conſuluit, prout etiam pro huiuſmodi operarijs criminaliter accuſatis conſuluit Bald. conſi. 144.lib.1. & conſi.314.eo vol.& conſi.463. lib.3. & conſi.436.lib.5. Scias tamen quòd quando ipſis operarijs ſeu laboratorib.fuiſſet facta denunciatio ſiue proteſtatio, ut ab ipſo opere deſiſterent, eo caſu non excuſantur. Et ita videtur communis opi. ut ait Deci. in l.uelle non creditur, poſt nu.3.ff.de re gu. iur. quem refert Taeg. in loco præallegato, nu.37. talis enim denunciatio illos in mala fide conſtituit. Item ſi huiuſmodi operarij de nocte acceſſiſſent ad laborandum, uel actum clandeſtinè feciſſent, nō eſſent excuſandi. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Plottus in repeti.l.ſi qnando, nu.790. Ex quo enim clam agunt, uidentur eſſe in dolo. Faciunt quæ dixi infra uer. Sed an forte. Ex hoc etiam infertur, ꝙ ſi miles uel collateralis prætoris de eius mandato aliquem decapitari fecerit iniuſte, excuſatur, prout aliàs iudicatum fuiſſe in facti contingentia refert Catal. de ſynd.q6.120. Scias etiam, ꝙ hæc concluſio intelligēda eſt, ut procedat in delictis leuibus, nā in delictis atrocib. mādatum ſuperioris nunquam excuſat. Et eſt cōmunis opi. ut dicit Iaſ.conſil.136.poſt med. lib.1. Quæ autem dicatur delicta atrocia, dixi ſupra hoc eo.lib.§.1.uer. Sunt etiam. intellige quoad hoc ut in totum nō puniatur, ſed bene excuſat vt mitius puniatur, etiam in atrocioribus. Ita ſentit gl. in l.2.C.de ſepul. vio. quam Doctores cōmuniter approbant, ut atteſtatur Dida. ſuper 4. decre.fol. 46.nu.7.in fi. Hęc autem de plano procedūt in mandato ſuperioris ſimpliciter loquendo, ſed ſi eſſet uir potens & ſeuerus erga eos quibus mandare poteſt, fortè eſſet excuſandus, qui de eius mandato aliquod delictum committeret, non quidem à tota pœna, ſed mitius & circa mortem puniendus, prout reperio in facti contingentia ſeruaſſe curiā Neapo. quæ condemnauit ad triremes, quēdam famulum, qui de mandato cuiuſdam domini viri potentis opere & ſermone, appoſuit cuidam comitiſſæ fragmenta lapidis adamantini in quadam cratera &c. ut refert Grā.voto 38. Sed quid in principe vel domino, ſi mandet alicui, ut alium occidat, ſub comminatione, ꝙ niſi exequatur, ipſum occidi faciet, nunquid hoc caſu mandatarius excuſabitur? Reſpon. quod de iure ciuili excuſatur, n & eſt communis opin. vt atteſtat Corſet. in uerbo, Metus ſing. inci. an operat timor, quem refert Prac.Carer. fol.422.nu. 174. Taeg. in prac.crim. c.10.nume.36. videtur enim hoc quodammodo facere ad ſui neceſſariam defenſionem, ne ſ.ipſe occidat. Faciunt quæ dixi infra uer. Quæro modò. Idemque ſi princeps mandet officiali, ut aliquem ſine proceſſu ſuſpendi faciat, poterit officialis tale mandatum exequi licitè & ſine peccato. Et adhoc allegatur deciſio Cyni, quam dicit eſſe communiter à doctorib. approbatam Cagno. in d.l.velle non credit, nume.10. in ſi.de reg.iur. Reperio tamen, ꝙ Prac. Carer.fol.323.nu.119.dicit, ꝙ immo contrarium communiter concluditur, ſ. ꝙ nullo modo officialis exequi debet tale mādatum iniuſtum, ſed ſuperſedere, & principi reſcribere; maximè ſi princeps motus fuerit iracundia, quam opi. dicit etiam videri * magis communem Taeg. in d.ca.10.nu.38. Sed certè ego non darem amico meo tale conſilium, & multo magis, quādo princeps eſt iratus, ne ei contingeret id, quod contigit prætori Variſij, de quo mentionem facit Boſ.in ti. de homic. num.98.in fin. Excuſatur etiam ex mandato ille, qui delictum commiſit, quando mandatum factum fuit à perſona, quæ illud idem delictum poterat impune committere. Et poteſt poni exemplum in eo, qui de mandato patris interfecit filiam deprehenſam in adulterio, de quo dixi ſupra hoc eo.lib.§ Homicidium, verſi. Dubium eſt. Et licet aliqui dixerit hoc nō habere locum niſi in illis perſonis, quib.poteſt imperari, prout eſt in filijs & in ſeruis, nihilominus communiter tenetur contrarium, ut dicit Cœpolla conſ.crim.col.1. ſubdens etiam, ꝙ ita obtinuit in facti contingentia, prout illum refert Prac. Carer.fol.325. numero 113. Vide quæ dixi in loco præallegato.

13 Quęro modò, † nunquid metus aut vis in delictis excuſet? Reſpon. ꝙ ſic, & ideo delinquens propter metum uel coacte non puni- * tur, & eſt communis opi. ut ait Dec. in l.ut vim. in ſecundo nota ff. de iuſtitia. & iure,

prout illum refert Prac. Carer. fol. 421. nu. 173. de quo dixi ſupra hoc eo. lib. §. Homicidium, ver. Excuſatur autem, & ſeq. Et pro muliere, quæ per metum adulterium commiſerat, conſuluit Abb. conſi. 4. lib. 1. Hinc infertur, ꝙ ſi quis aliũ interficiat metu mortis, non eſt puniendus pœna homicidii, vt dicit Bal. in c. 1. §. iniuria, poſt nume. 19. ver. Sed pone, de pace iuramento firman. & eſt communis opin ut atteſtatur Bolenc. in repeti. l. capitalium, §. famoſos, nume. 200. ff. de pœnis. Faciunt quæ dixi ſupra uerſi. Solet dubitari.

14 NVNC quæro † nunquid prouocatio aduerſarii delinquentem excuſet? Reſpond. ꝙ regulariter prouocatus, qui delinquit, non excuſatur. Et eſt communis opinio, ut dicit Boer. conſi. 4. nu. 28. loquens de iniuriato, ꝙ iniuriantem iniuria affecerat, ſubdens etiã quòd ita obſeruatur in practica, de quo ego dixi ſupra hoc eo. lib. §. Iniuria, uer. Quæro etiam. Mitius tamen punitur, quia in dubio ille, qui eſt prouocatus, præſumitur facere id, quod faciat, cauſa ſe defendendi, & non cauſa vltionis, & ita dicunt iura, & doctores vt ait Marſil. conſi. 137. nu. 8. Vide quæ dixi ſupra hoc eo. lib § Homicidium, uer. Sed quomodo. Et ita in facti contingentia ſeruatum fuiſſe in quodam homicida, qui uerbis iniurioſis fuerat ꝓuocatus, refert Papo lib. 22. ti. 5. arreſto 1.

15 SED hic † quæro, nunquid iuſtus dolor in delictis excuſet? Reſpon. Non ut delinquens impunitus euadat, ſed bene debet pœna aliquantum temperari. Text. eſt in l. ſi quis in graui, §. maritus, ff. ad Syl. & in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperator ff. de adult. & dicit Afflic. ſuper 3. parte cõſtitutionum Regni. Rubr. 46. nu. 1. quòd ſæpius vidit ita fuiſſe practicatũ tempore regis Ferdinandi primi. Exemplum poni poteſt in marito occidente vxorem deprehenſam in adulterio, ut dixi ſupra hoc eo. lib §. Homicidiũ verſi. Sed quid dicendum. Ad unum tamen aduerte tu, qui defendis reum, ut probes nõ ſolum cauſamipſam, quam prætẽdis, illum impuliſſe ad ita faciendum, ſed etiam quòd ipſe motus fuit ex ea cauſa ad illud faciendum. Ita dicit Alexan. conſi. 103. poſt num. 13. verſicu. Et dato quòd comes. lib. 1. & ita practicatur, ut ait Blanc. in prac. crimin. fol. 139. nu. 8.

16 Sed an † forte proderit reo excuſatio, ꝙ delictum clam commiſſum fuerit? Reſpond. Aut delictum eſt ex illis, quæ ex ſui natura poſſunt eſſe licita & illicita, ut ſunt contractus, qui regulariter ſunt liciti, ſed in aliquibus caſibus prohibetur, puta tutoris cum pupillo, uel huiuſmodi; & tunc magis punitur qui ea clàm committit, quàm qui palàm nam ex quo illud clàm facit, præſumitur ſcire illud illicitum eſſe, & ideo non excuſatur. Aut uerò delictum eſt ex his, quę de ſui natura ſunt ſemper illicita, ut eſt blaſphemia, furtum, homicidium & huiuſmodi, & tunc plus punitur, qui eam palàm committit, quàm qui clàm Et hæc eſt communis diſtinctio & reſolutio doctorum, ut dicit Gomeſ. in §. ex maleficiis, nu. 21 Inſti. de ac. ſubdens non eſſe ab ea in conſulendo aut iudicando recedendum.

17 FVI quandoque † interrogatus, nunquid in delictis penitentia excuſet? Reſpondi. ꝙ Aut loquimur in pænitentia poſt delictum commiſſum, & iſta non excuſat, quin poſſit accuſari, ut dixi ſupra q. 16. uer. Itẽ quęro, & ſupra hoc eo li. § Iniuria, uer. Quæro qd. ſed neque ad euitandam pęnam reperio ꝙ pęnitentia in aliquo proſit, præterquam in crimine hæreſis, de quo uidenda ſunt ea, quæ dixi ſupra hoc eo. lib. §. Hæreſis, verſic. Sed quęro. Vnum tamen nota, ꝙ licet hæretico pænitenti parcatur, ſi quis tamen accuſauerit falsò alium de hæreſi, non poteſt iſte pænitere, ad hoc ut euitet pęnam, ſed omnino puniendus eſt, & ita refert in facti contingentia iudicatum fuiſſe Cy. & poſt eum Ang. in l. ſi. nu. 3. C. de acc. quos refert Ana. in c. 2. poſt nu. 18. de calũ. Et ego uidi duos igne comburi, qui falſo detulerant quẽdam de Bonetis tanquam relapſum de hæreſi, & contra eum falſum teſtimonium perhibuerant, quorum altera erat vxor ipſiuſmet accuſati, & alter eius adulter. Et hoc, non obſtante, quod offerrent uelle pænitere, & condignam ſatisfactionem facere. Aut loquimur in pęnitentia ante patratum delictum, & tunc eſt diſtinguendum, nam ſi quidem pænituit, quia facere non potuit, non excuſatur, ſed punitur ac ſi perfeciſſet, ſi verò pęnituit, quia noluit, tunc non in totum excuſatur, ſed mitius punitur. Et hæc eſt doctrina Ioan. And. in ca. cùm laici. de iure patron. ad quam omnes recurrunt, ut dicit Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et ueſtem cæleſtem, numero 39. Dicit etiam Ioan. de Ligna. inter conſilia criminalia diuerſorum. conſi. 20. numero 16. lib. 1. quòd in hoc

reſident omnes, quod tamẽ intellige ſecundum ea, quæ dixi infra q. 92.

18 Et generaliter † ſcias, ꝙ quilibet iuſta credulitas excuſat à pœna. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Cur. Iun. conſi. 132. num. 1. quem refert Villalo. in ſua collecta communium opin. in littera C, nu. 23. Qninimò dici ſolet, quòd à delicto, ſeu dolo, & pœna,
o quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat, *o* vt dicit glo. in l. plagij in uerbo, Iuſta. C. de plagiar. quem dicit eſſe communiter approbatam Io. de Amicis conſi. 8. nume. 5. Boer. deciſ. 168. num. 11. Soc. Iun. conſi. 45. nu. 16. lib. 1. Hanc etiam dicit eſſe communem regulam, Dec. conſi. 170. poſt nume. 2. ver. Vltimo non obſtat, quem refert Gratus conſi. 37. nume. 21. lib. ſecundo. Iaſ. in l. ſi quis id quod. nume. 25. ff. de iuriſd. om. iud. Cur Iu. in l. prima, nume. 6. ff. quod quiſque iur. Blã. in pract. crimi. fol. 138. num. 6. Et dicit Boſ. in titu de decreto Mediolani &c. nume. 19. quòd ita dicunt omnes, qui ad pauca reſpi-
p ciunt. Tu uerò dic, *p* quòd aut loquimur in delictis, in quibus dolus eſt de ſubſtantia, ut eſt falſum, periurium, & ſimilia, & tunc ſiue cauſa ſit iuſta, ſiue iniuſta, excuſat; nam uidetur ceſſare animus delinquendi. Aut uerò loquimur in delictis, in quibus dolus nõ eſt de ſubſtantia, & tunc cauſa ſi eſt iniuſta, excuſat quidem à dolo, ſed non à culpa, & ideo punitur pro culpa, non autem pro dolo, ſed ſi cauſa eſt iuſta, excuſat à dolo, & à culpa. Et ita diſtingui debere ſecundum omnes atteſtatur Bal. in d. l. plagij, nu. 2. C. ad l. Flau. de plagiar.

19 Frequens † etiam in criminalibus iudicijs eſt defenſio, quam rei faciunt, probando bonam uocem, qualitatem, & famam, nec non & nobilitatem, ac materia ipſius rei; & talis defenſio eis poteſt eſſe utilis ad multa, nam licet aliàs fama publica alicuius maleficij contra aliquem ſit contra eum ſufficiens indicium ad torturam, ut dixi ſupra quæſtio. 21. uer. Fama ſola, ſi tamẽ ille, contra quem eſt probata talis fama, probet in ſuis defenſionibus ſe eſſe bonæ uocis, conditionis & famæ, non poterit torqueri, ſecundum omnium Doctorum opin. ut ait Gand. de malefic. in titu. de præſumptio. el primo, numero 15. Quinimò dici ſolet, quòd per probationem bonæ famæ expurgantur & tolluntur indicia quantumuis vrgentia contra accuſatum uel inquiſitum. Et hanc dicit eſſe communem omnium Doctorum ſententiã Io. Arno. ſoliloquio 37. licet communis. Et ita quotidie fit hæc probatio, vt dicit Mantua in praxi iudiciaria, caſu 37. quæ tamen parum prodeſt coram rigoroſis iudicibus, qui (vt ipſe ait) volunt ſapere pluſquam oporteat, Sed retenta concluſione pro uera, illam intellige, ut procedat, quando contra reum nihil aliud eſſet probatum, quàm ſola fama, ſecus autem ſi vltra famam eſſet etiã aliquod aliud indicium ſuper delicto; nam eo caſu, non obſtante tali probatione, utiq; poſſet torqueri. Et ita ſemper vidi ſeruari. Vide in hoc propoſito ea, quæ dixi ſupra in d. uer. Fama ſola, circa ſi.

20 Prodeſt † etiam probatio nobilitatis uel dignitatis, licet enim quando tractatur de pęna pecuniaria imponẽda, grauius puniendi ſint nobiles, quàm ignobiles, tamen quando agitur de imponenda pœna corporali, ſe-
q uerius puniẽdi ſunt plebeij, quàm nobiles, *q* aut uiri in dignitate conſtituti. Ita dixit glo. in c. cum quidam, in gl. prima. de iureiu. quã dicit eſſe communiter receptam Didac. lib. 2. reſolutionum. c. 9. nu. 3. Sic etiam in ipſis pęnis corporalibus imponendis magis ignominioſo mortis genere puniuntur plebeij, quam nobiles. Et iõ de conſuetudine nobiles & magnates, non ſolent furca ſuſpen-
r di, *r* prout ſeruari atteſtatur Bal. in d. c. cum quidã. nu. 3. quem refert Marſi. in l. unius, §. cogniturum, nu. 77. ff. de quæſt. De eadẽ conſuetudine, ꝙ nobiles non ſuſpęndantur, neque patiantur pœna uiles, atteſtatur Bar. in l. capitalium, §. ſerui, ff. de pœ. & in l. defenſorem, §. pœna militum, ff. de re mili. quem refert Paris Put. de ſynd. fol. 359. nu. 3. & fo. 369. nu. 5. & Boer. de cuſto. clauium, poſt nu. 25. & Bonus de Curtili de nobilitate in v. par. nu. 1. & Marcus deciſ. 675. quæritur an vir. & Grammat. ſuper cap. Regni, fol. 121. nu. 23. & deciſ. 32. in ſi. & Gomez. Arias ſuper lege 77. Tauri, num. 34. ubi etiam affirmat in Hiſpania obſeruari. Bolen. repe. l. capitaliũ, §. famoſos, nu. 57. ff. de pœ. Affli. ſuper prima parte conſtitutionum Regni, Rubr. 13. nu. 49. Ponta. ſuper conſue. Bleſ. fol. 153. 2. in ſi. Pet. Bellus de re milit. fol. 83. nu. 33. Et dicit Bal. conſi. 426. nu. 1. lib. 1. ꝙ milites, qui debent perdere vitam propter aliquod maleficiũ, de conſuetudine decapitantur, non autem ſuſpenduntur furca, etiam ex delicto, pro quo plebeius ſuſpenditur. Idem dicit Cœpo. conſi. cri. 39. in 1. dubio. Dicit tamen Paris Put. in loco præallega-

to, poſt nume. 7. ꝙ ipſe fecit ſuſpendi quendam armigerum ex nobili proſapia, qui furto ſubtraxerat crucem argẽteam & calices ſacræ eccleſiæ, nam talis (ut ipſe ait) non erat dignus pœna nobilium iuſticiari, non. n. ignoſcendum eſt militi, cui obuiare oportet vt latroni. Hoc tamen non ſeruatur in Francia, vt ait Barto. in d. § pęna militum, & Cępolla in loco prælle. verſi. Sed quantum. Idem dicit Gulíel de Benedi. in 2. par. repe. c. Raynutius. fo. 97. nu. 221. Dicit etiã Bald. in d. c. cùm quidam, ꝙ hoc non habet locum in nobilibus, qui committunt proditionem, tales. n. debent in altioribus furcis ſuſpendi, ſubdens, ꝙ ita ſeruatur in regno Franciæ, quem refert Tiraq. de nobili. c. 20. nume. 116. vbi à nume. 104. vſque ad num. 134. multa congerit in hoc propoſito.

21 s ITEM prodeſt † probatio, ꝙ aliquis ſit s egregius miles, & utilis reip. ut dicit glo. in l. etſi ſeuerior, in uerbo. Certis rationibus, C. ex quib. cauſ. infa. irroge. quam omnes ſequuntur, ut dicit Cœpolla conſi. crimi. 36. circa fi.

22 PARITER † etiam bonum eſt probare inſignem peritiam ipſius imputati, vel eccellentiam in aliquo artificio, nam etiam ex ea cã pęna remitti aut minui poteſt. Et ad hoc ſolet allegari l. ad beſtias, ff. de pœnis. Et ita communiter receptum eſſe atteſtatur Did. lib. 2. reſolutionum, c. 9. nume. Placa lib. 1. delictorum. c. 33. num. 1. & ſeq. Et refert Paris Put. de ſynd. in uerbo. Pœna, c. j. in fi. ꝙ ita ſemel obtentum fuit in conſilio regio in quodam bombarderio, ipſo Paride patrocinante. Refert etiam pract. Care. fol. 548. nu. 72. ꝙ Dy. euaſit quendam inſignem fabrũ, cui erat amputanda manus, & propter eius peritiam fuit ei mitigatã pęna. Et licet multi dicant, quòd illa lex hoc non probat, omnes tamen fatentur, ꝙ propter inſigne aliquod artificium aut excellentem virtutem, poteſt delinquens conſulto principe impunitus dimitti, aut atteſtatur Horatius de priuil. ſchol. c. 83. Veritas eſt, ꝙ iudices inferiores non poſſunt, niſi conſulto principe ex ea cauſa pœnam remittere; ſed ſenatus, qui eſt loco principis, utique hoc facere poteſt à ſeipſo. Et aliquando vidi hoc fieri ante ſententiam, ut ſcilicet pœna minueretur, non autem remitteretur in totum; poſt ſententiam uerò omnino princeps eſt adeundus. Scias tñ, ꝙ in omnem caſum valde difficile eſt hoc obtinere ĩ practica. Et dicit Cœpol. in l. mercis. circa fi. ff. de verb. ſig. ꝙ uidit quandoque egregios in aliqua arte decapitari, licet hoc ſibi non placeret.

23 VTILIS etiam † eſt probatio meritorũ ipſius rei in principem uel rempub. nã quandoque remittitur pœna ei, qui multùm ſeruiuit principi, vt dicit gl. in d. § planè, in uerbo. Ob meritum, Inſti. de iure natu gent. & ciui. quæ in hoc ab omnibus approbatur, ut ait Grammat. conſi. 29. poſt nu. 40. uerſicu. Quod maximè.

24 SVNT etiam † aliæ cauſæ, propter quas pęna remitti aut minui ſolet, quarum multas copioſè & eleganter recenſet Tiraq. in ſuo tractatu de pœnis. Et poteſt poni exemplum, ſi appareat ꝙ delictum ſine dolo commiſſum fuerit, nam eo caſu non poteſt reus corporaliter puniri, ut dixi infra q. 84. circa principium. Item quando delictum eſt commiſſum extra propoſitum & intentionem ipſius delinquentis, nam & eo caſu põt iudex pœnã minuere, ſecũdũ Bar. in l. quid ergo, § pęna grauior, poſt nu. 11. ff. de his qui not. infa. Et ita dicunt omnes ſcribentes, ut atteſtatur Cępolla in d. conſi. 36. col. fi. uerſ. Et poſtremò.

25 Solet etiam † dici, quòd ſi pater filium de aliquo delicto imputatum in iudicio præ-
t ſentauerit, t non poteſt filius ex eo delicto ad mortem condemnari; & uidetur eſſe tex. in l. milites, §. deſertorem, ff. de re milita. & dicunt Salice. & Pau. de Caſtro, quòd ita conſuluerunt, & fuit obtentum; quos refert Auguſti. ad Angelum de malefic. in uerbo. Et ad querelam, poſt nume. 38. Dicit etiam Cœpolla cautela prima, quòd ita obſeruauit Imperator in quodam filio imputato de crimine læſæ maieſtatis. Sed certe credo quòd difficile eſſet hoc obtinere in practica, quum iudices hanc cautelam non attendant, ut atteſtatur practica Carer. fol. 550. num. 75. Et ideo nunquam uidi illam in practica proponi.

26 ALLEGATVR etiam plerunque, † ꝙ propter multitudinem reorum non eſt maleficium ſeuere puniendum; hinc eſt, quòd in uniuerſitatem non fertur ſententia excommunicationis, & ita tenet & ſeruat
u curia, ut ait Card. Alexand. u in c. epiſcopus qui. circa finem, quæſtio. ſecunda. In hoc
x autem articulo aliqui diſtinguunt, x quòd aut ſæuiendo in multitudinem delinquentium ſcandalum generetur, & tunc indulgendum eſt, vel ſaltem mitius agendum

cum

eum multitudine, ne multorum ſtrages contingat. Aut uerò ſcandalum futurum non eſt,& non parcitur multitudini. Ita dicit gl. in c.latores,in uerbo.Multitudine.de clerico excom. mini. quam dicit eſſe communiter approbatam Igneus in l. j. §. hoc reſcriptum,nu.13.ad Sylle.Tu uerò dic,quòd vbi multorum ſtrages contingeret, neceſſariò ſeueritati eſt detrahendum, vt eſt text. in l. pe.ff.ad leg. Corne. de ſica Et ideo licet regulariter auxiliatores & fauentes delinquēti ſint eadem pœna puniendi, vt dixi infra q. 90. ſi tamen ſit multitudo auxiliantium, non puniuntur eadem pœna, & ita videmus quotidie obſeruari. Et dicit Ang. in l. is qui opem,nume.4 ff. de furtis, quia princeps & caporales factionum & ſeditionum ciuitatis puniuntur aſperrimè; reliquis autem auxiliantibus & fauentibus mitigantur pœnę.

27 VIDI ego† quandoque in facto dubitari, pone, duo inuicem rixantur, & neſcitur quis fuerit aggreſſor, vel ſtat ſtatutum vel edictum, ꝙ primo euaginans, uel ponens manum ad arma, vel huiuſmodi, puniantur in centum. Modò duo euaginatis armis, inter ſe rixam fecerunt, neq; cōſtat quis prius euaginauerit, nunquid vterque erit abſoluendus propter incertitudinem, uel uterq; condemnandus? Reſpon. Glo. in l.j. §.cùm arietes,in uerbo, ſibi, ff.ſi quad.paup. feciſſe dica.videtur velle,ꝙ propter incertitudinem vterque abſolui debeat, & opin. illius glo. pluries ſequutus eſt ſenatus; & in ſpecie in quadam rixa ſequuta inter Puteos,& Perſichellos,iuſſit enim propter incertitudinem omnes abſolui à pœna prioris euaginationis, vltimo Februarij.1550.P.N. Sed certe Doctores tenent contra illam gloſ. vt dicit Bal.in eo.§.cum arietes, verſi. quæritur glo. quem refert Aug.ad Ange.de maleſi.in verbo. Et dictus Titius, poſt nume. 37. Intereſt enim reip. ne delicta impunita remaneant, & ita quandoque vidi ſeruari, prout etiam dicit Ange.ibi, ꝙ ſemel habuit de facto,& ſequutus eſt hanc opi. Quam tamen intellige ut procedat,quando agitur de imponenda pœna pecuniaria; ſed ſi agetur de imponenda pœna corporali, credo quòd potius eſſet vterque abſoluendus, quā puniendus, iuxta ea quæ dixi ſupra hoc eo. lib. §. Homicidium,ver. Alia eſt etiam.

28 Præterea† poteſt reus allegare, ꝙ delictū eſt antiquum, ſcilicet commiſſum iam ſupra decem annos, nam eo caſu non debet puniri pœna mortis, ſed mitiori, vt eſt tex. in l. ſi diutino, ff. de pœnis. ex qua lege hoc communiter deducitur per Doctores, vt ait Didacus lib. 2.reſolutionum.c.9. poſt num. 2.verſ. primum poſſe, & Anton.Gomes c.j. delictorum, nu. 8. & ſuper l. 76. Tauri,nu. 6.licet reuera forte ille tex.id non probet,illam tamen legem ad hoc allegauit Affli. in congregatione ſapientium coram rege Alfonſo.11. vt per eundem deciſ. 277. Illuſtriſſimus. Et idem Affli.refert ſuper prima parte conſtitutionum,Rubr.50.nu. 4. quòd illa lex fecit ſibi eo die magnum honorem, quem etiam refert apoſtil. ad eundem Affl. ſuper prima parte conſtit. Rub. 13. num.36. Apud nos autem illa lex quandoque ſeruatur in delictis leuibus;& memini ꝙ quidam Io.Angelus Rongonus, pro furto examinis apum commiſſo ſupra decennium, habita remiſſione fuit abſolutus, 23. Augu. 1559. P.N. Sed in atrocibus nunquam uidi per viam iuſtitiæ illam in practica obſeruari;bene vidi illam prodeſſe ab obtinendam gratiam ſeu commutationem pœnæ, etiam illis, qui fuerant in contumaciam condemnati,prout etiam erat in caſu,de quo mentionem facit Afflic. in loco præallegato, licèt Anto. Gomez. vbi ſupra dicat illam legem non prodeſſe, quando reus fuit contumax, & ſic propter abſentiam non potuit puniri, quod etiam videtur fuiſſe de mente Bart.in d.l. ſi diutino, quando de recenti poſt delictum fuit reus accuſatus.

29 POTEST etiam† allegari, ꝙ proceſſum fuit per inquiſitionem, quo caſu non debet reis imponi pœna ordinaria, ut hr̄ per Doctores in c qualiter & qñ, el ſecundo. de accuſatio. Scias tñ, ꝙ ſi reus confiteatur delictum in iudicio inquiſitionis, poterit puniri pœna ordinaria, qua puniri deberet per uiā accuſationis. Et ita tenent cōiter Doctores, vt dicit Card.Alex.in c.de accuſatione, co. 39.uer.comparente,& col. 55. verſi.verum quantum,2.q.8. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Bero.in d.c.qualiter, & quando,nu.52.& ſeq. Itē ſcias, ꝙ hæc concluſio locum non habet,vbi crimen eſt notoriū,nā eo caſu licet procedatur per inquiſitionem, poteſt nihilominus reus puniri pœna ordinaria. Ita dixit Inno. in d. ca.qualiter & quando, quem ſequūtur communiter Doctores, vt dicit Card. Alexan. in loco præallegato. Vltimò ſcias, quòd hæc cōcluſio locum habet de iure canonico, ſed iure ciuili nō mi-

nus imponitur pœna ordinaria, quando pro ceditur per inquiſitionem, quàm ſi procede retur per accuſationem, ut omnes fatetur. Et ideo damnatus per inquiſitionem de crimine publici iudicij, ita efficitur infamis, ſicut ille, qui damnatur per accuſationem, ſecundum opi. quam ego tenui infra quæſt. 72. verſi. Damnatus. Scias etiam, ꝙ hoc de conſuetudine nõ ſeruatur, nam ita punitur reus, quando iudex procedit ex officio, pro ut punitur, quando procedit ad inſtantiam partis, ut quotidie videmus in practica.

30 NON deſunt † etiam aduocati, qui alle-
y gent reum, qui ſponte confeſſus y eſt ſe delictum commiſiſſe, mitius puniendum eſſe, quàm eum, qui probationibus eſt cõuictus, arg. l. uni. C. de his qui ſe defer. Et hanc ſententiam dicit eſſe communiter approbatam Simancas de hæret. c. 55. nu. 6. quam etiam communem appellat Berous in c. at ſi clerici. in principio, num. 88. de iudi. Sed certe iudices de hoc non curant, prout etiam ſe nunquam ſeruari vidiſſe, vt quis propter hoc mitius puniatur, atteſtatur Alber. in l. 1. § quæſtioni, nu. 3. ff. de quæſtio. An autẽ dicatur ſponte confeſſus, qui primò negauit ſe delictum commiſiſſe, uide quæ dixi infra quæſt. 82. ſtatuto nono, verſi. Stante ſtatuto.

31 LEGITVR etiam, † quòd iudex ratione amicitiæ, quam habet cum reo, poteſt ei pœnam remittere, & id colligitur ex tex. in c. niſi ſpecialis. de offi. legati, ubi glo. 1. id expreſſe affirmat, cuius opin. in practica ſeruari dolendo atteſtatur Nunius de los corregidores fol. 204. col. 4. in fin. Tu dic, ꝙ in ſupremo Principe non eſt inconueniens, ut quandoque ubi non agatur de præiudicio tertij, amico ſuo pœnam indulgeat. Sed in iudice inferiore eſſet deteſtandum, & graui pœna vindicandum, niſi tamen pœna eſſet arbitraria, quia eo caſu utique poſſet iudex ſecundum conſcientiæ ſuæ motum mitius agere cum amico. Vide quæ dixi infra quæſtio. 85. uerſi. Vlterius quæro.

32 SED pone, † quòd illi, qui inter ſe rixati ſunt, uel vulnera intulerunt, ſint ſanguine coniuncti, nunquid propterea ſunt mitius puniendi? Reſpondeo, quòd non, quia de iure delicta etiam inter coniunctos commiſſa æqualiter puniuntur, ac ſi inter extraneos commiſſa fuiſſent. Et ita communiter ſeruatur, vt dicit Alber. in prima parte ſtatutorum, quæſtio. 82. Quinimò ſi delictum ſit atrox, debet ſeuerius puniri, ut uidemus in parricidio, inceſtu &c. Cæterùm ſi delictum ſit leue, uidi plerunque pœnas minui propter conſanguinitatem, prout etiam de iure uidemus furta domeſtica mitius puniri, ut dixi ſupra hoc eo. lib. §. Furtum, uerſicu. Poſſet etiam.

ADDITIONES.

a Ad minuendam pœnam.] Adde uidend. reg. 371. Diaz. ubi Iudex ex cauſa poteſt pœnam à iure ſtatutum moderare; & eam limitat ſex modis Fely. in c. qualiter, & quando. §. licet autem. de accuſatio. numero 31. cum pluribus ſequent. ubi etiam ponit ſeptem cauſas iuſtas alterandi pœnam, uel mutandi. Et circa mitigationem pœnarum uide fuſius & ſemper ad ſaturitatem per Tiraquel. tract. de pœnis, & quæ pœna erit imponenda facta pœnæ diminutione ex cauſis, vide per Carer. in pract. crimi § homicidium vltimo, num. 120. cum pluribus ſequen. Itẽ, an indiſtinctè poſſit iudex delicti pœnã moderare, vide per eundem ibid. num. 123. uſque ad finem, ubi ponit octo limitationes, & nu. fin. relatiue. An iudex poſſit pœnam ſtatutariam minuere.

b Aetas in delictis excuſet.] Adde, & uide per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 329. col. 1. & 2. qui col. fin. nu. fin. retulit, quid Plato ſancíuerit in ſuis legibus ob teneram ætatem vel ſenium, uide in ibi. Et quando, ac in quibus caſibus excuſet, & in quibus non, Vide per Duen. mihi ſub reg. 259. & Ange. de Aret. in §. in ſumma Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſcun.

c Senectus excuſet.] Adde, & vide per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centu. 4. caſ. 329. nu. 20. qui nu. 21. retulit quandam Platonis legem, vide etiam Duen. reg. 250. in 6. amplia cum. ſequen.

d Furor excuſet.] Sed qua pœna furioſus delinquens puniatur, declaratum uide per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 325. Et quid de mentecapto, uide per Duen. ead. reg. verſ. amplia nono.

e Opin. Bal.] Adde omnino circa iſtam opi. Bal. uidendum per Duen. ead. reg. 259. ſub tertia ampliatione, ubi eam late examinat, & pro & contra allegat, & arguit; & tandem concludit ab opi. Bald. non eſſe recedẽdum, & quinque limitationes uide per Lud. Carer. in pract. cri. §. homicidium. 6. poſt num. 15. qui num. ſeq. plene relatiue ponit, qualiter

ter probetur furor, & num. 17. an valeat furioſi confeſſio. & nu. 18. quid in habente dilucida internalla: an præſumatur deliquiſſe tempore ſanæ mentis, an uerò tempore furoris, & num. 19. an dementia excuſat. & nu. 20. an inſania.

f Poſt condemnationem effectus ſit furioſus.] Limita quinq; modis, vt per Carer. vbi ſupra. Item adde, atque uide per eundem §. vltimo, nu. 89.

g Ex iuſta cauſa.] Adde, atq; fuſius uide per Carer. in pract. crim. §. homicid. 6. num. 171. qui nu. ſeq. ponit infra quantum tempus poteſt declarare factum calore iracundiæ.

h Eſt & amor.] Adde, amore captus delinquens, qua pœna ſufficiatur per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2 centur. 4. caſ. 328. & inibit etiam lepida enarratione demonſtratum, meretricem non dici, quæ amoris cauſa ſui copiam fecit.

i Propter amorem.] Quid de eo, qui dedit poculum amatorium, ex quo præter propoſitum mors ſubſequuta eſt, qualiter puniatur, vide per Iacob. Menoch. tract. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 358. Hodie uerò apud ſanctum officium quid, uide, & dic, ut per Locat. in ſuo iudiciali inquiſitor. fol. mihi. 321. c. pocula amatoria.

K Eſt ebrius.] Vide plenius per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cent. 4. caſ. 326. ubi extenſiones habes, atq; declarationes, & per Duen. ſub præallegata reg. 259 verſ. amplia quariò & per Ludo. Carer. pract. crim. §. homicidium. 6. nu. 22 23. & nu 24. qualiter puniatur clericus ebrius delinquens.

l Dormiendo.] Adde dormientis delictum, qua plectatur pœna fuſius per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. caſ. 327. ubi etiam, & quid in eos ſanctiēdum eſſe dixerit Plato in ſuis legibus. Idem uide per Ludouicum Carer. in pract. cri. §. homicidium 6. nu. 25. pag. mihi 368.

m Mandatum ſuperioris.] Adde mandatū Principis, ſeu tyranni, magiſtratus, Domini, & partis, an excuſet delinquentes ſubditos, ſeruos, & filios à pœnis delicti, latè & diligēter explanatum per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 354.

n Excuſatur.] Adde, ut per Carer. in pract. crim. pag. mihi. 324. nume. 112. ubi & antiquos, & modernos quamplures aduocat cōcordantes.

o Excuſat.] Adde, quando cauſa iniuſta excuſat in delictis, & qualiter, uide per Boſſ. ti. de decret. Mediol. poſt nu. 19. uerſ. dicimus igitur. & Soci. conſi. 118. poſt nu. 7. lib. 1. & quòd quælibet cauſa etiam beſtialis atque iniuſta excuſet à dolo, & à pœna, habetur etiam per Craue. in conſ. 6. poſt nu. 89. conſ. 18. nu. 9. & in conſ. 319. col. 9. ſed aduerte, quando excuſat, debet euidentibus coniecturis, atq; præſumptionib. probari. Matth. in opinio. commu. diuerſ. fol. 346. verſ. licet. Et ſimiliter cauſa colorata excuſat à pœna, per Craue. in d. conſ. 319. col. 9. & hæc etiam habes in ſingul. meis ſub ſingu. 321. ubi quædam habes alia in materia ſtatutorum deturbante poſſeſſorem, atq; de turbata poſſeſſione notatu digna.

p Tu uerò dic.] Hic adde uidendum per Cępol. conſ. crim. 24 nu. 9. 10.

q Quàm nobiles.] Adde, quòd fallit iſta regula, quando quis delinquit in derogationem, uel ad contumeliam officij, uel dignitatis; quia tunc magis punitur nobilis, quàm ignobilis in pœna corporali, ut per Cępol. latè crim. conſ. 39. nu. 24.

r Nobiles, & magnates non ſolent furca ſuſpendi.] Adde, quòd licet nobiles furcis non ſuſpendantur, tamen in proditionibus, atque etiam ratione enormitatis criminis ſuſpenduntur, & altioribus furcis, per Gram. conſ. 40. nu. 11. & uot. 3. nu. 8.

ſ Egregius miles, & utilis Reip.] Adde idē in magno artifice, cuius uita erat profutura Reip. quia tūc pœna minui debet, nō mors imponi; ſed alia minor, ut relegationis, uel pecuniaria, reſcribendo ad Principem pnotat. in l. ad beſtias. ff de pęn. per quam legem Dy. inquit ſe euaſiſſe a pęna ordinaria quendam inſignem artificem fabrum, qui ſocium percuſſit, & ei manus amputari debebat, & fuit dicta pęna mitigata per Principem ratione illius peritiæ. Idē per Parid. de Pute. in tract. ſyndi. qui dicit ſe euaſiſſe quēdam Bombardinum ſicarium; qui fuit relegatus à patria per annos quinque ex eo, quòd bene ſeruierat in bello. Et de pictore, cui manus ſit amputanda, quod ſibi poſſit digitus vnus amputari tradit Fely. in ca. cum illorū. 3. col. de ſenten. excom. Illud tamen de pęna ordinaria minoranda limitat Carer. ibid. poſt relatos, niſi tumultus aliter ſedari non poteſt. Attamen de pęnis minorandis, uide plenum tract. Tiraq. de pęnis ad quem te cōijcio. Et mihi placet Authoris noſtri ſententia: ut iudices inferiores non poſſint inconſultò Principe ex cauſa pęnam minuere, &

re, & illud de Principe poſt ſententiã adeundo habeo pro indubitato.

t Præſentauerit.] Adde, & vide per Iacob. Menoch de arbitrar. iudi. lib. 2. centur. 4. ca. 347. vbi etiam è contra, eum patrem filius præſentauit.

u Card. Alexand.] Ipſe tamen inquit ſe illam practicaſſe in homicidio conſanguinei, & veniam impetraſſe.

x Diſtinguunt.] In iſta quæſtione fortè uoluit author allegare Fely. in ca. dilectus. de ſymon. ubi ſeptem modis limitat, quem refert, ac ſequitur Ludo. Carer. in pract. cri. §. homicidium. 6. ſub nu. 346 qui num. ſeq. tractat, ſi uniuerſitas, aut ciuitas delinquat occidendo, aut aliter. an, & quando, & qua pęna puniatur. Et quando dicatur uniuerſitas delinquere nu. 348. 349. & quando ſit cõmunicato conſilio, ꝙ tunc vniuerſitas poteſt habere recurſum contra illos de conſilio. 351. & 353.

y Sponte confeſſus eſt.] Quid de confeſſione minoris facta in iudicio ratione delicti commiſſi, uide Duen. in ſepius allegata reg. 259 in quinta, atque octaua ampliatione.

Quæſtio LXI.

SVMMARIVM.

1 *De publicatione proceſſus defenſiui.*

2 *Et an facta huiuſmodi publicatione proceſſus, poſſint adhuc recipi teſtes; verſ. Sed quæro.*
Et an id iudex ex officio facere poſſit, ibid.

3 *Et quid ſi aliqua partium ſit abſens, verſ. Sed hæc quidem.*

4 *Et an poſſit iudex poſt publicatas atteſtationes, iterum examinare teſtem, vt declaret dictum ſuum obſcurum, verſicu. Quæro nunquid.*

5 *Et an in cauſis criminalibus concludatur in cauſa, verſ. Quæro etiam.*

1 PERFECTIS defenſionibus reorum, ſit † publicatio proceſſus defenſiui. Scias tamen, ꝙ licèt publicatio proceſſus offenſiui ſit de ſubſtantia, adeò quòd reus, cui non eſt decreta copia proceſſus, neque datus terminus defenſionis, non poſſit condemnari, ut dixi ſupra quæſt. 49. nihilominus publicatio proceſſus defenſiui non eſt de ſubſtantia, quia acta ſunt ſemper nota iudici & fiſco. Si tamen adſit accuſator, ſolet publicari etiam proceſſus defenſiuus, ad hoc, ut ipſe uideat, an velit aliquid in contrarium deducere, aut probare.

2 SED quæro, † nunquid facta huiuſmodi publicatione proceſſus, poſſint adhuc recipi teſtes? Reſpond. quòd de iure loquendo, regulariter concluſio eſt, quòd in cauſis criminalibus (non obſtante publicatione proceſſus, vel concluſione in cauſa) poſſunt teſtes de nouo recipi. Et hãc dicit eſſe commu-
a nem concluſionem a Marſil. in prac. crim. §. ſequens, num. 6. intellige ad defenſam, illi enim poſſunt recipi etiam poſt concluſionem in cauſa, ſed ad offenſam non poſſunt recipi poſt publicatas atteſtationes, neque etiam ex ipſius iudicis officio. Et ita cõmu-
* niter tenetur, ut dicit Prac. Carer. fol. 627. poſt nume. 128. Dicunt etiam aliqui, quòd quando proceditur parte inſtante, non poſſunt in criminibus recipi teſtes, neq; etiam ad defenſam poſt publicationem proceſſus.
* Et hãc dicit eſſe communem opi. Aretinus in c. cum clamor, col. 2. verſi. Nunc autẽ maturius, de teſtibus, prout illum refert Boſ. in titu. de publi. proce. nu. 3. Et hoc non modò ſuper eiſdem capitulis, ſed neque etiam ſuper directo contrarijs. Et hanc eſſe communem doctorum ſententiam atteſtatur Boſſ. in loco præallegato, nu. 5. Benè (ſecundum aliquos) poteſt iudex ipſe ex officio teſtes ad offenſam rei recipere, etiam poſt publicatas atteſtationes. Et hanc dicit eſſe communem opinio. Aretin. in ca. fraternitatis, nume. 36. de teſtib. quem refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera T, num. 86. Quinimò (ſecundum eum) poteſt ipſe iudex ex officio examinari facere teſtes etiam ad offenſam poſt publicatas atteſtationes ad inueniendum maleficium: & dicit Carauita ſuper 69. ritu, magnæ curiæ, circa ſi ꝙ ita videtur ſeruari. Et ex hoc inuenta eſt a practicantibus cautela, ut poſſint recipi teſtes etiam poſt publicatas atteſtationes, tam ad offenſam, quàm ad defenſam, quia ſcilicet dant iudici nomina teſtiũ examinandorum deſcripta ſuper cedula, qui deinde facit eos examinari tanquam ex officio. Quæ tamen practica mihi nunquam placuit, ſubeſt enim maximus timor ſubornationis, & aperitur via falſitatibus. Et reperio quòd Aſſlic. ſuper prima parte conſtitutionum Regni, Rubr. 13. nu. 44. dicit, ꝙ ipſe

ſe non acciperet talem cedulam, prout revera neque ego acciperem, præſertim ad offenſam, niſi iuſta & magna cauſa ſubeſſet, & crimen eſſet atrox, & ceſſaret omnis timor ſubornationis.

3 SED hæc † quidem omnia vtique poſſunt locum habere, quando partes ſunt præſentes in iudicio, ſed quid ſi ſint abſentes? Reſpond. Bar. in l. quarta, § hoc autem iudicium, poſt nume. 8. uerſi. ſecundo caſu, ff. de damno infecto. tenuit ꝙ in caſibus, in quib. poteſt contra abſentem procedi ad ſententiam diffinitiuam, poſſit iudex pro eo abſente probationes inducere. Et hanc opin. Bart. communiter approbari per legiſtas & cano. atteſtatur Ripa in d. §. hoc autem iudicium, nu. 74. & ſeq. Ita etiam magis communiter teneri atteſtatur Alexan. in l. filiuſfa. nu. 6. ff. qui ſatiſda. cog. Et hanc dicit eſſe communem opin. Abb. in ca. bonæ, poſt nu. 9. uerſ. ſeptimo ſupplet. de poſtu. prælatorũ. Alexand. in d. § hoc autem iudicium, num. 29. Plus dicit Aret. conſi. 146. col. 3. in principio ꝙ illud eſt indubitatum, ꝙ iudex non modò poteſt ad defenſam rei abſentis teſtes recipere, licet ſint publicatæ atteſtationes, ſed etiam tenetur. Et illud dictum Aret. refert & ſequitur Marſi. conſi. 39. nu. 30. Ego (vt uerum fatear) non intelligo quid dicere velit Aretin. neque Marſi. loquendo poſt publicatas atteſtationes, quando reus eſt abſens, quia ſecundum communem practicam totius orbis, reo abſente & contumace non fit publicatio proceſſus, ſed proceditur ad ſententiam diffinitiuam, vt ſæpius dixi, niſi forte intelligerent, ꝙ reus poſt publicatas atteſtationes aufugiſſet, & ſe abſentem feciſſet. Sed hoc etiam caſu ſolet cõtra eum procedi tanquam contumacem, neque vllo modo recipiuntur eius defenſiones nec ex officio, nec aliter. Propterea accommodando omnia prædicta ad practicam, quæ vbiq; obſeruatur, diſtingue hoc modo. Aut loquimur, quando accuſator comparet in iudicio, & tunc ſiquidem delictum eſt tale, pro quo nõ poteſt procedi niſi ad querelam partis, nullo modo iudex debet pro accuſatore probationes aliquas inducere, neq; ante publicatas atteſtationes, neque poſt. Et hoc ſiue accuſator aſſiſtat iudicio, ſiue deinde factus ſit abſens. Si verò delictum eſt tale, pro quo poteſt etiam procedi ex officio, & ſic per inquiſitionem, tunc ex quo iudex eo caſu concurrit cum accuſatore, poteſt & debet ex officio pro ipſo accuſatore teſtes recipere, & proceſſum ipſum proſequi, etiã ſi accuſator recedat, iuxta ea quæ dixi ſupra q. 3 verſi. Superflua etiam Bene verum eſt, ꝙ poſt publicatas atteſtationes non debet (vt dixi) nouas probationes inducere ad inſtantiam partis, ſiue data ſint in cedula ſiue aliter, neque etiam ex officio, niſi ex iuſta & magna cauſa, & quando certus eſſet nullam adeſſe subornationem. Et idem etiã ſeruandum eſt, quando nullus adeſt accuſator, ſed ſolus iudex ex officio ſiue inſtante fiſco procedit. Aut verò loquimur in reo, & ſi quidem reus eſt præſens in iudicio, practica eſt, ꝙ nullo modo debet iudex pro ipſo aliquid facere, neq; ullas probationes inducere, neque ante publicatas atteſtationes, neque poſt, ſed tñ ei prouidere de idoneo defenſore, vbi ipſe non habeat. Bene verum eſt, ꝙ in procedendo & examinando teſtes debet iudex oĩ ſtudio veritatem inquirere, tam pro fiſco, quã pro reo. Et ita ſeruat conſuetudo, quamuis in cõtrarium ſit communis opi. de qua per Are. in allegato, c. fraternitatis. Si verò reus eſt abſens, tũc quicquid ſit de iure cõi, ex quo ſecundum cõem conſuetudinẽ totius mundi, contumax hr̃ pro confeſſo & cõuicto, & conſequenter poteſt condemnari ad mortem, neq; pro eo admittitur excuſator, procurator, neque defenſor, vt dixi ſupra q. 32. ver. Hæc aũt, & q. 33. ver. Sed qđ plus eſt, fatuus eſſet iudex, qui adhæreret cõi opi. de qua per Bar. ĩ d. §. hoc autẽ iudicium, & teſtes ad defenſam pro ipſo reo abſente reciperet. Et ideo nullo modo debet iudex aliquid facere, ſed permittere quòd ipſo exiſtente contumace ſit locus condemnationi, & ita indiſtincte obſeruatur. Quæ omnia benè nota, quia iudex, qui in prædictis caſibus ſequeretur communem opin grauiter erraret, & forte poſſet in ſyndicatu moleſtari. Hæc tamen omnia intellige vt procedat, quando reus uellet ſuper eiſdẽ capitulis nouos teſtes inducere, ſed ſuper nouis & diuerſis capitulis non dẽt repelli, quominus qñcunq; ante ſñiam poſſit nouos teſtes & probationes inducere. Et ita ſemper uidi ſeruari, nam hoc caſu ceſſare uidetur omnis ſuſpicio ſubornationis.

4 QVÆRO, † nunquid poſt publicatas atteſtationes poſſit iudex iterum examinare ſeu interrogare teſtẽ, ad effectũ vt declaret dictum ſuum obſcurum? Reſpon. ꝙ ſi iudex vult, poteſt ex officio hoc facere, ad inſtantiam

tiam

tiam autem partis id facere non tenetur. Et hæc aſt communis opinio, ut ait Tyndar. de teſtibus. lib. 1. c. 4. nu. 6. quê refert Prac. Conradi fol. 130. poſt nume. 37 Benè pôt, ſi vult, hoc facere, & ita dicunt communiter doctores, vt atteſtatur Areti. in d. c. cùm clamor in ſecundo notab. & ita ſæpius uidi ſeruari, quamuis aliqui tenuerint, ꝙ neq; etiã poſſit; quam etiam dixit eſſe communem opi. Boſſ. in loco prææallegato, nu. 25. Sed certe (vt dixi) conſuetudo approbat contrariã opin. quòd ſcilicet poteſt iudex, ſi vult, etiã ad inſtantiam partis, repetere teſtem ut dictum ſuum declaret, licet non ut addat. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Spec. pater practicæ in tit. de teſte, §. ſatis vtiliter, nu. 4. & poſt eum Alexand. conſi. 238. nu. 6 lib. ſexto. Quod tamen ego non facerem, niſi ex iuſta cauſa, & quando aliter ueritas ſciri non poſſet.

5 QVÆRO etiam, † nunquid in cauſis criminalibus concludatur in cauſa? Reſpond. quòd non, & eſt communis opin. vt dicit Marſil. in pract. crimi. §. ſequens, numero 1. Eſt enim æquum & rationabile, quòd vbi de uita hominis tractatur, poſſit reus quandocũq; ſuas probationes & defenſiones facere, quod tamen intellige ſecundum ea, quæ ſupra ſtatim dixi.

ADDITIO.

a Communem concluſionem.] Adde communẽ etiam, ut in collecta mea comm. opi. cap. iudex, nu. 17.

Quæſtio LXII.

SVMMARIVM.

1 *Etiam in cauſis criminalibus accuſatore non probante reus abſoluitur.*

2 *Et quæ ſit forma & effectus huiuſmodi abſolutionis, verſi. Forma autem.*

3 *Et an in dubio reus cenſeatur abſolutus, quia delictum non commiſerit, an autem quia nõ fuerit probatum, verſi. Sed hic quæro. Remiſſiuè.*

4 *Et an ille, qui in cauſa ſuccumbit, debeat in expenſis & damnis condemnari, verſicu. Sed nunquid.*

Calumnia duplex eſt, vera ſcilicet & præſumpta, ibid.

5 *Et an quis teneatur in foro conſcientiæ pro dãnis illatis, & leui & leuiſſima culpa, verſicu. Vnum autem.*

6 *Et an accuſator eo ipſo quòd non probat, præſumatur calumniari, verſ. Dixi ſupra.*

7 *Et quid ſi iurauerit de calumnia, ver. Sed quid ſi accuſator.*

8 *Et quid ſi habeat pro ſe aliqua euidentia indicia, verſ. Sed pone.*

9 *Calumniator an poſſit ſuper eodem proceſſu condemnari, verſ. Sed quæro.*

10 *Cuſtos carceris an poſſit reum abſolutum retinere pro impenſis, verſicu. Sed hic incidenter.*

VBI nihil vlterius ſupereſt ad agẽdum, tam ex parte accuſatoris, quàm ex parte accuſatis, tunc debet iudex diligenter conſiderare proceſſum tam offenſiuum, quàm defenſiuum, & recta trutina perpendere, quid ex ipſo proceſſu reſultet, & quæ & qualia contra reum extent indicia ſeu probationes, quæ per eius defenſiones eliſæ non fuerint. Si tamen reus ex eis eſt plene conuictus, vel confeſſus, debet condemnari. Si ſemiplena tantùm reſultat contra eum probatio, eſt torturæ ſubijciendus. Si uerò nec ſemiplene eſt conuictus, tunc tanquam deficiente probatione eſt abſoluendus, de quibus omnibus ſigillatim videamus. Et in primis quidem dixi, ꝙ ubi contra reum non ſit delictum ſaltem ſemiplene probatũ,
1 debet reus abſolui Eſt enim † uera iuris concluſio, ꝙ etiam in cauſis criminalibus actore ſiue accuſatore non probante reus abſoluitur, & eſt communis opi. ut atteſtatur Iaſ. in l. non eſt nouum, nume. 5. C. de edendo, quem refert Villalob. in ſua collecta communium opi. in littera A, nu. 47.

2 FORMA † autem abſolutionis, quæ in hoc Ducatu ſeruatur, eſt, ꝙ ſi quidem reus probat innocentiam ſuam aliter, quàm per torturam, abſoluitur diffinitiue, neque poteſt deinde cõtra eum ex ea cauſa procedi, etiã ſi noua indicia ſuperuenirent, vt dixi ſupra quæſt. 57. uerſi: Sed hic quæro. Si uerò non probat ipſe ſuam innocentiam niſi per torturam, uel ſi non adſunt indicia ſufficientia ad torquendum, uel ad imponendum aliquam pœnam extraordinariam, tunc abſoluitur quidem, non tamen diffinitiue, ſed ſtãtibus rebus, prout ſtant. Et hoc caſu, ſi deinde

de ſuperueniant noua indicia, de nouo con-
tra eum proceditur, non obſtante tali ſentẽ-
tia. Et hæc etiam practica obſeruatur in Hi-
ſpania, vt refert Didac lib. 1. reſolutionum,
c. 1. poſt num. 8. Idem etiàm in Gallia obſer
uari atteſtatur Igneus in repe. §. non aliàs,
poſt num 180. & Rebuff. in prœ. conſtitut.
Franciæ, glo. 5. nume. 118. Reperio tamen ꝙ
Carauita ſuper ritu magnæ curiæ. 248. nu.
18. dicit communiter obſeruari, quòd hoc
caſu inquiſitus præſtet fideiuſſores de ſtãdo
iuri, & ſe præſentando toties, quoties fuerit
requiſitus. Sed hoc apud nos non ſeruatur,
niſi ſenatus, cui fiunt relationes cauſarum
criminalium, id expreſſe iubeat. Verum eſt
etiam, quòd de iure loquendo, ille, qui pur-
gauit per torturam omnia indicia contra ſe
exiſtentia, forte eſſet diffinitiue abſoluen-
dus, tanquam ſi puram ueritatem dixiſſet,
iuxta ea quæ dixi infra quæſt. 64 verſi. Illa-
ta reo, nihilominus (vt dixi) conſuetudo ob-
tinuit, ut abſoluatur tantummodo rebus
ſtantibus, atque ita receptum eſſe in practi-
ca atteſtatur Prac. Iodo. fol 119. nu. 2.

3 Sed hic † quæro, nunquid in dubio ſenten
tia abſolutoria præſumitur lata, quia reus
maleficium non commiſerit, & ſic ex cauſa
innocentiæ, an autem, quia non fuerit pro-
batum, & ſic ex defectu probationum? Dixi
ſupra in d. q. 57. verſ. Sed quæro.

4 Sed nunquid † in iſtis cauſis criminalib. il-
le, qui in cauſa ſuccumbit, debet condem-
nari in expenſis? Reſpond. In hac quæſtione
fuit aliquando controuerſia inter doctores,
nam aliqui tenuerunt, ꝙ ſic, & dixit Bart. in
Aut. de manda. Princ. §. deinde, num. 3. & in
l. 1. in principio, circa fin. ff. ad Turpil. quòd
ita communiter tenetur, quem refert Soci.
Iun. conſi. 36. nu. 14. lib. 2. Hanc etiam opin.
dicit eſſe communem Aretin. in c. accedens,
num. 13. de accuſatio quem refert Nicellus
in concord. glo. c. 47. & Gratus conſi. 97. nu.
1. lib. 1. Card. Alexan. in ca. in primis, de epi-
ſcop. col. 4. uerſi. & quia glo. 2. quæſt. 1. qui
dicit ꝙ de iure canonico ita communiter
tenetur Apoſtil. ad Ang. de malefi. in d. glo.
Et ad querelam, poſt nume. 73. quem refert
Prac. Conradi fol. 231. nume. 18. Marſil. in
prac. crim. §.upereſt, nu. 1. & in l. patre uel
marito, num. 14. ff. de quæſtio. quem refert
Diaz in prac. crim. cano. c. 144 quod eſt ca-
pitulum ultimum, & Prac. Conradi fol. 310.
poſt nume. 5. & Viuius in lib. communium
opin. in uerbo Iudex tenetur condemnare.
Alba. conſi. 5. in primis uerbis. Don Ant. de
Padilla in l. tranſigere, nu. 4. C. de trãſactio.
Didacus prac. quæſt. 27. nu. 2. Et dicit Al-
ber. in l. eum quem temere. in principio, nu.
3. in fi ff. de iudi. quòd communis uſus iudi-
ciorum ſeruat etiam in criminalibus, ut ui-
ctus uictori condemnetur in expenſis. Et lo-
quendo de damnis, dicit Card. Alexand. in
c. libellorum, col. 2. in fi. ſecunda quæſtione
octaua, ꝙ quo ad damna & intereſſe partis
læſæ, poteſt iudex habere rationem eorum,
ſiue procedat per accuſationem, ſiue per in-
quiſitionem, ſubdens quòd ita firmant com-
muniter doctores, quẽ refert Diaz in prac.
crim. ca. 143. Contrariam verò ſententiam,
quòd ſcilicet accuſator, qui ſuccubuit, non
ſit condemnandus in expenſis, neque in dã-
nis, multi tenuerunt. Et dicit Alber. in l.
athletas, § calumniator. in fi quòd illã tenẽt
communiter doctores. Et dicit Bal. in l. qui
crimen, poſt num. 28. C. qui accuſ. non poſſ.
quòd iſtam opi. confirmat practica & expe-
rientia, & ꝙ ipſe nunquam uidit talem con-
demnationem expenſarum in cauſa crimi-
nali, quem refert Anan. in ca. accedens, poſt
nu. 11. de accuſat. Dicit etiam Card. Alex.
in d. §. de epiſcop. in fi. quòd in ſacro pala-
tio raro uidit condemnari fiſcum in expen-
ſis, neque procuratorem fiſcalem; & ſi un-
quam fuit condemnatus in expenſis, nũquã
meminit uidiſſe talem condemnationem
exigi. Pro reſolutione huius articuli ſcire
debes, ꝙ duplex eſt calumnia, uera ſcilicet
& præſumpta. Vera calumnia dicitur, quan-
do quis ſciens, aut ſcire debẽs, aliquem eſſe
innocentẽ, proponit contra eum accuſatio-
nem aut querelam. Præſumpta autem calũ
nia eſt, qñ accuſator non probat delictũ, uel
qñ poſt cęptũ iudicium ab accuſatione deſi-
ſtit, nam his caſibus præſumitur calumnia-
ri, ut infra ſtatim dixi. Dic ergo, quòd aut
agitur de præſumpta calũnia, & uerum eſt
quod dicit Bal. in loco præallegato, ꝙ raro
vel nunquã ſolet accuſator in expenſis con-
demnari. Et hoc, ne querelantes metu hmõi
condemnationum deterreantur ab accuſan
do, & delicta impunita remaneant. Aut agi
tur de uera calumnia, & tunc aut iudex pro-
cedit ſimpliciter ſuper accuſatione ſeu que
rela partis, & debet accuſator, qui calumnia
tus eſt, condẽnari in expenſis & dãnis. Aut
verò procedit ſimpliciter ex officio, & ſic ſo-
lũmodo inſtante fiſco, & non dẽt procurator
fiſci, neq; iudex condẽnari in expenſis, quia

de

de ipſis officialibus lex bene præſumit: aut procedit ex officio, ſed alio inſtigante uel procurante inquiſitionem, & tunc talis promotor ſiue inſtigator, ſi uere fuerit calumniatus, pariter eſt in expenſis condemnandus. Ita hoc aũt ducatu habemus decretum in nouis conſtitutionibus in tit. de accu. c. ſi quis quempiam, ꝙ ille, qui aliquem calumnioſe detulerit, accuſauerit, uel notificauerit, condemnetur in duplicatis expenſis uerſus partem, vltra pœnas à iure inflictas. Et ita vidi multos in facto cõdemnari. Vidi etiam quandoque falſos accuſatores & notificantes corporaliter puniri, vt dixi infra q. 81. ver ſi. Sed queto. Quid autem in denunciatore, an ſit in expenſis condemnandus, ſi contenta in denunciatione non probat, dixi ſupra q. 7. uer. Sed nunquid.

5 VNVM autem † ſcias in hoc propoſito, ꝙ quamuis in foro contentioſo quis teneatur de damno infecto & iniuria alteri illatis, etiam ex leui & leuiſſima culpa, tamen in foro conſcientiæ non tenetur, niſi de damno illato per dolum vel latam culpam. Et hæc eſt communis opi. ut atteſtatur Berous in c. dilecti filij. nu. 77. de arbitris. Menchiaca controuer. illuſtr. c. 28. numero 19. quod nota.

6 DIXI ſupra † quòd accuſator eo ipſo ꝙ non probat ſuam accuſationem, præſumia tur calumniari, a Ita dicit gl. in c. ſecundo, in uerbo, Calumniandi. de calumnia. quam atteſtatur eſſe communiter approbatã apoſ. ad Ang. de malef. in uerbo, Et ad querelam, * poſt nu. 7. Ita etiam communiter teneri ait Abb. in c. calumniam, nu. 2. de pœnis. Ioan. Fantu. quem refert Card. Alex. in c. qui nõ probauerit, verſi. ſed an præſumatur. 2. q. 3. Idem Card. Alexand. in c. ſi quenquam, §. no tãdum, nu. 7. q j. quem refert Villalo. in ſua collecta communium opin. in litera C, nu. 2. Hanc etiam eſſe communem opin. atteſtãtur ſcribentes in d. c. 2. de calumniato. & in ſpecie Abb. nu. 5. in fin. & Marian. nu. 7. & Anan. nu. 19. & Feli. num 6. Aret. in c. ſuper his, nu. 27. in fi de accuſatio. Boſſ. in titu. de accuſat. nu. 19. Quod tamen intelligendum eſt, vt non procedat in eo, qui accuſet vel ex neceſſitate officij, ut in tutore, uel propter immenſum dolorem, ut in matre accuſante aliquem de morte filij, uel propter atrocitatem criminis, prout eſt hæreſis, uel læſæ maieſtatis, ut per Abb. & alios in locis præallegatis.

7 SED quid† ſi accuſator tempore porrectæ accuſationis iurauerit de calumnia, iuxta ea quæ dixi ſupra q. 18. uerſi. Dixi etiam, nũquid erit excuſandus ab hac præſumptione calumniæ, quæ contra eum oritur, ex eo ꝙ accuſationem non probauit? Reſpond. ꝙ * non, & ita cõmuniter tenetur, ut dicit Abb. in d. c. calumniam, nu. 4. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Alex. in l. properandum, § ſin autem vtraque, nu. 21. C. de iudi. Afflic. in ſecunda parte conſtitutionum Regni, Rubr. 13. nu. 9. & Rubr. 62. nu. 5. Alexã. in d. c. in primis, §. de epiſco. col. 3. verſi. ſed primum, 2. q. 1. Et dicit Salic. in d. l. qui crimen, nu. 14. C. qui accuſ. non poſſ. ꝙ hoc ſeruat communis practica. Dicit etiam Alber. in d. §. calumniator, nu. 1. ꝙ ita vidit in iudicijs communiter obſeruari. Si tamen vis conuincere querelantem de calumnia, potes illum interrogare, an velit uti querela & probationibus ſuperinde factis, eo ꝗa intendit illum querelare de falſo, & ſi ille reſpondeat ꝙ vult uti, eo caſu poteſt tanquam ſciens de falſo puniri, ſi querela tanquam falſa cõuincatur. Et hic modus interrogandi eſt approbatus à iure, & de conſuetudine obſeruatur, ut atteſtatur Boſſ. in tit. de accuſ. 24. Faciunt ea quæ dixi ſupra hoc eo. lib. §. Falſum, uerſi. Vtens falſo, & uerſi. Vtens dicto.

8 Sed pone, † quòd accuſator habeat pro ſe aliqua euidentia indicia, puta famam uel auditum à fide dignis, vel quid ſimile, nunquid excuſabitur, etiam ſi defecerit in probatione? Reſpond. quòd ſic, & eſt communis opin. ut atteſtatur Abb. conſi. 78. poſt nu me. 1. verſi. uenio nunc, lib. primo, quem refert Pract. Conradi fol. 231. nume. 17. Et dicit Barto. in l. cum quidam, § quod dicitur, nume. 3. ff. de acquiren. hæred. millies obtentum fuiſſe, quòd accuſans aliquem de maleficio, de quo contra eum erat fama, nõ poteſt puniri tanquam falſus accuſator, quem refert Guido Papæ deciſ. 446. uox publica, nume. 1. & Afflict. in prima parte conſtitutionum, Rubri. 23. nume. 11. & Diaz in pract. crimina. cano. capitu. 59. Idem etiam operatur dictum vulnerati morientis, ut ſcilicet excuſet hæredem accuſantem à præſumptione calumniæ, ut dixi ſupra quæſt. 21. verſicu. Aſſertio vulnerati. Et ſecundum hanc opin. pro quodam inſtigatore in facti contingentia conſuluit Io. de Amicis conſ. 51. & pariter pro quodam denunciatore

ſuluit Crauetta conſi. 178.

9 Sᴇᴅ quæro, † nunquid calumniator *b* poſſit in eodem iudicio condemnari, an autem opus ſit nouo proceſſus? Reſpon. quòd poteſt etiam in eadem ſententia condemnari vno contextu, oportet tamen abſolutoriam accuſati in ordine præcedere, & ſucceſſiue non diuertendo ad alia, accuſatorem de calumnia condemnare. Et ita communiter tenetur, ut ait Salic. in l prima. nume 3. C. de calumnia. Et practica eſt quòd iudex prius faciat ſtatui accuſatori terminum ad allegandum, quare non debeat de calumnia condemnari, & ubi nihil deducat, quod releuet, illum poterit in eadem ſententia condemnare. Ita dicit Bartol. in l. athletas, § calumniator, nume. 6. ff. de his qui notan. infa. aliàs enim opus eſſet alia inſtantia & alio proceſſu. Quod nota, ne erres, nam ſi condemnares aliquem de calumnia, non ſtatuto ei termino prædicto, poſſes in ſyndicatu puniri, vt dicit Angelus de maleficijs, in uerbo, Et ad querelam, numero 70.

10 Sᴇᴅ hic † incidenter quæro, nunquid ſequuta abſolutione rei, qui erat in carceribus detentus, poſſit cuſtos carceris illum retinere pro expenſis in carceribus factis? Reſpondeo: Aliqui dicunt, quòd de iure non poteſt illum retinere, ſed debet relaxare, & poſtea contra eum agere. Sed certe quicquid ſit de iure, aliud de conſuetudine obſeruatur, vt dicit Guido Papæ deciſ. 448. ſi carceratus, quem refert Chaſſ. ſuper conſue. Burgund. fol. 90. nume. 34 Prac. Iodoci. c. 17. nam cuſtodes neminẽ relaxant, niſi prius illis fuerit pro expenſis ſatisfactum. Et hoc toleratur per ſuperiores, quia reuera ſi cuſtodes cogerentur uia ordinaria expenſas à carceratis poſt eorum relaxationem repetere, credo quòd eorum officium illis eſſet damnoſum.

ADDITIONES.

a Præſumitur calumniari.] Calumniator, qui, & quæ cauſæ eum excuſare poſſunt, dilucide, & plene explicatum, uide per Iacobnm Menochium de arbitrarijs iudicum, caſ. 321. lib. 2. cent. 4.

b Nunquid calumniator.] Adde calumniatorum pœnæ, quæ ex omni fere iure, vide per Iacob. Menoch. de arbit. iudi. d. lib. 2. cent. 4. caſ. 322.

Quæſtio LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in ſupplementum probationis nõ defertur in cauſis criminalibus.*
Et quid ſi ſint ciuiliter intentata, ibi.
2 *Et quid ſi ſit pluſquam ſemiplene probatum, verſ. Scias autem.*
3 *Et quid ſi agatur de imponenda pœna pecuniaria, verſ. Scias etiam.*
4 *Iuramentum purgationis an ſit deferendum reo in cauſis criminalibus, verſ. Solet etiam.*
5 *Et an etiam in foro ſeculari, verſicu. Licet autem.*
6 *Accuſator, qui offerat ſe velle ſtare cum reo in tortura, an ſit audiendus, verſi. Sed quæro.*
7 *Et quid ſi offerat probationem per duellum, verſ. Sed quid ſi dicat. Remiſſiue.*
8 *Duæ ſemiplenæ probationes an iungantur in cauſis criminalibus, verſ. Tu ſcis.*
9 *Fama & vnus teſtis de viſo, an plene probent in criminalibus, verſ. Hinc infertur.*

1 Sᴇᴅ quid † ſi accuſator plene non probauerit intentionem ſuam, ſed tantum ſemiplene, & petat ſibi deferri iuramentum in ſupplementum probationis, nunquid erit audiendus? Reſpond. quòd non, nam in cauſis criminalibus non defertur tale iuramentum; & hæc eſt communis opin. vt atteſtatur Alexand. in l. tertia, nume. 12. ff. de iureiurand. quem refert Simancas de hæret. cap. 50. nume. 2. Iaſ. in repet. l. admonendi, nume. 224. ff. de iureiur. quem refert Pract. Conradi fol. 154. poſt nume. 5. Apoſtil. ad Abb. in cap. iuramentum, ſub nume. 13. de iureiuran. Dec. conſil. 37. in fin. Iaſ. in l. ait prætor. in principio, nume 19. ff de iureiurand. Apoſtil. ad Felin. in capitu. omni, ſub nume. 5. de teſtib. Igneus in repet. §. non aliàs, poſt numero 201. ff. ad Sylle. quem refert Herculan. de probanda negat. nume. 235. Gomez Aria ſuper lege 74. Tauri, nume. 39. Villalpand. in repe l. 22. ca. 22. nu. 3. Quæ quidẽ concluſio abſque difficultate procedit in cauſis mere criminalibus & criminaliter intentatis, & ita hãc eſſe communem

munem opin. atteſtatur Marſi.in l. maritus, nume.13. ff. de quæſtio. Sed ſi eſſet ciuiliter mota, vtique ſecundum aliquos eſſet locus huic iuramento, præſertim ſi non eſſet actio famoſa. Vide quæ dixi infra lib. 7. §. Iuramentum.

2 Scias autem,† q; ſecundum aliquos,)ſi probatio ſit pluſquam ſemiplena, eo caſu ſi probitas partis concurrat, debet etiam in cauſis criminalibus ei deferri iuramentum in ſupplementum probationis. Et hanc uidetur ſentire eſſe communem opin. Curt. Iun. in d.l.admonendi, poſt nu.67.uerſi.poſtremo nota, quem refert Cœphal. conſilio 141.nu.20.lib.1. Quam tamen ego in practica de facili non admitterem, præſertim ſi ageretur de pœna corporali etiam leui imponenda.

3 Scias etiam,† quòd ſi eſſet cauſa criminalis, pro qua imponi deberet pecuniaria, eo caſu utique poſſet deferri tale iuramentum. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Alexan. conſi 66 poſt num 1.lib.1. quem refert Iaſ.in repe.d.l.admonendi, nume.225. & in d.l.ait prætor, in principio, poſt nume.21. uerſi illam principalem, & Marſi in d l. maritus,num.16.& Crot.in trac. de teſtib. nu. 307. & Apoſt. ad Fel. in d ca.in omni.ſupra allegato,& prac. Conradi in loco prællegato,& Cœphal.in d conſi.141. poſt nume.20. & Villalpan.in d.c.22 poſt nu.3.

4 Solet etiam, † quandoque accuſatore non probante deferri reo iuramentum, qđ appellatur purgationis, & hoc etiam ſi reus ipſe nihil probauerit. Et hæc eſt communis opinio, vt dicit Soc.in d.l ait prætor, in principio.ver.circa ſecundum. Hoc tamen iura-

a mentum purgationis, *a* locum habet quando contra ipſum reum non adſunt indicia, quæ ad torturam ſufficiant. Et quamuis olim non eſſet in vſu niſi cum clericis, ut dicit Simancas de hære.c 54.in fi. hodie tamē præſertim in cauſis hæreſis, ſeruatur etiam cum laicis,& cum tanto rigore,ut reus deficiens in purgatione habeatur pro conuicto, & puniendus ſit pœna ordinaria delicti, de quo imputatur. Et hanc ſententiam dicit eſſe communiter approbatam Simancas in loco prællegato, nume. 7. ſubdens, quòd ita fuit obſeruatum ſuperioribus annis cū quadam obſtetrice, quæ poſt reconciliationem ſolemnem iterum capta defecit in purgatione, & tanquam uere relapſa relicta fuit ſeculari. Forma autem huius purgationis ponitur per Card. Alexan in capi. primo, ſecunda quæſtio.4.quem refert Foller. in pract.crimina.cano.fol.289.num.9. & Simancas in loco prællegato,nu.15.

5 Licet autem† uideatur,quod hæc ſpecies purgationis ſit potius inuentio & obſeruantia iuris canonici, quàm ciuilis, eſt tamen in vſu etiam de iure ciuili, ut atteſtatur Ioan. de Ana.in ca. excommunicamus el 1. §. qui autem,nu.1.de hære.prout illum refert Blā. in prac.crimi.fol.37.nume.72. Et reperio q; Bart. in l.4.§. ſi magiſter, in fin.ff.ad legem Aqui. dicit hoc ſemel fuiſſe obſeruatum Peruſij in quodam magiſtro, qui percuſſerat ſuum diſcipulum. Et illum refert Ange.de maleſi.in uerbo. Admenauit,nu.2. Hoc etiā ſeruatum fuiſſe Rothomagi in quodam iuuene, qui in die feſto pentecoſtes quandam ancillam decrepitam interfecerat, recenſet Igneus in repetit. §. non aliàs, numero 191.& ſequen.ff.ad Sylle. Dicit etiam prac. Iodo. folio 125. numero 6. quod hac forma vtuntur frequenter curiæ ſpirituales,& earum imitatione etiam tribunalia ſecularia in Flandria,& alijs in locis. Sed certè in hoc Ducatu non ſeruatur hoc iuramentum purgationis, ut etiam atteſtatur Boſſ. in titu. de ſenten.numero 75.in fi. ſed eius loco ſuccedit iuramentum de ueritate dicenda, qđ defertur reo in eius examine, iuxta ea quæ dixi ſupra quæſt.45.ver.Sed quæro.Vbi igitur non adſint indicia contra reum,quæ ſufficiant ad torturam, reus abſolui debet. Si verò extent contra eum indicia, quæ ex ſuis defenſionibus non ſint ſublata uel eliſa,tunc non eſt locus iuramento, ſed deueni-

b tur ad torturam. *b* Et ita quotidie practicatur,ut dicit Blanc.in loco prælle.

6 Sed quæro, † pone q; accuſator ſeu querelans *c* dicat (vt quandoque in facto uidi) Ego uolo ſtare cum reo in tortura, & eum conuincere,nunquid erit audiendus? Reſpōdeo quòd non,quicquid dixerit glo. in l interdum, § qui furem,in uerbo, Damnato, ff. de furt. quam dicit eſſe communiter reprobatam Mantua centuria prima, numero 12. Hic enim modus probandi non eſt à iure probatus, & ſi hoc admitteretur, quotidie multa ſequerētur abſurda. Idem etiam dicendum eſſet, ſi reus proponeret ut accuſator torqueretur, offerens ſe pariter velle ſuſtinere in tortura contrarium, quod in facto aliàs contigiſſe narrat Pariſ.Put. de ſynd. fol.492.cap.13.

7 Sed quid ſi † dicat accuſator, ꝙ vult proba re ſuam accuſationem in ſingulari certamine cum accuſato? Dixi in meo libello, De duello, qui nondum eſt impreſſus, in prima parte.

8 Tu ſcis, † ꝙ in cauſis ciuilibus duæ ſimiplenæ probationes iunguntur ad faciendam plenam probationem, vt dixi infra lib. proximo. Quæro, nunquid idem ſit dicendum in cauſis criminalibus? Rñ. Aliqui tenuerũt, ꝙ
* ſic, & ita ſe vidiſſe communiter obtineri atteſtatur Alberi. in l. ſecunda, §. fin. nume. 2. ff. de excuſ. tuto. Contrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet in cauſis criminalibus non cõiungantur duæ ſemiplenæ probationes, multi etiam tenuerunt. Et hanc dixit eſſet communem Gratus conſi. 47. nume. 7. lib. ſecundo, quem refert Simancas de hæret. c. 50. nume. 2. Alij verò dixerunt, quòd
d ſi ſint plura indicia, *d* quorum quodlibet in ſua ſpecie perfectum ſit, ſufficiunt ad condemnationem, aliàs ſecus; & fuit doctrina Bald. in l. ſi quis ex argentarijs, §. primo, nu. 4. ff. de edendo, quam dicit ſequi communiter Doctores Bertran. conſi. 137. in fi. lib. ſecundo, in ſecunda parte, & conſi. 164. in fin. lib. ſeptimo. Tu dic, quòd aut agitur de pœna corporali imponenda, & tunc nõ debent coniungi ad condemnandum; aut agitur de pœna pecuniaria imponenda, & poſſunt coniungi etiam ad condemnationem, prout ẽt videmus quòd in huiuſmodi cauſis, ſtante ſemiplena probatione, poteſt etiam deferri iuramentum in ſupplementum probationis, vt dixi ſupra uerſi. Scias etiam. Bene uerum eſt, ꝙ ſi cauſa eſſet dicenda per principem, vel eius ſuprema conſilia, credo quòd plura indicia iungi poſſent ad condemnationem etiam corporalem, ſaltem extraordinariam, quod vidi ſæpiſſimè fieri per ſenatum. Et reperio etiam idem aliquando ſeruatum fuiſſe per cõſilinum Neapol. ut refert Gramma. deciſ. 11. Senatus enim iudicat ſecundum conſcientiam, prout etiam faciunt domini conſiliarij ſedentes in prædicto ſacro cõſilio, teſte Gramm. deci. 29. n. 19.

9 Hinc infertur, † quòd licèt in criminalibus fama (ſecundum aliquos) probet ſemiplenè, ut dixi ſupra quæſt. 21. uerſi. Fama ſola, & unus teſtis de uiſu pariter etiã probet ſemiplene, ut dixi ſupra ea. quæ. 21. ver ſicu. Vnus teſtis, nihilominus fama cum v-
e no teſte *e* non probat plene in criminalibus, niſi ſint aliæ coniecturæ vel adminicula. Et eſt communis opin. vt dicit Crot. in tract. de teſtib. nume. 102. Et generaliter ꝙ fama etiamſi iuncta ſit cum alia ſemiplena probatione, non ſufficiat in criminalib. ad plenam probationem, tenuit glo. in cap. veniens, el primo, in uerbo, Illorum. de teſtib. quam ſequuntur ſcribentes, ut dicit Marſi. in l. de minore, §. plurimum, nume. 55. ff. de quæſtio. Et illam gl. dicit eſſe cõmuniter approbatam Dec. conſ. 210. circa finẽ.

ADDITIONES.

a Purgationis.] Adde hic, quando purgatio canonica in cauſa hæreſis indici poſſit, & quando non, per Gabriel. Eugub. in conſi. 178. nume. fi. & de quampluribus purgationum formulis, uide nouiſſime in Iudiciale Inquiſitorum, per Locat. uerb. purgatio. fol. mihi 361. cum pluribus ſequentibus.

b Ad torturam.] Quid ſi tortus perſiſtit in tormentis & in negatione, uide per Carer. in practi. crimina. ſub nume. 202. & quid ſi tortus non inuenit fideiuſſores, nume. ſequen. Et quid ſi accuſator probauit delictum per indicia, & deinde tortus innocens eſt repertus, nu. 205. & de cautela per iudicẽ adhibenda, nu. 207.

c Accuſator, ſeu querelans.] Et an, & quando accuſator poſſit torqueri, vide remiſſiue per Carer. in practi. crimina. pag. mihi 148. colum. 1. ad finem. Item an inſtigator, vide remiſſiue per eundem ante numerum 181.

d Plura indicia.] Sed quid ſi eſſẽt diuerſi generis? dic, ꝙ coniunguntur, vt fiat indicium ad torturam, modo ſingula indicia eſſẽt perfecta in genere ſuo, & ſingula ad plenũ probarentur, ita per Craue. in conſi. 360. col. fi. in princip.

e Fama cum vno teſte.] De hoc vi. per Ang. de Aret. in §. Item tria onera. Inſti. de excuſat. tuto. & cura.

Quæſt. LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Tractatur materia torturæ.*

2 *Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam eſt capite puniendus, ver. Antequam tamen.*

3 *Priuſquam deueniatur ad torturam, debet conſtare de delicto, verſ. Debet autem.*

Tortu-

4 Tortura non eſt inferenda, ubi pro delicto non imponitur pœna corporalis, uerſicu. Praeterea debet.
5 Vbi delictum aliter, quàm per torturam probari poteſt, non eſt reus tormentis ſubiiciendus, ver. Debet etiam.
6 In delictis occultis facilius deueniri ſolet ad torturam, uerſi. Et ideo.
7 Et an adhiberi debeat tortura reo de crimine conuicto, ut illud etiam confiteatur, verſicu. Scias etiam.
8 Et an ſuper ſociis, & complicibus, verſi. Veritas eſt.
9 Tortura inferri non debet niſi procedentibus indiciis, verſi. Dixi etiam.
Et quid in atrocioribus delictis, ibidem.
10 Et quid ſi reus ſit malæ uocis, & ſolitus delinquere, uer. Sed pone.
11 Et quid ſi ſit bannitus & condemnatus in contumaciam, uerſi. Sed nunquid.
12 Indicia, quę praecedunt torturam, debent eſſe legitimè probata, uer. Non ſufficit.
13 Debent etiam eſſe ad torturam ſufficientia, verſi. Dixi quoque.
Et quæ indicia dicantur ad torturam ſufficientia, ibid.
14 Et quot indicia requirantur ad hoc ut quis poſſit ſubiici torturæ, uerſi. Sed quæro.
15 Quæ perſonæ de iure torqueri poſſint, uerſi. Vbi ſubſint.
Et an liber homo, ibid.
16 Doctores an poſſint torqueri, uer. Quæro an doctores.
17 Perſonæ poſita in dignitate an poſſint torqueri, ver. Item quæro.
18 Milites an poſſint torqueri, uerſiculo. Quæro etiam.
19 Nobiles an poſſint torqueri, uerſicu. Praeterea quæro.
20 Minores 14. annis an poſſint torqueri, verſicu. Quæro nunquid.
21 Senes an poſſint torqueri, verſiculo. Non etiam.
22 Mulier prægnans an poſſit torqueri, uer. Quæro modo.
23 Clerici an poſſint torqueri, verſiculo. Sed an clerici.
Et an ſacerdotes, ibid.
24 Laicus an poſſit torquere clericum de mandato epiſcopi, uerſi. Sed hic quæro.
25 Iudex an teneatur requirere accuſatorem prius quàm torturam inferat reo, verſicu. Vbi nihil.
26 Decreta tortura, ſi reus appellet, an ſit ſuperſedendum, uer. Sed quid agendum.
27 Et quid ſi petat ſibi dari copiam indiciorum verſi. Sed quid ſi ille.
28 Si plures ſint torquendi, à quo ſit incipiendum, verſi. Quæro ſi plures.
29 Torquendo non eſt dandum aliquid, quod comedat aut bibat per decem horas antequam torqueatur, uerſiculo. Decreta tortura.
30 Torturæ gradus qui ſint, verſiculo. Nunc de gradibus.
Metus & ſuſpicio torquendi æquiparatur torturæ, ibid.
31 Carcer an dicatur ſpecies torturę, uerſi. Sed an fortè.
32 Tortura adhibenda eſt pro modo indiciorum, uerſi. Debet igitur.
33 Tortura an poſſit inferri die feriato, ver. Quæro an tortura.
34 Aduocati ſeu procuratores reorum an poſſint intereſſe eorum torturæ, uerſicu. Quæro nunc.
35 Torqueri non debet reus modis exquiſitis, & non conſuetis, verſi. Item debet.
36 Iudex excedens in tortura modum conſuetum tenetur in ſyndicatu, ver. Iudex autem.
37 Reus negans, & in tortura perſeuerans dicitur purgaſſe indicia contra eum exiſtentia uerſi. Illata reo.
38 Cautela ut iudex, qui aliquem indebitè torquet, non teneatur in ſyndicatu, uerſi. Et in hoc.
39 Confeſſio facta in tormentis non ſufficit ad condemnandum, niſi reus extra tormenta illam ratificat, verſiculo. Cæterum ſi reus.
40 Et quando fieri debeat huiuſmodi ratificatio, ver. Et circa.
41 Et in quo loco fieri debeat, uerſiculo. Debet quoque.
Et an ſint adhibendi teſtes, ibid.
42 Et quid ſi non ratificet confeſſionem in tormentis factam, ſed illam reuocet, uerſi. Vbi uerò. Remiſſiuè.
43 Et an ubi reus illam ratificet, ei ſtatui debeat terminus defenſionis, uerſi. Sin autem reus.
44 Reus an poſſit interrogari de aliis criminibus, de quibus contra eum non adſint indicia, ver. Succeſſiuè quæro.
45 Tortura ſemel illata an repeti poſſit, uer. Vltimo videndum.

1 CÆTERVM vbi,† delictum
non ſit plenè probatum con-
tra reum, videndum eſt, an
contra reum, ſubſint indicia
a ſufficientia ad torturam, *a*
quæ per ipſius rei defenſiones ſublata aut
eliſa non fuerint. Et eo caſu debeat iu-
dex decernere deueniendum eſſe ad tor-
turam.
2 Antequam † tamen iudex aliquem ponat
ad torturam, debet animaduertere, ne id in
iuſtè faciat, nam iudex, qui ponit aliquē ad
b torturam iniuſte, *b* ipſe eſt capite puniēdus.
• Et hæc eſt communis opi. ut dicit Marſil. in
l. quæſtionis modum, nume. 73. ff. de q6. &
in l. 1. §. præterea. nu. 7. in fi. ff. ad leg. Cor. de
ſica. & in prac. crim. §. expedita, nu. 87. in fi.
quem refert Sapia in l. 1. in prin. nu. 7. ff. qđ
quiſque iur. & Apoſt. ad Crot. de teſtib. poſt
nu. 96. in uerbo Modica, & Apoſt. ad Rimi-
nal. conſi. 6. ſub nu. 18. & Boſ. in ti. de tor-
tura, nu. 31. & Petr. Calefat. inter cōſilia cri
mi. diuerſorum, conſi. 93. in fi li. 2. & con.
94. nu. 4. eo. volu. & prac. Conradi fol. 314.
verſic. debet etiam. Et contra iudicem, qui
indebite quēdam torſerat, conſuluit Barb.
conſi. 87. li. 1. Scias tamen, quòd hæc opi. nō
ſeruatur in practica, nam ubi non ſequatur
c mors ipſius rei, *c* non ſolent iudices puniri
pœna capitis, ſed tantum pœna extraordi-
naria. In regno autem Neap. adeſt conſtitu
tio imponens iudici iniuſte torquenti pœ-
nam carceris biennalis, & publicationis ter
tiæ partis bonorum, quā fuiſſe executā con
tra quendam aſſeſſorem refert Gram. conſi.
18. in fi. ubi in facti contingentia ita conſu-
luit. Sed in omnē caſum debent iudices cau
tè & conſideratè ad torturam reo infligen-
dam procedere, nam ſi reus in tortura ei in-
debitè illata moreretur, forte poſſet eo ca-
ſu ſeruari communis opi. quamuis ego etiā
hoc caſu illam non ſeruarem, niſi appareret
ꝙ iudex aut propter inimicitias, aut pp pe-
c uniam, uel alter corruptus id feciſſet, tunc
enim non excuſarem illum à pœna ordina-
ria homicidii. Quid autem ſi iudex in tortu-
ra modum exceſſerit, ita ut reus mortuus
ſit, dixi infra uerſi. Iudex autem.
3 Debet autem † iudex ante omnia conſi-
derare primò, ut conſtet de delicto, iuxta
ea quæ dixi ſupra quæſt. 4. & quęſt. 55. uer.
Poteſt etiam, licet hoc malè ſeruetur in pra
ctica, ut dicit Brun. de indic. & tortura, fol.
57. nu. 11. in fin. quia ſtatim ꝙ aliquis dicit
ſibi aliquid ſubtractum fuiſſe, abſque eo, ꝙ
aliter conſtet, torquentur ſuſpecti de furto,
quod etiam dicit hodierno tempore ſerua-
ri pract. Caſoni fol. 67. nu. 6. Sed certe iuſti
iudices, & qui conſiderate procedunt, nemi
nem ponunt ad torturam niſi prius de deli-
d cto ipſo appareat, *d* ut dixi in locis pręalle-
gatis. Et ideo miratus ſum, quòd ſenatus
iuſſerit torqueri quendam Simonem hebrę
um, qui delatus fuerat, quòd puellam Chri
ſtianam vitiaſſet, & deinde ad occultandum
ſcelus morti tradidiſſet, licet de cadauere
non conſtaret 17. Febr. 1555. A C.
4 Præterea † debet iudex conſiderare, *e* an
e delictum tale ſit, pro quo quis de iure ſit tor
mentis ſubiiciendus, ſ. quòd pro eo ingerat̃
pęna corporalis, nam ubi non ingeritur niſi
f pœna pecuniaria, *f* uel alia corporis non af-
flictiua, non eſt ad torturam procedendum.
Quum enim tortura ſit grauis afflictio, cer-
te non debet maior pęnam inferri reo nō cō
uicto, nec condemnato, quàm eſſet inferen
da ex ipſa cōdemnatione, ubi eſſet de crimi-
ne conuictus uel confeſſus. Vbi vero pœna
corporalis imponitur, ſolet indiſtinctè ad
torturam procedi; & licet aliqui tenuerint,
quòd non ſit locus torturæ niſi in grauiori
bus maleficiis, nihilominus cōmuniter ſer-
uatur, ꝙ etiam ſuper leuibus fiunt torturæ,
prout atteſtatur Alb. in l. edictum, nu. 4 C.
de quæſtio.
5 Debet autem † iudex aduertere, an deli-
ctum aliter, quàm per torturā probari poſ-
ſit, nā regulariter ad torturam deueniri non
debet niſi in ſubſidium, quando ſ. aliæ pro-
bationes haberi non poſſunt, & ita conclu-
• dūt omnes Doctores, ut dicit pract. Conradi
fo. 289. poſt num. 6. & ita obſeruat cōſuetu-
do, ut dicit Ang. in l. fi. poſt n. 4. C. de q. Boe.
dec. 163. nu. 1. Et ideo ſi aliter conſtet de de
g licto, reus torqueri non debet. *g* Et hanc di
cit eſſe communem opi. Marſ. in l. 1. in prin.
nu. 7. ff. de q. quem refert Didac prac q. 23.
fo. 166. co. 3. ubi etiā ſubdit quòd iudices ali
ter obſeruantes tenentur in ſyndicatu, quē
refert prac. Conradi 288. nu. 2. Idem etiam
dicit Marſi. in prac. crim. §. nunc videndum
nu. 25. & conſi. 51. nu. 52. quem refert prac.
Iodo. ca. 35. nu. 3. & prac. Carer. fol. 160. poſt
nu. 188. ver. item ad torturam.
6 ET ideo † dici ſolet, quòd iudices facilius
debent procedere ad torturā in delictis clā
commiſſis, quàm in his, quæ palàm cōmiſſa
• ſunt. Et hæc eſt communis regula, ut igneus
in

in l. 1 §. ſerui app. nume. 75. ff. ad Sylle. nam
ea, quæ in occulto committi ſolent, diffici-
lius probari poſſunt, ut eſt venenatio, falsũ,
h adulterium, & ſimilia, *h* meritò in illis faci-
lius eſt ad torturam deueniendum.

7 Scias etiam, † quòd plerũque iudices, li
cet delictum ſit plenè probatũ, etiã p teſtes
de uiſu, ſolent nihilominus adhibere tortu-
ram, non ut amplius conſtet de delicto, ſed
ſolum ut reus fateatur delictum, de quo cõ
uincitur, ne per appellationem illud, quod
i fuerit pronunciatum, ſuſpendi contingat. *i*
Et dicit Bal. in l. 1. nu. 9. C. de iura. calum. ꝙ
ita ſeruant iudices de conſuetudine, quem
refert Pariſ. Put. de ſynd. fo. 453. nu. 3. Idem
etiam dicit Bal. conſ. 364. nu. 3 lib. 3. & in l.
2. nu. 9. C. quorum ap. non reci quem refert
prac. Carer. fol. 21. nu. 34. Dicit etiam An-
ton. de Alex. in quibuſdam apoſt. ad Bar. in
l. 1. §. ſi quis ultro, ff de qõ. ꝙ hæc eſt com-
munis practica, & quòd ita cõmuniter obſer
uatur, prout illum refert Grammat. conſi. 1.
nu. 3. & uoto. 1. nu. 3. & ſuper conſti. Regni,
fol. 24. nu. 33. Dicit etiam Igneus in l. & ſi
certus, nu. 10 ff ad Sylle. quòd hanc praxim
tota penè Italia, & maxime inerudici cau-
ſarum criminalium iudices & aſſeſſores ob-
ſeruant, ſub colore quòd uelint reos inter-
rogare ſuper ſocijs, & complicibus, uel ſuper
alijs criminibus. Et dicit Pariſ. Put. de ſyn.
fol 462. nu. 9. quòd hac cautela utũtur iudi-
ces malitioſi, quem refert pract Carer. fol.
161. ver. limita niſi. Hanc tamen practicam
laudat Bal. in d l. 1. & 2. quem ſequuntur cõ
muniter omnes criminaliſtę, ut dicit Folle.
in prac crim. cano. fol. 258. nu. 5. Et dicit Pa-
po lib. 24 ti. 9. arreſto primo, quòd parla-
mentum Pariſien conſueuit reos etiam con
uictos tormentis ſubijcere.

8 Veritas eſt, † quòd in hoc Ducatu rei con
uicti uel confeſſi, uel condemnati interro-
K gantur, *K* & torquentur ſuper ſocijs, & ſu-
per alijs criminibus, ſed non interrogantur
ſuper principali delicto contra ſe ipſos ut cõ
fiteantur, & ſic non ſeruatur illa practica,
de qua ſupra dictum eſt, prout neque in
Francia illam obſeruari dicit Chaſſ. ſuper
conſuetu. Burgun. fol. 48. poſt numer. 40.
ſubdens quòd male faciunt, quia faciunt.
Quando autem tales rei torquentur (ut di-
xi) ſuper ſocijs, & complicibus & ſuper
alijs criminibus, debet iudex prius proteſta
ri, quòd id faciat ſine præiudicio confeſſi, &
conuicti criminis, uel (ſi ſint condemnati)
ſine præiudicio condemnationis. Et hæc eſt
communis obſeruantia, ut dicit Cœpolla
conſi. 32. colum. pen. uerſic. nec poteſt dici,
quem refert Gomeſ. ca. 13. delictorum, poſt
num. 20. ver. & in tantum. & Boſſ. in tit. de
ſenten. nume. 70. & dicit Alber. in rubr. C.
de quæſtio. poſt nume. 9. ꝙ fatuus eſſet iu-
dex, qui torqueret aliquem, contra quem
eſſet probatum plenè, niſi id faceret cũ pro-
teſtatione, quòd nõ intẽdit eũ torquere ſu-
per probatis; debentq; facere, ꝙ talis prote-
ſtatio appareat in actis, aliàs enim ubi quis
interrogaretur ſuper crimine ipſo, de quo
eſſet confeſſus aut conuictus, ſine tali prote
ſtatione, & in tormentis negaret, & perſiſte-
ret in negatiua, diceretur purgaſſe indicia
& probationes contra ſe exiſtentes, & eſſet
abſoluendus, uel ſaltem non poſſet in pœ-
nam ordinariam condemnari. Vide quæ di-
xi infra uer. Illata reo. Debent etiam iudi-
ces, torquendo reos ſuper ſocijs, & ſuper
alijs criminibus moderatam torturã infer-
re, neque iuris terminos excedere, ut dicit
Igneus in loco præallegato.

9 Dixi etiam † iudicem animaduertere
debere, priuſquam reum tormentis ſubij-
l ciat, an contra eum ſubſint indicia. *l* Regu-
lariter enim nõn eſt à tortura incipiendum
* ut communiter dicitur, teſte Zaſio conſilio
19. num. 31. in fi. lib. j. Et in hoc debet iudex
eſſe ualde circunſpectus, quia ſi torqueret
aliquem ſine indicijs, poſſet grauiter puni-
ri in ſyndicatu. Vide quæ dixi infra verſic.
Dixi quoque. Et dicit Tho. de Piperata in
trac. de fama, nu. 58. quòd caueant ſibi pote
m ſtates & iudices, ne prætextu arbitrij *m* pro-
cedant ad tormẽta ſine aliquo indicio, quia
ſaltem unum debet haberi indicium, per
quod moueatur animus ipſorum, quòd ac-
cuſatus ſit culpabilis maleficij, de quo im-
putatur; ſubdens, ꝙ licet in procedendo poſ
ſint omittere ordinem & ſolemnitatem iu-
ris, ex conſuetudinaria & communi inter-
pretatione arbitrij, non tamen prorſus poſ-
ſunt uel debent omittere. Vide quæ dixi ſu
pra quæſt. 31. verſ. Arbitrio atque balia. De-
bent igitur omnino indicia præcedere tor-
turam, & in hoc nemo diſcrepat, ut dicit
Bologni. in additio. ad tract. de tormentis
Guid. de Suza. nu. 29. Et ideo etiam ſi poſt
torturam illatam legitima ſuperuenirent
indicia, non propterea tortura non præ-
cedentibus indicijs illata legitimaretur. Et
ita tenent communiter Doctores, & ad-
uocati,

uocati, vt dicit Alber. in l. maritus, num. 4. ff. de quæſtio. Vide quæ dixi ſupra. q. 55. verſ. Si uerò. Et hæc concluſio locum habet non ſolum in minoribus delictis, ſed etiam in maioribus & atrociſſimis, imò etiam in crimine lęſæ maieſtatis, prout etiam in eo caſu atteſtatur eſſe communem opin. Brunus de indi. & tortura, fol. 93. nume. 9. quem refert pract. Conradi fol. 300. in principio.

10 SED pone, † ꝙ reus ſit ſolitus delinquere, & aliàs ſit malæ uocis, conditionis & famæ, nunquid poterit ſine alijs indicijs poni ad torturam? Reſpond. Aliqui dicunt quòd n ſic, n & dicit Marſi. in pract. crim. in §. diligenter, nu. 99 & ſeq. ꝙ in hoc conueniunt ferè omnes doctores, prout illum refert Nouel. in prac. cri. fol. 41. num. 54. Sed certè ego non inuenio Marſi. lib. meo hoc explicite dicentem in loco præallegato, licet multos referat ita tenentes; quinimò ipſe tenet contrarium, prout ego etiam teneo, quia ſi ex eo ſolo poſſent iudices reos tormentis ſubijcere, quia aliàs deliquiſſent, haberent nimis latas habenas, quod non eſt permittendum propter imperitiam multorum. Et certè in hoc Ducatu illa opin. non ſeruatur, niſi in vilibus perſonis, prout ſunt iſti uagabundi, qui ſoliti ſunt furari, & ſimiles.

11 SED nunquid† bannitus & condemnatus in contumaciam, poterit torqueri ſine alijs indicijs pro ueritate delicti? Reſpond. Bald. in l. j. nu. 13. in fi. C. de hęred. inſtituendis. tenuit ꝙ ſic, & hãc dicit eſſe communem opi. Foller. in prac. crim. fo. 309. nu. 8. Hæc tamẽ deciſio uidetur reddi ualde dubitabilis ex his, quæ dicit Boer. deciſ. 163. num. 5. & poſt eum Foller. in loco præallegato. Tu itaque dic, ꝙ aut loquimur in bannito & condemnato, qui poſtea fuerit captus. Et de tortura huic inferenda ſuper ueritate delicti non eſt tractandum, ſed ſolummodo de exequẽda condemnatione, ut dixi infra q. 96. uer. Quęro nunquid Bene poſſet torqueri ſuper ſocijs & complicibus, & ſuper alijs delictis, iuxta ea quæ dixi ſupra verſicu. Veritas eſt. Aut loquimur in bannito, qui ſit admiſſus ad nouas defenſiones, prout uidetur loqui Bald. in loco præallegato. Et hoc caſu utique poterit torqueri ad ueritatem delicti eruẽdam propter ſolum bannum & cõdemnationem, etiam quòd nulla alia contra eũ legitima ſubſint indicia, & ita procedat cõmunis opin Et ſi dicas (vt conſiderant Boeri. & Foller. in locis præallegatis) quòd non videtur poſſe in facto verificari hæc cõmunis concluſio, cùm inquiſitio & bannum nõ valeãt niſi præcedẽtibus legitimis indicijs, & conſequenter quòd ſuper tali banno nullum poteſt fieri fundamentum. Reſpond. quòd poteſt uerificari in multis caſibus, puta ſi proceſſum ſit ad inquiſitionem ex conſcientia principis, nam eo caſu procedit & valet inquiſitio, etiam alijs indicijs non pręcedentibus, ut dixi ſupra quæſt. 6. verſi. Præterea ſcias. Idem etiam ſi proceſſum ſit ex diſpẽſatione ſenatus, ut ſæpe ſit, vel per inquiſitionem, vel præceptis pœnalibus, non præcedẽtibus legitimis indicijs, ſed ſolummodo ſuſpicionibus uel coniecturis, ut dixi ſupra q. 31. verſi. Item quæro. Pręterea etiã, tu ſcis, quòd multa indicia ſufficiũt ad torturam, vt dixi ſupra q. 20. ver. Ad formandam. ſi ergo inquiſitus vel citatus, in aliquò ex prædictis caſibus permiſerit ſe banniri, poterit deinde, ſi admittatᷣ ad nouas defenſiones, torqueri ex ſolo banno, & illis qualibuſcunque indiciis, etiam quòd aliàs nõ eſſent ſufficientia ad torturam. Pariter etiã, ſi iſte bannitus admiſſus ad nouas defenſiones ꝓbauerit in ſuis defenſionibus talia, ex quibus ſint ſublata vel eliſa omnia indicia contra eũ exiſtentia, adhuc tamen propter ſolum bannum ſeu contumaciam poterit torqueri. Et ſic vides quòd in omnibus iſtis caſibus optime poteſt verificari communis opinio. Et ita pluries vidi in practica obſeruari.

12 NON ſufficit † adeſſe aliqua indicia contra reum ad hoc vt torqueri poſſit, niſi etiã illa indicia ſint legitimè probata. Quomodo autem indicia probentur, dixi ſupra quæſtio. 22.

13 DIXI quoque † non ſufficere quòd adſint indicia contra aliquem, & quòd ea legitime probata fuerint, niſi etiam illa ſint o ad torturam ſufficientia. o Et hoc iudices Deũ timentes debẽt ſemper pię oculis hẽre, ne aliquẽ iniuſte tormẽtis ſubiiciant, vt neque ipſi in ſyndicatu teneantur, vt dixi ſupra verſi. Antequam tamen. Et dicit Affic. quòd ipſe ſemel reſpondit regi Federico eũ interroganti, quòd neque etiam de authoritate regia, non poterat mandare hominem torqueri, contra quem non extabant indicia ſufficiẽtia, quem refert & dicit ſe idem reſpondiſſe Cardinali Columnæ Proregi Neapo. Grammat. voto 32. nume. 9. Dixi ſupra, verſicu. Dixi etiam. In hoc autem quæ dican-

dicantur indicia ad torturam ſufficientia, ſcire debes, ꝙ in materia indiciorum & torturæ propter uarietaté negociorũ & perſonarum non poteſt dari certa doctrina, ſed re mittitur arbitrio iudicis. Ita dicunt com-
* muniter Doctores, ut ait Barto. in l. fi. nu. 5. ff. de quæſtio. Simancas de hæret. c 63. nu. 8. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Corn. conſi. 101. in littera O, lib. ſecundo, & conſi. 198. in littera M, eo. volu. Brun. de indi. & tortu. fol. 22. nu. 1. Et dicit Salic. in l. fin. nume. 7. C. de quæſtio. quòd ita dicunt omnes Doctores. Idem dicit Anton. de Canar. de quæſtio. in ſecundo membro, nume. 8. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Ioan. de Amicis conſi. 134. nume. 1. Et dicit Bal. conſi. 95. nu. 6. lib. primo, quòd ita tenent communiter Doctores Et dicit pract. Iodo. cap. 36. nume. 2. quòd in hoc conueniunt omnes doctorum ſententiæ. Si tamen vis vide-
p re *p* aliquas quæſtiones in ſpecie circa nónulla indicia, an ſint ad torturã ſufficientia, vide ſupra q. 2.

14 Sed quæro† quot indicia requirãtur ad hoc ut quis poſſit torqueri? Reſpond. Aliqui tenent, quòd unum indicium ſufficiat, & dicit pract Iodo. in d. cap. 39. numero 30. quòd ita ad vnum Doctores omnes aſſerũt. Alij uerò diſtinguunt, quòd aut iudicium
q eſt proximum *q* maleficio, & ſufficit unum indicium ad torturam; aut uerò eſt remotum à facto, & tunc reus propter unum tale indicium non debet torqueri, ſed plura re-
r quiruntur. *r* Ita dixit Barto. in l. fina. nume. 6. ff. de quæſtio. quem ſequuntur communiter Doctores, ut dicit Boſſ. in tit. de indi. nume. 71. Et hanc dicit eſſe communem opi. Io. de Amicis conſi. 127. numero 27. & conſi. 131. nume. 6. Blanc. de indi. num. 150. quę refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in litera I, nume. 17 Natta cõſi. 42. nu. 6. Michellus patrocinio 46. nume. 13. Hanc
* etiam appellat doctrinam omnium Doctorum Auguſti. ad Angelum de maleſi. in uerbo. Fama publica, poſt nume. 52. Et ita ſeruari atteſtatur Alexan. in d. conſi. 77. nu. 12. lib. primo, quem refert practi. Conradi fol. 198. nume. 30. in fin. Cæterùm quicquid ſit de iure. Doctores indiſtinctè dicũt, ꝙ de cõſuetudine in practica ſeruatur, quòd per vnum indicium proceditur ad torturam. Ita atteſtatur Io. And. in addi. Specu. in titu. de præſumptio. §. ſpecies, ſub nume. 3. in uerbo l. unica, quem refert Alexan. in d. conſil. 77. in fi. & Iaſ. in repe. l. admonẽdi, nu 168. in fi. & Grammat. conſi. crimi. 17. nume. 17. & Ant. de Canar. de quæſtio. in ſecundo mẽbro, nume. 32. in fi. & Gomez. Arias ſuper lege 74. Tauri, poſt nu. 18. Ita etiam communiter ſeruari in iudicis atteſtatur Alber. in l. ſi quis alicui, num. 2. C. ad l. Iul. Maieſt. Paris Put. de ſynd. fol. 447. c. 11. circa fi. & fol. 469. nume. Marſi. in pract. crim. §. diligẽter, nume. 11. Afflic. ſuper prima parte conſtitutionum Regni. Rubri. 27. nume. 3. Et ita in hoc Ducatu ſeruatur, nam ex unico indicio legitime probato, ſiue ſit proximum, ſiue remotum à facto, ut plurimum reus ſubijcitur tormẽtis; quod tamen intellige iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra q. 21. vbi dixi, an ſola fama, fuga, inimicitia, minæ, & huiuſmodi, quę ſunt remota à maleficio, ſufficiant ad torturam.

15 Vbi ſubſint† legitima indicia, legitime probata, & ad torturam ſufficientia, reſtat tantummodo ut iudex aduertat, an reus fore ſit talis perſona, quę de iure prohibeatur ſubijci tormentis. Videamus igitur quæ perſone torqueri non debeant. Et in hoc articulo facienda eſt generalis concluſio, ꝙ regulariter omnis ille torqueri poteſt, qui nõ
ſ reperitur prohibitus. *ſ* Et hæc eſt cõis opi. vt dicit Anto. Gomes. capi. 13. delictorum, nu. 3. Scias autem ꝙ aliqui dixerũt, ꝙ liber homo torqueri non poteſt, ſed contrarium proculdubio uerius eſt. Et in hoc non eſt dubitandum, quia de eo ſunt textus expreſſi, præterquã ita ſeruat generalis conſuetudo, ut atteſtatur Gui. Papæ de Suzar. in tra. de indi. & tortura, nu. 82. Iaco. de Beluiſ. in practi. cri. in rub. de quæſt. nu. 7. & quotidie videmus de facto obſeruari. De ſeruis autem non eſt dubiũ, ipſi. n. in quocunque crimine ſiue publico, ſiue priuato, & in quacunq; cã
t poſſunt torqueri, *t* ut dicit Bar. in l. diuus, nu. 1. ff. de quæſtio. & eſt communis opin. vt atteſtatur prac. Conra. fol. 299. nu. 32.

16 Qvaero, an† Doctores poſſint de iure
u torqueri? *u* Rñd. ꝙ non, & ita tenent oẽs, ut dicit Paris de Put. de ſyndic. fo. 238 poſt nu. 9. Ita etiam cõiter teneri atteſtatur prac. Carer. fo. 145. poſt nu. 180. uer. excipiuntur. Ita etiam de cõſuetudine obſeruari atteſtatur (niſi fallor) Ia. de Belui. in pra. cri. in rubr. de quæſt. nu. 17. licet Gandi de maleſi. in tit. de quæſtio. nu. 28. quem multi pro Bart. allegant, dicat ꝙ hoc de conſuetudine non ſeruatur, prout etiã idẽ atteſtatur Odofr. in tract.

trac. de quæſtio. in fi. & Guido de Suzar. in trac. de indic. & tortura nume. 108. & Paul. de Eleaz. in c. grauis. de depoſito, quem refert Brun. de indi & tortura fol. 82. & Paris Put. de ſyndt. fol. 462. poſt nu. 6. & fol. 474. c. 3. poſt nu. 5. quod etiam ſe vidiſſe obſeruari atteſtatur Anto. de Canar. de quæſtio. in quarto membro, num. 3. Nihilominus talis conſuetudo de iure nihil valet, & ideo non eſt obſeruanda; & ita communiter tenetur, ut dicit Cater. in loco præallegato, quem refert Duchas reg. 190. in quarta ampliatione. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Boſſ. in tit de indic. num. 111. Et in hoc Ducatu ita obſeruatur, ꝙ doctores non ſubijciuntur tormentis. x Et ita reſcripſit ſenatus prætori Placētiæ in cauſa cuiuſdam doctoris Maliani 24. Octobris 1555. P.N.

17 Item quæro† nunquid perſonæ poſitæ in dignitate poſſint torqueri? Reſpond. ꝙ non, neq; vt rei contra ſe ipſos, neque tanquam teſtes contra alios. Et eſt communis opi. ut dicit Boſſ. in titu. de tortura teſtiū, nu. 7. ſecundum quam expreſſè iuſſit ſenatus abſtinendum eſſe à tortura contra D. Hieronimum Pecorarium, eo quia eſſet feudatarius, licèt prius ordinaſſet illum eſſe torquendum, 5. Nouembris 1558. A.C.

18 Quæro etiam, †nunquid milites poſſint de iure ſubijci tormentis? Reſpond. ꝙ non, & eſt tex. in l. milites, C. de quæſtio. Et hoc quidē in militibus antiqui tēporis nullam habet difficultatem. Sed quid in militibus noſtri temporis? Reſpond. quòd & ipſi gaudent hoc priuilegio, vt torqueri non poſſint, & eſt communis opi. ut dicit Grilland. de quæſtio. & tortura in 6. quæſ. principali. num. 3. Et dicit Boſſ. in tit. de indicijs, num. 104. ꝙ ita communiter concluditur. Hoc tamen intellige ut procedat in his, qui hodierno tempore appellantur Equites, ut declaraui ſupra lib. 2. §. Miles, & in capitaneis ſeu doctoribus militum, ſecus autem in militibus priuatis, nam illi quotidie torquentur. Et in hoc nullus dubitat, ut dicit Boſſ. in loco præallegato, num. 108.

Vlterius quæro, nunquid nobiles poſſint de iure torqueri? y Reſpond. quòd non, & eſt tex. in l. nullus, C. ad leg. Iul. Maieſt. Sed hæc opin. non ſeruatur in hoc Ducatu, prout etiam nec ſeruari in Francia atteſtatur Gul. de Bened in ſecunda parte, cap. Raynutius, fol. 97. nume. 222. & Tiraquel. de nobilitate, c. 20. nume. 134. In Hiſpania uerò ait Didac. lib. 2. reſolut. c. 9. nu. 4. quod frequentius ſeruatur prima opinio. In hoc puto ſeruandum eſſe conſuetudinē prouinciæ, in qua proceſſus agitatur; nam hodiernis temporibus adeo propter indigna & uilia nobiliū matrimonia uidetur corruptus flos nobilitatis, ut uix alicubi dici poſſit aliquem uerè eſſe nobilem.

19 Præterea quæro† nunquid decuriones ciuitatum poſſint de iure torqueri? Reſpon. ꝙ non, & eſt tex in l. decuriones, ff de quæſtio. Sed quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, z vt atteſtatur Odofred. in d. trac. de quæſtio. Gandi. in tit. de quæſtio. poſt nume. 38. quem refert Auguſti. ad Ang de maleſi. in uerbo. Quod fama publica, poſt nume. 102. & Prac. Carer. fol. 144 poſt num. 180 uerſ. & ideo decuriones, a & Brunus de indi. & tortura fol. 80. nume. 20. & Paris Put. de ſyndica. fol. 238. num. 4. Idem atteſtatur Guido de Suzar. in loco præallegato, nu. 110. Iacob. de Beluiſ. in prac crim. in rub. de quæſtio. num. 18. Alber. in l. diuo Marco. C. de quæſtio. quem refert Martin. Lauden. de conſil. dominorum quæſt. 7. & Petrus Bellus de re milita. folio 83 num. 36. Sali. in d l. diuo Marco circa fi. qui dicit quòd in Lombardia non ſeruatur. Bal. in trac. de quæſtio. fol. 264. num. 4. in fi. Cępolla cōſi. crim. 40. in primo dubio Ant. de Canar. de quæſtio. in 4. membro, nu. 4.

20 Quæro, †nunquid minores 14. b annis poſſint torqueri? Reſpon. ꝙ non, & hanc dicit eſſe receptam ſententiam Placa lib. 1. de delictorum, c. 32 num. 12. Et dicit tex in l. 1. §. impubes. ff. ad Syll. quòd ita ſolet uſu obſeruari, vt ſcilicet non torqueantur, ſed terreātur tantùm, & habena aut ferula ſeu virgis cedantur, refert Anan. in c. 1. num. 10. de delic. puerorum, & Anto. Gomes c. 1. delictorum, nume. 67. Et dicit eſſe indubitatum Igneus in l. excipiuntur, nu. 49. ff. ad Sylle. Et ita etiam quotidie in hoc Ducatu obſeruari uidemus, licèt ſenatus quandoque iuſſerit in eculeo eleuari quendam Martinum Magonum minorem 14. annis, 8. Apr. 1552. P.N. quod fuit mirādum, ex quo agebatur tantummodo de percuſſione facta cum lapidibus, ex qua non erat ſequuta mors, & aderat partis remiſſio.

21 Non etiam† debet iudex ſenes decrepitos tormentis ſubijcere, c ut colligitur ex tex. in l. 3. §. ignoſcitur, ff. ad Sylle. & eſt cōmunis opin. ut atteſtatur Paul. Grilland. de diuerſ.

diuerſ.crim.lib.3.in 6.quæſt.num.5.prout illum refert Viuius in lib. communium opi. in uerbo, Senex ætatis. Iuſſit tamen ſenatus terreri ſub eeuleo quendam ſenem decrepitum 26 Nouembris 1550.P.N. Cęterum ſenex non decrepitus benè poteſt torqueri, ut per Grammat. deciſ.34.col. 1. Et reperio ꝙ in facti contingentia ſenatus iuſſit torqueri quendam Aluiſium de Lorto licèt ſexagenarium, ubi eſſet robuſtus, 17. Septẽbris 1547.P.N.& alium Michaelem Bratni, licet eſſet ætatis annorum 65. eo tamen modo, quo per ætatem torqueri poterat, 18. Iunij 1561. P. N.

22 Quęro modò, †nunqui mulier prægnans
d poſſit torqueri? Reſpond. ꝙ non, *d* & ita obſeruatur, ut dicit tex. in l. prægnantis, ff. de pœnis. Conſuetudo autem obſeruat, ut etiam poſt partum editum non torqueatur, niſi elapſis quadraginta diebus purgationis. Et ita ſeruari iuſſit ſenatus in quadam Catherina Garrona, 22. Februarij 1559. P. N. Idem etiam obſeruat ſenatus in mulieribus lactantibus, & ita iuſſit in facti contingentia non eſſe torquendam quandam Felicitatem teſtem, quæ puerum lactabat, 11. Maij 1557 P.N.

23 Sed an † clerici poſſunt de iure torqueri?
• Reſpond. ꝙ ſic, & eſt communis opi. ut dicit Abb. in c.poſt ceſſionẽ de reg.iur. prout illum refert Villalobos in ſua collecta communium opi. in littera C, num.86. qui forte voluit allegare Abb. in c. cum in contẽplatione. de reg.iur. de quo ego inferius mẽtionem feci. Hanc tamen concluſionem intellige ut procedat, quando clerici ſunt de crimine diffamati & ſuſpecti, nam eo caſu utique
e poſſunt ex cauſa torqueri, aliàs ſecus. *e* Ita dicit Abb. antiquus in c. 1. in uerbo, Vt audiuimus. de depoſito. ubi ait ꝙ rarò, imò nunquam inuenies, ꝙ clerici torqueãtur niſi infames. Et ita communiter teneri atteſtatur Alexand. in apoſtil. ad Bar. in l ſi. ſub num.5 in verbo Specialia, ff. de quæſtio. quẽ refert Boſſ. in titu. de tortura teſtium, nu.6.
• Hanc etiam opi. dicunt eſſe communẽ ſcribentes in d.c.1. de depoſito, & in ſpecie Florian. & Imola num. 9. & Cardi. & Barb. col. 4. Feli. in c. uniuerſitatis, poſt num. 2. de ſen-
• ten. excom. vbi dicit ꝙ ita per omnes doctores tenetur, quem refert Foller. in prac. cri. cano. fol. 259. num. 6. Dec. in ca. at ſi clerici, in principio, num.19 de iudi. & Marſil. ſing. 55. aduertas, prout illos refert Villalob. in loco prægallegato, nume.87. & Viuius in lib. communium opi. in uerbo clerici non poſſunt. Gigas de crim. læſæ maieſt. folio 116. nume.3. Simancas de hæret. c.63 nume. 27. Dueñas regula 190. i tertia limitatione Boſ. in tit. de indi. nume.35. Et ſic non ſufficeret vnus teſtis de uiſu contra clericum, niſi etiã adeſſet diffamatio; quod tamen non credo ſeruari in practica, prout illud non ſeruari in ciuitate Mediolani atteſtatur Boſſ. in eo. tit. de indi. poſt nu.103. Et hæc quidem omnia procedunt non modò in ſimplicib. clericis, ſed etiam in presbyteris, nam & ipſi poſſunt torqueri, quicquid dixerit Bart. in l. ex libero. circa principium, ff. de quæſtio. Vide quæ dixi ſupra quæſt. 25. uerſi. Sed nũquid.
• Et hanc dicit eſſe communem opi. Abb. in ca. cum in contemplatione, poſt nume 6. de reg iur. Diaz in prac. crim. canon. c. 117. nu. 1. Quamuis illum vti contrarium atteſtantẽ referre uideatur Prac. Cõradi fol. 30 t. poſt num.35. verſi.17. limita. niſi tamen liber eſt corruptus, quod certe ſuſpicor. Boſſ. in titũ. de indi. nume. 103. Et ita ſeruari atteſtatur Paris Put. de ſynd. fol. 474. c.3. poſt num. 7. ſubdens ſe uidiſſe pluries eos torqueri pro ueneno dato conſanguineis, & in crimine
f læſæ maieſtatis, *f* & pro ſepulcris uiolatis exhumando cadauera, & ea ſpoliando &c. Seias tamẽ, ꝙ in omnem caſum tortura nõ debet eſſe ita ſeuera in clericis, ſicut in lai-
• cis. Et hæc eſt communis opi. ut atteſtatur Abb. in d.c. cum in contemplatione, poſt numerũ 6. de reg.iur. quẽ refert Diaz in prac. crim. cano c.117. poſt nu.5. & Viuius in loco præallegato.

24 Sed hic quæro, † nũquid iudex laicus, vel miniſtri laici poſſint torquere clericum de mandato epiſcopi ſui? Reſpond. De iure ꝙ
g non *g* & eſt communis opin. ut dicit Ripa in c. decernimus, num.39. de iudi. Sed certe
• communis obſeruantia ſe habet in contrarium, ut dicit Abb. in c. vt famæ, num.8. de ſenten. excomm. quem refert Diaz in d. ca. 117. num.6. Foller in prac crim cano. fo. 260. num.11. Simancas de hæreticis, c.63. nu. 29. Et ita quotidie uidemus obſeruari, ut mandante epiſcopo, clerici à iudicibus laicis torqueantur. Et licet Abb. in d. ca. vt famæ, dicat ꝙ eſt mala conſuetudo, tamen Card. Alex. in c. illi qui, ſupra quæſt. 5. dicit ꝙ non eſt mala conſuetudo, & ita etiam mihi vr, aliàs ſæpe numero delicta clericorum remanerent impunita, quia ſi non eſſent laici, qui

tor-

torquerent, clerici nunquam torquerentur, vt dicit Foller. in loco præallegato.

25 Vbi nihil † obſtet, quominus poſſit reus tormentis ſubijci, tunc decernere debet iudex procedendum eſſe contra eum ad torturam. Tenetur tamen (ſecundum aliquos)
h prius requirere accuſatorem, *h* ad cuius inſtantiam habenda eſt quæſtio, aliàs nō poteſt reum tormentis ſubijcere; & dicit Prac. Caſoni fol. 81. nume. 1. ꝙ in hoc omnes doctores ſcribentes in hac materia conſentiũt. Quod tamen ego non credo verum, & in omnem caſum de conſuetudine non ſeruatur, prout etiam ipſemet fatetur, ſubdens ꝙ hoc tempore per totam Italiam iudex, non expectata requiſitione accuſatoris, reũ torquet, & in hoc nulla eſt difficultas.

26 Sed quid † agendum, ſi reus appellet ab huiuſmodi decreto, nunquid erit a tortura ſuperſedendum? Reſpond. Aliqui dicunt ꝙ
i ſic, *i* & ita deciſum fuiſſe in curia Delphi. refert Guido Papæ deciſ. 74 ubi dicit, ꝙ de ſtylo curiarum tam parlamenti ſuperioris, quàm inferioris, ſuperſedetur ab executione torturæ. Et illum refert Marcus deciſio. 907. quæritur quando, num. 4. Quinimò (ſecundum aliquos) poteſt appellari non modò à decreto torturæ, ſed etiam à commina tione facta de torquendo, & interpoſita huiuſmodi appellatione, debet iudex ſuperſedere à tortura. Et dicit Carauita ſuper ritu 259. magnæ curiæ, nume. 14. in fi. quòd ita ſeruatur & practicatur quotidie. Idē etiam ſemper vidiſſe ſeruari in magna curia Vicariæ atteſtatur Grammat. ſuper cap Regni, fol 133. num. 4. in fin. Dicit tamen Maranta in ſuo Speculo, fol. 136. nu 14. ꝙ ſolent cauti iudices non interponere decretum palam de torquendo reum, ne detur materia appellandi, ſed ducto reo ad locum torturæ, ſtatim quum incipit ligari, ſolent interponere decretum de torquendo, & immediatè torquere. Faciunt quæ dixi infra verſi. Quæro nũc. Poſtquam enim reus applicatur tormentis, non auditur eius appellatio & ita in facti contingentia iudicatum fuiſſe ꝑ parlamentum Pariſiēſe atteſtatur Papo lib. 24. titu. 9. arreſto 13. Sed certè apud nos, quum ex diſpoſitione decretorum ſublata ſit omnis appellatio in criminalibus, etiam in interloquutorijs, fruſtra interponuntur huiuſmodi appellationes, nam (eis non attentis) iudices ad vlteriora procedunt.

27 Sed quid † ſi ille, quem iudex decernit eſſe torquendum, petat ſibi dari copiam indiciorum cum termino defenſionis, nũquid eſt audiendus? Reſpond. Prac. Caſoni folio 69. num. 3. dicit quòd ſecundum omnes iudex tenetur dare exemplum indiciorum ante torturam, licèt hodie iudices non data copia indiciorum procedant ad torturam. Tu uerò dic, ꝙ ſi quidem reus priuſquam torqueatur, petat ſibi dari copiam indiciorum, debet iudex ſuperſedere à tortura, & audire eius defenſiones, maximè ſi aliquid allegetur, quo probato non eſſet ad torturam deueniendum. Et ita communiter teneri atteſtatur Alber. in l. vnius, § cognitorum, num. 3. ff de quæſtio quem refert Iaſ. conſi. 175. col. fi. uerſi. 2. allego, lib. 1. Si uerò non petatur, tunc poteſt iudex procedere ad torturam etiam non decreta copia proceſſus, uel termino defenſionum, ut dixi ſupra, quæſt. 49. uerſi. Sed nunquid. Et ita intelligendum eſt, quod dicit ſeruari Boſſ. in tit. de indic nu. 74.

28 Qværo, ſi † plures ſint torquendi, à quo ſit incipiendum? Reſpond. ꝙ regulariter incipiendum eſt ab eis, qui ſunt magis
K ſuſpecti. *k* Si uerò omnes ſint æqualiter
l ſuſpecti, *l* tunc ſi eſt maſculus & fœmina,
m eſt incipiendum à fœmina, *m* tanquam à timidiori: ſed ſi ſunt omnes maſculi, incipiē-
n dum eſt à minori, *n* debiliori, & timidiori. Ita colligitur ex tex. in l. viuus. in prin. ff. de quæſt. & hunc ordinem in tortura inferenda obſeruari atteſtatur Maranta in ſuo Spec. fol. 2. num. 13. Dicit etiam Prac. Caſo. fol. 82. nume. 3. quòd iudices conſueuerunt incipere à debiliori.

29 Decreta tortura † priuſquam reo inferatur, debet iudex animaduertere, ne reus aliquid eo die comederit aut biberit, & ita ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Paris Put. de ſyndicatu fol. 455. nume. 11. Prac. Millei fol. 103. nume. 52 Et intellige eo die, ſcilicet per decem horas antequam torqueatur. Et ita ſeruat communis practica, ut atteſtatur Marſil. in l. prima, in princ. nume. 29. ff. de quæſtio.

30 Nvnc de gradibus † torturæ uideamus, nam (vt eſt omnibus notiſſimum) non omnes rei eodem modo torquentur, ſed aliqui grauius, aliqui leuius, ſecundum qualitatē delicti & indiciorum, quæ ex proceſſu reſultant, & in hoc etiam maximè verſatur iu-
o dicis arbitrium, *o* quum (vt ſæpius dixi) tota hæc materia indiciorum & torturæ uideatur

p deatur remiſſa arbitrio iudicis. *p* Scias igi-
tur ꝙ quinque ſunt gradus torturæ. ſcilicet
primò minæ de torquendo, ſecundò cõdu-
ctio ad locum tormentorum, tertiò ſpolia-
tio & ligatura, quartò eleuatio in eculeo.
quintò ſquaſſatio. Et nota, quòd licet videat̃
ꝙ minæ de torquendo, conductio ad locum
tormentorum, ſpoliatio, & huiuſmodi non
poſſint proprie dici ſpecies torturæ, nihilo-
minus (ſecundum aliquos) talis metus, &
ſuſpicio torquendi æquiparatur torturæ, &
ita colligunt ex Bal. in l. interpoſitas, circa
fi. C. de tranſactio. Et dicit Marſil. in l. 1. nu.
15. ff. de quæſtio. & in prac. crim. §. expedi-
ta, num. 2. quòd ita cõcludunt omnes. Hinc
infertur, quòd paria ſunt confiteri per tormẽ
ta, uel metu tormentorum, quod quidem,
ſi eſſet verum, eſſet maxime utile. Nam in-
ter confeſſionem factam ſponte, & eam, quæ
ſit metu tormẽtorum, multùm intereſt, vt
poteſt uideri in diſcurſu materię, præſertim
ſupra quæſt. 55. uer. Item poſſet. & ſeq. & in
fra uerſi. Cæterùm ſi reus. Sed certè quicq̃d
ſit de iure, practica contrarium obſeruat,
nam ẽt, ſi iudex dicat reo minando, quod,
faciet illum, niſi confiteatur ueritatem, con-
duci ad locum torturæ & torqueri, talis cõ-
feſſio dicitur ſponte facta, non autem metu
tormentorum. Et ita tenet Gandi. in tit. de
quæſtio quem alij doctorẽs ſequũtur, ut di-
cit Prac. Car. ſol. 132. uerſi. Sed iudex. Pari-
ter etiam conductio rei ad funem dicitur
leuis terror. Et ita fere omnes tenent, ut di-
cit Prac. Caſoni fol. 90. nume. 3. Et audiui a
præſide Arrigono, qui fuit vir magnę practi
cæ præſertim in criminalibus, ꝙ apud ſena-
tum non ſunt niſi tres gradus in tortura.
Primus eſt terrere. Et hic comprehendit nõ
ſolùm minas de torquendo, ſed etiam con-
ductionem ad locum tormentorum, ſpo-
liationem, & ligaturam, niſi tamen ligatu-
ra eſſet multùm atrox & ſtricta & cum ta-
xilis, ut faciunt plerique iudices. Et uidi in
facto in quodã medico de loco Olegij, qui
plus paſſus eſt in ſola ligatura eo modo fa-
cta, quàm alij in tortura, talis enim poſſet
æquiparari torturæ. Secundus gradus eſt po
nere in tormentis, uel interrogare in tormẽ
tis. Et hoc eſt eleuare, & in ſuſpicio tenere
per aliquod notabile ſpacium. Tertius eſt
torquere. Et hoc eſt ſquaſſare, & uerificatur
apud nos in uno ictu funis. Si tamen ſena-
tus iubeat bene torqueri, uel acriter, tunc
ſolent dari duo ictus funis. Et hæc omnia
nota, ut ſcias exequi litteras ſenatus tu, qui
facis officia criminalia in hac prouincia.

31 t Sed an† forte ex eo ꝙ ille, qui eſt crimen
confeſſus, eſſet in carceribus detentus dici-
tur talis confeſſio extorta metu tormento
rum? Reſpond. Aliqui dicunt ꝙ ſic, & ita ui-
detur conſuluiſſe Anchara. conſil. 24. nu. 4.
cuius opi. dicit eſſe communem Alex. conſ.
52. nume. 3. lib. 3. prout illum refert Neuiz.
in ſylua nuptiali, fol. 12. colum. 1. Sed certe
Alex. ibi in libro meo, non dicit ꝙ hęc ſit
communis opinio, prout iudicio meo nõ eſt
neque vera, neque cõmunis, iuxta ea quæ
ſupra ſtatim dixi, neque apud nos ſeruatur
in practica. Nam eam tenendo, omnis con-
feſſio diceretur extorta metu tormentorũ,
quum omnes fere, qui confitentur delicta
commiſiſſe tempore cõfeſſionis, ſint in car-
ceribus detenti, & ſic per eam deſtruerén-
tur omnes fere proceſſus criminales.

32 Debet igitur † iudex torturam adhibere
pro modo indiciorum, ut dixi. Et ideo ſi nõ
adſint indicia perfecta & ſufficientia ad tor-
q turam, puta ſi adſit tantùm unus teſtis *q* de
uiſu, qui non ſit integer, uel ſi adſint duo te
ſtes ſingulares deponentes de indicijs remo
tis, uel huiuſmodi, poterit procedere ad pri
mum uel ſecundum gradum torturæ, uel ẽt
ad alios ſubſequentes, non tamen ad plenã
torturam, quia ad illam deuenire non de-
bet, niſi præcedat ſaltem unum indicium
ſufficiẽs ad torturam, & legitime probatũ,
ut dixi ſupra uerſi. Dixi quoque. & ſeq. Et
in his gradibus (ut ſæpius dixi) non poteſt
dari certa regula. ſed iudex ſecundum arbi-
trium & conſcientiam ſuam ita faciet, ut
qualitas delicti & perſonæ & indiciorũ po-
ſtulare uidebitur. Plenam autem torturam
dico, quando reus ſquaſſatur. Et ideo ſcias,
ꝙ ſecundum Marſil. in prac. crim. §. occur-
rit, col. 1. uerſi & poteſt poni, & § nunc uidẽ
dum, num. 52. quem refert Prac. Caſoni fol.
83. num. 3. ex commuui practica & conſue-
tudine totius Italiæ, pro quolibet indicio
t dantur tres ictus torturæ, *r* ſeu (ut uulgo di
citur) ſquaſſi chordę Et dicit Nouel. in pra.
crim. fol. 92 num. 28. ꝙ ex approbata cõſue-
tudine modus torturę temperatus eſt, quã-
do quis torquetur in tribus diebus ſepara-
tim. Sed certe in hac prouincia non ſerua-
tur talis conſuetudo, nam pro uno indicio,
etiam proximo actui, non dantur tres ictus
funis, ſed duo tantùm ad ſummum, & non
ultra: & ſi plura ſint indicia, non dantur pro
quolibet

quolibet iudicio tres ictus funis, ſed omnib. computatis dantur duo uel tres, & non vltra: & ſi indicia ſint plura & urgentia, tunc torquetur reus interpollatis diebus ſeu vicibus. Et iſte modus, quem Nouell. in loco præallegato appellat temperatū, apud nos habcē pro acri & gratiſſimo, neq; unquam ex quibuslibet indicijs uidi aliquem iudicem) niſi iuſſu ſenatus) excedere tres ictus torturæ, neque torquere aliquem interpol-
ſ latis diebus / in hac prouincia, in qua ſum ma iuſtitia cum ſumma temperantia & humanitate adminiſtrari ſolet.

33 QVÆRO, an † tortura inferri debeat die feriato? Reſpond. ꝙ in criminibus atrocioribus poteſt procedi ad torturam omnibus diebus, etiam paſchalibus, ſed in minoribus delictis non, & uidetur tex. in l. nemo, C. de epiſc. audientia. Conſuetudo tamen malè ſeruat hoc, ut dicit Brun. de indic. & tortura. fol. 121. nu. 52. prout etiam (ſecundum eum) malè ſeruat cætera ſuperius dicta in hac materia. Ego tamen à iudicibus Deum timentibus vidi obſeruari, ut niſi in delictis capitalibus, rei in diebus feriatis in honorem Dei non torqueâtur, & laudo ut ita obſeruaretur. Vide quę dixi infra quæſt. 97. verſ. Quæro etiam.

34 QVÆRO nunc † an examini, quod reus facit in tortura, poſſit intereſſe eus aduocatus, uel procurator? Reſpon. De iure cōmuni fortè poſſet dici quòd ſic, vt videtur eſſe text. in l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de adulter. ſed certe hoc de conſuetudine non ſeruatur, ut atteſtatur Alber. in rubr. C. de quæſtio. in fi. & in d. §. quæſtioni, nume. 1. & dicit Ang. in l. cuſtodias, ff de publi. iudi. ꝙ nec aduocati accuſatoris, neq; accuſati debent intereſſe torturæ, & ꝙ ita obſeruat hodie generalis conſuetudo mundi. Dicit etiā Foller. in prac. crim. fol. 424 num. 216. ꝙ de facto ſeruatur, ꝙ tortura detur in occulto, & abſentibus aduocatis, licèt aduocatus fiſci (vt ipſe ait) ex quodam abuſu interueniat. Faciunt quæ dixi ſupra quæſt. 45. uerſ. Quæro etiam. Bene dicit Imola. in d. l. cuſtodias, in fine principij. ꝙ prius, quàm tortura reo inferatur, in illa ſcilicet examinatione, an reus ſi torquendus vel ne, ſunt requirendi & audiendi aduocati reorum, ſed non in actu ipſius torturæ; ſubdens ꝙ ita ſeruat generalis conſuetudo, & illū refert Marcus deciſ. 908 q̄ritur an patroni, nu. 7. & idē ante eū dixit Bar. in d. l. cuſtodias, nu. 1. quē refert Anton. de Canar. de quæſtio. in ſecundo mēbro, nu. 54 Hoc tamen, ut. ſ. requirantur aduocati reorū, an illa examinatione an ſint torquendi uel ne, non ſeruatur in hoc Ducatu, ſed decretum torturę ſecretò fit, & quāprimum fieri poteſt, executioni mittitur, ne poſſint aduocati reos inſtruere ad ueritatem negandam, vt quotidie fieri uidemus. Faciunt quæ dixi ſupra uerſi. Sed quid agendum.

35 ITEM debet † iudex aduertere, ne reum torqueri faciat modis exquiſitis, & non con-
t ſuetis, t nam iudices, qui talia faciunt, potius ſunt carnificibus, q̄ iudicibus comparandi Scias tamen, ꝙ modus torquendi per ictus funis, manibus poſt terga ligatis, eſt de iure licitus, ut colligi uidetur ex tex. in l. nullus, C. ad leg. Iul. maieſt. & eſt à conſuetudine cōmuniter approbatus, ut dicit Brunus de indic. & tortura. fol. 65. poſt num. 6. ubi inuehitur cōtra huiuſmodi iudices, noua genera tormentorū inuenientes, quorū multa recenſet Marſil in d. l. 1. in princ. nu. 27. ff. de quæſtio. & Prac. Iodo. fol. 109. nu. 18. dicens ꝙ ex inolit conſuetudine uarijs inſtrumentis, diuerſaq; materia exercetur tortura p iudices maleficiorū. Sed apud nos ſolummodo eſt in uſu modus fune torquēdi, quem etiam generaliter uſu frequentiorem eſſe atteſtatur Prac. Carer. fol. 138. col. 1. & quandoque etiam. quando rei non poſſunt propter debilitationem uel aliam cauſam fune torqueri, ſolent torqueri igne appoſito ad plantas pedum, neque extra hos duos modos uidi aliquem in hac prouincia torqueri.

36 IVDEX autem † debet in hac materia torturæ ſeruare conſuetudinē prouinciæ, in qua ius dicit, & ita faciendo non errabit; & caueat diligenter, ne in torquendo excedat
u modum conſuetum, u & qui adhiberi debet iuxta qualitatē perſonę, aliàs tenebitur in ſyndicatu. Ita dicit Bart. in l quæſtionis modū, nu. 1. ff. de quæſtio. cuius opin. in hoc cōiter approbatur, ut dicit Marſil. in pract. crim. §. expedita, n. 89. in fi. Nā ſi forte reus tortura moriretur, ſi quidē iudex, exceſſit dolo, tenetur de homicidio: ſi uerò exceſſit culpa, punitur ſm modū culpæ, ut dicit Bart. ibi. Et hæc eſt cōis reſolutio, ut dicit Bellon. cōſi. 84. nu. 12 Faciūt quæ dixi ſupra verſi. Ant equā tū. Et tunc caſum dicit Bar. ibidē ſibi de facto contigiſſe, qa cùm uidiſſet quendā iuuenē robuſtū, torſit illum, & ſtatim

ſtatim ferè mortuus eſt. Et dicit Amad. de ſyndic. poſt nu. 115. quē refert Brun. de indic. & tortura, fol. 109 nu. 32. ꝙ caute agendū eſt, quantum fieri pōt, ne caſus mortis in tortura accidat, pp euitandas calūnias popularium & vulgarium, quos de facto dicit vidiſſe & audiuiſſe pp huiuſmodi caſus contra officiales etiam innocētes armata manu inſurgere, ut euenit Peruſij contra D. Sanctū de Corneto poteſtatem, qui vix euaſit à furore populi. Vbi tñ iudex nō facit niſi id, quod debuit, talis mors non habetur in cōſideratione, ſecundum Bart. in d l. quæſtionis modū, qui ab omnibus approbatur, vt dicit Boſſ. in tit. de tortura, nu. 30. & eſt bonum conſilium, ꝙ notarius adhibitus ad torturā ponat in actis proceſſus qualitatē & quātitatē torturæ, oïa particulariter deſcribēdo, ad hoc ut ſemꝑ apparere poſſit, an interuenerit aliqs exceſſus ex parte iudicis. Et ita cōiter fit & ſeruatur, teſte Anton. Gomes. c. 13. delictorum, poſt nu 6. uerſi. ſi uerò iudex.

37 ILLATA reo† tortura, ſi ipſe neget delictum commiſiſſe, & nihil fateatur, tunc dr purgaſſe indicia contra ſe exiſtentia, quaſi puram veritatē dixiſſe uideatur; & ita ſeruatur, ut dicit Alber. in rubr. C. de quæſtio. nu. 9. Dicit etiam Alber. in l. edictum, nu. 2. ff. de quæſtio. ꝙ communiter totus mundus ita tenet & ſeruat, quem refert Boer. deciſ. 163. nu. 12. & Grammat. deciſ. 8. poſt nu. 9. & deciſ. 96. nu. 2. & Didacus prac. quæſt. 23. fol. 167. col. 1. & dicit Prac. Caſoni fol. 75. nu. 2. ꝙ hanc opi. Alber. omnes obſeruant in Italia. Hanc etiam dicit eſſe communē obſeruantiam Cēpoll. conſi. crim. 32. col. 1. uerſi. nec poteſt dici. Et hoc etiam, ſi delictum fuiſſet cōtra ipſum plene probatū, ut dicunt
x aliqui ex prææallegatis doctoribus. x Debetque hoc caſu iudex facere ſcribi in actis, qualiter tortura fuit moderate adhibita, & indicia ſunt purgata, & poſtea debet cum relaxare fideiuſſori. Et ita eſt communis practica & obſeruantia, ut dicit Marſil. in l. repeti. num. 24. ff. de quæſtio. & in prac. crim. §. quoniam, nu. 49. quem refert Ant. Gomes. c. 13. delictorum, nu. 18. licet ipſe teneat, ꝙ imò reus ſit diffinitiue abſoluendus, in quo propoſito videnda ſunt ea, quæ dixi ſupra quæſt. 62. verſi. Forma autem. Idem etiam practicari atteſtatur Carer. in prac. crim. fo. 172. num. 202. quem refert Simancas de hæreti c 63. nume. 36. Apud nos aūt qñq; etiā poſt grauem torturam & perſeuerantiā rei in negatione, ubi indicia ſunt ualde urgentia, ſolet ſenatus reos condemnare, non quidem ad pœnam ordinariam, ſed extraordinariam; puta triremium, ad tempus, & aliquando etiam in perpetuum, præſertim qñ reus eſt ualde famoſus, ut etiā refert Boſſ. in tit. de inquiſitione, n. 30. Quinimò dicit Papo lib. 24. tit. 9. arreſto primo, ꝙ parlamētum Pariſienſe ſolet reos conuictos tormētis ſubijcere; & licet in tormentis perſiſtāt, nihilominus ad mortem condemnare, quæ tamen practica mihi nūquam placuit, licet etiam illam in pœnis extraordinarijs obſeruet conſi. Neapol. teſte Gramm. deciſ. 8. & conſi. crim. 12. in fi. & credo illam eſſe iuri & æquitati contrariam.

38 ET in hoc † propoſito nota, quòd ſi iudex aliquem iniuſte & indebite ſubiecerit tormentis, poteſt hoc caſu vti cautela, quā ponit Ang. in l. iniuriarum, §. ſi quis quod decreto, ff. de iniur. vt ſcilicet illum blandis verbis inducat ad confitendum in actis, quòd fuit legitime tortus, & non tenebitur in ſyndicatu; & ita illum refert Catald. de ſyndica. numero 7. ſubdens, quòd ita uidit de facto practicari, quem refert etiam Brunus de indicijs & tortura folio 130. in fi. & Thomas Ferrat. cautela 14. iura ſunt, verſi. primo. Sed certe in hoc Ducatu non ſeruatur, quòd iudex hæc faciat ſcribi in actis, prout neque etiam ſeruatur, ut purgatis indicijs per torturam reus cenſeatur puram veritatem dixiſſe, quum plerunque (ut dixi) etiam poſt torturam illatam multi condemnentur in pœnam etiam corporalem. Scias etiam, ꝙ ſi reus non eſſet ſufficienter tortus, uel ſi noua indicia ſuperuenirent, ijs caſibus poſſet & deberet tortura repeti, vt dixi infra uerſi. Vltimo uidendum.

39 Cæterùm, ſi† reus in tormentis delictum
y confiteatur, y ſcire debes, quòd adhuc non eſt ſtandum tali confeſſioni factæ in
z tortura, niſi reus in illa perſeueret, z & eam ratificet extra tormenta ad bancum iuris. Et hæc eſt communis opinio. ut dicit Boer. in d. deciſ. 163. numero 18. Brun. de indic. & tortura, folio 134. numero tertio, & folio 146. numero 21. Ita etiam communiter diſtingui atteſtatur Abb. in c. cùm in contemplatione, numero 7. de regu. iur. & ita ſeruat conſuetudo, ut atteſtatur Barto. in l. prima, in ultimis uerbis, ff. de cuſtod. reorum. quem refert Marian. in repet. capit. qualiter & quando, numero 233. & Prac. Millei,

Millei, fol.63.nu.16. Quod intellige vt procedat, ſiue talis confeſſio facta fuerit præcedentibus indicijs, ſiue non. Et ita communiter teneri atteſtatur Prac.Carer. fol. 166.nume.196. Et aduerte, quia non ſufficit ꝙ tortus tacite perſeueret in confeſſione illam non reuocando. Sed opus eſt, ꝙ illam expreſſe ratificet apud acta, & ita obſeruat conſuetudo, ut dicit Anton. de Canar. de quæſtio. in 5. membro, nu. 9. Et in hoc propoſito bona eſt practica, quam docet And. de Iſer ſuper prima par. conſtitutionum Regni, rubr. 27. colũ. 6. quem refert Pariſ. Put. de ſynd. fo.451.c.1. poſt nu. 2. ꝙ ſcilicet iudex poſtq̃ habuit confeſſionem inquiſiti in tormẽtis, non permittat eum conduci ad illos carceres, in quibus ſunt etiam alij carcerati, quia in carcere, ubi ſunt multi criminoſi, eſt ſchola, quia de facili vnus docet alium, quid debeat dicere, ut euadat; & ſic quòd reuocet ſuam confeſſionẽ, propterea debet eum poni faceret in carcere ſeparato. Et dicit Afflì. ſuper ea.rubr. nu. 44. in fin. ꝙ cauti iudices ita obſeruant.

40 Et circa † hanc ratificationem aduerte, quia non debet ſtatim fieri huiuſmodi ratificatio, præſumeretur enim adhuc durare metus tormentorum, ſed eſt expectandum ſpacium unius diei. Quod intellige ſecundum aliquos, ideſt vigintiquatuor horarum. a Et hanc dicit eſſe communem doctrinam & practicam huius articuli Anto. Gomeſ. ca.13. delictum, nume. 24. & ſecundum alios, ideſt de vna die ad aliam ſequentem, licet non intercedat plene ſpacium uigintiquattuor horarum, ſed ſit ſaltem nox intermedia. Sed in hoc puto ſtãdum eſſe arbitrio iudicis, vt dicit Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus, nu. 4. ff. de quæſt. cuius ſententiam approbari atteſtatur Simancas de hæret. c.63. nu.42. & prout etiam in effectu velle doctores dicit Anto. de Canar. de queſtio. in quinto membro, nume. 7. Ipſe enim ſecundum qualitatem torturę illatę iudicabit, quanto temporis ſpacio præſumatur ceſſaſe dòlor ac metus tormentorum, poteſt enim fuiſſe adcò leuis tortura, ut etiam eodem die non eſſet incõueniens, vt fieri ratificatio interiectu aliquot horarum ſpacio; tutius tamen eſt expectare in diem ſequentem, licet aſſeſſores hoc non obſeruent, ut ait Cœpol. cõſilio crim.40. uerſ. & quòd in hoc caſu, multos enim incontinenti ducent ad ratificandum, & (ſecundum eum) peſſimè faciunt nam proculdubio deberent permittere, ut tortus ſaltem per unum diem, vel per unam noctem requeſceret, quod etiam ante eum dixit Ange. in l. 2. num. 1. C. de cuſto. reo. & apud nos optimè obſeruari.

41 Debet quoque † talis ratificatio fieri non in carcere, ſed ad bancum iuris, & ſic in iudicio. Ita dicit Bar. in d. l. 1. §. diuus Seuerus, nu. 3. ff. de quæſ. & ita practicatur, ut atteſtatur Bal. conſi. in fi. lib. 1. Debet etiam fieri in loco, vbi reus tormenta ſeu inſtrumenta ad torquendum videre non poſſit, aliter enim dici poſſet, quòd adhuc durauerat metus tormentorum. Et ita tenent doctores, ut dicit Io. And. in c. cum in contemplatione. de regu. iur. quem refert Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Fama publica, poſt nume. 117. Et nota, quòd licet ſecundum aliquos tutius eſſet, quòd in tali ratificatione ſeu perſeuerantia adhiberentur teſtes, ex quo eſt actus tanti præiudicij; tamen hoc in practica non ſeruatur, ſed ſine teſtibus ſtatur actis factis per notarium coram iudice, & ita de generali conſuetudine obſeruari atteſtatur Vitali. de maleſi. in ti. de forma perſeuerationis, nu. 3. Solentque cauti aſſeſſores hoc caſu facere ſcribi in actis, quòd reus ſponte ita confitetur; & hoc, non obſtante ꝙ tortura præceſſerit, & quaſi ut plurimum illa ſcriptura eſt falſa, vt dicit Bal. in l. 2. nu. 3. C. de cuſt. reorum, quem refert Brun. de indic. & tortura. fol. 147. nu. 22. Nihilominus hęc generalis conſuetudo excuſat iudicem, & notarium à pœna falſi, ut dicit Bald. in l. j. nu. 30. C. de confeſ. quem refert Brun. in loco præal. nume. 24. & ſeq. vbi etiam nume. 28. dicit, quod ſi tortura fuit iuſta, & præcedentibus legitimis indicijs illata, tunc ſi tranſacto debito tempore, & interuallo, reus confitetur, licet ſcribere, ſponte, & ſubdit ꝙ ita ſeruat conſuetudo.

42 Vbi uerò † reus, ductus ad bancum iuris ad ratificandum ſuam confeſſionem, illam non ratificet, ſed reuocet, tunc debet iterum in tormentis repeti, ad hoc vt in ipſa confeſſione perſeueret, ut dixi ſupra quæſtione uigeſima prima, verſiculo. Vlterius quæro.

43 Sin autem † reus extra tormenta, & ſernatis ſeruandis ratificauerit confeſſionem prius in tormentis factam, tunc debet iudex ei ſtatuere aliquem breuem terminum puta duorum dierum, vel trium, ad producendum, & allegandum omnes ſuas defenſiones

ſiones, quas facere intendit contra ſuam cōfeſſionem; & ita eſt de communi obſeruantia, ut dicit Maranta in ſuo ſpeculo, fol. 136. nu. 25. quæ practica b mihi ſummopere placet, licet aliqui officiales parum docti illam non obſeruent; & credo quod aliter reus non poſſet condemnari, quia diceretur mori indefenſus, nam etiam contra propriam confeſſionem præſertim in tormentis factam, multa deduci, & probari poſſunt, ut dixi ſupra quæſt 55. Vide quæ dixi infra quæſt. proxima circa principium. Quinimò poſſet talem confeſſionem etiam poſt ratificationem ex interuallo reuocare, & ſi probaret errorē, eſſet abſoluēdus. Et ita refert iudicatum fuiſſe in facti contingentia per conſil. Neap. Gramma. ſuper conſti. Regni, fol. 23. nume. 23. Dixi ſupra in d. quæſtio. 55. ver. Sed pone. Vbi uerò nihil probet, poterit reus ex tali confeſſione condemnari, & ita tenent oēs, vt dicit Bal. in l. ij. nu. 3. C. de cuſt. reo. quem refert Afflic. ſuper j. par. conſti. Regni, rubr. 27. numero 33.

44 Succeſſiuè quæro† nunquid reus, qui confeſſus eſt crimen, de quo cōtra eum adſunt indicia poſſit interrogari de alijs delictis, de quibus contra eū non ſint indicia? Reſpond. quod de iure ſecundum omnes non poteſt interrogari, ut dicit prac. Caſoni, fol. 85. nu. 8. & eſt tex. in l. 1. in principio, ff. de quæſtio. & dicit Vitali. de maleſic. in rubr. quæ indicia, &c. nume. 6. & ſeq. quòd aſſeſſores, qui hoc faciunt, male faciunt, ſaltem quando proceditur per uiam accuſationis. Sed certè quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Ang. de maleſi. in verbo, Fama publica, num. 120. prac. Millei, fol. 107. nu. 19. Dicit etiam Gand de maleſi. in tit. de quæſtio. num. 19. quod de generali cōſuetudine totius Italiæ ſeruatur contrariū, & ſpecialiter in furtis, quia magis frequentantur, quem refert Marſi. in prac. crimi. §. conſtantiæ, nume. 14. & conſil. 53. nume. 9. & Diaz in prac. crimi. cano. capitu. 117. num. 3. in fi. & Brun. de indi. & tortura, fol. 129. nume. 64. & Grammat. voto 13. numero 2. Idem dicit Iacob. de Beluiſ. in prac. crim. in rub. de quæſtio. numero 55. practi. Carer. fol. 168. numero 198. Anton. de Roſellis de indic. & tortura, num. 14. quem refert prac. Conradi fol. 292. num. 22. De hac etiam generali conſuetudine Italiæ atteſtatur Guido de Suzar. in trac. de indic. & tortura, numero 56. Odofred. in trac. de quæſtio. in xii queſt. quem refert Gramma. deciſ. 34. num. 34. & Cæpolla conſi. crim. 40. in quinto dubio Alber. de quæſt. quem refert Anton. de Canar. de quæſtio. in quarto membro, num. 28. Bal. in trac. de quæſtio. fol. 285. poſt nu. 5. Pariſ. Put. de ſynd. fol. 460. poſt nume. 1. Foller. in prac. crim. fol. 263. nume. 6. & fol. 313. num. 33. *Boſſ. in ti. de indic. num. 137. vbi dicit, quòd in hoc dominio interrogantur etiam ſuper delictis non ſimilibus, & etiam de quibus nulla extant indicia. Ego tamen nunquam vidi reum, cōfeſſum de aliquo crimine, interrogari ſuper aliis criminibus, de quibus non adeſſent contra eū indicia, niſi in crimine aſſaſſinij, & furtis, & ſfroſationis annonæ uel ſalis, niſi fortè eſſet iam bannitus, & condemnatus. Tunc enim ſi eſt exequenda condemnatio, ſolet quandoque torqueri, tā ſuper alijs delictis in genere, quàm ſociis, complicibus, & receptatoribus.

45 Vltimo videndum† eſt in hac materia, in quibus caſibus tortura ſemel illata iterum repeti poſſit. Et hoc caſu dici ſolet, quod repetitio torturæ eſt arbitraria iudici, c & ita practicatur, ut dicit Bar. in l. vnius, §. reus, nu. 1. ff. de queſt. quem refert Boer. deci. 163. numero 10. & prac. Millei fol. 108. nume. 34. & Gramma. conſi. crim. 21. num. 25. & Marſi. in l. repeti. numero. 6. ff. de quæſtio. Idem dicit Pariſ. Put. de ſynd. fol. 454. poſt numerū 5. quem refert Prac. Carer. folio. 162. poſt numero 189. colum. ij. Catald. de ſyndica. quæſtio. 231. Tu uerò dic, quod ſi quidem reus fuit d leuiter tortus, poteſt repeti in tormentis, ita vt ſufficienter torqueatur, & hoc caſu ſolent iudices, quando iubent reum deponi à prima tortura, ſcribi facere, quod illum deponi iubent animo repetendi, &c. Si verò reus fuit ſufficienter tortus, & nihil confeſſus, tunc non poſſunt repeti tormenta, niſi ſuperueniant noua indicia, e ita tenet Dyn. in l. repeti. ff. de quæſtio. cuius opin. cōmuniter approbatur per Doctores, ut dicit Albe. in rub. C. de quæſtio. nume. 8. vbi etiā dicit quòd ita ſeruatur. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Alexan. conſilio 5. numero 4. lib. 1. quem refert Villalob. in ſuā collecta communium opin. in littera T, numero 119. Anton. de Roſel. de indic. & tortura, numero 15. quem refert Conradi folio 299. in principio. Brunus de indic. & tortura, numero 60. Bologni. in additio. ad tract. Guido de Suzar. de indici. & tortura,

tura, nume. 58. Io. de Amicis conſi. 37. nu. 4. Afflic ſuper 1. parte conſtitutionum Regni, rub. 27. num. 41 ubi dicit, ꝙ ita uidit obſeruari à bonis iudicibus, & ponit exemplum Bal. in trac. de quæſtio. fol. 251. nu. 6. puta ſi tortus dicebat neminem illa nocte iacuiſſe vbi maleficium fuerat commiſſum, poſtea inuentum eſt per teſtes, ꝙ alius adfuit. Et dicit ꝙ hæc eſt communis opin. idemque fere per eadem uerba ante eum dixit Guid. de Suza in d. trac. de indic. & tortura, num. 57. & Iaco. de Beluiſ. in prac. crim. in rub. de q. nu. 91. licet ſubdat, ꝙ aſſeſſores hoc hodie non ſeruant. Mantua conſil. 208. nu. 2. lib. 2. ubi dicit, ꝙ ita eſt communis opi. & practica. Ita etiam communiter ubique ſeruari atteſtatur. Alber. in d. l. rep nu. 2. Aliqui etiã addunt, & ꝙ iſta noua indicia ſint fortiora
f primis, *f* & ita eſſe communem opi. atteſtatur Gand. de maleſi. in tit. de quæſtio. nu. 2. ſubdẽs, quòd ita ſeruatur in practica, quẽ refert Prac. Papien. in forma inquiſitionis. in uerbo, Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 22. & Brun. de indic & tortura. fol. 126. nu. 60. & Curt. Sen. conſi. 59 nu. 9. & Auguſ. ad Aug. de maleſi. in verbo Fama publica, poſt num. 95. Marſi. in d. l. repet. nu. 8. & ſeq. vbi etiam ſubdit, ꝙ ita ſeruabdum eſt in practica, quem refert Crauetta conſi. 288. num. 7. & Petrus Calephat. inter conſilia criminalia diuerſorum, conſi. 93. nume. 18 lib 2. Ex primis autem indicijs non debet quis in tormentis repeti, & ita communiter tenetur, vt dicit Alexan. in allegato conſi. 5. num. 5. lib. j. Et prædicta dicit ſentire communiter Doctores, Boſ. in titu de tortura, nume. 42. Et ex hoc refert prac. Papi. in loco præallegato, reprobatam fuiſſe de facto fatuitatem, iudicis, qui prius torqueri fecerat reũ ſuper indicio famæ, & deinde ſuperuenerunt alij teſtes probantes famam, & ipſe illum de nouo torqueri fecit, nam ille iudex malè fecit, quia non ſuperuenerat indicium nouũ, ſed ſolùm noua probatio illius primi indicij, quod iam fuerat per torturam purgatum. Hæc autem omnia intellige, ut procedant, niſi prima indicia fuerint multum vrgentia & manifeſta, nam eo caſu, licet ſ̃m aliquos de iure tortura repeti nõ poſſit, quorũ opin. communem appellat Anto. Gomeſ. c. 13. delictorũ, nu. 26. nihilominus de cõſuetudine
g ſeruatur, vt tormenta repeti poſſint. *g* & ita practicari atteſtatur Bart. in l. vnius, §. reus, de q. nu. 2. quem refert Soc. conſi. 54. nu. 14. lib. 3. & Gram. conſi. 21. poſt nu. 5. Anto. de Canar. de qõ. in 6. membro, poſt nu. 1. ſubdens, quòd in hoc omnes conueniunt, ut repeti poſſit, uel non poſſit, ſecundum qualitatem indiciorum præcedentium, & quòd ſæpe ſic faciunt boni aſſeſſores, quia incipiunt à leui tortura, & ſic ex ea habent ueritatem, bene quidem, aliàs eam repetunt. Caueant tamen ſecundum eum iudices, ne huius arbitrij prætextu immoderate ſæuiãt, ſed potius in dubio ad torturam non procedant, Multi enim innocentes propter tormentorum ſæuitiam confeſſi, & condemnati fuerunt, ut etiam diebus noſtris contigiſſe intellexi in duobus, qui in tortura cõfeſſi fuerunt occidiſſe quendam nobilem eorum inimicum, qui deinde poſt multot annos repertus fuit viuus in quodam caſtro carceratus per quendam magnum dominum, ipſi tamẽ propter eorum confeſſionem vi tormenrorum extortam, fuerant ultimo ſupplicio affecti. idem dicit Saly. in l. 2. nume. 10. C. de cuſto. reorũ, quem refert Pariſ. Put. de ſyn. fol. 488. c. 8. nu. 1. in fi & Folle. in prac. crim. fol. 322 nu. 78. Dicit etiam Brunus in loco præallegato, nu. 62. in fi. ꝙ licet uerùm ſit de iure, ꝙ ſemel tortus competenter, nõ debet iterum torqueri, niſi ſuperueniant noua indicia, tamen conſuetudo obſeruat contrarium, & ꝙ latrunculatores ſæpe torquent & repetũt pluries, & quòd ita ſeruari uidit, & quandoque etiam ipſe ſeruauit, & malè (ut ipſe ait) & minus iuridicè. Sic etiam ſi reus ſemel fuerit in tortura confeſſus delictum, deinde ductus ad ratificandum reuo-
h cauerit, poterit repeti in tortura, *h* etiam ſi alia indicia non ſuperuenerint, ut dixi ſupra uer. Vbi verò. Talis enim confeſſio dicitur nouum, ut dixi ſupra q. 21. uerſicu. Vlterius quæro.

ADDITIONES.

a Ad torturam.] Hic ſcias, ꝙ tortura cordæ ſubtilis infert magis dolorẽ, quã tortura cordæ groſſæ, ut dicit Saly. l. nullus C. ad l. Iul. maie. & tradunt prac. Care. pag. mihi 138. in fi. & Petr. Foller. prac. cri. fol 264 in princ.

b Ad torturam iniuſte.] Hic adde, & fuſius vide, qua pœna puniendus ſit iudex, qui reum indebitè torſit per Iac. Menoch. de arbi. iud. li. 2. centu. 4. caſ. 350. ubi ponit quinque caſus, illoſq; examinat vi. ibi. Ideo quibus caſibus nõ poſſit iudex ad torturã procedere

cedere, vide per Campeg. de teſtibus regul. 440. & quid ſit tortura uide per Car. in pra. crim. nu. 178. ubi etiam de pluribus torturæ generibus, ac modis.

c Vbi non ſequatur mors rei.] De hoc etiã fuſius uide per pract. Carer. ſub nume. 200. vbi de alijs quæſtionibus etiam in materia. Item de pœna Iudicis torquentis aliquem, ad tumultum populi ſedandum, vi. per eum relatiuè, nu. 204.

d Appareat.] Adde, ut per Craue. cõſi. 260. in prin. & nu. 4. ubi plenius concord. alleg. Adde per eundem Craue. conſi. 287. col. ij. in prin. quem ſemper vide eadem columna ad fin & per Carer. in prac. crimina. ſub numero 188.

e Conſiderare.] Et Crau. conſi 41. col. fi. cõſiderauit hoc, vti æquiſſimum, & efficatiſſimum fundamentum ad euitandum torturam, & idem conſi. 117. col. fin.

f Pœna pecuniaria.] Adde, ut per Craue. in conſi. 137. num fin. Vide etiam per Care. in prac. crim. poſt nu. 179. ubi plene pertractat, & ad ſaturitatẽ, materiam iſtam, atq; limitat, & declarat.

g Reus torqueri non debet.] Tu hoc tribus modis limita. vt per Didac. prac q. c. 23. col. 24. Item etiam limita, niſi torqueatur, ut oſtendat ſocios, mandatores, & complices, nã poteſt torqueri, non obſtante, quòd conſtet de delicto: in caſibus tamen, in quib. poteſt interrogari, ut per Carer. in pag. 161. & 539 & tunc ſerua cautelam, de qua in tex. infra.

h Venenatio, falſum, adulteriũ, & ſimilia.] Adde, quod iſta commemorauit Bal. in l. 3. C. de epiſc. aud. ſubiungens hoc dictum eſſe menti tenendum, quod & reaſſumpſit do. Alexã. in conſi. 77. uu. 5. lib. Et habetur per Boſ. titu. de indi. & conſidera. ante torturã nume. 200. vbi inquit, quòd ubi ſumus in delictis ſecretis, & coniurationibus, falſitatibus & ſimilibus, tunc iudex pôt animoſius arbitrari eſſe deueniendũ ad torturã, quã in alijs, cũ in illis acerrima fieri debeat indagatio. Crau. conſ. 6. col. 3. ver. ſecundũ, & dixi ſupra in §. falſum uerb. pœna falſi. Adde & etiam per Carer. in prac. crimina. numero 183.

i Suſpendi contingat.] Vbi igitur extat ſtatutum, quòd in criminalibus non admittatur appellatio. Si iudices ponunr reũ ad torturam, tunc dubio procul male faciunt, ut expreſſe dicit pract. Carer. ſub nu. in tex. allegato in uerſ. Nam iudices, quod nota & tene menti.

K Interrogatur.] Qualiter autem fiet interrogatio in tortura tam de ſocijs, & mandatoribus, quàm etiam de alijs delictis, ui. per prac. crim. ſub nu. 198. vbi non in ſpecie, ſed in genere, niſi adſint indicia manifeſta, dẽt fieri interrogatio. De alijs autem delictis nõ poteſt interrogari, niſi indicijs præcedentibus, & licet conſuetudo ſeruet contrarium, tamen non ualet talis conſuetudo. Limita tamen, ut per eum ibid.

l Indicia.] Adde hic, indicijs non præcedentibus, quando torquere ualeat iudex, uidendum per pract. Carer. pag. mihi 151. 152. & 153. & per Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. 84. Item hic ſcias, quòd iniuſte tortus fugiens de carceribus, non habetur pro confeſſo, nec inde puniri debet, ita per plura conſultus reſpondet Alexan. eius conſilio 144. libro ij.

m Ne prætextu arbitrij.] Et quòd vigore cu iuſcunque ampli arbitrij, quod haberet Prætor vel Commiſſarius circa maleficia, non poſſit quempiam ponere ad torturam, niſi habeat legitima indicia, ut habetur per dom. Iaſ. in l. milites, numero 2. C. de teſtamen. in l. ſi ſic: numero 24. & in l. 1. numero 2. C. de ſacroſanct. eccle. & per Marſil. in pract. crimi. §. ſecunda, nume. 6. & in §. conſtante, nume. 27. Adde Riminal. conſilio 6. numero 15. Item adde, ut per Carer. in practi. crimina. pag. mihi 150. colum. j. uerſiculo. Amplia etiam ſi officialis habeat arbitrium.

n Aliqui dicunt, quod ſic.] Adde ẽt Boſſ. titu. de inquiſitio. numero 29. ubi per plura iſtud tenet: uide ibi, & titu. de indi. & conſidera. ante tortu. numero 65. Et è conuerſo torqueri nõ poteſt homo bonæ famæ, etiam ſi extaret unum indicium ſufficiens ad torturam contra ipſum, quia propter bonam famam tale indicium extinguitur in totum per Boſſ. titu. de inquiſitio. numero 34. & Grammat. conſilio 37. numero fin. & per Boſſium ſimiliter titu. de mandat. ad homicid. numero quadrageſimo quarto. Addo ut per Crauet. in conſilio 151. numero uigeſimo primo. Quo ad primum mihi placet Authoris opinio, quam obſeruarem in praxi maximè, ubi reus per triennium fuiſſet bonæ conuerſationis, ac famæ: quoniam tunc præſumitur purgatus, emendatus, atque mutatus ab il-

lo.glo.& Ange.in §. hinc nobis. in Authen. de monach. & per Rolan. plenè in conſilio 63.numero 12. lib. 3. & plenius dixi in ſing. meis ſingul. 6. & quod ex ſola fama non procedatur ad torturam, niſi cum ea concurrat aliud adminiculum, tenuit fuſiùs author ſupra quæſtio. 21. ubi ait communem ſe ſemper fuiſſe ſequutum, & ab alijs etiam iuſtis iudicibus uidiſſe obſeruari, & illam credit tutiorem, & uer iorem: quam tamen limita, ut per Duen. ſub reg. 301. vide illic, quoniam non tranſcribo. Item quòd ſola, & nuda fama abſque alijs adminiculis, & indicijs non faciat indicium ad torturam .... vide per Carer. in pract. ſub nu. 111.

o Ad torturam ſufficientia.] Item adde, quæ ſint indicia ſufficientia ad torturam per Campeg. tract. de teſtibus. reg. 395. & per Modern. tract. de arbitrar. iudi. lib. 2. centu. 3. caſ. 270. ubi etiam de illorum diuiſione multa habes notatu digna.

p Si tamen uis uidere.] Item uide ſemper per Craue. in conſ. 99. nu. 1. & 244. poſt nu. 88. conſ. 220. poſt nu. 12.

q Proximum.] Adde, quòd ubi agitur de probando indicium propinquum, ſeu ipſum delictum immediate per unū teſtem, quòd oportet illum eſſe omni exceptione maiorem, ut per Craue. qui concord. allegat in conſilio 244. col. 4. uerſi. ſi uerò. Item aduerte, quod illa qualitas debet articulari, & probari, per Rolan. conſilio 50. num. 17. libro ſecundo, & Dec. conſilio 37. columna quarta. circa principiū, quod etiam notaui ſupra ſub quæſtio. 21. Item quod dicatur indicium propinquū, & quod remotum, vide per Oſaſc deciſione 79. nu. 15. 16.

r Sed plura requiruntur.] Adde ut p Natt. in conſi 42. nu. 6.

ſ Quinō reperitur prohibitus.] Adde ideò videndum per Carer. in practi. crimin. ſub numero 180. ubi & ipſe ponit iſtammet regulam: & deinde examinat, quæ perſonæ non poſſunt de iure torqueri, cum ſuis fallentijs.

t Torqueri.] Olim tamē de ſeruis nulla q̄ſtio erat in dominum, niſi de inceſtu, ut fuit in Clodium; & quare, vide p Cicer. iu orat. pro Milone, quæ eſt in tertia par. 38. pagina mihi 127.

u An Doctores poſſint de iure torqueri.] Adde, in quibus caſibus poſſint torqueri videndum per Rolan. eius conſilio 31. numero ſeptimo, uſque ad numerū. 10. vol. 3. & in collect. mea commu. opinio. parte prima. § doctor. numero 10. ubi etiam & quid de conſuetudine, de qua tamen uide per Gabriel. Sara. ad Maheſi. ſing. 59. Iaſ. in l. de quibus. ſub numero 66 ff. de legibus, & per Bologni. ad Guid. de Suza. in fin. Et quoniam differentia ſit inter Doctores actu legentes, in quibus admitti limitant, & actu non legentes, in quibus negant conſuetudinem; & faciunt pro aduocatis, quòd fruantur eadem immunitate allegata per Natt. conſilio primo, & conſilio 65. ubi de crebriori opin.

x Non ſubijciuntur tormentis.] Hic ſcias, quòd ubi torqueri poſſunt, debent antea degradari, aliàs non poſſunt torqueri, ut per Marſi. ſing. 556. colum. prima. quem refert, atque ſequitur Pract. Carer. in practica criminali. pagina 165. in fin. ubi etiam habes de conſuetudine iu contrarium non ualente.

y Torqueri.] Adde, vt per Grammat. uot. 15. numero quarto. allegat Odofred. tract. de quæſtion. illumque ſequitur unà cum Brun. tract. de indi. & tortu. columna octaua. in principio. tenendo iſtam, limita non procedere in quibuſdam caſibus, iu quibus nec ætas, nec dignitas excuſant, ut in crimine læſæ maieſtatis, proditionis, & alijs ſimilibus, ut per glo. in l. inuiti la ſecunda. ff. de teſtibus.

z De cōſuetudine.] Adde, quòd de ea teſtatur etiam Boſſ. tit. de indi. & conſider. ante torcu. num. 112.

a Verſi. Et ideò decuriones.] Vbi ampliat etiam depoſito officio, in memoriam priſtinæ. Item ampliat in nepotibus, & parentibus decurionum. Limitatur tamen criminibus iu exceptis, & in crimine falſi. Item niſi ſint infames, & demum declarat loco decurionum hodie eſſe Antianos, Conſiliarios, & Priores Ciuitatis.

b Nunquid minores quatuordecim annis.] Adde ad idem, ut per Pract. Carer. in practi. crimin. pagina mihi 147. columna prima, in fin. qui colum. ſequen. limitat in criminibus exceptis, ubi quòd in caſibus, in quibus admittuntur ad teſtificandum, in illis erit locus torturæ, quod eſt not. etiam, an faciat indicium, & quid de adulto cum curatoris authoritate.

c Subijcere.] Adde per Natt. conſilio 319. numero tertio, & uide per Carer. in practic. crim.

crim.pag.mihi 147.columna prima.

d Quod non.] Adde, ꝙ idem dicit pract. Carer.pag.mihi.146. col. 2. quem omnino uide; quia multa alia notatu digna tradit in materia.

e Aliàs ſecus.] Adde etiam ſtantibus mille indicijs, ꝙ non torquentur, niſi ſint de crimine diffamati, ut per Carer. in prac. crim. nu.161.& pag.146. col. 1. Et ſic generaliter etiam aduerte: ꝙ illę perſonę quæ non poſſunt torqueri, poſſunt tamen terreri, vt tradit Brun.tract.ſuo de indi.8.9.prin. 18.not. & Carer.in pract.crim.pag.148.col.1.& habetur per Boſſ.titu. de indi. & conſider. ante tort.ſub num. 121.

f In crimine læſæ maieſtatis.] Ego idem ſeruarem in cæteris criminibus exceptis.... in crimine hæreſis, ſimoniæ, fraudati cenſus, & fraudatæ annonæ, & dilapidationis Eccleſiæ, de quibus Vitali. titu. de his qui accu.non poſ. in fin.

g Quod non.] Adde, ꝙ imò torquens eſt excommunicatus; & an valeat conſuetudo in contrarium, vide Carer. in pract.crim.pag. mihi 146.col. 2. vbi etiam limitat in aſſaſinio; qui poteſt torqueri à laico; mihi placet authoris opinio.

h Requirere accuſatorem.] Idē vide p Carer.in pract cri.pag.mihi 160. verſ. Itē tunc deuenitur, ubi etiam ſubiungit, ſufficere peti in libello per partem, vel in capitulis per iudicem inquirentem; & concordan. allegat. Mihi magis placet authoris opinio, generaliſque totius Italiæ conſuetudo, à qua non eſſe omnino recedendum cenſeo.

i Aliqui dicunt, ꝙ ſic.] Quinimò adde, ꝙ aliàs confeſſio eſſet nulla. uide per Carer.in pract.pag.mihi. 159.col.1. qui col. ſeq. limitat, niſi præcedant indicia ſufficientia; quoniam tunc non admittitur, appellatio, & in fin. extendit: quòd ſiue affirmatiuè, quòd torqueatur; ſiue negatiuè, quòd non torqueatur, à tali pronuntia ſeu comminatione appellatur. & pagi. ſeq. col. 1. dicit etiam non deueniri ad torturam, niſi pars petierit, & inſteterit: & hoc ubi ad partis inſtantiam proceditur, ſecus ſi per inquiſitionem.

K Qui ſunt magis ſuſpecti.] Adde per Craue. plenè in conſ.13.num.fin. poſt Bald. eius conſi. 385.lib.5. & per Carer.in pract.crim. ſub num. 185.

l Aequaliter ſuſpecti.] Adde, & ab eo, qui eſt malæ famę, vt p Foller.in pract.crim.c.capiat informationem. poſt nume. 21. & Carer.in pract.pag.153. colum. 1.

m A fœmina.] Adde idem per Carer.ubi ſupra.verſ.& ideò.

n Minori.] Idem per Carer.ubi ſupra uerſi. & ſi omnes. ubi etiam ſubiungit, magis incipiendum eſſe à filio, quàm à patre, ſi ambo ſint inquiſiti: cum pater magis timeat de filio, quàm de ſe, & ſtatim confitetur. Et ſi ſint æquales ætate, tunc ab eo, qui habet malum nomen, ſeu malam phyſionomiam; cum ex his cauſetur etiam indicium. Et ſi datur æqualitas, ab eo qui aliàs ſolitus extitit committere, & qui eſt malæ uitæ, conditionis, & famæ. Et ſi datur æqualitas, ab eo, qui primò reperit cadauer occiſi.

o Iudicis arbitrium.] Adde ut per Iacobum Menochium de arbitr. iudi.lib. 2.centur.3. caſ.271. Et in illo arbitrio Iudex conſiderare debet complexionem, & qualitatem rei accuſati, an ſit debilis, uel robuſtus, aut ferox, nobilis, uel plebeius, ciuis, uel ruſticus. Rurſus conſiderare debet qualitatem criminis, an ſit leue, aut graue, vel atrox. Et in tali arbitrio iudex debet uti benignitate potiuſquàm atrocitate. Vt p Craue. cōſi.287. cum relatis, ſub nume. ſexto. quos ſemper vide; quia ſummo cum moderamine reos torquendos eſſe docent. Vide etiam per Boſſ. tract. crimi. tit. de tortura, & maximè poſt numerū 36. vbi ponit memoranda uerba D. Auguſt. qui de Ciuit. Dei. lib. 19. cap. 6. ſub rub. de errore huma. iudi. cū ueritas latet; qui inter cætera dicit, cum quæritur vtrum reus ſit nocens, cruciatur & innocens, & luit pro incerto ſceleratiſſimas pœnas, non quia id commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur, ac per hoc ignorantia Iudicis, id eſt neſcientia facti, eſt calamitas innocentis, & reliqua. Et quæ rea ſumit Didac. practi. quæſtio. capitulo 23. columna 22. Item de Iudicis arbitrio, deque illius moderamine in tormentis adhibendo, vide plenè, atque eleganter per Carer.in pract.crimi.nu.186. & 187. & Didac. vbi ſupra.col.23.

p Arbitrio Iudicis.] Adde, quòd tamen debent eſſe legitima & iuri conformis, & à iure approbata, non ex ceruice propria, per ea, quæ tradit Carer. in ſua practica, crim. pag. mihi 77. columna prima, & fuſius habetur per Oſaſc. deciſ. 79. numero 57. ubi quamplures aduocat concordantes, quibus adde, atque uide per authorem ſupra queſt.

 31.in

31.in uerſiculo Arbitrio.

q Vnus teſtis.] Hic nota, quod ſi probetur non plenè, ſed vltra ſemiplenam probationem, vt per vnum teſtem, & alia adminicula, quòd poterit iudex procedere ad condẽnationem pecuniariam, nõ corporalem per Capy.deci.126.& Carer.in pract. crim.ante nume.165.

r Danť tres ictus torturę.] Adde, ut per Carer. in prac. crim. in trac. de indic & tortu. pag.165. num.194. vbi ſubiungit non eſt ulterius reum torquendum, ſed ſub fideiuſſoribus relaxandum, aliàs diceretur immoderate tortus.

s Interpellatis diebus.] Adde, ꝙ fallit hoc in parricidio, aſſaſſinio, crimine læſę Maieſtatis publicis latronibus & ſtratarum derobatoribus, qui etiam acrius torquentur, vt per prac. Carer.infra de indi. & tortu.pagi.163. col.1.

t Modis exquiſitis, & non conſuetis vide tñ per Carer.in prac.cri, pag. mihi 163. col. 2. vbi dicit reum non eſſe torquendum modis exquiſitis, niſi ĩ criminib. qualificatis, parricidio, aſſaſſinio, crimine læſæ maieſtatis, & publicis latronibus.

u Excedat modum.] Adde, & fuſius uide qua pęna puniendus ſit iudex, qui in torquẽdo modum exceſſit per Iacob. Menoch. de arbi.iud.li.2.centur 4.caſ.350. ubi extendic atque declarat, vide ibid.

x Doctoribus.] Adde, ut per Crauet.in cõſ. 287 col.4.

y In tormentis delictum confiteatur.] Hic ſcias, ꝙ ubi quis torquetur in ſe tantũ, tunc validior eſt confeſſio facta ſine tormentis, q̃ cum tormentis; ubi de alio interrogatur, tunc ualidior eſt cõfeſſio cũ tormentis; ubi vero de ſe, & de alio ſimul, tunc debilior eſt confeſſiò in tormentis, per Bar.in l.1.§ quæſtioni, de quæſtio. Boſſ. de partu ſuppo.nu. 18 & tit.de oppoſi. contra teſtes col. 2. addo Aret.conſi.61.col.1.verſ.prærerea.

Et item.] Adde, ꝙ confeſſio ſubſequuta nullis præcedentibus indicijs dicit̃ extorta, & non valet per Boſſ.ti.de mand. ad homic. nu.28.ſecus in ſpontanea Quæ etiam nullis præcedentib. indicijs ualet, & tenet ut per Folle.in prac.crim.§.& ſi confitebuntur.ſub nume.28. maxime ſi fuit expreſſe perſeuerata, & non tacite; quia tunc tenet perſeueratio, per Gram.eius conſi 40.nu.17.Et illud, quod dicitur de confeſſione in tormentis facta, procedit, ſi magna ſit tortura, & tortus maximè debilis exiſtat, ſecus ſi modica ſit tortura, & tortus ſit homo robuſtus, qa tunc ualet eius confeſſio etiam nullis præcedentibus indicijs, & nulla confeſſio perſeueratione attenta per Grammat. deciſ. 34. nu.55.& hoc eſt magnum dictum, ſi eſt uerum. Et illud, quod dictum eſt de confeſſione facta in tormentis, nullis præcedentibus indicijs, quæ nõ ualet, amplia, quod non nocet confitenti, licet poſtea ſit ratificata per Capy.deciſ.145.nu.3. Adde etiam per Alexand.in conſi.1. poſt nu. 2. lib. 3. & in conſi. 8.in princ. lib. j. & ibi plene per Apoſt. concordantes cumulantem. Et ego aliàs fuſius adnotaui. Idem de confeſſione facta formidine tormentorum, quæ non nocet confitenti, ut ex ea condemnari poſſit; & multo minus de facta in tormentis, uide late per Carer.in pract.crim.nu.172. vbi ampliat etiam ſi ſit iurata, & ꝙ etiam non ualet conſuetudo in contrarium, quòd confeſſio facta metu tormẽtorum ualeat ad condemnãdum; & quando dicatur confeſſiò facta metu tormentorum, ui. plene per eundem nu. ſequẽ. vbi etiam declarat, atque limitat, & de omnibus uide per Boſ. ti. de tortura nume. 3. vſque ad 25. Et ſi inquiſitus aſſerat confeſſionem per metum extortam, & iudex aſſerat ſponte factam, nec aliter appareat, ꝙ in dubio præſumatur per metũ extorta, ut notatur per Carer.in prac.nu.174.

z Niſi reus in illa perſeueret.] Limita, niſi ꝓcederet confeſſio extraiudicialis, nam tunc etiam ſi nõ perſeueraſſet, poteſt condemnari, per Carer.in pract. crimina. ante, numero 198.

a Vigintiquattuor horarum.] Vide ad idem per Carer.in prac.pag.167. ubi etiam quando dicatur perſeuerare.

b Quæ practica.] Adde, ꝙ hanc practicã omnes obſeruant, ut dicit Thom. Gram.in conſil.69.in princip. & uide per Ludo.Carer.in practi.crimina. §. homicidium, vltimo numero 45.

* Et fol.326.nu.97.

c Arbitraria Iudici.] Adde, ut per Iaco. Menoch.de arbi.iudi. lib.2. centur.3.caſu 272.

d Leuiter tortus poteſt repeti in tormẽtis.] Adde ut per Menoch. vbi ſupra nu. 6.

e Noua indicia.] Adde, & uide per Iacobũ Menoch.d.caſu 272. numero.fi.& Carer. in praxi.tract.de ind.& tortu.pag. 162. colum. 1.& ij.& per Foller.in pract crim. §.& ſi confitebuntur, nume.73. ubi inquit hanc opin.

com-

communem, æquiorem, ſuſtentabiliorem, & magis iuri conſonam, & ſeruandam eſſe, dixi fuſius in collect. communi. opi. § tortura. num. 2. cum tribus ſeq.

f Fortiora primis.] Adde, ut per Menoch. vbi ſupra ad fin. & fuſius per Carer. in pract. crim. in di. tract. de indi. & tort. pag. 162. col. 2. & 163. col. 1. & quæ dicantur noua indicia per eundem ibidem pag. 164. Item uide in collect. mea commu opin. vbi ſupra.

g Repeti poſſint.] Adde, quòd fallit etiam, quando torquetur reus ad oſtendendum ſocios, & mandatores, nam non requirun tur indicia. Item limita, niſi eſſet induratus corpore, & animo, nam repeti poteſt, vt per Carer. poſt ab eo relatos in pract. crim. tract. de indic. & tortu. pag. 163. col. 2. vbi etiam habes quòd repetitio torturæ debet fieri poſt publicatas atteſtationes, & non ante pu blicationem proceſſus, vide ibi.

h Poterit repeti in tortura.] Adde, ut per Carer. in praxi in trac. de indi. vt tortu. pag. 162. quod tamen qualiter procedat, vi. per eum ibi .... num. 190. cum pluribus ſequẽtibus. & ibi etiam an ſponte confeſſus ſi ad bancum iuris negat, an cogatur perſeuerare in ſua confeſſione, & num. 193. quid ſi præcedentibus indicijs fuit tortus, & cõfitetur, & deinde ductus ad bancum inde repetitur, & confitetur, & deinde negat, & hoc pluries facit, & num. 194. ꝙ per tres vices reperitur i tortura. & nu. 195. an reus poſſit reperi ob duritiẽ, ſi dicat in tortura, ſi ſtarem ꝑ decẽ annos pendens in tormentis non confiteor. Et quid ſi fuit relaxatus fideiuſſoribus, modò citatur, & nõ cõpareat, vi. ibi. remiſſiue.

Quæſtio LXV.

SVMMARIVM.

1 *Reus confeſſus delictum debet condemnari.*

2 *Et an vnica confeſſio ſufficiat, vel plures requirantur, verſ. Sed quæro.*

1 SI reus † delictum ipſum con feſſus fuerit, tũc dici ſolet nul las eſſe iudicis partes niſi in cõ demnando, nam talis confeſſio contra eum plene probat, poteſtque ex illa condemnari. Et hęc eſt cõmunis opin. vt atteſtatur Barto. in tract. de quæſtio. prout illum referunt aliqui. Sed certè ille tractatus non eſt Bar. ſed Gãdini, vt demonſtrat Aug. ad Ange. de male. in uerbo Fama publica, num. 28. in fi. & ita ad uerbum legitur in opere maleficiorum ipſius Gandini, ſub ti. de quæſtio. & in ſpecie hunc locum tanquam ipſius Gandini, qui ita eſſe communem opi. atteſtatur in d. titu. de quæſtio. nume. 15. citat idem Aug. in d. verbo Fama publica, poſt nume. 112. & Ruin. conſilio 80. poſt numero 7. lib. 4. & Viuius in libro communium opinio. in uerbo Confeſſio facta ſponte. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Guido de Suza. de indic. & tortura, fol. 201. nume. 44. quem refert prac. Conradi folio 280. nume. 3. Imola conſilio 109. circa principium, quem refert prac. Conradi, folio 280. crimi. §. quoniam, num. 18 & Prac. Carer. folio 19. numero 24. prac. Millei folio 76. nume. 17. Non tamen

a intellige, quòd etiam ſponte confeſſum debeat iudex ſtatim cõdemnare, ſed practica eſt, quòd quando reus eſt ſponte confeſſus, iudex mittat eum in carcerem; & apud acta præfigat ei terminum ad allegandum quicquid vult, ne condemnetur, & ad omnes ſuas defenſiones faciendas, quo elapſo, vbi nihil probet, poteſt poſtea condemnari. Et hanc practicam ſeruat totus mundus, ut dicit Salyc. in l. ſecunda, nume. 7. C. de cuſt. reorum, quem refert Boſ in titu. de confeſſis, nume. 2. Ita etiam communiter practicari atteſtatur Anton. Gomeſ. cap. 12. delictorum, nume 3. in fin. Multa enim poſſunt deduci & probari contra propriam confeſſionẽ, de quibus dixi ſupra q. 55. & licet ſecundũ Boſ. ibi non ſit dandus terminus defenſionis reo confeſſo, niſi illũ petat, nihilominus practica generalis contrarium obſeruat, ſ. vt etiam confeſſo, & dilationem non petenti, detur terminus defenſionis, & ita ſeruando nõ errabis. Vide quæ dixi ſupra q 49. ver. Eſt igitur. & ſupra q proxi. ver. Sin autem reus.

2 Sed quęro, † nunquid vnica confeſſio ſufficiat ad hoc ut reus poſſit condemnari, an au tem plures requirantur? Reſpon. Glo. in l. 1. in glo j. ff. de quæſtio. tenuit, ꝙ una cõfeſſio ſponte facta non ſufficit, ſed ꝙ requiruntur tres. Sed certè illa glo. communiter non tenetur, vt ait Sal. in d. l. 2. numero 3. C. de cuſtod. reorum. Pariſ Put de ſynd. fol. 487. ca. 8. numero 1. Dic ergo eſſe in hoc articulo diſtinguendum inter confeſſionem factã ſponte, & eam, quæ facta eſt in tormentis. Nam ſi quidem eſt facta ſponte, tunc vni-

ea confeſſio iudicialis ſufficit ad condemnandum. Et hæc eſt cõis & quaſi omnium opin. vt dicit Brun de indic. & tortura, fol. 146. nu. 21. quem refert Foller in prac. crim. fol. 272. nu. 39. & q̃ in tali confeſſione facta ſpõte, & ſine tormẽtis requiratur ratificatio ſeu perſeuerantia cõfitentis, ſed q̃ ſtatim q̃ eſt confeſſus crimen, debeat condemnari, dicit eſſe cõem opi. Dyn. in l. 2. ff. de cuſto. reorũ, quẽ refert Guido Papę dec. 339. quidã inculpatus. Gandi. in loco præallegato. Iaco. de Beluiſ. in prac. crim. in rubr. de q. nu. 97. Bal. in trac. de q̃õ fol. 256. nu. 2. Vitali. de malefi. in ti. quæ indicia, &c. nu. 3. Imo. in d. conſ. 109. nu. 1. quem refert Carer. in prac. crim. fo. 18. nu. 24 Marſil. in prac. crim. §. q̃m, nu. 18. & dicit Bar. in l. j. ff. de cuſtod. reorum, in vltimis verbis, q̃ ita ſeruat conſuetudo, quem refert Bal. in l. ſi quis in ea, nume. 2. C. de cuſt. reorum. Si verò confeſſio facta ſit in tormentis, vel extorta metu tormentorum, tũc nõ
b poteſt reus cõdẽnari, niſi in ea perſeueret, *b* illamque ratificet, iuxta ea quæ dixi ſupra q. 64. uerſ. cæterum ſi reus.

ADDITIONES.

a Sponte confeſſum.] Confeſſio autem ſpõte facta, quæ: & ſponte confeſſus, quis dicatur, vide per practicam Carer. pag. mihi 19. ſub nu. 25. & an ex ſola confeſſione abſque alio proceſſu, & ſententia, in criminalib. fiat executio pęnæ capitalis, vide per Carer. vbi ſupra, ſub nu. 26. Fallit vbi de conſuetudine eſt, ut in Alemania, ſiue Germania, q̃d contra fures non formetur inquiſitio, nec accuſatio inſtituatur ſolenniter, ſed habita confeſſione ſuſpenduntur, quia tunc illa conſuetudo valet, & meritò eſt ſeruanda, vt per Cœpol. conſi. 39. cri. num fi. & fuſius, in 6 & 7. dubio. & an ex ſola confeſſione abſq; alijs probationibus condẽnari poſſit quis, & quãdo, remiſſiue per Carer. ubi ſupra ſub n. 29.

b Niſi in ea perſeueret.] Hic nota, q̃ ſi confeſſus perſeuerat in confeſſione, & condẽnat̃, & liqueat de innocentia confeſſi, ei ſubuenitur, per practi. Care. pag. mihi 20. nume. 29.

Quæſtio L X V I.

SVMMARIVM.

1 *Reus de crimine conuictus, debet condemnari. Et quid ſi non conſtet de delicto, ibid. Remiſſiue.*

2 *Iudex debet iudicare ſecundum acta & probata, verſ. Scias autem.*

3 *Probationes in criminalibus eſſe debent luce meridiana clariores, verſ. Debent autem.*

4 *Si probatum ſit delictum, non autem qualitas delicti in proceſſu deducta, an reus, ſit abſoluendus, verſ. Sed quid ſi pro parte.*

5 *Contra Cardinales maior numerus teſtium, quàm contra alios requiritur, verſicu. Debet etiam.*

6 *Et quid in ſummo Pontifice, verſ. Sed quære.*

1 HÆc omnia ceſſant, vbi † reus eſt de ipſo crimine legitimè
a conuictus, *a* nam eo caſu non eſt vlterius q̃rendũ, ſed dẽt iudex illum condemnare, & ita practicatur, ut dicit Boſ. in ti. de conuictis, nu. 3. Intellige, modò conſtet de delicto, de quo reus cõuincitur, aliàs enim nullo modo eſſet condẽnandus. Et ideo ẽt ſi multi teſtes deponerent etiã de viſu, contra aliquem de homicidio per eũ commiſſo, niſi tñ conſtaret de ipſo cadauere, non poſſit puniri, q̃d tñ intellige iuxta ea, quę dixi ſupra q. 4. & q. 55. verſ. Poteſt etiam. Bene uerum eſt, q̃ q̃ñ delictum eſt talis qualitatis, quod ſecundũ id, quod communiter contingit; reputatus
b difficilis probationis, *b* tunc ſufficiunt minores probationes. Et põt poni exemplũ in furto, nã ſi dñs conqueratur de furto, & appareat famulũ aufugiſſe, ſatis dicetur cõſtare de furto, ſecundum theoricas doctorum, vt dicit Rimi conſi. 2. nu. 3. Idemq; ſi oſtendatur aliquod ſignũ alicuius circunſtantiæ, ex qua veriſimiliter poſſit præſumi furtum commiſſum fuiſſe, puta ſi reperiatur factura aliqua in hoſtio, vel pariete, vel arca, hæc ẽt eſt una ex coniecturis, quã adducũt Doc. ad probãdũ furtũ, vt dicit Rimi. in loco p̃al.
2 Scias aũt, † q̃ hæc diſcuſſio, quæ fieri dẽt à iudice ſuper cõdẽnatione rei, dẽt fieri nõ ſecundũ ipſius credulitatem aut opinionẽ, ſed ſecundũ probationes factas in proceſſu, nam iudex tenetur iudicare ſecundũ acta & probata, etiã ſi ſciat veritatem eſſe in contrariũ. Et eſt cõis opi. ut atteſtãtur multi, quos refert Dida. li. 1. reſolutionum, c. j. poſt nu. 6. & ego retuli infra li. j. Et ideo licet iudex proprijs oculis uiderit delictum committi, non poteſt reum condemnare, niſi aliter id probatum fuerit, ut dixi ſupra quæſt. 8. uerſicu.

Sed

Sed poue. Sic etiam ſi iudex credit ſe cũ bona conſcientia poſſe condemnare reum ex probationibus ſibi factis uti iudici, licet ipſe tanquam priuatus ſciat eum non eſſe cũlpabilem, poteſt nihilominus eum condemnare, nec peccat. Et hæc eſt communis opi. vt atteſtatur Imola in clem. paſtoralis, §. qa verò, num. 49. de offi delega. & in cap. 1. poſt nu. 13. ver. ſi autem timeret. de offic. ordina. Menchiaca controuerſ. illuſtr. ca. 13. nu. 1. & c. 14. poſt num. 5. col. 2. in fi. Bene verum eſt, ꝙ pôt iudex hoc caſu inſtare apud principẽ vel ſuperiorem, ut ipſe exoneretur ab huiuſ modi iudicio, & cauſa alteri delegetur, uel ipſemet cauſam ipſam alteri delegare. Et eſt communis opin. vt dicit Imola in d. §. quia vero, nu. 49. in fi. non tamen protinus debet abſtinere à munere iudicãdi, quicquid dixerit Abb. & Imola in d. c. j. contra quos eſt cõmunis opinio, ut dicit Carauita ſuper ritu 285. magnæ curiæ, circa fi.

3 Debent † autem eſſe in criminalibus probationes luce meridiana clariores, l. ſciant cuncti, C. de proba. Et hoc omnes ſciunt & dicunt, ut ait Boſſ. in titu. de conuictis, nu. 9. Hinc eſt, quòd in criminibus teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & ita uolunt doctores, ut dicit Boſſ. in loco prællegato, nume. 25. Vide quæ dixi ſupra quæſt. 21. verſicu. Vnus teſtis, & quæſt. 22. verſicu. Vnum tamen.

4 Sed quid † ſi pro parte probatum ſit delictum, & pro parte non, puta quia aliquis eſſet imputatus de percuſſione cum ſanguine, & probata ſit percuſſio, ſed non qualitas adiecta, ſcilicet cum ſanguine; uel quòd eſſet imputatus de vulnere illato cum cicatrice perpetuò permanſura, & probatum ſit uulnus, ſed non qualitas adiecta, ſcilicet cum cicatrice, & ſimilia; nunquid erit reus in totum abſoluendus, uel condemnandus ſolum in ea pœna, quæ imponitur pro uulnere percuſſione, omiſſa ea, quæ eſſet imponenda pro illa qualitate ex forma ſtatutorũ, quæ cõiter vigent in ciuitatibus Italiæ? Reſpond. Si qualitas edicta non facit cenſeri aliud factum, nec uariat effectum accuſationis propoſitæ, tunc etiam non probata illa qualitate poteſt ex eo proceſſu ſequi condemnatio; ſed quando propter illam qualitatem uariatur effectus condemnationis, tunc pendente iudicio debet fieri detractio dictæ qualitatis, ad hoc ut poſſit ſequi aliqua condemnatio, alias ſi etiam qualitas ipſa non fuerit probata, reus eſt totaliter abſoluendus. Et hæc eſt theorica Barto. in l. denunciaſſe, §. quid tamen, num. 2. ff de adulter. quam tenent communiter doctores, ut ait Corn. conſil. 33. in littera O, lib. 4. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Roma. conſi. 110. circa principium, & conſi. 167. num. 8. quem refert Corn. conſi. 197. in littera C, lib. 2. Marſi. in pract. crim. §. quoniam, num. 52. uſque ad nume. 57 Soci. Iun. conſi. 36. nume. 2. lib. 2. Menchiaca controuerſ. uſu frequentium, c. 36 nu. 12. Scias tamen, quòd quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, ut ſcilicet reus (etiam non probata qualitate) condemnetur de principali delicto, de quo eſt conuictus. Et ita communiter ſeruari atteſtatur Bal. in l 2. C. de probatio. quem refert Ana. in ca continentiam, nume. 5. de clerico percuſſore, & Blanc. in pract. crim. fol. 50. num. 76. & ſeq. & in ſpecie in curijs Delph. ita ſeruari atteſtatur Guido Papæ deciſ. 553. ſi quis accuſetur, & ego ita uidi ſeruari, quicquid dixerit Signorol. conſi. 245. nume. 14. Hodie enim pars in querela non ſe aſtringit ad aliquam certam condemnationem, ſed concludit generaliter. Quare petit pro prædictis, & quolibet eorum &c. Pariter etiam iudices in libello inquiſitionis concludunt, Super quibus omnibus, & ſingulis &c. Propterea ſuper omnibus deductis in querela ſiue inquiſitione poteſt ſequi cõdemnatio; & quum (ut dixi) ita de conſuetudine obſeruetur, non eſt ab ipſa conſuetudine in practica recedendum. Videnda ſunt ea, quæ dixi ſupra quæſt. 12. uerſicu. Vltimo quæro, & quæſt. 31. uer. Super quibus, & infra quæ. 90. uer. In hac autem.

5 Debes etiã † ſcire in hoc propoſito, quòd quandoque poteſt dici plena probatio delicti quo ad unum, quæ non erit plena neque ſufficiens quo ad alium. Nam licet regulariter duo teſtes plene probẽnt delictum contra accuſatum ſiue inquiſitum, tamen ſi ille accuſatus uel inquiſitus ſit epiſcopus Cardinalis, non poteſt condemnari, niſi per 72. teſtes, ſi ſit presbyter Cardinalis, niſi per 44. ſi ſit diaconus Cardinalis, niſi per 28. ut eſt text. ſecunda quæſt. quinta, capitu. præſul. Sed certè quicquid ſit de iure, iſte numerus teſtium hodie de conſuetudine non ſeruatur, quando Papa procedit contra Cardinales. Ita atteſtatur Cardi. Alex. in d. ca. præſul. col. 1. uerſic. ubi tamen, prout

ut

vt illum refert Foller. prac.crim. canon.fol.
256.num.5.licet Car.in lib.meo nihil dicat
de obſeruantia, niſi quòd Papa non tenetur
illum numerum obſeruare. Dec. in ca. at ſi
clerici,in principio,num.1.de iudi.quem re
fert Berous in eo. c.at ſi clerici, poſt nu.8.&
ita in facto noſtris temporibus vidi & legi
fuiſſe obſeruatum.

6 Sed quero, † quid in ſummo Pontifice,nũ
quid ſufficiant duo teſtes ad eum condem-
nandum,an autem maior numerus requira
tur?Reſpond.quòd duo teſtes ſufficiunt.Ita
dicit glo.in d.c. præſul, in glo.1.quam dicit
eſſe omnibus doctoribus communiter ap-
probatam Viuius in libro communium op.
fol.296.uerſi.teſtes duo.Quum enim(vt ait
glo ibi) ipſe,ſine comparatione aliorum,ef
fectus ſit maior, merito ſine ſpe veniç con-
demnandus eſt,neſcio tamen,an hoc ita paſ
ſim obſeruaretur in practica.

ADDITIONES.

a Conuictus.] Et an,& quando conuictus ꝓ
bationibus negans in tormentis, condemna
ri poſſit, vi.per Hip.Rimi. con.175.

b Difficilis probationis.) Adde,quæ ſint dif-
ficilis probationis per Iacob.Menoch de ar-
bi. iudi.lib.2.centu.2.caſ.116. Vbi enume-
rat 19.caſus,& nu.72.admonet lectorẽ,quo
niam aliquando aliqui caſus reperiuntur,
qui tametſi difficilis ſint probationis,requi-
runt nihilominus plenam, & exactam. pro-
bationem; & tradit exemplum,cum probã-
dum eſt iudicem pecunia corruptum fuiſ-
ſe,vel per ſordes iudicaſſe, vt ibi per eum.

Quæſt. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pœnarum genera quot ſint.*
Capitalis pœna quæ dicatur, ibid.
2 *Amputatio membri, vel fuſtigatio an dicatur pœna capitalis, uer. Quæro nunquid. Remiſſiuè.*
3 *Pœnarum corporalium ſpecies, uerſicu. Diſtinguendo.*
4 *Damnatio ad beſtias, uerſi. Non eſt etiam.*
5 *Præcipitatio, uerſi. Item præcipitatio.*
6 *Interdictio ignis & aquæ, uerſi. Item interdictio.*
…natio in metallum, uerſi. Item damnatio
8 *Deportatio, uer. Deportatio.*
9 *Relegatio, uerſi. Relegationi.*

NVNC de pœnis videamus, Sci-
1 re autem † debes, quòd pœna-
rum duo ſunt genera, aliquæ
enim ſunt corporales, aliquæ
verò non corporales. Corporalium autem
pœnarum duæ pariter ſunt ſpecies, nam
aliquæ ſunt capitales,aliquę uerò nõ capita
les. Capitali autem pœna tribus modis di-
citur. Primo, vltimum ſupplicium. Secun-
do, amiſſio libertatis, & conſequenter etiã
ciuitatis; puta ſi aliquis damnetur in me-
tallum, uel opus metalli. Tertio, amiſſio
ciuitatis tantùm ut quum quis deportatur.
Proprie autem & ſtricte loquendo, pœna
capitalis accipitur pro pœna ſanguinis. ſe-
cundum glo. in l. tranſigere,in uerſi.capita-
li, C. de tranſact. quæ in hoc communiter
approbatur,ut dicit Gaſpar Valaſc. in repe.
l. imperium,nume.99 ff de iuriſd.omnium
iud. Reperio tamen quòd alia gloſ.in l.1. in
verbo, capitali,C.ne chriſtia.mancip.intelli
git pœnam capitalem pro exilio perpetuo.
Ex qua glo. doctores colligere uidentur, ꝙ
in dubio pœnã capitalis, debet intelligi de
a exilio, a & non de morte. Et hanc concluſio
nem dicit eſſe communem Marſil. in pract.
crimi.§.opportune,nume.40.in fi.quem re-
fert Didacus ſuper 4. decretal.fol. 144. poſt
num.16.Duennas reg.394.in 9.limitatione.
Dec.in d.l.imperium,num,14.& ſeq. Felin.
in c.qualiter & quando,el ſecondo,§.ad cor
rigendos, num.27 de accuſatio. Don Anto.
de Padilla in l tranſigere, num.32.C.de trã
ſac. Ita etiam tenere communiter doctores
atteſtatur Marcus deciſ. 913.num.5.in fi.Et
ratio eſt, quia in pœnis ſemper debemus ſe
qui mitiorem interpretationem.Et ideo ſtã
te ſtatuto,quòd quis capite puniatur, debe
mus intelligi de exilio. Ita tenet Cyn. in l.
1.C.de falſis, & eſt communis opin.vt atte-
ſtatur Auguſt. ad Ang. de malefi. in uerbo.
Et ibi caput, poſt nume. 32. Mantua in d. l.
tranſigere, nume.108. & ſeq.maxime num.
116.Et ita aliàs obtentum fuiſſe dicit Ioan.
And.in c.quanto, de iureiuran.quem refert
Auguſt. in loco præallegato, poſt num. 45.
Et ideo uidemus, quod ad euitandas huiuſ
modi ambiguitates, quãdo fertur ſententia
mortis ꝑ amputationem capitis, ſolẽt addi
illa uerba, Ita ꝙ moriatur &c. uel, Ita ꝙ aĩa
ſeparetur à corpore &c. Et ita inoleuiſſe pra

ſticam atteſtatur Mantua in loco prælle-gato,num.117.

2 Q V Æ R O, † nunquid amputatio membri, uel fuſtigatio ſit pœna capitalis? Dixi infra quæſt.80.uerſi.Eſt etiam.

3 D I S T I N G V E N D O † autem ſecundũ communem vſum loquẽdi præſentis temporis,dici poteſt, quòd pœnarum corporalium duæ ſunt ſpecies, aliquæ ſcilicet mortis naturalis, aliquæ uerò citra mortem. Genera autem pœnarum, per quas mors naturalis imponitur, multæ ſunt: & omiſſa pœna parricidij, de qua dixi ſupra hoc eo. lib. §. Parricidium,uerſi. Sed quæro, pœnæ cognitæ à lege, per quas imponitur ultimũ ſupplicium, ſunt pœnæ ignis, laquei,ſeu forcarum, & gladij ſiue amputationis capitis. Citra mortem autem eſt pœna amputationis membri, de qua dixi infra quæſt.69.triremium,& aliç,de quib. dixi infra quæſt.70.

4 N O N eſt † etiam hoc loco omittendum multas fuiſſe pœnas ſecundum leges antiquas à iure communi impoſitas, quæ nunc in deſuetudinem abierũt, puta damnatio ad beſtias, quæ quidem pœna hodie nõ eſt in uſu, ut dicit Angel. in l. prima, §. legis Corneliæ, numero primo. ff. de ſicar. ſubdens quòd in eius locum ſucceſſit decapitatio naturalis,& illum refert Prac.Carer.fol. 513.poſt num.4. & Marſil.in eo.§.legis Corneliæ,num.1.

5 I T E M præcipitatio † quæ aliàs fiebat de ſaxo Tarpeio, ut videri poteſt apud Liuium & alios hiſtoricos. Hęc autem eſt ſublata ab ipſamet lege, ut eſt tex in l.ſi diutino,in ſi.ff.de pœnis,& etiam à conſuetudine, quia iampridem aboleuit, ut atteſtatur Didacus in repe.c.quamuis,fol.55.col.2.

6 I T E M interdictio † aquæ & ignis, in cuius locum hodie ſucceſſit deportatio, l 1.& 3.ff.ad leg. Iul.pecul.ut atteſtatur Io.Villemata in repe.l.diuus, poſt nu.4.t.ff de ſicar. Prac. Conradi fol. 356.num.4 Sed imò hodie neque etiam deportatio eſt in uſu,ut dixi infra uerſi. Deportatio.

7 Item damnatio† ad metallũ,ſiue ad opus metalli. Sed hodie etiam in foro ſeculari huiuſmodi condemnationes ad opus mettalli receſſerunt ab aula, ut dicit Foller in pract. crim. cano. fol.131.num.8. & illas hodie in vſu non eſſe atteſtatur Mantua in l. tranſigere,poſt num 5.C. de tranſactio.cuius pœnæ loco, hodie de conſuetudine ſolent rei damnari ad triremes perpetuò,uel ad tempus,ut atteſtatur Prac.Carer.fol.567 num. 12 t. Capic.deciſ.153..nume.3.quem refert Apoſtil.ad Afflic. ſuper tertia parte conſtitutionum Regni, ſub num. 5. Milleus in prac. crim. fol.132. nume.5.& fol. 147 nnme. 40. Foller. in loco præallegato, ſubdens ꝙ hæc pœna triremium, etiam de iure canonico imponitur, de quo dixi infra quæſt.70.verſ. Frequens eſt. Dicit etiam Bal.in l.incredibile,nu.3.C.de pœnis,ꝙ iſtæ pœnæ, per quas imponitur perpetua ſeruitus,hodie nõ ſunt in uſu, & ꝙ loco eius uidetur poſſe imponi pęna perpetui carceris:ſed certe hoc poſſet forte procedere ſecũdum ius canonicũ, ut dixi infra in d.quæſt. 70. uerſi Pœna autem: ſed de iure ciuili magis placet ꝙ ſucceſſerit pœna triremium. Dicit tamẽ Ang. in l. 1.C.de pœnis,quòd poteſt quis damnari ad operandum reip.in perpetuum. Et ſubdit ſe vidiſſe Romę quendam damnatum ad perpetuò exercẽdum officium carnificis dãnatorum.Sed ego nunquam uidi in practica fieri tales condemnationes.

b 8 D E P O R T A T I O *b* etiam† apud leges Digeſtorum & Codicis frequẽtiſſimè imponitur,ut refert Calic.in Margar.ſiſci,fol 83. & ſeq. xc. 1. caſus, in quibus hæc pœna à iure irrogatur.Sed hęc pęna deportationis hodie non eſt in uſu, ut dicit Gandi.de maleſi. in tit. de falſar.poſt num.3.Imola in l.2.poſt num.2.uerſi.& aduerte.ff. de publi.iudi.Alexand. conſi. 55.num.1.lib.7.Cuma.cõſi.95. in ſi. quem refert Grammat. deciſ.23.in fin. & idem Grammat. ſiue Barth.de Capua ſuper conſtit.Regni, fol.50. col. 3.in principio Roland.conſil.38.nu.15. lib. 1.Melchion de Facinis inter conſilia criminalia diuerſorũ, conſi.78. poſt nume.56. lib.1.Dicit aũt Roma.ſing 574. Scis ꝙ relegati, quòd loco deportationis hodie ſucceſſit decapitatio, quẽ refert Aug ad Ang.de maleſi.in uerbo Falſario,poſt nu.48. Et ideò dicit An in l.1.§ legis Corneliæ, poſt nume.1.ff.de ſicar..quòd quũ pęna deportationis hodie nõ ſit in vſu, ſed receſſerit ab aula, niſi apud eccleſiaſticos credit, quòd ẽt poſiti in dignitate, qui ſecundum iuris antiqui diſpoſitionem erãt deportandi, hodie debeant mori. Alij uerò dicunt quòd loco deportationis ſucceſſit bãnum perpetuum.Et ita atteſtatur Cuma.cõſi.139.poſt nume.4 Guido Papæ deciſ.422. col. 1. uerſi.alio etiam, & deciſ.423.nu.2.& deciſ.437.poſt num.5.quem refert Crauetta conſi. 220 .nu.13. & conſi.223.poſt nu.1.

Berber in viatorio iuriſ.in rubrica, de ui pu bli. verſic. pęna autem. Grammat. uoto 19. num. 10. Prac. Carer. ſol. 70. verſi. remanent ergo. Ego credo, q ſuper hoc non poſſit dari certa doctrina, ſed q loco deportationis hodie poſſit iudex imponere pœnam iuxta qualitatem facti & perſonę, prout ſibi conuenire uidebitur, ſ. uel triremium in perpetuum, uel ad tempus, vel exilij, vel huiuſmodi, ſecundum grauitatem delictorũ: nec cõſulerem iudici, ut loco deportationis imponeret pœnam mortis, ubi pro eo delicto non eſſet impoſita à ſtatuto, vel à conſuetudine, & ita videmus obſeruari. Reperio tñ q Prac. Carer. fol. 567 poſt num. 121. dicit q licet communiter hæc pœna deportationis non ſit in uſu, tamen in Regno propter inſulas multas eſt in vſu. Idẽ dicit Capic. deciſ. 153. nume. 2. & ita plures fuiſſe condemnatos in pœnam deportationis refert Grammat in multis deciſionibus, conſilijs, & uotis. Venetijs etiam adhuc eſt in uſu hæc pęna, ut atteſtatur Mantua in d. l. tranſigere, poſt nu. 5. Vnum ſcias, q de iure communi nõ poteſt aliquis magiſtratus deportare in inſulam delinquentes, niſi ei expreſſe inſula ipſa aſſignata ſit. Et hæc eſt communis opi ut dicit Bened. de Plumb. in repet. l. primæ, nu. 18. C. de hæred. inſti. Et ex hoc fundamento, quia ſ. ſenatus noſter non habet inſulam, euaſit à pęna deportationis quidã Comes imputatus de graui delicto, & fuit tantummodo condemnatus in exilium. & licet aliqui dixiſſent, q poterat conſuli ſup hoc regia Maieſtas; tamen contraria opin. obtinuit. Vide in hoc propoſito quæ dixi infra quæſt. 71. uerſ. Vidi ego. An autem bannitus æquiparetur deportato, dixi infra quęſtio. 72. uerſi. Dixi autem.

9 Relegationis c † etiam pęna iure ueteri
c frequentiſſime imponebatur, & refert Calic. in Margar. fiſci, fol. 86. xx. caſus, in quibus hæc relegationis pęna à iure irrogatur. Huius autem loco hodie in foro ciuili imponitur exilium ſiue confinatio, ſed ſecundũ canones hodie hæc pœna non eſt in uſu, ut atteſtatur Innoc. in c. qualiter & quando, num. 6. de accuſat. quem refert Foller. in prac. crim. cano. fol. 278. Prac. Millei folio. 148. num. 49. ſubdens quòd loco huius pęnæ clerici detruduntur in monaſterium, ſed neq; hoc hodie eſt in vſu, ut dixi infra quęſ. 70. ver. Sũt etiam. Tu uerò dic, q licet hodie eccleſia non inferat pęnam exilij, propriè loquendo, ſecundum communem opi. de quã atteſtatur Alcia. in d. c. cùm non ab homine numero 110. de iudi. contrarium tamen ſeruatur, ut dicit Foller. in prac. crim. cano. fol. 287. num. 122.

ADDITIONES.

a De exilio,] Adde, & uide in collect. mea commun. opin. cap. capitis pęna.

b Deportatio.] Et deportare, quid olim, & quæ pęna illius loco ſucceſſerit etiam, per Iacob. Menoch. lib. 2. de arbit. iudi. caſ. 330. Natt. conſ. 666. col. fin. per totum; ſed quid de bonis poſt deportationem acquiſitis? dic, quod hodie mortuo deportato acquirũtur filijs, ac aliis coniunctis, uide per Natt. in conſ. 472. nu. 17. cum ſequentibus.

c Relegationis.] Relegare quid olim, & quę pęna hodie illius loco ſucceſſerit etiam per Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2 centu. 4. caſu 330. ubi de Claro hic non meminit.

Quæſtio LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Caſus, in quibus pœna mortis naturalis imponitur, qui ſint. Remiſſiuè.*

2 *Abortum procurans punitur pœna mortis, uer. Abortum procurans.*

Et qua pœna puniatur percutiens mulierem pregnantem, ſi ex ea percuſſione ſequatur abortus, ibid.

3 *Adulteri puniuntur pęna mortis, uerſi. Adulteri. Remiſſiuè.*

4 *Aſcendens cum ſcalis de nocte ad domum alterius, punitur pœna mortis, uerſi. Aſcendens cum ſcalis.*

5 *Blaſphemi puniuntur pœna mortis, uer. Blaſphemantes. Remiſſiuè.*

6 *Carceratus aufugiens fractis carceribus punitur pœna mortis, uerſi. Carceratus. Remiſſiuè.*

7 *Caſtrans ſe ipſum, uel caſtrari faciens, punitur pœna mortis, verſi. Caſtrans ſeipſum.*

8 *Cuſtos carceris, cognoſcens carnaliter carceratam, punitur pœna mortis, uerſi. Cuſtos carceris. Remiſſiuè.*

Item ſi carcerati aufugiant, punitur ipſe pœna mortis, ibid.

Et quid ſi cuſtos tantummodo fuit in culpa in deputando ſubſtituto, qui fuerit

ris negligens, ibidem.

9 Diuidentes prædam cum barbaris, puniuntur pœna mortis, uerſi. Diuidentes.

10 Eximens captum de manibus iuſtitia punitur pęna mortis, verſi. Eximens.

11 Extrahens per uim aliquem de eccleſia, punitur pœna mortis, uerſi. Extrahens per uim.

12 Extrahens pro debito matremfam. de domo, & ad carceres conducens, punitur pœna mortis, uerſi. Extrahens pro debito.

Et an pro delicto poſſit mulier carcerari ibid. Remiſſiuè.

13 Falſum teſtimoniũ dicens punitur pœna mortis, verſicu. Falſum teſtimonium, Remiſſiuè.

14 Famoſi latrones puniuntur pœna mortis, verſi. Famoſi. Remiſſiuè.

15 Fures an puniantur pœna mortis, uerſicu. Fur qui furatus. Remiſſiuè.

16 Hæretici puniuntur pœna mortis, verſi. Hæretici. Remiſſiuè.

17 Homicida punitur pęna mortis, uerſi. Homicida. Remiſſiuè.

18 Hoſtibus ferrum uel arma deferens, punitur pœna mortis, verſi. Hoſtibus. Remiſſiuè.

19 Imaginem CHRISTI percutiens punitur pœna mortis, uerſi. Imaginem.

20 Incendiarii puniuntur pœna mortis, uerſicu. Incendiarii.

21 Et quid in comburento tugurium, uel fœnile, ibidem.

22 Iniuriam faciens officiali tempore ſyndicatus, punitur pęna mortis, verſicu. Iniuriam faciens.

23 Iudex, aliquem innocentem condemnans, punitur pœna mortis, uerſi. Iudex qui dedit. Remiſſiuè.

Iudex ponens aliquem indebitè ad torturã punitur pœna mortis, ibid. Remiſſiuè.

24 Leno punitur pœna mortis, uerſi. Lenonis.

25 Læſæ maieſtatis crimen committens, punitur pęna mortis, verſicu. Læſa maieſt. Remiſſiuè.

26 Libelli famoſi author punitur pœna mortis, verſi. Libelli.

Et an illo, qui legit, & ſtatim non lacerauit, ibidem.

27 Miles, qui in diſciplina militari deliquit, pluribus ex cauſis punitur pœna mortis, uerſicu. Milites.

28 Monialem carnaliter cognoſcens punitur pœna mortis, uerſi. Monialem. Remiſſiuè.

29 Mulier, quæ animali bruto ſe ſubiecit, punitur pœna mortis, uerſi. Mulier quæ.

Item mulier, quę proprio ſeruo ſe ſubiecit, ibidem.

30 Muros ciuitatis tranſcendens punitur pœna mortis, verſi. Muros ciuitatis.

Et an hoc locum habeat tantummodo in ciuitate Romana, ibid.

Et an hoc ſeruandum ſit tempore pacis, ibidem.

31 Officialis publicos prouentus ſubtrahens, punitur pœna capitis verſi. Officialis.

Et an officialis, qui durante officio multa acquiſiuit, præſumatur ea acquiſiuiſſe de bonis fiſci, ibidem.

32 Plagiarius punitur pœna mortis, uerſi. Plagiarius.

Et quid ſi non ſit ſolitus talia committere, ibidem.

33 Priuatum carcerem exercens punitur pœna capitis, uerſi. Priuatum.

Et quid ſi aliquem capiat ex iuſta cauſa, ibidem.

Et an Cardinalibus permiſſum ſit tenere priuatum carcerem, ibid.

34 Proditor punitur pœna mortis, verſicu. Proditor.

35 Raptores mulierum puniuntur pœna mortis, uerſicu. Raptores. Remiſſiuè.

36 Sacrilegi puniuntur pœna mortis, uerſicu. Sacrilegi. Remiſſiuè.

37 Seditionis author punitur pœna mortis, uerſic. Seditionis.

38 Se ipſum occidere uolens punitur pœna mortis, uerſicu. Se ipſum occidere.

Et an occidens ſeipſum moriatur inteſtabilis, & an eius bona confiſcentur. ibid.

Et quid ſi non conſcientia proprij ſceleris ſibi manus intulerit, ibid.

39 Seruus, qui cum domina ſe carnaliter commiſcuit, punitur pœna mortis, verſicu. Seruus. Remiſſiuè.

40 Sodomita punitur pœna mortis, uerſi. Sodomita Remiſſiuè.

41 Sortilegi puniuntur pœna mortis, verſicu. Sortilegi.

42 Transfuga punitur pœna mortis, uerſic. Transfuga.

Et an puniatur etia in non conſummato delicto, ibidem.

43 Tutor, qui propriam pupillam corrupit, punitur pœna mortis, verſi. Tutor.

44 Vaſtatores & inciſores uinearum puniuntur pœna mortis, verſi. Vaſtatores.

45 Venenum faciens, aut dans alicui ad occidendum, punitur pœna mortis, uerſicu. Venenum

num malum. Remiſſiuè.

46 *Violatores ſepulcrorum puniuntur pœna mortis, uerſi. Violatores.*

1 NVNC uidendum eſt, † qui ſunt hi caſus, in quibus pro delicto pœna mortis naturalis à lege imponitur, quos quidem plenius uidere poteris apud Bal. in l. data opera, num. 14 C. qui accuſ. non poſſ. & Calic. in Marcar fiſci, fol. 78. col. 2. & alijs fol. ſeq. & Gui. Papæ deciſ. 589. & Fab. in prac. arbit. folio 159 & alijs ſeq. uſque ad fol. 324 & Iul. Ferrei. in tractatibus de bello, fol. 162. col. 3. & alijs ſeq. Nos aliquot tantùm attingemus.

a
2 ABORTVM procurans a † punitur pœna capitis, l. Cicero, ff. de pœnis, & poteſt poni exemplum in puella prægnante, quæ potionibus partum abegerit honoris ſui conſeruandi cauſa, ut in caſu ſuper quo conſuluit Barba. conſi. 23. in ſecundo dubio, lib. 2. & Dec. conſi. 535. Dicit autem Prac. Iodo. c. 74. nu. 12. quòd mulier, quæ doloſè abortum fœtus uiuentis procurauit, ex recepta conſuetudine punitur putei ſuffocatione, ſed apud nos illa pœna non eſt in uſu. Sed quæro, qua pœna puniatur ille, qui percuſſit mulierem prægnantem, ex qua percuſſione illa abortum fecit? Reſpond. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd vbi adeſt dolus, debet puniri pœna ultimi ſupplicij. Et hanc dicit eſſe magis communem opin. Boſſ. in tit. de homicid. nume. 6. Tu uerò dic, quòd aut partus adhuc non erat animatus, & punitur pœna extraordinaria. Aut uerò erat animatus, & punitur pœna homicidij. Et hæc eſt communis opinio, ut atteſtatur Blanc. in pract. crim. fol. 79. num. 33.

3 Adulteri† puniuntur pœna capitis. Dixi ſupra hoc eo. lib. §. Adulterium, verſicu. Sed quæro.

4
b Aſcendens † cum ſcalis b de nocte ad domum alienam, punitur pœna ultimi ſupplicij, ſecundum Bal. in l. fi. circa fi. ff. de rerum diuiſ. atque ita ſeruatum fuit per proregem Neapolis in executione cuiuſdam edicti. Quæ ſententia (licèt Grammat. deciſ. 36. eam defendere conetur) iudicio totius Italiæ uiſa fuit nimis ſeuera & crudelis, maximè attenta bona qualitate illius nobilis iuuenis, & cauſa, propter quam aſcenderat, quæ fuit amor cuiuſdam pulcherrimæ puellæ, qui etiam prudentes viros ſæpius excæcauit, & de illa ſententia mentionem etiam facit idem Grammat. ſuper conſtit. Regni, fol. 31. col. prima, nume. 6. Certe hæc opin. Bald. apud nos non ſeruatur, ſed hæc qualitas aſcendendi cum ſcalis aggrauat tantummodo principale delictum, ita ut grauius puniatur, ſiue ſit ex cauſa amoris, ſiue ex cauſa furandi, ſiue aliud maleficium committendi. Et in hoc propoſito uidenda eſt deciſio Afflic. 276. & Mantua conſi. 31. nu. 2. lib. ſecundo.

5 Blaſphemantes† puniuntur pœna mortis. Dixi ſupra hoc eod. lib. § Blaſphemia, verſi. Sed quæro.

6 Carceratus, † fugiens fractis carceribus, capite punitur. Dixi ſupra quæſt. 21. verſi. Tertio autem.

7 Caſtrans ſeipſum, † uel caſtrari faciens, punitur pœna capitis, l. quarta, in fi. ff. ad leg. Corn. de ſicar. quod dicit eſſe notandum Catald. de ſynd. nume. 86. quia aliàs uidit dubitari in ciuitate Recanati, quum quidã ſclauus ſibi ipſi præputium abſcidiſſet, & ibi refert Bald. in l. reos, nume. 9. C. de accu. dicentem, quòd membra generationis ſunt membra, quæ habent proprias & diſtinctas operationes, imò dicuntur eſſe membra nobilia, & per quæ ſaluatur ſpecies humana, & ideo mutilans illa, debet puniri tanquam inimicus naturæ.

8 CVSTOS carcerum, † carnaliter cognoſcens mulierem carceratam, de conſuetudine ſuſpenditur. Dixi ſupra hoc eo. lib. §. Fornicatio verſi. Cum carcerata. Item cuſtos carcerum, propter cuius negligentiam carceratus aufugit, punitur pœna capitis. Sed hoc intellige ut procedat, quando ille, qui
c aufugit, detinebatur pro crimine capitali. c Nam eo caſu ſi fuit in nimia negligentia, vtique punitur ultimo ſupplicio: ſed ſi detinebatur pro crimine non capitali, tunc punitur iudicis arbitrio iuxta modum culpæ. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Boſſ. in tit. de carcere, nume. 10. Et hoc quidem locum habet in cuſtode, qui eſt negligens in ipſo actu cuſtodiæ: ſed ſi tantummodo fuerit in culpa in deputando ſubſtitutum, qui fuerit negligens in cuſtodia, non debet ipſe cuſtos principalis puniri pœna mortis. Et ita iudicauit curia Neapol. ut refert Grammat. uoto 29. quæ hoc caſu cuſtodem tantummodo ipſo officio cuſtodiæ priuauit, de quo etiam mentionem facit Boer. deciſ. 216. & ſeq. & Boer. & ſeipſum refert idem Grammat. ſuper conſt. Regni,

fol.

fol.45.col.1 Et pro defenſione cuſtodis,im-
putati de fuga carceratorum , uidenda ſunt
ea quæ ſcribit Bald. conſi. 32. lib.3.& Io. de
Amicis conſi.28.

9 Diuidentes † prędam cum aggreſſoribus
uiarum,ſunt comburendi,l.ſi quis barbaris,
ubi Bar.C.de re milita.lib.12.quem text. di
cit Paris Put.de Synd.fol.250.nume. 8. eſſe
ſingularem contra Agozzinos ſeu baricel-
los, qui ſolét de nocte ſumere ſecum fures,
& cum illis diuidunt furta , ſubdens q̀ pro-
pter hoc quidam Agozzinus , qui diuide-
bat prædam cum furibus , fuit Neapoli ſuſ-
penſus.

10 Eximens de † manibus iuſtitiæ condem-
natum ad mortem,uel confeſſum, ſiue con-
uictum de aliquo crimine, punitur pœna ca
pitis, l.cuiu ſcunque, ff.ad le. Iul.maieſtatis.
Et hanc dicit eſſe frequentiori doctorum
calculo receptam ſententiam Placa lib.1.de
lictorũ, c.38.nu.7. Et refert Carauita ſuper
ritu 160. num.2 in fi.quòd in ciuitate Nea-
poli quattuor,qui exemerant è manibus fa-
miliæ quendam nobilem,qui propter debi-
ta ducebatur ac carceres , fuerunt iuſſu Vi-
ceregis ſtatim ſuſpenſi, & in fruſtra ſciſſi . Et
apud nos quidam Baptiſta Zacagnus, qui
quendam è manibus familiæ prætoris Me-
diolani exemerat,fuit laqueo ſuſpenſus, 11.
Februarij 1552. P. N. Et alij quattuor,qui
exemerant quoſdam fraudatores cum inuẽ
tione è manibus capitanei Glareæ Abduæ ,
pariter fuerunt furcis ſuſpenſi , 28. Ianuarij
1554. P. N. Vide quæ dixi in hoc propoſito
ſupra quæſt. 29. uerſic. Eximens autem , &
alijs ſequen.

11 Extraheus † aliquem per uim de eccleſia,
punitur pœna mortis, ueluti reus læſæ Ma-
ieſt. l. fina. C. de his qui ad eccleſ. confug.
quod intellige ſecundum ea,quæ dixi ſupra
quæſt. 30.

12 Extraneus pro † debito matremfa.
ex propria domo , eamque ad carcerem du-
cens, punitur pœna capitis, l. 1.C.de offi.di-
uer. iudi. An autem pro crimine poſſit mu-
lier honeſta carcerari , dixi ſupra quæſt. 28.
uer.Quæro igitur.

13 Falsum † teſtimonium dicens,per quod
aliquis condemnatur ad mortem , punitur
pęna mortis. Dixi ſupra hoc eo. li. §. Falsũ,
uer.Teſtis,qui falſum.

14 Famosi latrones & graſſatores uiarum
furca ſuſpendi debent. Dixi ſupra hoc eod.
lib .§.Furtum,uer.Scias tamen.

15 Fur, qui † furatus eſt rem, quæ ſit valo-
ris vltra quinque ſolidos punitur pęna mor
tis. Vide quę dixi ſupra hoc eo.li.§.Furtum,
ver.Sed quæro,& ſeq.

16 Haeretici puniuntur † pœna mor-
tis, Dixi ſupra hoc eod.lib.§. Hæreſis.verſi.
Sed quæro.

17 Homicida punitur pœna mortis,
Dixi ſupra hoc eo.lib.§. Homicidium, verſ.
Sed quæro.

18 Hostibus ferrum uendens,† uel fru
mentum, uel ſal &c. uel alias merces,puni-
tur pœna capitis, l. 1.& 2. C. quæ res expor.
non poſſ. & excommunicationis pœnam
incurrit, c.ita quorundam.de Iudæis. Vide
quæ dixi infra quæſt. 77. uer.Chriſtiani de-
ferentes.

19 Imaginem Chriſti † d aut ſanctorum
d percutiens, frangens , aut uulnerans, puni-
tur pœna mortis, ſecundum Ang.in l.ex ſe-
natuſconſulto, ff.ad l.Corn.de ſica.& in ſua
diſputatione inci. in refulgenti dilitiarum,
& ita obſeruatum fuiſſe per curiam Burde-
galen.refert Boer.deciſ.301.poſt nu. 18. ubi
atteſtatur quendam pro hoc crimine fuiſſe
condemnatum,ut prius amputaretur ei ma
nus,deinde caput. Refert etiam Marcus de-
ciſ. 509. in fin. quòd quidam iudex in loco
Peruſij,qui proiecerat lapidem contra ima-
ginem beatiſſimæ Virginis,multaſque con-
tumelias in eam protulerat, fuit uiuus ex-
coriatus. Dicit tamen Ang.in d.l.ex ſenatuſ
conſulto,quòd aliàs cùm iſte caſus contigiſ-
ſet,fuit delinquenti ſolummodo manus am
putata , quę refert Afflic.ſuper tertia parte
conſt. Regni,rub.54.num.9.

20 Incendiarii,† e qui ob inimicitias aut p̄dã
e intra oppidum incendium committunt,pu-
niuntur pœna mortis,d. l.capitalium, §. in-
cendiarij .

21 Item illi,† qui cõburunt ædes,uel aceruũ
frumẽti poſitum iuxta ędes,l.qui ędes,ff.de
incen.ruina naufr.ut in incendio capſinæ,ſu
per quo conſuluit Natta conſi. 42.& ſeq. Et
proximis annis fuerunt Cremonæ ſuſpenſi
iuſſu ſenatus duo fratres,qui quaſdam ędes
in quodam oppido combuſſerant. Si quis
verò non ædes , ſed tugurium combureret,
non eſſent pœna mortis afficiendus, & ita ſe-
natus quendam Paſqualem Curtarellum ,
qui de incendio cuiuſdam tugurii cõuictus
fuerat, condemnauit tantum ad triremes p
biennium.2. Auguſti 1559.P.N.Fuit tamen
pro incendio poſito in fœnili ultimo ſuppli-
cio

cio affectus Paulus de Molo, 28. Nouemb. 1561. P. N. Hæc autem pœna ſtatuta contra incendiarios, locum habet, quãdo data opera commiſſum eſt incendium, ſecus autem ſi culpa uel caſu; & in facti contingentia quidam Donatus Birretta, qui incenſis ſtipulis permiſerat ignem uagari, quo frumentum ipſius proprium & alienum combuſtum fuerat, habita a parte remiſſione, fuit abſolutus, 27. Sept. 1532. P. N.

22 Inivriam faciens † officiali tempore eius ſyndicatus, debet puniri pœna capitis, ut dicit gloſ. in §. illud, in uerbo, mortis. in auc. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. Sed hoc intellige, niſi ipſe officialis prius iniuriam illi feciſſet, & ita ſe practicaſſe atteſtatur Paris Put. de ſynd. fol. 137. poſt nu. 3. in quodam officiali, qui iniuriabatur querelantibus, quod nota.

23 Iudex, qui † dedit operam ut accuſatus uel inquiſitus aliquid falsò cõfiteretur, per quod innocens poſtea damnaretur ad mortem, punitur pœna capitis, ut dixi in d. §. Homicidium, uerbo. Item iudex. Item iudex, qui per pecuniam uel iracundiam aliquem innocentem ad mortem condemnauit, punitur pœna capitis, ut dixi in d. §. uerſi Item iudex. Præterea iudex ponẽs aliquem indebitè ad torturam, punitur pœna capitis, ut dixi ſupra quæſt. 64. uerſi. Antequam tamen.

24 Lenones, † & lænæ puniuntur pœna mortis, ut eſt tex. in Aut. de læno. §. præconizamus, col. tertia. ſed de conſuetudine non puniuntur pœna mortis, ſed tantummodo flagellantur cum mitra, ut dicit Nunius de los corregidores, fol. 204 nu. 15. uel afficiuntur aliqua alia pœna arbitrio iudicis. Et ita eſſe conſuetudinem atteſtatur Prac. Iodo. c. 89. num 43. Ita etiam in regno Hiſpaniæ ſolere practicari dicit Anton. Gomes. ſuper l. 80. Tauri, nu. 73. licet ſubdat, quòd eſt pęna irridenda pro tam nefando crimine, & quòd deberent puniri pęna mortis.

25 Læſæ Maieſtatis † crimen committens, punitur pęna mortis, ut dixi ſupra hoc eo. lib. §. Læſæ Maieſt. uerſ. Sed quæro.

26 Libelli famoſi † author, qui fabricatus ſit de alio ad eius infamiam contra ueritatem, punitur pęna capitis. l. unica, C de famo. lib. & dicit Ang. in l. lex Cornelia, § ſi quis libe rum, num. 3 ff. de iniur. ſe hoc uidiſſe de facto in quodam, qui poſuerat quãdam ſcripturam infamatoriam ſuper altari palatii prio rum non deſcripto nomine alicuius. Dicit tamen idem Ang. in d. l. unica, C. de famo. lib. quòd licèt ille, qui poſuerat talem cedulam, debuiſſet decapitari, tamen indulta ſibi fuit pœna capitis, & conuerſa in pęnam duorum mille ducatorum. Quinimo dicit Paris Put. de ſynd. fol. 273. nu. 6. quòd illi, qui ad infamiam poteſtatis pingunt membra uirilia, uel uuluas muliebres ſuper ianua eorum cameræ, uel porta palatii, ſunt maxima pęna digni; ſubdens quòd in facti contingentia conſuluit, quòd quidam, qui pinxerat quandam honeſtam mulierẽ eius amaſiam (quæ ſibi conſentire nolebat) nudam cum certo uituperio, & illam picturam ad eius ignominiam affixerat in locis publicis, quòd eſſet ad triremes tranſmittendus, quia (ſecundum eum) talis pictura erat libellus infamatorius. Ego autem in practica nunquam uidi ſeruari, ut propter libellum famoſum aliquis ultimo ſupplicio afficeretur, ſed ſemper uidi imponi pœnam extraordinariam puta fuſtigationis, ictuum funis, & ad ſummum pœnam triremium: & prętèritis annis quidam proximeta, qui tres libros materna lingua compoſuerat, in quibus de multis etiam in magiſtratu conſtitutis obloquebatur, licet eos non publicaſſet; fuit iuſſu ſenatus alligatus catenæ infami, & libri publice combuſti. Adde quòd non ſolum ipſe author & fabricator huiuſmodi famoſi libelli eſt capite puniendus, ſed etiã ille, qui legit, & ſtatim non lacerauit, eadẽ pęna afficiendus eſt. Et ita communi conſenſu tenent doctores, ut ait Placa li. 1. delictorum, c. 3. poſt nu. c. 2.

Medicus malum medicamen ſcienter adhibens, ut infirmus moriatur, punitur pęna mortis. Dixi ſupra hoc eo li. §. Homicidiũ, uer. Item medicus.

27 Milites † multis ex cauſis capite puniunt, quas per te uidere potes in l. deſertorem, & alijs pluribus legibus illius tituli, ff. de re militari. potes etiam uidere apud Iulium Ferret. in tractatibus de bello fol. 148. & ſeq. & apud illuſtr. doctorem & compatrem meum Petrum Bellum de re militari, in 8. parte.

28 Monialem † carnaliter cognoſcẽs, uel etiã attentans ut rapiat, & carnaliter cognoſcat, uel cum ea de facto matrimonium contrahens, punitur pœna mortis, l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſco. & cler. Dixi ſupra hoc eod. lib. §. Fornicatio, uerſicu. Cum moniali.

Mulier,

29 Mulier, quæ † proprio ſeruo ſe ſupponit, punitur pœna mortis. Dixi ſupra hoc eod. lib. §. Fornicatio, verſi. Mulieris etiam. Item mulier, quæ animali bruto ſe ſubiecit, punitur pœna mortis, vt dixi, in eo. §. Fornicatio, verſi. Cum animali.

30 Muros † ciuitatis rūpens, vel tranſcendens punitur pœna capitis, l. fin. ff. de rerum diuiſ. Scias tamen, quòd illa lex intelligenda eſt, vt procedat tantummodo in tranſcendente muros vrbis Romanæ, in muris autem aliarum ciuitatum eſt pœna arbitraria. Ita dixit Bar. in d. l. fi. nu. 2. & ita diſtinguendum eſſe ſecundum doctores affirmat Roland. conſ. 84. nume. 25. lib. 2. Hanc etiam opi. ſeruari de conſuetudine atteſtatur Alex. de Neuo, conſi. 94. num. 1. quod eſt duplicatum inter conſilia criminalia diuerſorum, conſi 91. lib. 1. Et ita in facti contingentia iudicatū fuit in curia Burdegalen. vt refert Boer. deciſio. 232. Dicit tamen Alber. in d l. fi. nu. 1. ꝙ vidit hunc caſum in facto, in ciuitate Bergomi tempore regiminis Do. Gull. de Caſtro Bacco, qui ipſo reclamante, quendam, qui muros ciuitatis tranſcenderat, fecit decapitari. Apud nos ſemper vidi ſeruari opi. Bar. vt ſcilicet non imponatur pœna capitis, ſed alia extraordinaria, & ita in facti contingentia iuſſus fuit fuſtigari quidam Franciſcus Cartarius, qui foſſam ciuitatis tranſiuerat vltimo Febr. 1551. P. N. Et alius quidam Stephaninus de Nignano, qui tranſgreſſus fuerat foſſas oppidi Serrauallis, iuſſus fuit in contumaciam condemnari in tribus ictibus funis, vel viginti aureis, 20. Mart. 1556. P. N. Et ita omnino ſeruandum eſſet, præſertim ſi eſſet tempus pacis, & ille tranſcendiſſet muros non animo eos violandi, ſed aliqua alia ex cauſa, puta ut effugeret è manibus ſatellitum, vel huiuſmodi. Et quòd hæc pœna ſolummodo locum habeat tēpore belli, non autem tempore pacis, fuit in facti contingentia Capuæ iudicatum, vt refert And. de Iſer. ſuper conſti. Regni, relatus & ipſe per Gram. ſuper eiſdem conſt. fo. 31. col. 1. poſt num. 6.

31 Officialis, † qui publicos prouentus ſubtrahit. punitur pœna capitis, §. item lex Iulia peculatus, Inſti. de pub. iud. Sed hic inciden ter quæro, nunquid officialis, qui multa acquiſiuit in officio, præſumatur ea de bonis fiſci acquiſiuiſſe, niſi doceat ſe ea aliunde acquiſiuiſſe? Reſpon. Gl. in l defenſionis facultas, in gl. fi. C. de iure fiſci, li. 10. uidetur tenuiſſe ꝙ ſic. Sed certe in contrarium eſt cōmunis opi. vt atteſtatur Dec. conſi. 6. nu. 2. Et dicit Bal. in c. 1. in vltimis uerbis. de clerico, qui inueſt. facit. in vſib. feu. ꝙ illa gl. per multos damnatur, & non ſeruatur de conſuetudine, quam refert Bertr. conſi. 115. nu. 8. lib. 3. ſecunda parte, vbi etiam poſt nu. 31. dicit, ꝙ illa gl. reprehēditur per doctores. Illum etiam refert idem Bertrand. conſi. 151. nu. 6. lib. 6. ſubdens, ꝙ ſecundum communē opi. illa gl. reprehenditur. Et ideo teneas, ꝙ non uidetur aliquid habere de bonis fiſci, niſi id liquidò probetur.

32 f Plagiarius, f † qui pueros, vel ſeruos furatur, pœna capitis punitur l. quoniā, & l. fi. C. ad leg. flauiam, de plagia. Sunt tamen intelligendæ illæ leges, ut procedant in eo, qui ſolitus eſt talia committere, ille enim utique puniendus eſt pœna mortis, ſecus autē ſi non ſit conſuetus, nam eo caſu eſt diſtinguēdū, ꝙ Aut habuit animum celandi, & adhuc punitur ultimo ſupplicio. Aut uerò nō habuit animum celandi, & eſt mitius puniendus. Et hęc opi. cōmuniter tenetur, ut dicit Bar. in l. pe. in princip. ff. ad l. flau. de plag. quem refert Anan. in capitu. 1. poſt numerū. 4. de furtis.

33 g Priuatum † carcerem exercens g punitur pœna capitis, ut eſt tex. in l. 1. C. de priuatis carcer. Et aduerte, quia ille, qui capit aliquē & detinet ex iniuſta cauſa, punitur pœna priuati carceris, etiam ſi illum detineat minori ſpatio uiginti horarū. Ille uerò, qui alium capit ex iuſta cauſa, poteſt illum detinere ſpacio uiginti horarum, & ipſum captum iudici præſentare, & ita concludunt omnes Doc. ut dicit Cauenſ. ſuper 59. ritu magnæ curiæ, num. 2. Scias autem, quòd diſpoſitio illius legis non habet locum in Cardinalib. Sanctæ Romanæ eccleſiæ, nam hodie quilibet Cardinalis habet priuatum carcerē ad puniendos domeſticos & familiares ſuos, & ita uſum obtinuiſſe atteſtatur Manfred. in trac. de Cardina. c. 8. in 9. priuil. Memini ego de hoc crimine proceſſum fuiſſe cōtra Do. Io. Stephanū Ritium, qui furē in domo captum per ſeptem dies domi detinuerat; ſed comperto, ꝙ ſtatim dederat notitiā officialibus, fuit abſolutus, 23. Mar. 1560. Credo ēt quòd in practica reus priuati carceris non afficeretur ultimo ſupplicio, ſed mitius puniretur, prout in facti contingentia ſeruauit parlamentum Burdegalenſe, quod cōdēnauit in pœnā pecuniariam tantum quendā

dominum, qui famulum ſuum diu in priuato carcere retinuerat, ut refert Papo li. 23. tit. 1. arreſto j.

h PRODITOR *b* punitur, † pęna capitis,
34 tanquam reus læſæ Maieſt. ut colligitur ex tex. in l. fallaciter, ubi glo. in uerbo. Prodita, C. de abolitio.

35 Raptores † mulierũ puniuntur pęna mortis, l. unica, C. de raptu uirg. Dixi ſupra hoc eo. lib. §. Raptus, verſ. Sed quæro.

36 Sacrilegi † puniuntur pęna capitis. Vide quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. Sacrilegium, ver. Sed quæro.

37 Seditionis † author *i* punitur pęna mor-
i tis, ut eſt tex. in l. 3. §. item ſi quis author, ff. ſica. & etiam ſeditionem in populo concitans contra principem, uel rempub. l. j. C. de ſeditio. Et licet ille tex. expreſſe non imponat pęnam mortis, ſed tantum dicat quòd mulctam grauiſſimam ſuſtinebit, tamen gl. ibi in uerbo, Grauiſſimam, in 1. opin. interpretatur, ideſt mortem; & illam opin. dicit eſſe approbatam in practica Salyc. in d. l. j. poſt num. j. Quod tamen intelligendum eſt, quando tractatus pręceſſit ipſum tumultũ, ſeu ſeditionem, ſecus autem ſi accidentaliter euenerit aliquis tumultus, vel ſeditio in populo, citra animum turbandi quietem populi. Nam eo caſu mitius eſſent puniendi, ut in facti contingentia conſuluit Iaſon conſi. 167. li. 4. & Dec. conſi. 256. & iudicauit conſilium Neapolita. teſte Grammat. voto 19.

38 Seipſum † occidere volens, punitur pęna capitis, l. ſi quis aliquid, §. fin. ff. de pęnis. Et ideo licet talis uolens ſcipſum occidere, fuerit impeditus, ne id faceret, punitur tamen, perinde ac ſi delictum conſummaſſet. Et hæc eſt frequentiori doctorum calculo recepta opin. ut dicit Placa libro primo, delictorum, cap. 23. numero 18. Nihilominus ſtante generali conſuetudine, quòd conatus non puniatur, niſi ſequatur effectus, ut dixi infra quæſt. 92. forte contrarium eſſet dicendum in practica, prout etiam ſe in facti contingentia conſuluiſſe atteſtatur Carer. in prac. crim. fol. 230. nume. 127. in quodam ſe ſuſpendere uolente, qui tamen concurſu hominum uiuus euaſit. Occidens autem ſeipſum moritur inteſtabilis, quia ſcilicet rumpitur & annullatur omne teſtamentum prius ab eo factum. Et eſt communis opi. ut dicit Gul. de Benedictis, in 2 par. c. Raynutius, fol. 84. num. 48. Regulariter tũ eius bona non cõfiſcantur. Et ita tenent oẽs cõiter, ut ait Bertran. conſi. 134. nu. 2. lib. 3. in prima parte. Sed hæc omnia procedunt in his, qui conſcientia proprij ſceleris manus ſibi inferunt. Cæterum ſi qui tædio vitæ, doloris impatientia, furore, morbo, pudore moti, manus in ſe inferunt, non puniuntur pœna corporali, nec cõfiſcatione bonorum, neque eorum teſtamenta irritantur. Et in hoc omnes conueniunt, ut dicit Igneus in l. j. § ſi ſibi manus, nume. 17. ff. ad Sylle. Et ideo ſi quis ſe in puteum præcipitauerit, & mortuus fuerit, non debent eius bona confiſcari, niſi appareat, ꝙ id fecit conſcientia criminis, prout in caſu, in quo conſuluit Dec. conſi. 438. & Pariſ. conſil. 155. lib. 4. & Corn. conſi. 195. lib. 2. Et licet prac. Iodo. c. 88. num. 6. dicat, quòd ſecundum conſuetudinem, quiſquis ſe ipſum interficiat, ex quacunque occaſione, & cauſa hoc euenerit, furcis ſuſpenditur, bona eius omnia confiſcantur, id tãmen apud nos non ſeruatur. Dicit etiam ibid. num. 8. quòd ex more & conſuetudine cautum eſt, quòd nemo huiuſmodi corpus damnatum & ſuſpẽſum manibus attrectet, & auferat, niſi ex iudicis mandato, & permiſſu. Item num. 9. dicit pariter conſuetudine obſeruatum eſſe, ut quoties hoc ſcelus in domo commiſſum eſt, cadauer ipſum funibus à domo ipſa extrahatur, non per hoſtium, ſed per foramen factũ ſub limine domus, quæ tamen omnia apud nos non ſeruantur.

39 Seruus † qui cum domina carnaliter ſe cõmiſcuerit, punitur pœna mortis. Vide quæ dixi ſupra hoc eo. lib. §. Fornicatio, uerſicu. Cum domina.

40 Sodomitæ † puniuntur pęna mortis, ut dixi ſupra hoc eod. lib. §. Sodomia, uerſi. Sed quæro.

41 SORTILEGI, † & malefici puniuntur pœna mortis, ut eſt tex. in l. tertia, C. de malefi. Sed hoc de conſuetudine non ſeruatur, ut dixi ſupra hoc eo. lib. §. Hæreſis, ver. Succeſſiue quæro.

42 TRANSFVGA † punitur pęna mortis, l ſi quis aliquid ex metallo, §. transfugæ, ff. de pęnis. Quod intellige ut procedat, quando illud doloſe fecit, aliás autem mitius eſſet puniendus, ut in caſu in quo conſuluit Grammatic. uoto decimo. Scias autem, quòd in hoc delicto de iure communi punitur conatus, etiam ſi non ſit conſummatus effectus, nam (ſecundum aliquos) li-

ber

ber homo ſi fuerit inuentus fugere ad hoſtes, punitur pœna mortis. Et hanc eſſe communem opin. atteſtatur Bolenc. in repe. l. capitalium, §. famoſos, num. 82. ff. de pœn. Seruus tamen, qui inuentus eſt fugere ad hoſtes, non punitur ultimo ſupplicio, ſed pede tantum debilitatur, vel in metallum damnatur, ut uidetur tex. in l. ſi fugitiui, C. de ſer. fugi. quod eſt mirabile, ut ſcilicet detur caſus in quo in pari delicto mitius puniatur ſeruus, quàm liber homo. Sed certe quicquid dicat Bolenc. hæc opin. non eſt vera, neque communiter tenetur, ut atteſtatur Cepol. in d. l. ſi fugitiui, poſt nu. 4.

43 TVTOR, qui† corrumpit puellam, cuius eſt tutor, punitur pœna capitis, ut dixi ſupra hoc eo. lib. §. Fornicatio, verſicu. cum pupilla.

44 Vaſtatores† & inciſores vinearũ, & arborum, puniuntur pęna mortis vt latrones, ut eſt tex. in l. 2. & ibi gloſſella vnica, ff. arborũ fur. cęſarum. Hæc tamen pœna apud nos non ſeruatur, ſed ſenatus illos condemnat pęna extraordinaria, non modò quãdo ſunt in carceribus detenti, ſed etiam quãdo ſunt contumaces; & in ſpecie iuſſit quoſdã condemnari in contumaciam pro inciſione vitium in tribus ictibus funis, & in dãnis uerſus partem, ultimo Iulii 1557. P. N. Et alias etiam quidam Bartholamæus Maſſinus, qui vites inciderat, fuit iuſſu fuſtigari, ultimo Aprilis 1547. Et quidam Franciſcus Paſſallus in contumaciam condemnatus fuit ad triremes per quinquennium, 6. Septemb. 1554. A. C.

44 Venenum† malum K ſcienter faciens, aut K dans ad aliquem occidendum, punitur pœna capitis, de quo dixi in d. §. Homicidium, verſi. Punitur etiam.

46 Violator† ſepulcrorum, ex illis extrahẽs armata manu cadauera, vel oſſa mortuorum, punitur pęna capitis, l. 3. § aduerſus, ff. de ſepulcr. viola. Sed hoc crimen, propter multa cęmeteria conſtructa apud eccleſias, iam in deſuetudinem abiit, & illa rubrica parum in vſu eſt, vt ait Berber. in viatorio iuris in rub. de ſepulchro viola. & Prac. Iodoci c. 109. in fi. Vidi tamen ego ingentem proceſſum factum Cremonæ ſuper hoc crimine, & fuit quidam Galeacius Ferrarius cõdemnatus in uno ictu funis, & aureis decẽ, pro qua condemnatione obtinuit gratiam 27. Septemb. 1561 P. N.

ADDITIONES.

a Abortum procurans.] Adde abortioni cauſam præſtans quando, & qua pęna puniatur per Iacob. Menoch. de arb. iud. li. 2. centu. 4. cap. 257. & Pract. Carer. pag. 223. num. 107.

b Cum ſcalis.] De pęna autem apponendi ſcalas ad feneſtras, uel ad domum alienam ibi intrãdi cauſa, vi. per Ange. de Aret. in §. ſanctę quoque res, ſub num. 4. Inſtit. de rer. diuiſ.

c Pęna capitis.] Adde, & ui. p Iac. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 3. caſ. 302. & ibi. quando excuſetur.

d Imaginem Chriſti.] Adde etiã imagines Saluatoris Noſtri, uel ſanctorum fędans, & ſpurcans, uel feriens. qua pęna puniatur per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centu. 4. caſ. 376.

e Incendiarii.] Incendiarii, cuius culpa, & facto cõmiſſum credatur: qua pœna iure Cęſareo ſeriendus ſit incendiarius ob leuem, & latam culpam, & quaſi cum dolo incendium immiſit: quid iure canonico, & pęnitentiali, plene & luculenter explanatum vide per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. caſ. 390. Et quòd incendium pręſumatur factum culpa habitantium, niſi caſus fortuitus probetur, habetur per Roland. conſ. 95. num. 2. & 3. lib. 2. Et adeo vera eſt concluſio prædicta, quod ne dum ipſi inhabitantes teneantur de culpa ſua, uerum etiam familiarum & pediſſequarum, per eundem ibi. nu. 45. ſed aduerte, quòd opus eſt quod locator probet determinatam perſonam, quę incendium commiſerit, aliàs ſuccubere debet, cum non præſumatur culpa determinatæ perſonæ, per eundem ibidem num. 9. cum ſeq. Item ſi uis defendere conuentum de incendio domus, in qua habitabat, aduerte quòd probare debes ignem, principium habuiſſe in loco, vbi de facili ignis eſſe non debebat, quia hoc modo probatur culpa inhabitantium nõ fuiſſe ibid. nu. 21. Vniuerſitas, ut de incendio commiſſo teneatur, aduerte, quod non ſufficit probare, quòd omnes iuerint ad delinquendum, ſed oportet probare cõmunicato conſilio incendium commiſſum fuiſſe, & ſic deliberatiuum conſilium committendi incendium illud præceſſiſſe. Et ſufficeret ratificatio, quæ qualiter probetur item qualiter vniuerſitas citetur, uide de omnibus per Boſſ. tit. Banni. qui poſ. col. 1.

5 Plagiarius.] Aduerte, quòd ſi quis agat contra aliquem tanquam plagiarium, quòd agẽtis ſeruum ſubtraxerit, vel corruperit; & reus accuſatus dicat ſeruum eſſe ipſius accuſati, prius cognoſcendum eſt de dominio ſerui, quàm de crimine plagij, quia cauſa dominij eſt præiudicialis ad cauſam plagij criminis, quod ceſſat in re propria. l. præſes. C. ad legem Iuliam de Plagiarijs, & tradit in propoſito Crauet. conſilio 280. colum. 1. vide ibi multa ſimilia. Item plagium quando committi dicatur, uide per Angel. de Aret. in §. eſt, & inter publica, numero 3. Inſtit. de puli. iudic. qui numero præcedenti, poſuit differẽtiam inter plagiarium, & furem, & quomodo vnus ab altero cognoſcatur.

g Priuatum carcerem exercens.] Quid ſi ſcholaris rapuit meretricem, & illam retinuit clauſam in aliquo loco libidinis cauſa, nunquid teneatur de priuato carcere? quòd non, ſed quòd puniatur extra ordinem, & poſſet vſque ad mortem arbitrari, uide practicam Carer. fol. 453. col. 2.

h Proditor.] Hic ſcias, quòd ueneno occidẽs dicitur proditorie occidere, ut per Marſil. in fi. rub. ff. de ſica. quem refert, atque ſequitur practica Carer. pagi. mihi 221. nume re 99.

i Seditionis author.] Quid ſit ſeditio, & quis dicatur ſeditioſus, uide per practi. Carer. pag. 51. colum. 1. & 2. Boſſ. & Boniſ. titu. de ſeditio. & qua pęna puniatur, & idem de agentibus, & conſentientibus atque dantibus opem, & auxilium. Item à teſtimonio repellitur, de omnibus uide ibid. per Carer. pag. ſeq. col. 1.

K Venenum.] Adde, quòd dans venenum, non ſolùm habet animum occidendi deliberatiſſimum, verum etiam proditor eſt, vt de ſe patet, & no. Bald. conſilio 210. libro 4. & tradit Boſſ. in titu. de homicid. numero 14. quod & dixi ſupra in additio. proditor.

Quæſt. LXIX.

SVMMARIVM.

1 *De pœna amputationis membri.*
Et an eſſet hæc pęna cognita de iure digeſtorũ, ibidem.
2 *Et an dicatur pæna capitalis, verſicu. Quæro igitur.*
3 *Et quæ dicantur propriè membra, verſicu. Item quæro.*
4 *Si aliquis ſit condemnatus ſimpliciter in amputatione manus, in qua manu ſit condemnatio exequenda, verſicu. Pœne, quòd aliquis.*
Et quid ſi habeat unam manum aridam, ibidem.
5 *Et quid ſi non habeat niſi vnam, verſic. Sed quid ſi reus.*
6 *Caſus, in quibus imponitur à iure pœna amputationis membri, qui ſint, ver. Caſus autem Remiſſiue.*

1 SVCCESSIVE † videamus de pœna amputationis membri, quæ quidẽ olim non imponebatur, ut dicit Anan. in cap. primo, nume. 2. in fin. de colluſ. deteg. nam (ſecundum eum) leges antiquę non volebant homines eſſe inutiles, & ut eſſent apti ſolummodo ad comedendum, & non ad laborandum. Hæc igitur pęna non erat cognita de iure digeſtorum, aut Codicis, ſed fuit inuenta de iure Authenticorum. Et ita dicunt Doctores teſte Anania in capitulo, in archiepiſcopatu, poſt numerũ quartum, de raptorib. ubi tamen ipſe oſtendit, quòd erat etiam tempore legis XII. tabu. vt ibi. Hanc etiam opinionem, quod hæc pęna abſciſſionis membri non eſſet cognita de iure antiquo, atteſtatur eſſe communem Curt. Iun. in l. imperium, numero 37. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. quem refert Don Antonius de Padilla, in l. tranſigere, poſt nu. 8. C. de tranſactio.

2 QVÆRO igitur † in primis, nunquid amputatio membri dicatur pœna capitalis? Reſpondeo quòd proprie loquendo non poteſt dici pœna capitalis. Et ita receptum eſt, ut dicit Alciatus, in l. licet capitalis. in fin. principij, ff. de uerborum ſignification.

3 ITEM quæro, † quæ dicantur proprie membra? Reſpondeo, quòd membra proprie dicuntur illa, quibus diuerſo ac proprio officio corpus mouetur. Ita dicit Barto. in l. publicorum, numero 13. ff. de public. iudi. quem doctores communi conſenſu ſequuntur, ut dicit Placa libro primo delictorum, c. 25. nu. 7. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Didac. in rep. cle. ſi furio-

furioſus, fol. 321. poſt nume. 8. de homicid. Hinc infertur, quòd digitus non eſt membrum. Ita dicit Bart. in l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu homi. quam doctri. ſemper doctores ſequuti ſunt, & magnifaciunt, vt dicit Aug. ad Ang. de maleſi. in uerb. Membrum prædictum, nume. 9. & eſt communis opi. ut ait Didac. in loco præallegato, uerſi. tertio ab eadem. Et ideo ſtatutum puniens abſcindentem membrum, nõ habet locum in abſcindente alicui digitum. Et ita tenent Doctores, ut dicit Vitali. de maleſi. in rubr. qnid ſit accuſatio, num. 58. ubi etjam ſubdit q ita fuit de facto determinatũ. Et ita in facti contingentia conſuluit Rubeus concivis mens conſi. 83.

4 Pone, † q aliqnis ſit cõdemnatus in amputatione manus, non exprimendo, in qua manu facienda ſit executio. Quæro, de qua erit intelligendum? Reſpond. quòd eſt intelligendum de manu debiliori, & in qua reus minus poteſt, vt dicit gl. in Aut. ſed nouo iure, in uerbo. una, C. de fur. Et dicit Alber. in 3. parte ſtatutorum, q. 60 q ita tenent communirer Doct. ſemper enim in pœnis facienda eſt benignior interpretatio. Et ideo ſi cõdemnatus habeat unam manum bonam, & alteram aridam, debebit ei amputari manus arida. Et hanc dicit eſſe communem reſolutionem Io. And. in addi. ad Spec. in rub. de pœnis. circa ſi. quem refert Aug. ad Ange. de maleſi. in verbo, Quas ſi non ſoluerit, amputetur ei manus, poſt nu. 4. & Alcia. de præſump. reg. 3. præſumptione 45. num. 15. quæ quidem opi. mitior eſt. Crederã tamẽ, q ſi illa eſſet prorſus inutilis, aliud fortè dicẽdum eſſet, ne condẽnatio redderetur eluſoria. Et in hanc ſententiam inclinare communiter ſcribentes ſenſit Alex. conſi. 104. nu. 4. li. 1. quem refert apoſt. ad Ang. in loco præallegato.

5 Sed quid † ſi reus condemnandus ex forma ſtatuti, uel iuris communis in amputatione manus, nõ habeat niſi unam manum, nunquid illa erit ei amputanda? Reſp. Aliqui dicunt q non, ne deformetur corpus humanum, ſed q pœna debet commutari. Et hanc opi. tenuit Pau. de Caſt. in auc. ſed nouo iure, poſt nu. 4. C. de ſer. fugi. & ita dicũt doctores, ut atteſtatur Ana. in c. 1. nu. 2. de calum. Contrarium tamen ſententiam, ſcilicet q imò debeat illi manus amputari, uidetur tenuiſſe Bald. in d. auc. ſed nouo iure, poſt nume. 12. Et hanc ſequutum fuit iudicando conſilium Neap. vt refert Grammat. deciſ. 94. & ſuper conſti. Regni, fol. 116. col. 2. vbi dicit ita fuiſſe executum, quem refert Mantua, in l. tranſigere, nu. 123. C. de tranſa. Ego tamen ſi caſus contingeret, potius inclinarẽ in contrariam ſententiam, quę æquior eſt & mitior, vel ſaltẽ conſulerem principẽ, vt ipſe miſericordia motus pęnam iuberet commutari. Et hoc tutius eſſet. Vide in hoc propoſito q̃ dixi infra q. 85. uer. Nõ omitto.

6 Casvs autem, † in quibus de iure imponitur pœna amputationis membri, habes apud Gaudi. in ti. de pœnis reorum, nu. 52. & ſeq. & Calicium in Margarita Fiſci. fol. 90. 1. & Fab. in prac. arbitr. fol. 341. & alijs ſequentibus.

Quæſtio LXX.

SVMMARIVM.

1 De alijs pœnis corporalibus.
Pœna ſtigmatis an hodie ſit in uſu, ibid.
2 Fuſtigatio an ſit permiſſa etiam in clericis, verſ. Eſt etiam.
Et an ſit pœna capitalis, ibid.
3 Tortura an ſit in uſu pro finali pœna delicti, verſ. Plerunque etiam.
4 Pœna carceris perpetui an ſit in vſu, verſ. Pęna autem.
5 Pęna triremium an ſit in vſu etiam in clericis, verſ. Frequens eſt etiam.
6 Pęna detruſionis in monaſterium, an hodie ſit in vſu, verſ. Sunt etiam.
7 Pęna, quòd clerici ponantur in gabijs, an ſint in vſu, verſ. Solent.
8 Pęna mitra, verſ. Mitra quoque.
9 Pęna degradationis in clericis an dicatur corporalis, verſ. Crede etiam.

1 SVnt etiam † aliæ pœnæ corporis afflictiuæ, ut eſt pœna ſtigmatis, qua ueteres vtebantur, ſed poſtea fuit ſublata per legem, ſi quis in metallum, C. de pę. Reperio tamen, q Ang. in d. l. ſi quis in metallũ, dicit cõtrariũ de facto ſeruari, q ſ. ualent ſtatuta, quę diſponũt q pro furto dẽant bullari; & illũ refert Ang. de maleſic. in uerbo. in facie, numero ſecundo. Apud nos certe hæc pœna ſtigmatis non eſt in uſu, & ſi in aliquibus locis extant huiuſmodi ſtatuta, q pro furto, uel alio crimine

ne aliquis bulletur, ſenatus non permittit exequi talem pœnam ſed illam commutat, in pœnam fuſtigationis, vel ſimilem, & idé etiam practicari in Regno Neap. atteſtatur Maranta in ſuo Speculo, fol 28. nu. 9.

2 Est etiam † pœna fuſtigationis, ſeu uerberationis, quæ quidem non tantum de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico, etiam in clericorum perſonis, eſt à ſacris canonibus recepta, ut ait Diaz in prac crim. cano. ca. 125. Ego tamen apud nos nunquam vidi illam ſeruari in perſonã alicuius clerici, prout neque illam eſſe in uſu in regno Franciæ contra clericos, atteſtatur Pract. Millei fol. 148. nume. 53. Et in omnem caſum deberet moderatè exequi, nõ autem crudeliter; aliàs epiſcopus, qui facit aliquem crudeliter fuſtigari, per duos menſes à miſſarum celebratione ſuſpenditur, ut eſt tex. in ca. pręterea, de clerico pcuſſore. Sed quęro, nunquid hæc pœna fuſtigationis dicatur pœna capitalis? Reſpond. quòd non. Ita tenet Bar. in l. tranſigere, C. de tranſactio. & eſt communis opin. vt dicit Maranta in ſuo Speculo, fol. 28. nu. 5.

Qvibvs autem ex cauſis impoſita ſit à iure communi pœna fuſtigationis, vide apud Gandi. in titu. de pœnis reorum, num. 55. & Calicium in Margarita fiſci, fo. 90. col. ſecunda.

3 Plerunque † etiam imponitur à ſtatutis pœna torturæ, ſiue ictuum funis, non quidẽ ad eruendam veritatem, ſed ad pœnam delictorum. Et licet Bald. in rub. C. de pœ. iudi. qui male iud. dixerit non reperiri iure cautum, quòd tortura imponatur pro finali pęna delicti, tamen Paris Put. de ſynd. fol. 449. in uerbo, Tortura, t. i. c. i in primis verbis, duos caſus recenſet, in quibus videtur de iure communi impoſitam eſſe torturam pro pœna.

4 Pęna autem † carceris non eſt in vſu apud laicos, vbicunque enim alia pęna imponi poteſt, nunquam imponitur pœna carceris, & ita tenent communiter doctores, ut dicit Bald. conſi. 443 in fin. lib. 3. Credo tamen, ꝙ pœna in ciuitate Venetiarum etiam hodie fit in vſu, prout etiam atteſtatur Mantua, ob ſeruatione 96. col. 6. Dicit etiam Calic. in Margarita fiſci, fol. 93. in fi. quòd Reges Caſtellæ multum utuntur iſta pœna perpetui carceris. Apud clericos autem multum frequentatur. Et dicit Ang. in l. prætor ait, §. ſi publicanus, num. 1. ff. vi bonorum rapto. ꝙ quamuis clericis non liceat interficere quẽquam, tamen poſſunt reos in carcerem includere, cum tãta neceſſitate cibi, & potus, vt fame necentur; & ait ꝙ ita dicunt canon. & quòd hac practica utuntur. Quam tamen reſtringe, ut procedat, quo ad ipſos clericos tantum. Cæterum non poteſt iudex eccleſiaſticus condemnare laicum ad perpetuum carcerem, etiam quando laicus propter delictum effectus eſſet de foro eccleſiaſtico, præterquam in cauſa hæreſis.

5 Freqvens eſt † etiam hodie pœna triremium, quæ non modò in laicis, ſed etiam in clericis uenit in uſum, præcipue in Italia, ut ait Diaz in prac. crim. cano. c. 135. uer. venis inſuper, quam tamen conſuetudinem ipſe improbat in ſacerdotibus; eiuſq; opin. mihi placeret, ubi in tantum non creuiſſent crimina clericorum, ut hodie uidemus; uix enim poteſt multorum petulantia, atq; improbitas coerceri. Et memini ſuperioribus annis, quum Vicarius epiſcopalis Cremonę redderet ſe difficile in exequendo quandam condemnationem ad triremes factam contra quendam presbyterum, quaſi ea pęna clericis imponi non ſoleret, ſenatus reſcripſit prætori, ut omnino curaret illã exequi, 22. Auguſti 1562. P. N. ex quo in hoc Ducatu paſſim ſolita eſt illis imponi. Et ita fuit executum. Puto tamen, quòd diſcreti epiſcopi non ſine maxima cauſa talem pęnam ſacerdotibus imponere debeant, ubi ſcilicet nulla uideatur aliàs ſpes correctionis ſubeſſe.

6 Svnt etiam † apud clericos aliæ pęnæ corporis afflictiuæ, prout eſt pœna detruſionis in monaſterium. Sed hæc pœna hodie receſſit ab uſu, ut atteſtatur Diaz in pract. crim. cano. c. 128. quia (vt ipſe dicit) iudices eccleſiaſtici adeò ſegniter laborant, vt rariſſime videamus eos delinquentibus pęnam depoſitionis imponere.

7 Solét etiam † prælati clericos facinoroſos poni facere in gabijs. Et licet Pract. Carer. fol. 546. poſt num. 64. dicat hanc pęnam non eſſe in uſu, ego tamen, iam multis annis præteritis, uidi *a* de facto quoſdam presbyteros in gabia ferrea ſuper turri Broletti ueteris Mediolani. Sed certe de iure non credo licitum eſſe clericis, præſertim ſacerdotibus talem pœnam imponere, ut etiam ſentit Fel. in c. qualiter & quando, el ſecondo, §. ad corrigendos, num. 10. de accuſatio. ubi tamen ſubdit, quòd conſuetudo ſeruat contrarium

trarium, & malè; quem refert Foller. in pra. crim. cano. fol. 286. nu. 113. & prac. Conradi fol. 445. nu. 25. in fi.

8 Mitræ quoque † impoſitio inter pœnas corporales connumerari poteſt, quæ quidẽ quãdoque imponitur de per ſe ad infamiam, vt quis ita mitratus producatur in publicum; aliquando imponitur fuſtigandis, aut igne cremandis, in maiorem ignominiã. Et ſcias, ꝙ quandoq; ſi ille, cui eſſet imponenda propter infamiam pœna mitræ, non ſit in fortiis iuſtitiæ, ſolet ad eius domum mitra per ſatellites tranſmitti, quod ſæpiſſime fieri atteſtatur Cataldi. conſi. 56 nume. 13. inter cõſilia criminalia diuerſorum, lib. 1. licet id apud nos ego nunquam uiderim in practica obſeruari.

9 Credo etiam, † quod poſſit dici pœna corporalis degradatio clericorum, quando fit actualiter, quũ taliter degradatus ſit ſtatim tradendus curię ſeculari, corporaliter etiã ad mortem puniendus, ut dixi infra qõ. 74.

ADDITIO.

2 Vidi.] Similiter & ego vidi Bononiæ multis ab hinc annis quoſdam clericos in gabia lignea annexa ad Turrim Aſinel. poſitos in diuerſis temporibus, ac pro diuerſis criminibus, unus poſt alterum.

Quæſtio LXXI.

SVMMARIVM.

1 *De pœna exilii.*

2 *Caſus, in quibus à iure impoſita eſt pœna exilii, qui ſint, uer. Caſus autem. Remiſſiue.*

3 *Officialis, qui cogit ruſticos ad obſequia indebita, punitur pœna perpetui exilii, uerſi. Officiales rectorum.*

4 *Iudex an poſſit relegare ſeu confinare aliquem in loco ſito extra prouinciam ſuam, uerſi. Vidi ego.*

5 *Bannitus in contumaciam an ſit infamis, ver. Quæro nunc.*

6 *Et an poſſit eſſe teſtis, uerſiculo. Præterea quæro.*

7 *Et an amittat patriam poteſtatem, uer. Succeſſiue quæro.*

8 *Et an poſſit teſtari, aut capere ex teſtamento, verſ. Sed an poterit, Remiſſiue.*

9 *Et an banniti poſſint impune offendi, verſicu. Quæro an bannitus, Remiſſiue.*

10 *Et an bannitus efficiatur ſeruus pœnæ, verſ. Vlterius quæro.*

11 *Bannitus ab vna ciuitate an cenſeatur bannitus etiam ab aliis cum ea fœderatis, verſicu. Quæro modo.*

12 *Banniti huius temporis, an æquiparandi ſint deportatis, vel relegatis, verſ. Dixi autem.*

13 *Qua pœna puniatur frangens fines exilii, verſ. Quæro qua pœna.*

14 *Si aliquis ſit bannitus arbitrio iudicis, an mortuo, vel recedente iudice, bannum finiatur, verſ Item quæro.*

1 EXILII autem † pœna apud nos multum eſt in uſu, non modò cõtra reos cõtumaces, ut dixi ſupra q. 44. ſed etiam contra præſentes in pœnam delictorum. Quandoque verò imponitur perpetuum exilium, quandoque temporale, & quandoque arbitrariũ, prout quotidie uidemus ſeruari per ſenatum, teſte Boſ. in ti. de bannitis, num. 2. An autem hæc pęna hodie ſecũdum canones ſit in uſu, dixi ſupra q. 67. ver. Relegationis.

2 CASVS autem, † in quibus de iure imponitur pęna exilij, uidere potes apud Calic. in Margar. fiſci, folio 85. ubi 69. recenſet.

3 Officiales † rectorum prouinciarum, qui ruſticanos uel eorum ſeruos uel iumenta ad aliqua cogunt obſequia, nec non & ruſticani ſe ſponte dictis obſequiis ſubijcientes, puniuntur pęna perpetui exilij, & confiſcationis bonorum, l. 2. C. ne ruſticani ad vllum obſequium deuocentur. Sed pro certo hodie hoc malè obſeruatur, ut dicit Chaſſ. ſuper conſue. Burg. fol. 89. uerſ. 36. caſus.

4 VIDI ego † quandoque in facto dubitari, nunquid iudex poſſit relegare aliquem, ut non exeat de aliquo loco, uel oppido, iuriſdictioni ipſius iudicis non ſubdito, quam relegationem nos cõfinationem appellamus Et dicendum eſt, ꝙ de iure non poteſt fieri relegatio; niſi in loca ſubdita ipſi iudici releganti, ut eſt text. in l. relegatorum, §. interdicere, ff. de interdic. & relega. nihilominus de conſuetudine generali, quę uiget ferè ubique locorum, contrarium obſeruatur, ut atteſtatur Bald. in l. executorem, num. 33. C. de execu. rei iud. ſubdens, Et ideo tales ſtudeant ſeruare mandata; & illum refert Marcus deciſ. 359. numero 9. Et intellexi quòd proximis menſibus Dux

Mantuæ confinauit nonnullos ciues Caſa-
lenſes in diuerſas ciuitates & oppida Ita-
liæ, dominio ſuo non ſubditas. Vide in hoc
propoſito quæ dixi ſupra quæſt. 67. verſicu.
Deportatio.

5 QVÆRO nunc, † quis ſit effectus banni,
ſeũ condemnationis in exilium, & in pri-
mis nunquid bannitus in contumaciam ſit
infamis? Reſpond. quòd non, & ita tenent
communiter doctores, vt dicit Bal. in l. pri-
ma, num. 5. C. de calumn. vbi enim condem-
natio ſit in contumaciam, non dicitur verè
conſtare de crimine, propterea non debet
ſequi infamia, quæ ex crimine ipſo procedit.

6 Præterea † quæro, nunquid bannitus pro
maleficio in contumaciam, poſſit eſſe te-
ſtis? Reſpond. quòd ſic de iure ciuili, & hanc
dicit eſſe communem opi. Bal. in c. ſuper eo,
el primo, num. 4. de teſtib. Alexan. de Neuo
conſi. 8. nume. 10. Feli. in d. c. ſuper eo, nu. 6.
Et dicit Alber. in quarta parte ſtatutorum,
quæſt. 72. in primo dubio, quòd hæc opin.
communiter approbatur & ſeruatur. Ban-
num enim ex contumacia proueniens non
irrogat iuris infamiam, (vt ſtatim dixi) me-
ritò à teſtificando non repellit. Hæc tamen
concluſio non tranſiret abſque difficultate,
ſtantibus ſtatutis, quòd contumax habea-
tur pro confeſſo & conuicto, hoc enim ca-
ſu potius uidetur bannitus ex crimine pro-
bato per contumaciam, quàm ex ipſa con-
tumacia; & ideo ſaltem in loco, in quo eſt
bannitus, de iuris rigore fortè videretur re-
pellendus. Apud nos tamen quotidie conce
duntur ſalui conductus bannitis, vt veniant
ad teſtificandum, neque propterea repellun
tur, licèt propter bannum non reputentur
tanquam integri teſtes.

7 Succeſſiuè quæro, † nũquid bãnitus amit
tat patriam poteſtatem? Reſpond. quòd non, &
eſt communis opin. vt dicit Alexand. in l. ſi
cum dotem, §. ſi patri, num. 4. ff. ſolut. mat.
Corn. conſ. 55. lib. 2. prout illum refert Boſſ.
in tit. de bonorum public. poſt nu. 69. verſic.
contrarium tamen. licèt dicat ſe uidiſſe ſer-
uari, quòd imò illam amittat, quo ad bona po-
ſita in territorio, à quo eſt bannitus. Vide quæ
dixi infra uerſi. Dixi autem. Vtilitas autem
huius quæſtionis poteſt eſſe maxima, quia
quando pater bannitus perdit patriam po-
teſtatem, peculium profectitium tranſit in fi
ſcum, aliàs ſecus.

8. SED an poterit † bannitus teſtari, aut ca-
pere ex teſtamento? Dixi ſupra lib. tertio,
§. Teſtamentum, q. 19. & 20.

9 QVÆRO, an † bannitus poſſit impunè
offendi? Dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homici-
dium, uerſi. Plerunque etiam, & ſeq.

10 VLTERIVS quæro, † utrum bannitus
a uirtute contumaciæ, *a* & ſic fictæ confeſ-
ſionis inductæ ab huiuſmodi ſtatuto, efficia-
tur ſeruus pœnæ? Reſpond. quòd non efficitur
ſeruus pœnæ, donec peruenerit in fortiã iu-
ſtitiæ. Et hæc eſt cõmunis opi. vt dicit Corn.
conſi. 55. in littera Z, li. 2. quem refert Boer.
deciſ. 276. nu. 12. relatus & ipſe per Viuium
in libro communium opin. fol. 242. in uer-
bo, Reus pro crimine. Prac. Conradi fo. 443.
num. 14. in fi. Boſſ. in tit. banniti quid amit-
tant, num. 12. Quod intellige, niſi condem-
natio ſit pura, & ſine conditione lata, ut ele
ganter declarat Boer. in loco prææallegato.
Dixi in d §. Teſtamentum, in quæſt. 19. uer-
ſi. Aliquando uerò.

11 QVÆRO modò, † nunquid bannitus ab
b una ciuitate, *b* cenſeatur etiam bannitus
ab alijs ciuitatibus cum ea fœderatis? Rñd.
Aliqui dixerunt, quòd ſic; ſed eorum opi. non
eſt uera, & uſus illam non approbat, ut atte-
ſtatur Bar. in l. non dubito, nu. 2. ff. de capti-
uis. Licèt. n. aliquæ ciuitates ſint ſimul fœde-
ratæ, remanent tamen eorum iuriſdictiones
& territoria penitus ſeparata, niſi ſpeciali-
ter in capitulis fœderum contrarium diſpo-
ſitum fuiſſet. Faciunt quæ dixi ſupra quæ.
38. uerſi. Succeſſiue quæro. Vnum tamẽ uo
lo ut ſcias in hoc propoſito, quòd quamuis in
hoc Ducatu bannitus ab una ciuitate uel lo
co ipſius ducatus cenſeatur bannitus à toto
ducatu, & poſſit in eo ubiq; capi & puniri:
ſi tamen contingat aliquem ciuitatẽ vel lo-
cum ſeparari à ducatu, banniti ab illa ciuita
te uel loco, etiam tempore, quo erat unita
cum ducatu, ſunt poſt talem ſeparationem
tuti in ducatu, neque poſſunt in eo aliquo
modo moleſtari. Et ita euaſit in facti con-
tingentia quidam Chriſtophorus Maius in-
ſignis ſicarius, condemnatus de atrociſſimo
delicto in ciuitate Placentiæ, tempore, quo
erat unita cum hoc ducatu Mediolani, &
poſt ſeparationem captus in ciuitate Cre-
monæ, fuit enim libere dimiſſus. ita iudican
te ſenatu 14. & 17. Apr. 1558. P. N.

12 DIXI autem † ſupra quæſt. 67. uerſi. De
portatio etiam, quòd hodie exilium ſucceſſit
loco deportationis & relegationis. Sed quæ-
ro, nunquid banniti noſtri temporis æquipa
rentur deportatis, an autem relegatis? Ego
hanc

hanc quæſtionem poſueram ſupra lib. 2. §. Bannitus, uerſi. Quæro nunquid: ſed quia iam fere deſpero poſſe me aliquam aliã partem operis in lucem edere, illam ex eo loco in hunc trãſferri iuſſi. Vtilitas autem huius quæſtionis eſt maxima, nam deportatus perdit ciuitatem Romanam, non autem relegatus, l. inter pœnas. in principio, l. relegatorum, §. ſiue ad tempus, ff. de interd. & relega. Item deportatus amittit teſtamenti factionẽ actiuam & paſſiuam, non aũt relegatus, ut dixi ſupra lib. 3. §. Teſtamentũ, quæſtio. 22. & Scias igitur, ꝙ in hoc articulo tanta eſt inter doctores cõtrouerſia, vt vix poſſit diſcerni non modò quæ ſit cõis opinio, ſed neq; etiam quid in tanta ſcribentium uarietate tenendum ſit. Et in primis quidẽ aliqui ſimpliciter dicunt, ꝙ bannitus æquiparatur deportato. Sed certe eorum opin. ab omnibus fere reprobatur, vt ex infra dicendis apparebit. Alij ſimpliciter dicunt, ꝙ banniti æquiparãtur relegatis, non aũt deportatis. Et fuit opi. Bar. quam dicit communiter approbari Soci. Iun. conſi. 147. nu. 20. lib. 2. & illam communem appellat Alexan. in l. ex facto, §. ex facto, num. 7. & ſeq. ff. ad Trebell. prout illum refert Curt. Iun. conſi. 182. nu. 8. & Sapia. in l. imperium, num. 58. ff. de iuriſd. omnium iud. Aretin. in d. §. relegati, num. 7. quem refert Prac. Conradi fol. 447. num. 31. Aliqui verò diſtinguunt & dicunt, ꝙ aut quis eſt bannitus propter crimẽ, pro quo impoſita eſt pœna mortis, & eo caſu æquiparatur deportato: aut uerò eſt bannitus propter crimen, pro quo non imponitur pœna mortis, & æquiparatur relegato. Sed certe hæc etiam opi. communiter reprobatur. Et ꝙ bannitus etiam pro crimine, pro quo ueniat imponenda pœna mortis, non æquiparetur deportato, nec damnato in metallum, dicit eſſe communem opi. Curt. Senior conſi. 60. prout illum refert Ripa in d. l. ex facto, §. ex facto, nu. 14. Alij igitur aliter diſtinguunt, ꝙ ſcilicet aut pœna banni eſt cum cõfiſcatione bonorum, & tũc æquiparatur deportato: aut uerò ſine confiſcatione bonorum, & æquiparatur relegato. Et fuit opi. glo. in §. relegati, in uerbo retinent, Inſti. quib. mod. ius patriæ pot. ſoluitur. Hæc tamen opi. in hoc, ꝙ pœna banni, ubi bona non publicantur, æquiparetur relegationi, utique poſſet forte ſuſtineri, & illam communem appellat Maranta in ſuo Specul. fol. 29. nu. 7. ſed in alio capite, ꝙ ſcilicet vbi eſt cum publicatione bonorum, æquiparetur deportationi, hæc opi. non eſt tuta, nec communis, neque tenenda. Et ita opi. illius gloſæ communiter reprobari atteſtatur Curt. Senior conſi. 59. poſt num. 18. Et ideo multi dicunt, ꝙ bannitus cum publicatione bonorum participat de utroque, ſ. de relegato, & de deportato; & dicit Alexand. in d. conſil. 116. nume. 7. lib. 2. ꝙ hoc omnes fatentur. Alij etiam aliter diſtinguunt, ꝙ ſcilicet aut ſtat ſtatutum in eo loco, diſponens quòd bannitus poſſit impune offendi; & tunc æquiparatur deportato, aliàs ſecus. Et hanc opi. dicit eſſe communem Corn. conſi. 55. in littera L, lib. 2. Quid tenendum in tanta doctorum contrarietate? Ego (vt ingenue fatear) diſcutiendo tex. & fundamenta doctorum, ſæpe mutaui ſententiam, & aliquando adhæſi uni opi. & aliquando alteri: nunc autem pro reſolutione dico, ꝙ non eſt tutum tenere aliquam ex prædictis opinionibus, & ideo abſolute teneo, ꝙ banniti noſtri temporis quocunque modo ſint banniti, ſcilicet ſiue perpetuò, ſiue ad tempus, & ſiue cũ publicatione bonorum, ſiue ſine publicatione, & ſiue extet ſtatutum ꝙ poſſint impune offendi, ſiue non, neque ſimpliciter æquiparantur deportatis, neque relegatis, ſed eſt quædam tertia ſpecies de per ſe; & propterea quòd non licet arguere de deportato ad bannitum, neque etiam de relegato ad bannitum, ſed ſtandum eſt vel deciſionibus doctorum de bannitis in ſpecie loquẽtium, vel conſuetudini. Et licet Boſſ. in tit. de bonorum publicatione, num. 69. & clarius Alciat. conſi. 58. num. 9. atteſtentur in hoc dominio ſeruari, ꝙ banniti & condemnati ad pœnam mortis cum publicatione bonorũ, ſtante ſtatuto ꝙ poſſint impune offendi, æquiparentur deportatis; & amittant etiam iura communia, quo ad bona poſita in dominio: ego tamen uidi in pluribus articulis diuerſo modò iudicari. Et ſic credo vere dici poſſe, ꝙ ubicunque contingat aliquem allegare in caſu banniti exemplum deportati, uel relegati, iudex non debeat admittere huiuſmodi fundamenta, ſed ſtare deciſionibus doctorum in terminis loquentium de bannito, vel ſequi opinionem, ſecundũ quã ſolitum eſt in ſimilibus caſibus in ea prouincia iudicari. Et ita faciendo non errabit.

13 QVÆRO, quæ pœna puniatur frangens fines exilij? Reſpond. Si quidem erat iuſſus exulare minus decennio, duplicatur tẽpus,

pus, quod reſtabat ad exulandum, quando fregit exilium: ſi verò erat iuſſus exulare per decennium, vel vltra, perpetuatur exilium: ſi iuſſus erat exulare perpetuò, punitur pœna mortis. Ita diſtinguunt communiter doctores, teſte Anto. Gomes. c. 8. delictorum, num. 1. Senatus autem quandoque non modò iubet duplicari exilium, ſed propter temeritatem mandat eos etiam duobus aut tribus ictibus funis publice affici, & ita uidi ſeruari in quodam Ioan. Cauagna, 30. Auguſti 1557. P.N.

14 Item quæro,† ſi iudex banniuerit aliquẽ arbitrio ſuo, an mortuo iudice, vel ab officio diſcedente, cenſeatur extinctum bannum? Reſpond. Bartò. in l. centeſimis, §. fi. num. 9. & ſeq. ff. de verb. oblig. diſtinguit, an verba ſint concepta, donec uoluero, vel, donec reuocauero; & quidem dum Bart. tenet quòd morte iudicatur reuocatio, ſeu declaratio reuocatæ voluntatis, contrarium communiter tenetur, ut atteſtatur Föller. in pra. crim. cano. fol 282. in principio. Aliqui ſimpliciter dicunt, ꝙ utroque caſu bannum cẽſetur extinctum. Et hanc dicit eſſe communem opi. Anton. Gomes. ca. 8. delictorum, num. 5. Sicut enim talis uoluntas ſeu arbitrium morte extinguitur, ita etiam extingui debet eius effectus. Sed certè apud nos contrarium ſeruatur, nam ex quo condemnatio fit à iudice tanquam perſona publica, & ſub nomine officij, tale arbitrium tranſit ad ſucceſſorem.

ADDITIONES.

a Vtrum bannitus uirtute cõtumaciæ.] Adde, quòd taliter bannitus etiam pro crimine, quod infamat, non dicitur infamis ſaltẽ extra territorium ſtatuentium: quinimò nec in ipſo territorio, vide per Alciat. reſp. 108. tom. 2. lib. 5.

b Bannitus ab vna Ciuitate.] Adde, quando intelligatur etiam bannitus à locis nouiter acquiſitis, per Alciat. reſpon. 7. nume. 8. tom. 2. lib. 7.

Quæſtio LXXII.

SVMMARIVM.

1 *De pœna infamiæ.*

Quibus caſibus pœna infamia de iure communi incurratur, ibid.

2 *Tergiuerſator punitur pœna infamiæ, uerſicu. Tergiuerſator.*

3 *Damnatus publico iudicio, efficitur infamis, verſicu. Damnatus publico.*

Et quid ſi proceſſum fuerit per viam inquiſitionis, ibid.

4 *Infamis an poſſit teſtificari, uerſicu. Quæro nunquid. Remiſſiuè.*

1 EST etiam† grauis pœna infamiæ, quæ quibus caſibus de iure communi incurratur, vidère potes apud Calic. in Margarita fiſci, fol. 99. vbi enumerat LXI. caſus, in quibus pœna ignominioſæ miſſionis, & infamiæ imponitur.

2 Tergiuerſator† punitur pœna infamiæ, & v. lib. auri, & ita dicunt communiter doctores, ut ait Marian. in rubrica de calumnia. nume. 6. Et in propoſito de præuaricatore, ſcias quòd Oldradus triſticia cuiuſdam criminis præuaricationis obijt, ut dicit Paul. de Caſtro in l. prima, in ultimis uerbis, C. de aduo. diuerſorum iud. quem refert Nunius de los cortegidores fol. 34. col. ſecunda, verſi. conſulo.

3 Damnatus† publico iudicio, efficitur infamis, l. infamem, ff. de publi. iudi. & hæc quidem concluſio de plano procedit, quando proceſſum eſt uia ordinaria, & ſic per accuſationem. Sed quid ſi proceſſum fuerit via extraordinaria, & ſic per inquiſitionem, nunquid damnatus in eo iudicio erit infamis? Reſpon. Aliqui dicunt quòd non, & dicit Calder. conſi. 1. de pœnis, quòd hoc eſt communius & benignius, ut mitius, quàm fieri poteſt, in pœnis agatur. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quòd imò etiã cõdemnatus per uiam inquiſitionis, de crimine publici iudicij, efficiatur infamis, dicit eſſe communem Ange. in l. ea quidem, num. 28. C. de accuſ. Et hæc opin. mihi magis placet, quia ceſſatio ſolemnitas in procedendo, non facit ceſſare pœnam, & conſequenter neque etiam infamiam. Et hoc multo magis locum habet de iure ciuili, ſecundum quod etiam in proceſſu inquiſitionis imponitur pœna ordinaria, ut dixi ſupra quæſt. 60. verſi. Poteſt etiam. Et hoc quidem ſatis de plano procederet, quando condemnatio ſuper inquiſitione, ſequuta eſt cõtra reum præſentem, & auditis ſuis defenſionibus: ſed ſi ſequuta eſſet in contumaciam, a vel etiam contra præſentem, non ſeruatis tamen

tamen ſeruandi, forte uerior eſt contraria opin. quòd ex tali condemnatione reus nõ efficiatur infamis, quam dicit eſſe communem Viuius in lib. communium opi. in uerbo, infamia iuris.

4 Quęro, † nũquid infamis poſſit teſtificari? Dixi ſupra lib. 2. §. Teſtis, & ſupra hoc eo. § quæſt. 24. ver. Item infamis, & q. 25. circa princip.

ADDITIONES.

a In contumaciam.] Adde etiam ſi ex ſtatuti diſpoſitione contumacia habeat uim confeſſionis, per Alex. eius conſi. 114 verſi. fortius. li. 2. vt dixi in proximiori quæſtione.

Quæſt. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *De pœna priuationis officij vel beneficij.*
Et quibus caſibus de iure communi incurratur, ibid. Remiſſiuè.
2 *Iudex committens barattariam priuatur officio, verſi. Iudex committens.*
Et quæ ſit pœna corrumpentis iudicem, ibid.
3 *Iudex propter negligentiam poteſt officio priuari, verſi. Item iudex.*
Officiales hodie non ſyndicantur de negligentia, ibid.
4 *Notarius, condemnatus ex eo quòd deliquerit in officio tabellionatus, an cenſeatur priuatus officio, uerſi. Notarius.*
5 *Clericus beneficiatus, cõtrahens matrimoniũ, amittit beneficium verſi. Clericus beneficiatus.*
Et an ſit priuatus ipſo iure, an autem ſit per ſententiam priuandus, ibidem.
Et quid ſi contrahat cum impubere, ibi.
Et quid ſi vxor ante copulam ingrediatur monaſterium, nunquid ipſe recuperet beneficiũ, ibid.
6 *Clericus, qui per annum ſuſtinet excommunicationem, priuatur beneficio, verſi. Item clericus.*
Clericus periurus priuatur beneficio, ibidem, Remiſſiuè.
Clericus ſimoniacus priuatur beneficio, ibid. Remiſſiuè.
Clericus factus miles ſecularis amittit beneficium, ibid.
7 *Clericus excommunicatus eſt ipſo iure priuatus fructibus beneficij, verſi. Pariter etiam.*
Et an clericus excommunicatus ſit alendus ex fructibus beneficij, ibid.
Clericus hæreticus & eius filij amittunt beneficia, ſi quæ habent, ibid. Remiſſiuè.
Clericus, colludens in cauſa beneficij, poteſt priuari, ibid.
Clericus, non incumbens horis diuinis, eſt priuandus beneficio, ibid.
Clericus homicida priuatur beneficio, ibidem. Remiſſiuè.
8 *Prælati inſufficientes debent deponi, uerſi. Prælati.*
Et quid in Papa, ibid.
Epiſcopus negligens non poteſt deponi, niſi à ſummo Pontifice, ibid.
9 *Clericus priuatus beneficio, tenetur reſtituere fructus perceptos à die commiſſi delicti, verſi. Et ſcias.*

1 HVIC etiam † valde affinis eſt pœna priuationis officij, dignitatis, uel beneficij, quam quidem pęnam qui de iure cõmuni incurrant, uidere potes apud Calic. in Margar. fiſci, fol. 100. & ſeq. vbi enumerat centum quinquaginta caſus, in quibus eſt impoſita pęna priuationis militiæ, ſacerdotij, cinguli, officij, uel dignitatis.

2 Iudex † committens barattariam ᵃ priua-
a tur officio, quod de præſenti habet, & facultate alia habendi in futurum, l. iudices, C. de dignita. lib. 12. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Boſſ. in titu. de offical. corruptis pecul. poſt nu. 10. prætereaque punitur pęna legis Iuliæ repetundarum, ſcilicet exilio, uel etiam grauius ſecundum qualitatẽ facti, vt eſt tex. in l. lex Iulia, § fin. ff. ad leg. Iul. repe. Et ita uidetur colligi ex glo. fin. in l. 1. C. ad leg. Iul. maieſtatis, quam ſequũtur cæteri, ut atteſtatur Grammat. conſi. 35. nu. 9. vbi in facti contingentia conſuluit, & refert Pract. Millei fol. 95. nume. 48. & Papo lib. 6. nume. 2. arreſto 14. ita fuiſſe in facto obſeruatum Pariſijs contra quendam Regiũ Cõſiliarium, qui pro furtis & ſceleribus per eum commiſſis fuit exauthoratus, degradatus, & ſuis inſignibus ſpoliatus, & deinde emendam honorabilem peregit &c. Cogitur etiam perſoluere quadruplum eius, quod accepit, & in hoc pariter omnes concordãt, vt dicit Boſſ. in loco præallegato. Sed aduerte, quia non ſemper illud quadruplum ap-

plicatur

plicatur fiſco, ſed tantummodo quando ver ſatur turpitudo ex parte vtriuſque, ſcilicet dantis & recipientis. Quando autem turpitudo eſt ſolummodo ex parte vnius, tunc dimidium quadrupli applicatur fiſco, & dimidium alteri parti. Ita dicit gloſ. in l. j. in glo. fi. C. ad leg. Iul repet. quam ſequuntur doctores, ut atteſtatur Chaſſen. ſuper cõſu. Burg. fo. 88. uer. nonus caſus. Quę autem ſit forma degradationis doctoris, uideri poteſt apud Grammat. ſuper cap. Regni, fol. 122. poſt num. 28. vbi refert, quomodo degradatus fuerit quidam doctor. Pars autem iudicem corrũpens *b*, ſcilicet dans ei pecuniam, ut pro ſe iniuſtè pronunciet, perdit datum & litem, pariterque dans ut iuſtè pro ſe pronunciet. Ita tenet glo. in l. 2. in verbo, in bona, ff. de cond. ob turpem cauſam, quam dicit eſſe cõmuniter approbatam Roma. ibid. num. 7. Didacus ſuper regula, peccatum, fol. 102. Vbi verò quis daret pecuniam iudici, vt iuſtitiam miniſtraret celeriter, non videtur iudicem corrumpere uoluiſſe, ideoque poterit pecuniam datam repetere, & ita frequentiori iudicio & interpretum ſuffragio receptum eſſe ait Didacus ſuper d. regula peccatum, fo. 103. Intrans autem cameram iudicis, & non data pecunia, ſed blandis uerbis perſuadens, ut pro ſe ſententiam ferat, non amittit litem, ſed punitur pęna cẽtum aureorum, l. j. in fi. ff. de ambi.

3 Item iudex † propter negligentiam *c* poteſt priuari, *d* ſuper qua negligentia in facti contingentia conſuluit Ruin. conſil. 12. lib. 5. Scias tamen, quòd hodie officiales nõ ſyndicantur de negligentia; & ita obſeruat cõſuetudo, quę multùm fauet aſſeſſoribus, vt dicit Ange. de ſyndicatu. nume. 8. quem refert Amad. de ſynd. num. 247. in fi. Quod intellige ut procedat, quando talis negligentia eſt leuiſſima culpa, uel etiam quando eſt leuis, ſecus autem ſi eſſet lata culpa, & ſi dolo proxima, nam de ea utique ſyndicantur. Et ita obſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Catald. de ſynd. q. 13. & quæſt. 265. Boſſ. in titu. de official. corrup. pecu. nume. 26. ubi ſubdit quod ita etiam atteſtantur omnes. Debent ergo officiales ſyndicari tantummodo de furtis, barataria, & illicitis extorſionibus. Et ita de conſuetudine obſeruari atteſtatur Franc. Accur. de ſyndi. quem refert & dicit eſſe notabile verbum Amad. de ſynd. nu. 136. in fi.

4 NOTARIVS † condemnatus ex eo quòd deliquerit circa officium tabellionatus, puta quia falſum inſtrumentum fabricauit, cenſetur priuatus officio tabellionatus; ideoque non poteſt noua inſtrumenta conficere, ſed antequam ſit condemnatus, non intelligitur priuatus. Et hæc eſt communis opi. vt dicit Alex in l. ſi quis ex argentariis, §. 1. nu. 9. ff. de edendo.

5 Clericus beneficiatus † matrimonium cõtrahens, priuatur beneficio, vt eſt tex. in c. 1. de cleric. coniug. Et hoc locum habet non modò in clerico, qui ſit in ſacris cõſtitutus, ſed etiam in eo, qui ſit in minoribus, nam & ipſe ſi uxorem ducat, beneficiis priuatur. Et ita concludunt omnes doctores, ut dicit Euerar. conſi. 111. circa principium. Adde, quòd illud perdit, etiam ſi matrimonium ſit nullum ex cauſa conſanguinitatis. Et ita communiter tenetur, ut dicit Imola. in ca. Ioannes, poſt num. 24. uerſi. quarto caſu. de clerico coniug. Sed nunquid eſt ipſo iure priuatus beneficio, an autem eſt priuandus? Rñ. Aliqui ſimpliciter dicunt, quòd non eſt priuatus ipſo facto, ſed uenit per ſententiã priuandus. Et hanc opin. dicit eſſe communem Euerard. in d. conſi. 111. colum. 1. uer. in cõtrarium tamen. Alii uerò ſimpliciter dicũt, quòd eo ipſo quòd contrahit matrimoniũ, ipſo iure beneficium amittit. Et hanc opin. tenuit glo. in d. cap. 1. in glo. 1. quam dicit eſſe communiter receptã Didacus ſuper quarto decretal. fol. 81. num. 4. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Menchiaca lib. 3. de teſta §. 22. num. 45. in fin. Tu uerò dic, quòd Aut matrimonium de iure ualet, puta quia non eſt in ſacris conſtitutus & contrahit cũ ea, cum qua nullum eſt legitimum impedimentum, & tunc priuatur ipſo iure. Aut matrimonium eſt nullum, puta quia talis clericus erat in ſacris conſtitutus, uel ſi erat in minoribus, ſcienter contraxit cum conſanguinea, & non eſt ſequuta copula carnalis, & tunc non perdit beneficium ipſo iure. Et hanc dicit eſſe communem opin. Bermõ. de concubi. fol. 404. in principio, quæ mihi etiam magis placet. Sed quid ſi contraxit matrimonium nulliter cum impubere, nunquid & eo caſu amittit beneficium? Reſpõ. quòd non, & eſt communis opin. ut atteſtatur Didacus ſuper quarto decretal. fol. 81. poſt nume. 4. quem refert Menchiaca in d. §. 22. nume. 46. nam cum impubere non poteſt uere dici contractum matrimonium, ſed tantum ſponſalia de futuro, propter quæ

quæ certum eſt, quòd clericus beneficium non amittit. Sed quid ſi uxor ante copulam ingrediatur monaſterium, nunquid ipſe recuperabit beneficium? Reſpond. quòd non, & ita tenent communiter doctores, ut dicit Summa Angelica in uerbo clericus, §. 5. num. 1. Adde, quòd clericus matrimonium contrahens non modò amittit beneficium, ſed etiam quoſcunque regreſſus, & alia quæ libet iura ſibi ad beneficium eccleſiaſticum competentia. Ita tenet gloſ. in d. ca. 1. in uerbo, clericalis. de clerico coniug. in 6. & eſt communis opin. ut ait Didacus ſuper 4. decretal. fol. 82. nume. 5. Item clericus contrahens matrimonium amittit penſionem, quam in reſignatione beneficij ſibi reſeruauerat ſuper fructibus. Et eſt communis opi. vt ait Gigas de penſio. quæſt. 54. quem refert & ſequitur Bernond. in loco præallegato, fol. 404. nu. 3. in fin. etiam ſi huiuſmodi penſio fuerit conſtituta ſimpliciter, nullo adiecto onere ſpirituali. Et ita obtinuit uſus Romanæ curiæ, ut atteſtatur Didacus in loco preallegato, poſt num. 6.

6 Item clericus † qui ſuſtinet excommunicationem p annum, priuatur beneficio. Et eſt communis opin. ut atteſtatur Feli. in cap. primo, nume. 8. de iudi. talis enim videtur de hæreſi ſuſpectus. Item clericus periurus priuatur beneficio. Dixi ſupra hoc eod. lib. §. Periurium, verſicu. Item clericus. Itē clericus ſimoniacus priuatur beneficio, ut dixi ſupra hoc eod. lib. §. Simonia, uerſi. Itē clericus. Item clericus, qui effectus eſt miles ſecularis, amittit beneficium. Ita dicit gloſ. in c. fi. in uerbo, redierint. de cleri. non reſid. & eſt communis opin. ut atteſtatur Imola in d. c. fi. num. 6. Barba. conſi. 11. colum. fi. uerſi. præterea facit, lib. 1. quem refert Gigas de penſio. quæſt. 55. num. 2. Nam eo ipſo quòd ſecularem militiam aſſumit, uidetur clericali militiæ renunciaſſe.

7 Pariter etiam † clericus excommunicatus eſt ipſo iure priuatus fructibus beneficij, & eſt communis opin. ut dicit Ripa in cap. 1. num. 27. de iudi. Et nota quòd licet clerico, qui fuerit propter crimen depoſitus aut ſuſpenſus, exhibenda ſint alimenta ex redditibus ſui beneficij, tamen clerico excommunicato, etiam ſi egenus & pauper ſit, nihil datur. Et ita frequentiſſimo omnium conſenſu receptum eſt, ut ait Didacus lib. 3. reſolutionum, c. 13. poſt num. 8. uer. 12. hinc. Hæc tamen omnia intellige ut procedant, modò excommunicatio ſit iuſta, aliàs ſecus, vt dixi infra lib. 7. §. Excommunicatio, Item clericus hæreticus & eius filij amittūt ipſo iure beneficia. Dixi ſupra, §. Hæreſis, ver. Item clericus. Item clericus colludens in cauſa beneficiali debet beneficio priuari, vt eſt text. in cap. audiuimus, de colluſ. deteg. Et poteſt poni exemplum in ſene, qui ſit infirmus, qui permutat pingue beneficium cum nepote uel conſanguineo dante beneficium exile, his enim concurrentibus, talis renuntiatio præſumitur facta in fraudem. Et ita cōiter tenent doctores, ut dicit Anan. in d. cap. audiuimus, poſt num. 2. verſi. & prædicta. Item clericus, qui non dicit officium, neque incumbit horis diuinis, priuandus eſt beneficio, & tenetur etiā reſtituere fructus perceptos. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Bello. conſi. 56. num. 3. Item clericus cōmittens homicidium qualificatum quia aſſaſſinium uel parricidium, amittit beneficium, propter ſimplex autem homicidium non amittit ipſo iure, ſed uenit per ſententiam priuandus. Dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium, uerſicu. De iure autem. Item clericus bannitus perpetuò, priuādus eſt beneficio quum non poſſit in eo ſeruire. Et ita iudicatum fuit per parlamentum Tholoſanum, ut refert Rebuff. in prac. beneficia. fol. 472. nu. 57.

8 Prælati † inſufficientes debent deponi, ſecundum gloſ. in cap. 1. in uerbo, ſufficientem, de renunc. in ſexto, quam dicit eſſe cōmuniter approbatam Alciat. de præſump. in tertia regula, præſumptio. 19. nume. 5. Scias tamen, quòd epiſcopus negligens non poteſt ab aliquo deponi, præterquam à ſummo pontifice. Et ita communiter concluditur, ut dicit Abb. in cap excommunicamus el primo, in fin. de hæret. Sed quid in Papa, nunquid & ipſe propter inſufficientiam deponi poterit? Reſpond. quòd non, & ita receptum eſſe atteſtatur Gomes. in c. 1. poſt nu. 115. de conſtitut. in ſexto.

Cæteros autem caſus, in quibus clericus beneficij priuationem incurrit, videre potes apud Rebuffum in loco præallegato.

9 Et ſcias, † q clericus cōmittēs delictū, p quod poſſit priuari beneficio, licet habeat ius in re, quouſque ſit priuatus, poſtq̄ in eo priuatus eſt, tenet reſtituere fructus perceptos à die commiſſi delicti, vel quos pcipere potuit, ſiue extēt, ſiue ſint cōſūpti, & ſiue ef-

ſectus

fectus ſit locupletior, ſiue nõ. Ita tenet Pau. de Caſtro in l. 1. nu. 3. C. de his quibus vt in
• dig. & eſt cõmunis opin. ut atteſtatur Diaz in prac. crim. cano. c. 123.

ADDITIONES.

a Baratariam] Pœna corrupti Iudicis: quid contra hos corruptos obſeruatum ſit à Cãbyſe, Dario, & Alexandro ſeuero, & quãdo corruptus iudex propriè dicatur, diligenti ſtudio explanatum uide per Iacob. Menoch. de arbitrar. iudi. lib. 2 centu. 4. caſ. 342.

b Iudices corrumpens.] Adde fuſiùs de pęna corrumpentis iudices per Iacob. Menoch. de arbi. iudi. lib. 2 centu. 4. caſ. 343.

c Negligentiam.] Sed qualiter probetur Iudicis negligentia uide per Boſſ. titu. de official corrup. pecunia num. 25. Et pœnæ Iudicis, nec non & arbitri negligentis iuſtitiam adminiſtrare, vide quæ habentur per Iacob. Menoch. de arbitra. iudi. lib. 2. centu 4. caſ. 341. Item adde, quòd iudex conuincitur de negligentia, quando non vult recipere libellos querimoniarum, uel accuſas; uel ſi recepit non vult examinare teſtes, qnos producо, nec facit reſtitui furtum, uel damnum ei, qui furtum, uel damnum paſſus eſt, ita notabiliter poſt Bal. dicit Iacob. de Sancto Georg. in l. mancipia. C. de ſer. fugit. nu. 4. Hic nota, ꝙ Iudex negligens in puniendo delinquentem, quem corrigere poteſt, dicitur fautor eius, & particeps criminis, c. quanto. de ſent. excomm. cum ſimilibus, de quibus per Crauc. conſi. 314. col. 3. uer. Ideo, & in conſi. 322. col. 2. & ibi. alia quædam de negligentia vide.

d Officio priuari] Adde, ut per Craue. poſt relatos in ſuo con. 132. col. 2. ubi idem dicit in ſyndico. Idem in tutore negligente circa adminiſtrationem bonorum pupilli. Idẽ in executore teſtamenti. Idem in ſimplici procuratore negligente, quem iudex debet remouere etiam ex officio, & nemine petente. Idem in prælato, qui à prælatura remouetur ob negligentiam.

• Adde Gramm. crim. conſi. 54. nu. 11.

e Priuatur beneficio.] Adde quinimò contra eum uti de hæreſi ſuſpectum procedi poteſt, ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, vltra alias pœnas, ut per Sacr. Concil. Triden. ſub decret. de reform. ſeſſ. 25. ca. 2. quamuis, in ſi. ad idem uide per Lud. Carer. in ſuo tract. de hęre. nu. 43.

Quæſtio LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *De pęna degradationis.*
2 *Duplicem eſſe degradationem, & quę ſit earum forma.*
3 *Clericus non eſt deponendus, niſi propter graue crimen, verſ. Regulariter.*
4 *Clericus pro quibus criminibus actualiter degradari poſſit, verſ. Caterùm. Remiſſiuè.*
5 *Quot epiſcopi interuenire debeant degradationi, verſ. Sed quæro.*
6 *Pœna degradationis imponitur etiam doctoribus & militibus, verſ. Scias etiam.*

1 QVANDOQVE † etiam imponitur ab eccleſiaſticis iudicibus pœna depoſitionis ab ordine ſiue degradationis. Et
2 ſcias, ꝙ † duplex eſt depoſitio ſiue degradatio, ſcilicet uerbalis & actualis. Verbalis eſt, quando epiſcopus pronunciat ſententiam contra clericum, per quam priuat illum ordinibus clericalibus. Et hæc ꝓpriè loquẽdo appellatur depoſitio, licèt plerunque à doctoribus dicatur etiam degradatio. Et huius depoſitionis forma habetur in libro pontificali, fol. 189. Actualis autem depoſitio, quæ propriè appellatur degrada-
a tio, *a* eſt quando clericus non modò per ſententiam priuatur, ſed etiam actualiter & ꝑſonaliter degradatur, exuitur, & ſpoliatur ordinibus eccleſiaſticis, iuxta formam traditam in d. lib. pontificali, folio. 190. & ſeq. quem refert Foller. in prac. crim. cano. fol. 270. nume. 17. Et effectus huius differentiæ eſt maximus, ut dixi ſupra q. 36. uerſi. Scias etiam.

3 Regulariter † autem clericus nõ debet deponi, niſi propter graue crimen. Et hæc eſt communis reſolutio, ut dicit Sylua de beneficio, fol. 109. nu. 4.

4 Cæterùm † actualiter deponi ſeu degradari non poteſt clericus, niſi pro tribus criminibus, ut dixi ſupra in d. q. 36. uerſic. Scias etiam.

5 Sed quæro, † quot epiſcopi debeant interuenire depoſitioni ſiue degradationi? Reſpon. quòd ſi degradandus eſt epiſcopus, requiruntur duodecim epiſcopi. Si eſt presbyter, requiruntur ſex. Si eſt diaconus uel ſubdiaconus, tres. Si eſt clericus in minoribus con-

conſtitutus, ſufficit proprius epiſcopus. Ita eſt tex.in c.ſi.15.q.7. Et aduerte, q̀ ſi tales epiſcopi inter ſe diſcordent in pronunciando, ſufficit maior pars. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Summa Silueſtrina, in uerbo Degradatio, quæſt.1. Hæc tamen, quæ dicta ſunt de numero epiſcoporum, intellige vt procedant, quãdo poſt huiuſmodi verbalem depoſitionem veniendum eſt ad actualem: ſed quando depoſitio verbalis non ſit ad effectũ ut ſequatur actualis degradatio, tunc ſolus epiſcopus poteſt uerbaliter deponere ſeu degradare. Et ita de generali cõſuetudine obſeruatur, ut ait Foller. in practi. crim.cano fol.270. nume.6. in ſi. Quinimò hodie etiam quando deueniendum eſt ad actualem degradationem, poteſt ſolus epiſcopus adhibitis prælatis degradare, ita ſtatuente ſacro Tridentino Concilio, ut refert Diaz in prac.criminal.cano.c.3.num. 7.

6 SCIAS autem, † q̀ hæc degradationis pęna non modò locum habet in clericis, ſed quandoque etiam in laicis aliqua dignitate inſignitis, puta ſi ſit aliquis doctor, qui ꝓpter aliquod delictum priuandus ſit cingu-
b lo doctorali, *b* de quo dixi ſupra quæſt.73. verſi. Iudex committens, ubi etiam poſui quędam exempla. Idem etiam in militibus, quando propter delictum militare ſunt puniendi, nam ſolent degradari & exui cingulo militari. Et dicit Marian.in c.propoſuiſti, poſt num. 34. de foro compe. q̀ ita ſeruant Duces & Capitanei armorum, quando faciunt aliquem ſuſpendi ex his, qui portant ſua ſigna, quæ nos diuiſam appellamus, qa ſcilicet prius i los denudant tali diuiſa.

ADDITIONES.

a Degradatio.] Hic nota, quòd ubi Eccleſia degradatum tradit Curiæ ſæculari, debet intercedere, ne mors infligatur, & Iudex ſecularis faciat ad ſui libitum, ut dicit Lud. Carer.in pract crim.§ homicid. vlt.poſt numerũ 64.qui nu.ſeq.ponit, & relatiuè, quid ſi degradatus per iudicem Eccleſiaſticũ opponat, & allegat fuiſſe nulliter degradatũ, quis cognoſcet de degradationis nullitate an Iudex ſecularis, vide de utroq; p eũ, illic.

b Cingulo Doctorali.] Vt fuit Donatus de falconibus, de quo aliàs memini in uberrimo conſi. ſyndicatus ſub nu.334. quod quidem conſi. habes poſt præſentem practicam vltimo loco.

Quæſtio LXXV.

SVMMARIVM.

1 *De pœna ſuſpenſionis.*
Et quibus caſib. incurratur, ibid. Remiſſiuè.
2 *Sacerdos benedicens ſecundas nuptias eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio, verſicu. Sacerdos.*
Et an ſit ſuſpenſus ipſo iure, ibid.
3 *Clericus notorius fornicator, vel ſimoniacus in ordine, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio, uerſicu. Clericus. Remiſſiuè.*

1 CÆTERVM ubi † crimen non eſt ualde graue, non ſolet clericis imponi pęna priuationis beneficij, uel depoſitionis ab ordine, ſed tantũ modò pœna ſuſpenſionis; quæ quidem ſuſpenſio eſt quædam cenſura eccleſiaſtica, propter quam clerico interdicitur officium, ſeu beneficium, uel adminiſtratio, ſeu executio ordinis vel iuriſdictionis. Et habemus in iure nonnullos caſus, in quibus imponitur huiuſmodi ſuſpenſionis pœna, quos recenſet Summa Silueſtrina in uerbo ſuſpenſio, in 6.quæſt.

2 Sacerdos † benedicens ſecũdas nuptias eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio, c.1. de ſecundis nupt. Scias tamen quòd non incurrit hanc pęnam ipſo iure, ſed eſt per ſententiã ſuſpendendus. Et eſt communis opi. ut atteſtatur Diaz in prac. crim. cano.c.68.circa ſi.

3 Clericus † notori⁹ fornicator uel ſimoniacus in ordine, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio. Dixi ſupra hoc eo. lib.§. Fornicatio, uerſi.Sed quęro, & §.Simonia, verſ.Sed quæro.

Quæſt. LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *De pœna eccleſiaſtici interdicti.*
Et quibus caſibus incurratur, ibidẽ. Remiſſiuè.
2 *Ciuitas exigens ab aliquo pedagia pro rebus ſuis, incurrit pœnam interdicti, uerſicu. Ciuitas.*
3 *Ciuitas aliquid committens contra epiſcopum ſuum incidit in pœnam interdicti, uerſi. Item ciuitas.*

Et

Et an requiratur quòd ſit proprius Epiſcopus, ibidem.

Et an ceſſante detentione epiſcopi ceſſet interdictum, ibidem.

INTER eccleſiaſticas† cenſuras eſt etiam pęna interdicti eccleſiaſtici, quæ quidẽ eſt ſeparatio à iure vel à iudice facta à certis ſacramentis, & omnibus diuinis officijs, & eccleſiaſtica ſepultura, in quam pęnam, qui incurrant, uidere potes apud Summiſtas, in verbo interdictum.

2 Civitas,† caſtrum, aut villa exigens pedagia ab aliquo pro rebus ſuis, quas non negociandi cauſa defert, eſt ipſo facto interdicta, c. quanquã. de cenſib. in ſexto. Sed certè quicquid ſit de iure, iſte caſus non eſt à conſuetudine receptus, neq; ſeruatus, ut dicit Io. Cald. in trac. de interdic. in prima parte, nu. 51. in fi. Et quamuis Sũma Silueſt. in uerbo, interdictum, 4. quæſt. 1. in tertio caſu, dicat ꝙ ſecundum Archi. hæc opi. communiter non tenetur, ex quo ſententia interdicti trahit ſecũ effectum ſuum, abſq; eo ꝙ utentium moribus recipiatur. Prætereaq; in d. c. quanquam. dicitur, contraria conſuetudine non obſtante: non tñ puto recedẽdum eſſe à ſnĩa Io. Cal. poſtquã uidemus dictum c. non ſeruari in ipſamet ciuitate Romana, neq; in alijs terris eccleſiæ, à quib. in concernentib. iuris canonici obſeruantiam, debent aliæ ciuitates normam & regulam accipere.

4 Item ciuitas,† aliquid committens cõtra epiſcopum ſuum, ut capiatur, percutiatur, vel bãniatur, eſt interdicta, Clem. ſi quis ſua dẽte. de pœn. Et aduerte, quia hæc pęna locũ nõ habet, niſi ſit ſuus proprius epiſcopus illius ciuitatis, vt apparet ex uerbis illius Clem. & ita firmant cõiter ſcribentes, ut dicit Tortus inter cõſilia Anto. de Butr. conſ. vlt. nu. 3. in fi. Idemq; ſi in aliquo loco epiſcopus detineatur inuitus, ut ibi. Sed hæc intelligẽda ſunt ut procedant, qñ ille, qui detinet epiſcopum, vel illum offendit, eſt dñs illius ciuitatis, aliàs ſecus. Ita ur̃ ſentire gl. in d. clem. prima, in uerbo, ſi ſua ſit. & ita tenẽt cõmuniter doctores, ut dicit Soci. inter conſilia Curtij Senioris conſi. 20. poſt num. 42. verſi. poſtremo cõcludenti. Et dicit Tortus in allegato conſ. vlt. poſt nu. 4. ꝙ ita notant cõmuniter doctores nemine diſcrepãte. Itẽ ſcias, quòd ſtatim ceſſante tali detentione epiſcopi, ceſſat etiam interdictum ipſo iure, & abſque alia declaratione. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Tortus in d. conſ. ultimo, num. 5.

Quæſt. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *De excommunicationis pœna.*

Duplicem eſſe excommunicationem, maiorem ſcilicet & minorem, ibid.

2 *Percutiens clericum eſt excommunicatus, & incidit in pœnas canonis, Si quis ſuadente, &c. uerſi. Percutiens clericum.*

3 *Et quid ſi ipſemet clericus ſe ipſum percutiat, uerſi. Adde quòd.*

4 *Et an percutiens clericum prima tonſura tantùm, uerſi. Item quęro.*

5 *Et an percutiens religioſum religioſè uiuentem, qui tamen profeſſionem non emiſit, uerſicu. Vlterius quæro.*

6 *Et an percutiens clericum non euntem in habitu clericali, uerſic. Sed an percutiens.*

7 *Et an percutiens clericum, ignorans illum eſſe clericum uerſi. Succeſſiuè quære.*

8 *Et quid ſi aliquis uolens percutere Titium laicum, percuſſerit Caium clericum, uerſicu. Sed quid ſi aliquis.*

9 *Et an percutiens clericum excommunicatum incidat in pœnas dicti canonis, uerſicu. Sed numquid.*

10 *Et an percutiens clericum degradatum incidat in pœnam illius canonis, uerſicu. Quæro etiam.*

11 *Et quid ſi clericus deprehenſus fuerit in adulterio, uerſicu. Pone quòd pater. Remiſſiuè.*

12 *Et quid ſi clericus alium inſultauerit, uerſicu. Item quid ſi clericus. Remiſſiuè.*

13 *Et quid ſi clericus velit aliquod delictum committere, verſi. Sed hic quæro.*

14 *Et quid ſi offenſio facta clerico ſit leuis, verſicu. Scias tamen.*

15 *Et quid ſi aliquis percutiat clericum pluribus percuſſionibus eodem impetu, an incidat in plures excommunicationes, uerſicu. Sed pone. Remiſſiuè.*

16 *Monachus non deferens habitum ſuæ religionis, eſt excommunicatus, uerſicu. Monachus habitum.*

Et quid ſi deferat, ſed occultè, ibid.

17 *Recipiens litteras apoſtolicas de manu alterius, quàm eorum, qui ſunt ad id deputati,*

tati, eſt excommunicatus, uerſicu. Recipientes.

18 *Clerici ſcienter participantes cum excommunicatis, ſunt excommunicati, uerſ. Clerici.*

19 *Incendiarij ſunt excommunicati, uerſicu. Incendiarij.*

20 *Effractores eccleſiarum cum ſpoliatione, ſunt excommunicati, uerſi. Effractores.*

21 *Offendentes Cardinales ſunt excommunicati, verſi. Offendentes.*

Et an incidant in crimen læſæ maieſt. ibidem. Remiſſiuè.

33 *Religioſi, qui miniſtrant ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum alienis parrochianis, ſunt excommunicati, uerſi. Religioſi.*

23 *Percutientes iniurioſè aut temerè episcopum, ſunt excommunicati, uer. Percutientes.*

Et quid ſi quis illum percutiat cauſa ſuæ defenſionis, ibid.

24 *Spoliantes Chriſtianos nauigantes, uel naufragium paſſos, ſunt excommunicati, uerſicu. Spoliantes.*

Et an ſit canon latæ ſententiæ, uel ferendæ, ibidem.

25 *Chriſtiani deferentes arma uel merces ad infideles, ſunt excommunicati, uerſicu. Chriſtiani.*

Et quid tempore pacis, ibid.

26 *Doctores uel ſcholares Bononienſis Academiæ, qui domos aliorum doctorum uel ſcholarium ante conductionis tempus præoccupare tentant, ſunt excommunicati, verſ. Magiſtri.*

Et an hoc locum habeat etiam in alijs gymnaſiis, ibidem.

27 *Schiſmatici ſunt excommunicati, verſic. Schiſmatici.*

28 *Facientes ſeruari ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem, ſunt excommunicati. uerſicu. Facientes.*

Et quæ ſtatuta dicantur contra eccleſiaſticam libertatem, ibid.

29 *Vſurpantes ius patronatus in locis pijs, ſunt excommunicati, ver. Vſurpantes.*

30 *Contrahentes ſcienter inceſtas nuptias ſunt excommunicati, verſicu. Contrahentes. Remiſſiuè.*

31 *Caſus, in quibus pœna excommunicationis incurritur, qui ſint, verſicu. Alios etiam. Remiſſiuè.*

32 *In ſententia excommunicationis an requiratur citatio, verſi. Quæro nunc. Remiſſiuè.*

33 *Sententia excommunicationis lata ex falſa cauſa an valeat, uerſi. Quæritur etiam.*

34 *Sententia excommunicationis nulla an liget ...*

excommunicatum, uerſicu. Solet dubitari.

1 SVCCESSIVE uideamus de pęna † excommunicationis, quę eſt maior pœna, quàm eccleſia imponere poſſit, ut communiter dici ſolet, teſte Beroo in c. ſi quis presbyterorũ, poſt num. 7. de reb. eccle. non alie. Et hęc quidẽ duplex eſt, ſcilicet maior & minor. Maior excludit à perceptione ſacramentorũ, & à communione fidelium. Minor aũt excludit tantummodo à perceptione ſacramentorum, non autẽ à communione fidelium. Et ita intelligendus eſt tex. in c. Engeldrudam, tertia, quæſt. 4. Et hunc intellectum ſequuntur omnes, tam glo. quàm doctores, ut atteſtatur Io. de Ana. in rubr. de cler. excom. nu. 4.

2 Percutiens clericum, † *a* ſiue illum offen-
a dens, etiam abſque vulnere, incidit in canonem c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. & eſt excommunicatus, ita quòd non poteſt abſolui niſi à ſummo Pontifice, ut ibi.

3 Adde, quòd † etiam clericus ſe ipſum percutiens incidit in excommunicationem, & pœnas dicti cano. Et ita communiter tenetur, ut dicit Abb. in ca. contingit, el primo, num. 6. de ſenten. excom.

4 Item quæro, † nunquid diſpoſitio d. canonis habeat locum etiam cõtra eum, qui percutiat clericum primæ tonſurę? Reſpond. ꝙ ſic, ita tenet glo. in c. 2. in uerbo clericos. de uita & honeſtate clericorũ, & eſt cõis opi. ut dicit Albertus Trotius de vero & perfecto clerico, lib. 1. in 2. dubio, quẽ refert Dueñas reg. 99. in ſecũda ampliatione. & Viuius in lib. cõmuniũ opin. in uerbo, clerici à ptãte. Quã tñ nũquam uidi in practica obſeruari, niſi talis clericus incedat in habitu clericali.

5 Vlterius quęro, † nunquid habeat locũ in perſonis religioſis, quæ regulariter viuũt, licet non emitiant profeſſionem? Reſpond. quòd ſic, ita tenuit Butr. in c. ſecundo, nu. 6. de foro compe. & eſt communis opin. ut atteſtatur Boer. de uita & ſtatu hęrem. nu. 14. quem refert Dueñas in loco præallegato, in tertia ampliatione.

6 SED an † percutiens clericũ euntẽ in habitu laicali, erit excõmunicatus? Rñd. ꝙ nõ, ſi ignorabat ipſum eſſe clericũ, & hoc tenent cano. ut dicit Ang. in l. itẽ apud, §. ſi qs virgines, nu. 1. ff. de iniur. Et dicit Areti. cõſi. 163. nu. 16. ꝙ clericus inuentus ſine habitu & tõ

 ſura,

ra, miſcens ſe enormibus ſceleribus, poteſt occidi abſque eo, quòd occidentes incurrãt pœnam excommunicationis. Et quòd ita tenent omnes doctores, ſubdens quòd licèt dubium ſit, nunquid iſte perdat priuilegiũ clericale quo ad forum; tñ hoc, quòd occidens uel percutiens talem clericum non incidat in canonem excommunicationis, omnes tenent. In hoc propoſito uide quæ dixi ſupra quæſt. 36. uer. Quæro modo.

7 Succeſſiue quæro, † nunquid percutiens clericum, ignorans iuſta & probabili ignorantia ipſum eſſe clericum, incidat in pœnas dicti canonis? Reſpond. quòd non, & eſt cõmunis opin. vt atteſtatur Placa lib. 1. delictorum, c. 27. num. 13. Cæterũ ſi ignoraſſet ex craſſa & ſupina ignorantia, non effugeret pœnas excommunicationis. Ita tenet gloſa in capit. ſi uerò, in uerbo, ignorauit. de ſenten. excom. quam dicit eſſe ab omnibus receptam Placa in loco prææallegato, numero 20.

8 SED quid † ſi aliquis uolens percutere Titium laicũ, errans percuſſerit Caium clericum, putans eſſe Titium laicum, nunquid incurret in pęnas excommunicationis? Reſpond. Alan. tenuit quòd ſic, quem ſequuta eſt gloſ. in d. cap. ſi vero, in uerbo, ignorauerit. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quòd imò non incurrat in pœnam dicti canonis, tenuit Tancred. Et hanc dicit eſſe cõmunem Didac. in repe. ca. alma mater, fol. 497. poſt nu. 15 uerſ. 9 ad eiuſdem, & in rep. ca. quamuis, fol. 53. poſt nume. 3. Placa in d. ca. 27. nume. 18. Vide quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium, verſicu. Dicunt etiam.

9 Sed nunquid † clericus excommunicatus gaudebit priuilegio dicti canonis, ita ut ſi quis eum offendat, incidat in pœnas ab ipſo canone impoſitas? Reſpond. quòd ſic. Ita tenet Innoc. in c. ſi uerò, nu. 3. de ſenten. exco. & ita communiter tenetur, ut dicit Abb. in d. ca. contingit. circa fin. quem refert Villalobos in ſua collecta communium opi. in litera C. nu. 81. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Dueñas regula 99. in 8. amp. Faciunt quę dixi ſupra quęſt. 30. uerſi. Quæro etiam.

10 Quęro etiam, † nunquid percutiens clericum degradatum incidat in pœnas d. canonis? Reſpond. quòd ſic, b Ita tenet Bald. in c. ſedes apoſtolica, nu. 4. de reſc. & eſt communis opi. ut dicit Placa li. 1. delictorũ, c. 6. nu. 6. Intellige, ſi fuit tantummodo degradatus verbaliter, nam ſi fuiſſet actualiter & ſolemniter degradatus, aliud eſſet dicendum.

11 Pone quòd † pater aut maritus deprehendat clericum in adulterio cum uxore uel filia, eumque percutiant, nunquid incidẽt in pęnas d. canonis? Dixi ſupra hoc eo. li. §. Homicidium, uer. Dixi etiam.

12 Item quid ſi † clericus aliquem inſultaneri c rit, c nunquid licebit inſultato illum offendere citra pœnam d. canonis? Dixi in d. §. Homicidium, uer. Præterea etiam.

13 Sed hic † quæro, quid ſi clericus velit aliquod delictum committere contra perſonam uel res alterius, nunquid poterit laicus illum prohibere? Reſpond. quòd ſic, & poteſt illum impune caperẽ & ligare, ſi aliter eum à maleficio prohibere non poteſt. Et eſt communis opin. ut dicit Abb. in cap. cum non ab homine, nu. 11 & ſeq. prout illum refert Boſſ. in titu. de captura. num. 39. Faciũt quæ dixi ſupra q̃ſt. 28. ver. Quæro nunq̃d.

14 Scias tamen, † quòd diſpoſitio d. c. ſi quis ſuadẽte, non hẽt locum, ubi offenſa eſſet leuis, d quam pro leui iniuria poterit epiſcopus ipſum excommunicatum abſoluere. Et ita cõiter tenetur, ut dicit Abb. in c. peruenit, in fi. de ſent. exco. quem refert Dec. in c. peruenit. el primo, poſt nu. 1. de ap. Reperio aũt ꝙ Calde. conſ. 7. de ſenten. excõ. conſuluit in facti contingentia, ꝙ clericus, qui in ludo niuis alium clericum in terram proiecerat, ita ꝙ ex eius ore modicũ ſãguinis exiuerat, erat excõmunicatus. Similiter ẽt conſuluit Zabarel. con. 42. ꝙ duo clerici, qui ſimul rixando ſe inuicem pedibus & manibus percuſſerant, erant excomunicati. Sed certe poteſt in huiuſmodi caſibus epiſcopus abſoluere, ut ſupra dixi.

15 Sed pone, † ꝙ aliquis percutiat clericum pluribus percuſſionibus, eodem tamen impetu, nunquid dicetur incidiſſe in plures excommunicationes? Dixi infra quæſt. 84. verſi. Scias etiam, ibi & ex hac.

16 Monachus, † habitum religionis ſuæ non deferens, incurrit pœnam excommunicationis. c. ut periculoſa. ne clerici, uel mona. i 6. Et ita uolunt doctores, ut dicit Rui. conſi. 7. nu. 14 in fi. li. 5. poſſunt tñ hoc caſu monachi ab eorũ ſuperiore abſolui, ut cõſuluit Cald. cõ. 6. de ſent. excõ. in facti cõtingẽtia de duobus religioſis, q habitũ ſecularẽ publice aſſũpſerũt. Sed qd ſi illũ deferat, ſed occultẽ? Rñ. Aliqui dicunt, quòd hoc caſu non incurrit

excom-

excommunicationem, & fuit opin. Archi. in d.c. ut periculoſa. Et dicit Claud. in repe. ve uim, num. 99. ff. de iuſtitia & iure, quòd illum ſequuntur communiter doctores. Cõtrariam uerò opin. quòd ſcilicet Monachus occulte habitum deferens incurrat nihilominus in excõmunicationem, tenuit gloſ. in clem. ſi. in uerbo, extrinſeci, de uita & honeſtate clerico & dicit Calcan. con. 123. nu. 1. quòd hęc eſt communis omnium opinio, vbi conſuluit ſuper hoc articulo in facti contingentia. Et hæc opi. gl. mihi magis placet, ſuperfluum enim redderetur mandatum diuerſitatis habitus, ſi illum occultare liceret; quod tamen ſemper intelligo ut procedat, niſi fiat cum cauſa & licẽtia ſuperioris.

17 Recipientes litteras apoſtolicas, † dum ipſi ſunt apud apoſtolicam ſedem, de manu alterius, quàm ſummi Põtificis, uel de putatorum ad illud officium, ſunt excommunicati, ca. dura, de cri. falſi. Sed hoc nõ ſeruatur, Papa ſciente & tolerãte, ut atteſtatur Summa Silueſt. in uerbo, excommunicatio vi in quarta excommunicatione, in fi.

18 Clerici, qui † ſcienter participant cum excommunicatis à Papa, ſunt excommunicati, c. ſignificauit. de ſenten. excõ. Scias tñ, ꝙ ad incurrendam hanc excommunicationem quinq; requiruntur. Primò ꝙ participent. Secundo ꝙ ſcienter. Tertio ꝙ ſponte, Quarto ꝙ in diuinis. Quinto ꝙ talis ſit à Papa nominatim excõmunicatus. Et hæc eſt cõmunis opi. ut atteſtatur Sũma Silueſt. in uerbo, excommunicatio vi. in 6. excommunicatione. Et nota, ꝙ hæc eſt excommunicatio maior, non autem minor, ut ſenſit gl. unica in d.c. ſignificauit, quæ in hoc communiter reprobatur, ut dicit Summa Silueſtr. in loco præallegato.

19 INCENDIARII † ſunt ipſo iure excomunicati, c. tua nos. de ſentẽ. excõ. Scias aũt ꝙ incendiarij locorum ſacrorum ante denunciationem abſoluũtur ab epiſcopo, poſt denunciationem autem non abſoluuntur, niſi à ſummo Pontifice. Et hæc eſt magis cõmunis opinio, ut dicit Sũma Silueſt. in d. uerbo, excommunicatio vii in ſeptima excommunicatione, in ſecundo dubio.

20 Effractores † eccleſiarum cum ſpoliatione ſunt excommunicati, ca. conqueſti, de ſent. excõ. & ante denunciationem poſſunt quidem abſolui ab epiſcopo, ſed poſt denunciationem ſolus Papa abſoluit, ſecundum cõmunem opin. ut atteſtatur Summa Silueſtrina in d. uerbo excommunicatio vii. in octaua excommunicatione. Et aduerte quia ad hoc ut habeat locum diſpoſitio d.c. non ſufficeret ſola effractio, neque ſola ſpoliatio, ſed vtrunque requiritur. Et hanc dicit eſſe communem opin. Remig. de immu. eccleſ. fol. 205. fall. 33.

22 Offendentes † percutiendo, capiendo, uel hoſtiliter inſequendo Cardinales S.R. eccleſiæ, ſunt excommunicati & diffidati apud omnes, ita quòd poſſunt ab omnibus impune offendi, cap. felicis, de pœnis, in ſexto. Bene verum eſt, quòd ad hoc ut talis diffidatio locum habeat, requiritur ſententia declaratoria, ſecundum Gemi. in d. capi. felicis. Et ita etiam tenent communiter doctores, ut dicit Boſſ. in titu. de hæret. poſt nu. 29. Et hic caſus contigit de facto in Cardinali Papienſi, qui fuit interfectus à duce Vrbini, ſuper quo caſu conſuluit Rui. cõ. 4. li. 5. & Ferre. cõ. 31. An aũt offendẽs cardinalem, dicatur committere crimen læſæ maieſta. dixi ſupra hoc eod. lib. §. læſæ maieſt. verſic. Quæro nunquid. Vide quæ dixi infra, uerſi. Percutientes.

22 Religioſi, qui † ſacramentum extremæ vnctionis vel euchariſtiæ miniſtrant ſine licentia presbyteri parrochialis, uel matrimonia ſolemnizant, ſunt excommunicati, clem. religioſi, de priui. Et ſciàs, quòd hæc excommunicatio generaliter comprehendit quoſque religioſos, & ita communiter tenetur, vt atteſtatur Summa Silueſtr. in d. uerbo, excommunicatio vii. in 14. excommunicatione, in ſecundo dubio.

23 PERCVTIENTES † iniurioſe aut temere epiſcopum, ſunt excommunicati, clem. prima, de pœnis, ut in caſu in quo conſuluit Bologni. conſilio 75. Hęc tamen pœna locum non habet, ubicunque offendens epiſcopum uel Cardinalem, id faceret cauſa ſuæ proprię defenſionis, nam eo caſu non dicitur facere iniurioſe, nec temere, & conſequenter non incidit in pœnas à dicta clemen. impoſitas. Ita dicit gloſ. in d. clem. prima, in principio, in uerbo. Temere, & in capi. felicis, in uerbo Percuſſerit, de pœnis in ſexto; quas doctores communiter ſequuntur, ut dicit Socin. inter conſilia Curtij Sen. conſil. 20. numero 39. & nume. 49. Tortus in d. conſil. vlt. poſt nume. 12. Colleg. Flor. inter conſilia Curtij Senioris conſil. 21. nume. 8. vbi cõſuluit pro ciuitate Florẽtina, in qua

fuerat furore populi ſuſpenſus Archiepiſcopus Piſanus, & captus Cardinalis Saluiatus, in quo caſu pro ipſa ciuitate pariter conſuluit Areti. conſi. 165. & Socin. inter conſilia Curtij Senioris in d. conſi. 20. & Tortus inter conſilia Ant. But. in d. con. ultimo. Quinimo ex quacnque cauſa excuſari poſſit à temeritate, & à dolo, ceſſabit etiam pœna dictæ Clem. ſecundum gloſ. in d. uerbo, temere, quam dicit eſſe communiter approbatam Tortus in d. con. ult. poſt num. 5. uer. Stat ergo.

24 Spoliantes† Chriſtianos, nauigantes pro honeſtis cauſis uel negociationibus, ſunt excommunicati. Scias tamen, quòd hic canon non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ſecundum communem opin. ut atteſtatur Summa Siluestrina in uerbo, excommunicatio. 8. in 20. excommunicat. in ſecundo dubio. Pariter etiam ſunt excommunicati ſpoliantes Chriſtianos naufragium paſſos rebus ſuis. Et hic eſt canon latæ ſententiæ, modò competens monitio præcedat, ſecundum opin. Innoc. quum dicit eſſe communem Summa Silueſtrina in loco præallegato.

25 Chriſtiani† deferentes Saracinis, habentibus bellum cum Chriſtianis, arma, ferrum, &c. ſunt excommunicati, cap. ita quorundam, de iudæis, & puniuntur pœna capitis, ut eſt text. in l. 1. & ſecunda, C. quæ res ex por. non poſſ. debes autem ſcire, quòd tempore belli omnino prohibitum eſt ad eos deferre quaſcunque merces, etiam ex his quæ non ſunt expreſſe prohibitæ in dictis iuribus. Et hanc dicit eſſe communem opi. Alex. conſil. 130. poſt num. 1. lib. ſeptimo, quem refert Boer. deciſ. 178. nume. 18. & Stracca de mercator. fol. 68. num. 40. Et licet ipſe Stracca uideatur de iuris rigore inclinare in contrariam ſententiam, fateatur tamen ibi nu. 47. in fi. quòd communis opin. eſt uſu recepta, & conſuetudine approbata. Et aduerte, quia in hoc non attenditur, an deferens hoc faciat ea intentione, ut Chriſtiani impugnētur uel non, ſecundum doctores, ut dicit Alex. in d. conſi. 130 poſt nume. 1. Et hoc adeo uerum eſt, ut neque etiam liceat eo tēpore belli ad eos deferre arma, uel alias merces prohibitas, pro redemptione captiuorū. Et eſt communis opin. ut atteſtatur Alexan. in d. conſi. 130. poſt nu. 1. Summa Silueſtrina in uerbo, excommunicatio 7. in 21. excōm. nu. 6. Dicuntur autem Saraceni habere bellum cum Chriſtianis, quando bellum gerūt cum aliquo principe Chriſtiano, ſeu dominio, uel oppido, ſecundum communem doctrinam, ut atteſtatur Summa Silueſt. in loco præalleg. num. 4 Cæterum ceſſante bello licitū eſt Chriſtianis ad Saracenos quaſcunque merces deferre, modo non ſint ex prohibitis. Et hæc eſt communis opin. ut dicunt Alex. & Boer. in locis præallegatis. Quæ autem ſint merces prohibitæ, habetur in legibus & capitulis ſuperius allegatis, & diffuſe per Straccam vbi ſupra, fol. 115. num. 12. & alijs ſeq.

26 Magiſtri† & ſcholares Bononiæ, conuenientes hoſpitem pro conducendo hoſpitio aliorum magiſtrorum uel ſcholarium, ante tempus conductionis elapſum, ſunt excommunicati, c. 1. de locato. Et nota, quòd in hoc propoſito nomine magiſtrorum, ueniunt doctores ſecundum omnes, ut atteſtatur Summa Silueſtr. in uerbo, excommunicatio, in quarta excommunicatione. num. 1. Hæc autem conſtitutio localis eſt, & locum habet ſolùm Bononiæ, nō autem in alijs ſtudiis ſeu vniuerſitatibus, etiam illis, quæ ſunt in terris eccleſiæ. Et hæc eſt communis opi. ut dicit Summa Silueſtrina in loco præallegato, nume. 3.

27 Schiſmatici† omnes ſunt excommunicati, c. 1. de ſchiſmat. Scias tamen in hoc propoſito, quòd quando duo uel plures electi in Papam de Pontificatu contendunt, & aliqui bona fide unum illorum habēt pro uero Pōtifice, qui tamen legitime electus non eſt, illi ſunt propter probabile dubium excuſandi, & ita ſentiunt omnes diuini & humani iuris periti, ut atteſtatur Simancas de hæret. c. 56. nume. 6.

28 Facientes† ſeruari ſtatuta uel conſuetudines contra eccleſiaſticam libertatem ſunt excommunicati, capi. nouerit, de ſenten. excō. Scias autem, quòd illa ſtatuta uel conſuetudines dicuntur eſſe contra eccleſiaſticam li-
f bertatem, quæ *f* ueniunt contra priuilegium conceſſum eccleſiæ uniuerſali à Deo, vel à Papa, uel ab Imperatore. Et hæc eſt communis theorica omniū doctorum, vt dicit Abb. con. 83. in primis uerbis, li. 1. quē refert Dec. in auc. Caſſa. nu. 18. C. de ſacro. eccl. Hanc ēt dicit eſſe communem opi. Summa Silueſ. in verbo, excommunicatio 1x. in decima excōmunicatione, nu. 1. Bertran. conſ. 50. nu. 4. & ſeq. lib. 1. in ſecunda parte.

29 Vſurpātes† de nouo ſibi ius patronatus à locis pijs uacantibus, ſunt excommunicati, ca.

c.generali.de electio. in ſexto. Et ad hoc ut tales uſurpatores huiuſmodi excommunicationis ſententiam incurrant, duo requirũtur. Primum, ꝙ uſurpent dicta iura de nouo, ſ. à quadraginta annis citra. Secundum, ꝙ illa occupent, ipſis locis uacantibus. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Summa Silueſtri. in uerbo. Excommunicatio I X. in XIIII. excommunicatione, num. 2.

30 CONTRAHENTES † ſcienter matrimonium in gradibus conſanguinitatis uel affinitatis prohibitis, ſunt excommunicati. Dixi ſupra hoc eo. lib. §. Inceſtus, uerſi. Præterea.

g ALIOS g etiam † excommunicationis
31 caſus poteris uidere apud Summiſtas, ĩ uerbo. Excommunicatio, & apud Io. Lignan. in trac. de cenſura eccleſiaſtica.

32 QVÆRO nunc, † an in ſententia excommunicationis requiratur citatio? Dixi ſupra quæſt. 31. uerſi. Item adde.

33 QVÆRITVR etiam, † an ſententia excõmunicationis lata ex falſa cauſa ualeat? Reſpon. ꝙ ſic. Ita tenet glo. in c. 1. in uerbo propter. de ſenten. excom. in ſexto. quam dicit eſſe communiter approbatam Soc. inter conſilia Curtij Senioris cõſi. 20. nu. 24. in fi. Illam tñ puto reſtringendam eſſe ut procedat, qñ ille, qui excommunicat, etiam ſi ſciuiſſet cãm non eſſe ueram, fuiſſet nihilominus excõmunicaturus, ut declarat Soci. ibi.

34 Solet dubitari, † nunquid ſententia excõmunicationis nulla afficiat & liget excommunicatum. Tu dic, ꝙ ſi eſt lata ab homine, nõ ligat ſi eſt nulla, ut dicit glo. in clem. prima, in uerbo. Subiacere, de ſent. excom. quam dicit eſſe communiter approbatam Soci. in allegato conſil. 20. nume. 30. Et hoc adeò uerum eſt, ut uolenti dicere de eius nullitate, nõ ſit opus petere abſolutionem, neque etiam ad cautelam. c. per tuas, de ſenten. excom. Et ita tenent doctores, ut dicit Soci. in loco præallegato.

ADDITIONES.

a Percutiens clericum.] Pone, quidam mandauit alicui, quòd uerberaret clericum, poſtea miſit ſibi nuntium, ꝙ nullo modo deberet eum uerberare; ſed antequàm nuntius peruenireт ad eum iam uerberauerat clericum. Vtrum ipſe mandans ſit excommunicatus; ꝙ ſic, vide per Iacob. de S. Georg. in l. 1. ff. de offi. procur. Cęſar. nume. 42. Idem in percutiente monachum, uel conuerſum religioſum. c. parochianos. de ſenten. excom. etiam ſi percuſſiſſet de Iudicis Eccleſiaſtici mandato, ut legitur & not. in c. uniuerſitatis. eodem titulo, ubi uterque tenetur ire ad Papam. Et idem ſi clericus percutiat aliũ clericum. Abb. & Fœly. in c. cum pro cauſa. eod. Idem in percutiente clericum arma portantem. capi. in audientia. Vbi Abb. & Feli. eod. Idem in potente prohibere, & non prohibente, per Fely. in c. quanto, poſt nu. 3. eodem. Idem in conſulente, inſtigante, & perſuadente percuti clericum, per Carer. in pract. crim. §. Homicidium. 5. nu. 140. Idem in percutiente conſanguineum ipſius clerici, reſpectu tamen ipſius clerici, per Marſi. ſing. 204. Et quis dicatᷣ clericus. Cagnol. in l. 2. de origin. iur. nu. 22. Et ſi clerico iniuriã inferens ſit laicus, punitur per iudicem ſecularem, per Rolan. conſi 24. Idem in mandante percuti clericum, & mandatario, qui non excuſatur. Abb. & Fely. in c. mulieres, eod. Fallit principalis concluſio pluribus modis: ut per Bertach. in reper. uerb. percuſſio uerſi. 38. 39. tex. c. cum uoluntate. § fin. eodem. Item fallit in percutiente clericum, qui dimiſſo habitu clericali enormitatibus ſe immiſcet, ad not. in c. perpendimus, eod. Item fallit in percutiente clericum vim inferentem, uel cum matre vxore filiaue inuẽtum. Reip. in l. final. C. de reuoc. dona. nu. 67. Itẽ fallit in ponente manum in perſonam religioſam, officium turbantem. Abb. & Fel. in c. ueniens. eod. Sed quid de percutiente fratres tertij ordinis S. Franciſci, an incurrat in d. cano. quod non, per Calder. conſil. 4. de regul. & uide per Craue. in conſ. 303. poſt nu. 10. Pariſ. in conſ. 40. nu. 14. uol. 3. & pract. Papien. in reſponſ. rei. Glo. tanquàm publicè excommunicatum. col. 1. poſt nu. 3. ubi poſt Inno. in c non dubium. de ſenten. excomm. & Goſred. in illius ſumma nouem excipit caſus, in quibus clericum percutiens non incurrit excommunicationem, quos illic uide: idem in percutiente clericum uolẽtem, per Carer. in pract crim. fol. 201. num. 52. Et regulam principalem cum undecim notabilibus ampliationibus, & tribus alijs limitationibus extenſis uide, per Duen. ſub reg. 99. & illic in princ. habes authores aduocatos ponẽtes regulam cum ampliationibus, atque limitationibus, quos non tranſcribo; ſed ad illos plenè explicantes recurrendum cenſeo. Et omninò adde quòd ſi quis uerbe

rauit clericum nomine meo, & ego ratificē illud delictum, ſtatim incido in excommunicationē. tex. eſt in c. cum quis. de ſenten. excomm. lib. 6. Imò ſi ego ratifico in corde meo, licèt non poſſit probari ratificatio, tamen ero excommunicatus quantum ad Eccleſiam triumphantem, & teneor facere me abſolui: nam multi ligantur, quò ad Eccleſiam triumphantem, qui tamen non ſunt ligati quantum ad Eccleſiam militantem. Et hæc uide per Iacobi. de S Georg. in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. nu 4. & 5. in prima lectura ff. quòd quiſque iuris.

b Quod ſic.] Adde illud ob memoriam priſtinæ dignitatis, uide per Tiraq. in reg. ceſſante cauſa. 15. limi. nu. 4.

c Item quęro.] Adde, q̄ ne dum clerici alios inuadentes principaliter propter perſonam vel propter res poſſunt percuti ſine pœna excommunicationis: verùm etiam mandantes, conſulētes, auxiliū, & fauorē dantes, vt tradit Bal. in repet. l. 1. C. unde ui. nu. 53. & 54. Item clericus mandans, aut inſtigans, vt alius occidatur, & percutiatur, quòd ſit irregularis habetur per Carer. in pract. cri. §. homicid 5. nume. 68. qui nu. ſeq. ponit de eo, qui percutiat aliquem armis clerici; & numero 70. ſi mandatarius in aggreſſu occidatur, an ſit irregularis ob mortem mandatarij.

d Leuis.] Ad dignoſcendum autem, an percuſſio ſit grauis, uel enormis, an uerò leuis, vide per Summ. Armill cap. excommunicatio. 5. ſub nume. 9. & Caiet. ubi ... colum. penul. Et quoniam can. loquitur de manibus violentibus, ideò pro declaratione uide per Armill. eod. c. ſub num. 1. & 2. & alia exempla ſub nume. fin. & per Caiet. in ſummula, cap. 10. de excommunicatio. chart. mihi. 121. Item nota, ex quo cauſa non eſt uniuerſalis, quod comprehendit omnes doli capaces, ut inquit ſumma Armill. Doli autē capax quis dicatur, vide per Ang. de Aret. in ſumma. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcun. Item alios caſus, in quibus iniuria dicitur grauis, & atrox. vide, per Ang. de Are. in §. atrox. Inſti. de iniur.

e Significauit.] Adde, ut per Abb. & Feli. ibi.

f Contra Eccleſiaſticam libertatem.] Item ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ dicantur, vide in reperto. ad do. Feli. col. mihi 617. §. ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ.

g Alios.] Hic ſcias, q̄ Armil. ponit nonaginta quinque caſus, ſed Syluest. magis diffusè totam materiam excommunicationis extēſam ponit per decem capita. vid. vtrobi. & vnum adde, q̄ ſi quis includat clericum inuitum in aliquo certo loco, licet violentiā non inferat in eius perſonam, tamen incidit in ſententiam excommunicationis, vt p Iacob. de S. Georg. in l. quod ſi quis. §. quod prætor nu. 6. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt, ui eximatur.

Quæſt. LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *De pœna confiſcationis omnium bonorum*
Diſpoſitio authentica, Bona damnatorum, an corrigat iura antiqua, per quæ imponebatur bonorum confiſcatio. ibid.
2 *Sententia capitalis ex diſpoſitione ſtatuti, an ſecum trahat confiſcationem bonorum, verſi. Sed pone.*
3 *Quæ ſint crimina, pro quibus impoſita eſt bonorum confiſcatio, verſi. Multa autem.*
4 *Apoſtata punitur in confiſcatione bonorum, verſi. Apoſtata.*
Et quis dicatur apoſtata, ibid.
Et an apoſtata recipiatur ad penitentiam, vt hæreticus, ibid.
5 *An quilibet iudex poſſit imponere pœnam confiſcationis bonorum, uerſi. Quæro nunquid.*
6 *Epiſcopi an habeant fiſcum, cui poſſint bona delinquentium applicari, uerſi. An autem. Remiſſiuè.*
7 *Quæ ueniant in confiſcatione bonorum, verſi. Nunc uideamus.*
Et ab ea omnia, quæ tranſeunt in extraneos hæredes, ibid.
Et an feudum, ibid. Remiſſiuè.
Et an emphyteoſis, ibid. Remiſſiue.
8 *Et an ius patronatus, uerſi. Quæro modò.*
9 *Et an in confiſcatione bonorum mobilium & immobilium veniant iura & actiones, verſi. Succeſſiuè quæro.*
Et an in confiſcatione ueniant bona prohibita alienari, uerſi. Item quæro.
Et quid ſi non ſit expreſſum fideicommiſſum in caſum alienationis, ibid.
Et quid ſi prohibitio facta ſit ad tempus fauore ipſius prohibiti, ibidem.
10 *Et an in confiſcatione bonorum filiiſam. veniant etiam bona profectitia, uerſi. Præterea quæro.*

11 *Et an aduenticia, uerſi. Sed quid in aduenticiis.*
12 *Et an caſtrenſia, uerſi. Quæro etiam.*
13 *Et an ē contra publicatis bonis patris, cenſeatur publicatum peculium perfectitium filij, verſi. Quæro nunc.*
14 *Dos mulieris an confiſcetur, verſicu. Quæro ſi bona.*
15 *Bona alienata per delinquentem poſt delictum commiſſum, an ueniant in confiſcatione bonorum, uerſi. Solet etiam.*
Et quid ſi fraus interuenit, ibidem.
16 *Et quō probetur fraus, verſi. Fraus autem.*
17 *Et quid ſi ex eo delicto non eſt impoſita ipſo iure confiſcatio bonorum, uel interdicta bonorū adminiſtratio, verſi. Caterùm.*
18 *Et quid ſi alienatio facta ſit poſt accuſationē, verſi. Et hæc omnia.*
19 *Et quid ſi facta ſit poſt ſnīam, uerſi. Si uerò.*
20 *Delinquens an poſſit dare de bonis ſuis inſolutum creditoribus, uerſi. Scias etiam.*
21 *Quando reperitur in bonis confiſcatis precium rei uendita per delinquentem, an poſſint poſſeſſores bonorum venditorum moleſtari, verſ. Contingit aliquando.*
22 *Obligationes an tranſeant in fiſcum. uerſi. Itē in fiſcum.*
Et an obligatio naturalis, ibid.
Et an obligationes conditionales, ibid.
23 *In confiſcatione an ueniant bona futura, verſi. Vlterius quæro.*
24 *Ius adeundi an tranſeat in fiſcum, uerſi. Sæpe contingit.*
25 *An ſequuta confiſcatione bonorum patris, reſeruetur filiis aliqua portio, uerſi. Videndum eſt.*
26 *Sententia confiſcationis bonorum an trahatur ad bona ſit extra territorium confiſcantis, verſi. Sed hic quæro.*
Et quid in bonis mobilibus, ibid.
27 *Creditores unius territorii an poſſint agere contra fiſcum alterius territorii, uerſicu. Sed quæro.*
28 *Fiſcus, ad quem perueniunt bona alicuius, an teneatur ſatis facere omnibus creditoribus & legatariis, verſi. Sed an teneatur.*
29 *Et an ultra uires hæreditarias, verſi. Vnum ſcias.*
30 *Fiſcus an præferatur creditoribus delinquentis, verſi. Vidi quandoque.*
31 *Fiſcus an habeat bona delinquentis tacitè hypothecatā, uerſi. Sed hic incidenter.*

1 NVNC de pœnis pecuniarijs tractandum eſt, quarum maxima eſt confiſcatio† ſeu publicatio bonorum. Debes autē ante omnia præmittere, q̀ ſecundū iura antiqua, in multis caſibus ſpecialiter erat impoſita pœna confiſcationis bonorum, prætereaq; generaliter in omnibus caſibus, in quibus impoſita erat pœna mortis naturalis uel deportationis, in illis etiam in conſequentiam ueniebat pœna confiſcationis bonorū. Deindè ſuperuenit Authentica, Bona damnatorū, C. de bo. damn. ex cuius diſpoſitione hodie bona dānatorū non confiſcantur, ſed deferuntur ad proximiores condemnati intra quartū gradū exiſtentes, &c. Et aduerte, quia licèt ipſa Aut. loquatur non modò de aſcendentibus, ſed etiam de his, q ex latere cōiuncti ſunt: tñ in corpore, unde ſumitur, non adſunt illa uerba ex latere. Ideo fortè dici poſſet, q̀ Irner. malè fecerit ea ponendo. Sed quicqd ſit, communis opi. eſt, q̀ etiam collaterales admittantur, ut atteſtatur Areti in l. eius q. § ſi cui, col. 3. verſi. ſed quæritur. ff. de teſta. quem refert Cagnol. in l. ea ſola deportationis, nu. 7. ff. de reg. iur. Scias etiam, q̀ diſpoſitio d. Aut. Bona dānatorum non corrigit indiſtinctè iura antiqua, ſed tantummodo in illis caſibus, in quibus pœna confiſcationis bonorū eſt impoſita in conſequentiā alterius pœnæ. Et ideo in illis, in quibus à lege antiqua eſt expreſſe impoſita pœna confiſcationis bonorum, non ſunt correcta iura antiqua per diſpoſitionem d. Aut. Et ita communiter tenetur, ut dicit Bar. in l. prima, poſt nume. 3. ff. de bo. damna. quem refert Boer. deciſ. 264. poſt num. 15. & in trac. de ſeditioſis. in ſeptimo præſuppoſito, & Cephal. conſi. 79. nu. 4. lib. primo. Idem atteſtatur Bal. in tit. de pace tenenda. in uſib. feud. num. 11. in fi. Imola in d. §. ſi cui, poſt num. 3. uerſi. in glo. in uerbo Publicantur. Areti. in d. §. ſi cui, nu. 3. quem refert Boſſ. in tit. de bonorum public. poſt nū. 1. & in tit. banniti quid amittant, poſt num. 10. Prac. Conradi fol. 432. nu. 10. Sed certe quicquid ſit de iure, communiter totus mundus ſeruat, q̀ bona non confiſcanī in aliquo caſu, excepto crimine hæreſis, & læſæ maieſt. niſi ex diſpoſitione ſtatuti uel conſuetudinis aliter caueatur. Et de hac conſuetudine & obſeruantia generali atteſtatur Alber. in tertia parte ſtatutorum, quæſt. 18. circa fi. quem refert Cepolla conſil. crim. 17. in tertio du-

bio, uer. ſed ultra dictum. & Dec. conſ. 442.
num. 6. & Boer. in d. deciſ. 264. nume. 15. &
Rolan. conſi. 96. nume. 2. lib. 2. & conſil. 98.
num. 6. eo. uol. & Nouel. in prac. crim. folio
176. nume. 6. Cagnol. in d. l. ea ſola depor-
tationis, num. 7. Dec. conſi. 257. numero 6.
quem refert prac. Conradi fol. 433. nu. 12.
in fi. Reperio tamen, q̧ Old. conſi. 17. nu. 7.
dicit quòd imò ſecundum conſuetudinem
bona delinquentinm publicantur, & illum
refert Boſ. in ti. de bonor. publ nume. 1. Sed
illud intelligendum eſt de conſuetudine lo-
cali, quæ introducta eſt per ſtatuta ciuita-
tum, puta in regno Franciæ, de quo loqui-
tur Oldra. non autem de conſuetudine ge-
nerali, quæ uiget in locis, in quibus non ad-
ſunt huiuſmodi ſtatuta, ſecũdum quam lo-
quuntur doctorea per me ſupra allegati. Cõ
ſuetudo autem generalis Franciæ in cleri-
cis condemnatis eſt, ut eorum bona mobi-
a lia confiſcentur epiſcopo *a* immobilia
autem principi ſeculari. Et de hac conſue-
tudine atteſtatur etiam Boer. ſuper conſue.
Bituricenſ. fol. 20. col. 3. & Papo lib. 24 tit.
13 arreſto 3.

2 Sᴇᴅ pone, † quòd fuerit aliquis condem-
natus ad mortem virtute ſtatuti ita diſpo-
nentis, in caſu tamen, in quo neque à iure
communi, neq; ab ipſo ſtatuto imponitur
publicatio bonorum, prout uidemus quoti
die fieri in furibus, nunquid lata ſententia
mortis ueniet in conſequentiam etiam cõ-
fiſcatio bonorum? Reſpondeo q̧ non, & eſt
cõmunis opi. ut dicit Boſ. in ti. banniti quid
amittât, nu. 11. & ita ſemper vidi apud nos
obſeruari. Cæterum in Gallia ex generali
conſuetudine bona confiſcantur in omni-
bus caſibus, in quibus imponitur pœna mor
tis, vt atteſtatur Põta. ſuper conſue. Bleſen.
fol. 154. col. 2. in prin.

3 Multa autem † ſunt crimina, in quibus ſe
cundum diſpoſitionem iuris communis im
ponitur pœna confiſcationis omnium bo-
norũ, puta læſę Maie. vt dixi ſupra, ſtatim:
& ſupra hoc eo. lib §. læſæ maieſt. verſ. Præ-
terea licet. Item falſæ monetæ, de quo dixi
ſupra hoc eo. lib. §. Falſum, ver. Dixi etiam.
Item homicidij, hæreſis, &c. de quibus in
ſuis locis dictum eſt. Et alios plures caſus po
nit Chaſ. ſuper conſue. Burg. fol. 89. & ſeq.
& Calicius in Marg. fiſci folio 33. & multis
ſeq. ponit 418. caſus, in quib. bona fiſco ap-
plicantur, & Franc. Luca. de priuil. fiſci, in 2.
parte prin.

4 Aᴘᴏsᴛᴀᴛᴀ punitur † in confiſcatio-
ne bonorum, ut eſt tex. in l. j. C. de apoſt. qđ
intellige ut procedat, ſi non extent eius fi-
lij uel cognati ad quos deferant, Aut. ſi qua
mulier, C. de ſacroſ. ee. Sed hic quæro, quis
dicatur apoſtata? Reſpond. q̧ tripliciter qs
poteſt apoſtatare, à fide, ab obedientia, à re-
ligione, & ita tradunt omnes, ut dicit Simã-
cas de hære. c. 9. in prin. Dicitur autem apo-
ſtatare à fide, qui à Chriſtiana religione trã
ſit ad iudaiſmum, uel aliam ſectam infide-
lium, prout in facti cõtingentia contra quẽ-
dam conſuluit Alcia. conſi. 478. Scias autẽ,
quòd quamuis apoſtatans à fide ſit peior he
retico, (nam hæreticus in aliquo deuiat a fi
de, apoſtata autem ab ea in totum recedit)
nihilominus recipitur ad pœnitentiam, pro
ut etiam recipitur hæreticus. Et hanc dicit
eſſe ueram & receptam ſententiam Siman-
cas in d. ca. 7. nu. 2. Apoſtata autẽ religionis
proprie dicitur ille, qui relinquit habitũ re-
ligionis, & ad ſeculũ redit. Et ita uolunt cõ-
muniter doctores, ut Cald. conſi. 1. de apo-
ſtatis, ubi conſuluit, q̧ monachus uagabun-
dus, qui tamen non dimiſit habitum ſui
religionis, non dicitur proprie apoſtata: cle-
ricus autem ſecularis dimittens habitum, ſi
eſt beneficiatus, dicitur apoſtata, ſi uerò nõ
eſt beneficiatus, non dicitur apoſtatare, ſed
relinquere habitum. Et eſt communis opin.
vt atteſtatur Anan. in capitu. tuæ, nume. 11.
de apoſta.

5 Quæro, † nũquid quilibet iudex poſſit im
ponere pœnam cõfiſcationis bonorum? Re-
ſpon. Aut pęna confiſcationis pro delicto ue
nit imponenda a lege tacitè uel expreſſe, &
tũc quilibet iudex, qui poteſt ſuper delicto
ipſo cognoſcere, poteſt etiam illam impo-
nere. Aut uenit imponenda à iudice præter
legem, & tunc nullus iudex, præter ſum-
mos magiſtratus, poteſt eam imponere. Et
ita communiter dicitur, ut atteſtatur Ana.
in c. vergentis, nu. 21. de hęre.

6 Aɴ autem † epiſcopi habeant fiſcum, cui
poſſint bona delinquentium applicari, uidẽ
da ſunt ea, quæ dixi infra q. 80. verſi. In hac
autem.

7 Nunc videamus, † quæ veniant *b* in confiſ-
b catione bonorum. Et in hoc propoſito fa-
cias regulam generalem, quòd in fiſcum trã
ſeunt omnia ea, quæ trãſeunt in extraneos
hæredes; & è conuerſo ea, quæ non trãſeunt
c in extraneos hæredes, *c* non tranſeunt in fiſ-
cum. Et iſta eſt communis & uera conclu-

ſio,

ſio, vt dicit Alcia. conſi. 522. poſt numerũ 6. Hinc infertur, quod in confiſcatione bonorum, non veniunt bona feudalia, illa enim non tranſeunt ad extraneos hæredes, vt dixi ſupra, li. proxi. §. Feudum, q. 84. Infertur ẽt, quòd in confiſcatione bonorũ nõ ueniũt bona emphyteutica, quæ de ſui natura nõ trãſeunt ad extraneos hæredes, ut dixi ſupra libro proximo, §. Emphyteuſis, quæſtione 29.

8 Quæro modò, † nunquid in confiſcatione bonorum veniat ius patronatus? Reſpon. In articulo fuerunt aliquando opin. inter Doctores. Aliqui enim tenuerunt, ꝙ ius patronatus non ueniat in generali confiſcatione bonorum. Et hanc opi. dicit eſſe communẽ Gigas de crim. læſæ Maieſta. fol. 121. q6. nu. 3. Et quo ius patronatus eccleſiaſticum non tranſeat in fiſcum, qui non ſit hęres patroni dicit eſſe communem Dida. lib. 2. reſolutionum, c. 18. num. 6. Contrariam uerò ſententiam, ꝙ ſcilicet ex delicto, ex quo confiſcatur vniuerſitas bonorum delinquentis, tranſeat etiam ius patronatus in fiſcum, tenuit gl. in c. filijs, in gl. 1. 16. q. 7. Et hanc dicit eſſe communem Citadi. de iure patro. in 20. q. decimæ partis principalis, num. 28. Deci. in c. quanto, num. 6. de iudi. quem refert Ferret. conſi. 179. nume. 1. & 2. Ego uerò dico ſic: Aut tale ius patronatus erat tranſitoriũ etiam ad extraneos hæredes, & tunc placet opi. gl. quòd tranſeat etiam in fiſcum; non enim uideo, cur non debeat in fiſcum tranſire, qui per omnia habetur loco hæredis, ut dixi infra uer. Sed an tenetur. Aut uerò non erit tranſitorium in extraneos hæredes, & eo caſu teneo, quòd neque etiam trãſeat in fiſcum.

9 Succeſſiue † quęro, nunquid in publicatione bonorum mobilium & immobilium ueniant iura, & actiones? Reſpond. quod nõ, d & eſt communis opi. ut atteſtatur Arius, de bonis maternis. fol. 20. nu. 26 & ſeq. vbi etiã grauiter reprehendit Chaſ. ſuper cõſuetu. Burgun. fol. 94. dicentem ꝙ in confiſcatione bonorum mobilium ueniunt iura, & actiones, e & aſſerentem ꝙ ita tradunt doctores; nã (ut ipſe Arius oſtendit) proculdubio doctores communiter contrarium ſcripſerunt, ẽt ſi generaliter facta eſſet confiſcatio omnium bonorum mobilium, & immobilium. Et ex hoc introducta eſt practica huius prouinciæ, ut in ſententia confiſcationis apponantur etiam illa uerba, iurium & actionum & nominum debitorum.

10 Item quæro, † nunquid in confiſcatione ueniant bona prohibita alienari? Reſpondeo, Aliqui dicunt quòd ſic, & hanc opi. dicit eſſe communem Alcia. conſi. 783. nu. 1. Contrariam tamen ſententiam, ꝙ ſcilicet talia bona prohibita alienari non ueniant in confiſcatione bonorum, neque etiam durante uita eius, qui prohibitus eſt alienare, tenet Bar. in l. Imperator, nume. j. ff. de fidei com. liber. quem ſequuntur cõmuniter doctores, ut dicit Soci. Iun. conſi. 77. nu. 15. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Rubeus conſi. 98. nu. 1. & conſi. 154. num. 2. Et dicit Gramma. deciſ. 105. num. 31. quòd apud omnes ſcribentes hæc eſt uera concluſio. Et dicit Cotta in uerbo, Teſtamentum in quo, col. 2. quòd ita dicunt communiter doctores. Et hæc quidem concluſio locum habet non modò quando factum eſt expreſſum fideicommiſſum in caſum alienationis: (tunc enim proculdubio non tranſeunt in fiſcum, ſed admittitur ſequens in gradu fideicommiſſi: Et hæc eſt certa & communis opi. ut dicit Alcia. conſi. 650. num. 1. ſubdẽs, ꝙ quum exerceret officium aduocationis, illam ſemper uidit obſeruari. Et illum refert Rolan. conſ. 98. poſt nume. 11. lib. 2.) ſed idem etiam dicendum eſt, quando poſt fideicommiſſum appoſita eſt clauſula, Quia volo quòd bona perpetuo conſeruentur in agnatione uel familia. Quum enim ex ea clauſula inducatur prohibitio alienationis & fideicommiſſum ſimplex, ut dixi ſupra, lib. 3 §. Subſtitutio, vbi oſtendi hãc eſſe magis communem & veriorem opin. idem iudicandum eſt, ac ſi expreſſe factum eſt fideicommiſſum in caſum alienationis. Si uerò fideicommiſſum, uel ſubſtitutio facta eſſet tantum in caſum mortis, tunc fiſcus poteſt apud ſe retinere bona, durante uita ipſius condemnati, ut eſt tex in l. Statius Florus, §. Cornelio felici, ff. de iure fiſci. Et practicat vt dicit Quemada quæſt fiſcali 17. Præterea etiam eueniente caſu fideicommiſſi, poteſt fiſcus detrahere ex perſona cõdemnati trebellianicam, ubi non ſit eius detractio prohibita. Et etiam in omnem caſum ſolet detrahere legitimam, vbi condemnatus eſſet filius; nam in ea non poteſt teſtator fideicommiſſum, neque aliud grauamen imponere, neque eius alienationem prohibere, iuxta ea quę dixi ſupra libro 3. §. Legitima. vno tantum caſu excepto, quando ſcilicet

pater

pater, propter minorem ætatem, eis prohibuiſſet alienationem omnium bonorum uſque ad certum tempus, talis enim prohibitio non cenſetur oneroſa ipſius filijs, ſed potius fauorabilis, & ideo ualeat, etiam reſpectu legitimæ. Et hæc eſt communis opin. ut atteſtatur Dec. conſi. 442. num. 28. ubi in facti contingentia ita conſuluit, & Boſ. in titu. de bo. publica. nu. 41. Et reperio q in indiuiduo in eadem cã idem conſuluit Ruin. conſi. 23. li. 5. & Rim. conſi. 243. Et ſecundũ hãc opi. iudicari ſolet in noſtro magiſtratu.

10 Præterea † quæro, nunquid in confiſcatione bonorum filijſa. ueniant etiam eius bona profectitia? Reſpon. q non. Et in hoc nemo dubitat, ut dicit Rui. conſi. 24. num. 5. lib. 5. Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Curt. Sen. conſi. 59. nu. 12. Soc. Iun. d. cõſilio 77. nume. 5. Simancas de hæreticis. c. 9. nume. 14. Quum enim talia bona ſint pleno iure patris, tam quo ad proprietatem, quàm quo ad uſumfructum, dicuntur reſpectu filij eſſe bona aliena. Et ideo in bonorũ ſuorum confiſcatione nullo modo comprehendi poſſunt.

11 SED quid † in aduentitijs? Reſpondeo quod nec ipſa ueniunt in confiſcatione bonorum, ſecundum Bart. in l. ſi finita, § ſi de uectigalibus, nume. 12. ff. de damno infecto, quem ſequitur communiter omnes, ut dicit Pariſ. conſi. 157. nume. j. lib. 4. quem refert Didac. lib. 2. reſolutionum, c. 8. poſt numerũ 7. uerſi. Ex his patet. Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Cur. Sen. in d. conſilio 59. numero 15. Ruin. in d. conſi. 24. num. 6. Hoc autem ſine difficultate procedit, quãdo pater in huiuſmodi bonis aduentitijs haberet uſumfructum. Et ita hoc caſu iudicatum fuit per Capellam Tholoſ. deciſ. 120. item fuit quæſitum. Certum eſt enim, quòd filius de huiuſmodi bonis etiam quo ad nudam proprietatem, non poteſt alienando, neque teſtando diſponere, meritò neque etiã delinquendo poſſe debet ea in fiſcum trãſferre. Cæterum in illis caſibus, in quibus pater non habet uſumfructum in peculio aduentitio (ſecundum aliquos) publicatis bonis filij, etiam illud peculium publicatũ cenſebitur. Et hanc eſſe communem opi. dicit Ruin in d. conſi. 24. nume. 6. prout illum refert Gigas de crim. læſæ maieſta. fol. 126. q. 31. in fin. ex quo enim poteſt filius de eis libere diſponere, poteſt etiam delinquendo, ea fiſco applicare; & licet de eis teſtari non poſſit, ut dixi ſupra lib. 3. §. Teſtamentum, quæſt. 18. uerſic. Verũ igitur, poteſt tamen alio modo, quàm per teſtamentum ea pleno iure alienare, & ideo poterunt hoc caſu confiſcari. Sed certè quicquid dicat Gigas, in loco præallegato, hæc concluſio maximã habet difficultatem. Si enim non confiſcatur peculium caſtrenſe, ut dixi infra ſtatim uer. Quæro etiam, de quo poteſt filius fa. teſtari, ut dixi in allegata q. 18. uerſi. Scias tamen, & inter uiuos pleno iure libere diſponere, ut dixi ſupra lib. 2. § Filius. multò minùs deberet confiſcari huiuſmodi peculium aduentitium, neque Ruin. loco per Gigan. allegato atteſtatur hanc eſſe communem opinio. niſi ut ego ſupra retuli. Et ideo ſi caſus contingeret, forte iudicatem contra fiſcũ per ea quæ dixi in d. uer. Quæro etiam. Vide quæ dixi infra quæſtione 79. uer. Secundo infertur.

12 Quæro † etiam quid in peculio caſtrenſi? Reſpon. quòd neque ipſum uenit in confiſcatione bonorum, ut ex tex in l. 3. C. de bo. proſcrip. ſecundum intellectum, qui eſt magis communis, teſte Alex. in l. 3. § ſi filius, nume. 3. ff. q quiſque iuris, quem refert Deciſ. ibi, nume. 4. & Simancas, in d. c. 9. numo. 14. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Pariſ. in allegato conſi. 157. nume. 36. quem refert Didacus in d. ca. octauo, poſt numerũ 7. uerſi. Hinc apparet. Boſſ. in tit. de bonorũ publica. poſt nume. 71. Et hic eſt caſus ualde notabilis, in quo licet quis poſſit contrahendo & teſtando, libere de bonis ſuis diſponere, non tamen delinquendo transferre in fiſcum. Ratio autem eſt, prærogatiua patris poteſtatis, propter quam pater præfertur fiſco Et ideo propter hanc rationem teneo, quòd etiam in aduentitijs, de quibus filius libere poteſt diſponere, pater præferatur fiſco, ut dixi ſupra ſtatim, uer. Sed quid in aduenticijs.

13 Quæro nunc † quid è contra? nũquid publicatis bonis patris, cenſeatur publicatum peculium profectitium filij? Reſpond. quòd non, & eſt cõmunis opin. ut atteſtatur Salycet. in l. ſi quis, poſt uerſiculũ, ſi quid etiam, numero 3. C. de bon. proſcrip. Quemada quæſt. fiſcali 19. Quod tamen intellige, ut procedat, niſi pater ex ipſa condemnatione amitteret etiam patriam poteſtatem: nã eo caſu huiuſmodi peculiũ trãſiret in fiſcũ. Et hæc eſt cõis opi. ut dicit Boſſ. in ti. de bonor. pub. nume. 71. in fin. An autem pater ban-

bannitus amittat patriam poteſtatem, dixi ſupra quæſtio. 71. verſiculo. Succeſſiue quæro.

14 Quæro ſi† bona mulieris publicẽt ex eius delicto an & cõfiſcet eius dos? Rñ. quòd ſi delictũ cõmiſſum fuerit per eam ſoluto matrimonio proculdubio confiſcat. Et eſt cõis opin. vt atteſtatur Nellus de bannit. in prima parte ſecundi temporis, quæſt. 28. quem refert Auguſ. ad Angel. de maleſi. in verbo, & eius bona, ſub nume. 29. Conſtante autẽ matrimonio, bona vxoris non publicantur, niſi in quinque caſibus. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Anto. Gomeſ. ſuper l. 78. tauri. nume. 1. & eſt tex. in l. quinq; legibus, ff. de bonis damnat. Et in illis caſibus ſimul cum alijs eius bonis etiam dos ipſa confiſcatur. Et ita communiter tenetur, ut dicit Nell. in loco præallegato, quem refert Boſſ. in titu. de bonorum publ. nume. 63. Publicatis autem bonis mariti, dos ipſa non publicatur, ſed ſtatim ſequuta condemnatione poteſt uxor illam repetere. Et hoc etiam ſi ipſa ſequeretur virum, qui eſſet de rebellione condemnatus, prout refert iudicatum fuiſſe per magiſtratum, Boſſ. in loco præallegato, num. 75. in fin. Quod eſt notandum, quia ſententiæ, quæ ferunt per hũc magiſtratum in cauſis confiſcationum inter fiſcum & priuatos, ſunt tantæ authoritatis, ut ab eis non poſſit appellari, nec de nullitate dici, nec ſupplicari, nec in integrum reſtitutio peti. Et licèt à ſententiis latis per ſenatum poſſit peti reuiſio coram eodẽ ſenatu, facto depoſito centum aureorum; tamen contra ſententias huius magiſtratus ex ordinibus huius Ducatus, nullum fuit relictum remedium nec fiſco, nec priuatis. Et ſcias, quòd hoc caſu non ſeruatur filijs legitima, ut dixi infra, verſicu. Videndum eſt.

15 S o l e t etiam† ſæpe dubitari, nunquid in cõfiſcatione bonorum ueniant bona alienata per ipſum delinquentem ante confiſcationem? Scias igitur in hoc articulo eſſe diſtinguendum; nã Aut alienatio eſt facta à delinquente ante crimen commiſſum, & hoc caſu ſi nulla ſubſit ſuſpicio fraudis, talis alienatio ualet, & tenet; licet poſtea delinquat, & contra eum ſequatur ſententia condemnatoria ſi uerò appareat fraus vere, uel præſumptiue, ualet quidem alienatio, ſed à fiſco, poſtea reuocatur. Et hæc eſt communis opinio, ut dicit Picus in l. poſt contractum, num. 1 1. ff. de donatio, quem refert Boſſ. in titu. de bonorum public. poſt num. 43. Tenetur tamẽ eo caſu fiſcus emptori precium reſtituere. Et hæc eſt communis opin. ut dicit Picus in loco præallegato, quem refert Boſſ. in tit. præallegato, poſt num. 45.

16 F r a v s autem† hoc caſu probatur per coniecturas. Et eſt communis opin. vt dicit Picus in loco præallegato, poſt num. 12. verſicu. ſecunda concluſio. Puta ſi talis alienatio fuerit omnium bonorum ſuorum. Et eſt communis opi. vt dicit Picus in loco præallegato, poſt num. 13. verſi. quarta concluſio, quem refert Boſſ. in tit. præallegato, nu. 46. Et hoc etiam ſi delictum ipſum ex interuallo ſequutum fuerit, dummodo tempore donationis ſubeſſet cauſa, propter quam delictum poſtea commiſſum fuerit, Vel ſi tẽpore alienationis habebat inimicitias capitales. Et eſt communis opin. ut dicit Picus in loco præallegatto, num. 17. uel ſi poſt alienationem ſteterit in poſſeſſione rei alienatæ, hoc enim faceret præſumi alienationẽ fuiſſe ſimulatam. Et eſt communis opin. vt dicit Picus in d. l. poſt contractum, nume. 23. Quod tamen intellige, dummodo tempore alienationis ſubeſſet cauſa, propter quã delictum fuerit commiſſum, aliàs ſecus. Et ita tenetur in practica, ut atteſtatur Boſſ. in titulo præallegato. poſt num. 49. uerſicu. & intelligitur. Pariter etiam ſi alienatio facta fuiſſet in occulto, ex hoc pſumeretur fraus, Et eſt communis opin. ut dicit Picus in loco præallegato, poſt num. 26. Vel ſi facta fuerit in perſonam ſanguine coniunctam, ſecundum Bar. in ea l. poſt contractum. Et hæc coniectura tenetur in practica, ut dicit Picus ibi, quem refert Boſſ. in titu. præallegato nume. 46. Vel ſi delictum incontinenti poſt alienationem ſequutum fuerit, ſecundum Bar. in ea l. poſt contractum, quem omnes ſequuntur, ut dicit Sigiſmund. conſi. feudali. 21. nume. 1. Hanc etiam dicit eſſe communem Picus in loco præallegato, nu. 28. quem refert Boſſ. in ti. præallegato poſt nu. 51. uer. quinta eſt.

17 Cæterum, † poſt commiſſum delictum, regulariter etiam ualet alienatio ante ſententiam factã titulo oneroſo, neque reuocatur alienata, niſi appareat contrahentem fuiſſe participem fraudis. Et hoc tenetur communiter per omnes, ut dicit Ang in l. ſi quis, nume. 4. C. de bo. proſcrip. Sed hoc intellige vt pcedat, ubi delictum ſit tale, in quo bona ip

ſo iure non confiſcantur, neque interdicta eſt delinquenti bonorum ſuorum adminiſtratio, & de fraude non apparcat. Et eſt cōmunis opin. vt dicit Picus in loco præalleg. nu.38. Qui autem ſint caſus in quibus bona ipſo iure confiſcantur, dixi ſupra in princip. quæſtionis. Interdicitur autem bonorum adminiſtratio in crimine hæreſis, læſæ maieſta. & ſodomiæ. ut dixi ſupra hoc eod. lib. §. Hæreſis, ver. Item bona, & §. læſæ Maieſt. uerſi. Præterea licet, & §. Sodomia, uer. Item ſodomita. Vbi uerò bona delinquentis ex eo crimine ipſo iure & facto publicantur, tunc alienatio ab eo facta poſt crimen commiſſum, eſt ipſo iure nulla, neque erit opus aliqua reuocatoria. Et eſt communis opin. vt dicit Picus in loco præallegato, poſt nu. 37. ver. circa ſecundum tempus.

18 Et hæc† omnia locum habent, non tantum ſi alienatio fiat poſt delictum, ſed etiā ſi fiat poſt accuſationem, antequam lis conteſtetur, quinimò etiam ſi fiat poſt litis conteſtationem. Et eſt communis opin. ut dicit Picus in loco præallegato, nume. 39. in prin. & verſicu. circa quartum. Benè verum eſt, ꝙ omnis alienatio, quæ ſit à delinquente poſt accuſationem contra eum inſtitutam, in dubio præſumitur facta metu pœnæ. Et eſt communis opinio, ut dicit Picus in d. l. poſt contractum, poſt nume. 38. uerſicu. alia differentia.

19 Si verò † alienatio fiat à delinquente, poſt ſententiam condemnatoriam contra eum latam, tunc ſi talis ſententiam fuerit per appellationem ſuſpenſa, ualet quidem alienatio facta pendēte appellatione, ſed poſtea ſequuta confirmatione ſententiæ, officio iudicis reuocatur. Si uerò ſententia per appellationem ſuſpenſa non fuerit, alienatio ipſa nihil ualet. Et eſt communis opin. ut dicit Picus in loco præallegato. poſt num. 39. uerſicu. quintum. Et in hoc propoſito ſcias, ꝙ in illis caſibus, in quibus alienatio ualet, ſed poſtea poteſt per fiſcum reuocari, non poteſt executor fiſcalis amouere poſſeſſores à poſſeſſione reorum, quas à delinquente acquiſiuerunt, ſed debet actionem reuocatoriam intentare, ita ut ordinarie de ipſa reuocatione cognoſcatur. Et eſt communis opin. vt dicit Picus in loco prçallegato, nume 43.

20 Scias etiam, † ꝙ debitor delinquēs poteſt quandocunque dare de bonis ſuis inſolutum ſuis creditoribus. Et eſt communis opi. ut dicit Picus in d. l. poſt contractum numero 41.

21 Contingit† aliquando, quòd delinquens permutat aliqua bona, aut vendit, & preciū conuertit in emptionem aliorum bonorum. Quæro, nunquid illa bona acquiſita ueniantia cōfiſcatione bonorum, & etiam ea, quæ ante permutationem erat ipſius delinquentis? Reſpond. quòd ſi reus poſt delictū permutat bona, uel uendit, & bona permutata, uel preciū bonorum uenditorum, uel alia res æquiualens empta ex eo precio, reperitur in bonis confiſcatis, non debent moleſtari poſſeſſores priorum bonorum, quæ delinquens alienauit. Ita colligi uidetur ex text. in l. imperator, § ſi de lega. 2. & eſt communis opin. ut atteſtatur Quemada quæſt. fiſcali. ſeptima. Videtur enim precium uel res acquiſita ſubrogari loco rei alienatæ, ita ut non poſſit fiſcus uelle idem bis conſequi. Et ſecundum hanc opin. fuit aliquando iudicatum in hoc magiſtratu. Quam tamen intellige ut procedat, niſi fraus interuenerit, nam eo caſu poſſet fiſcus, omiſſo precio vel re acquiſita, rem alienatam recuperare, iuxta ea quæ ſuperius dicta ſunt.

22 Item in fiſcum† tranſeunt ſequuta confiſcatione omnes obligationes. Et hæc eſt communis omnium ſententia, ut dicit Calcan. conſil. 66. nume. 4. in fin. Adde quòd tranſit in fiſcum non modò ciuilis obligatio, ſed etiam naturalis, & ita communiter tenetur, ut dicit Imola in l. ſi debitori, in ſi principij, ff. de fideiuſſo. Scias tamen quòd iura conditionalia tranſeunt nō in fiſcum, ita dicit gloſ. in l. non ad ea, in uerbo. præſens, ff. de cond. & demon. quam doctores ſequūtur vt atteſtatur Quemada quæſt. fiſcali 2. Et ꝙ obligationes conditionales paſſiuæ non tranſeunt in fiſcum, dicit eſſe communem opin. Iaſ. in l. ſi quis arbitratu, poſt num. 29. ff. de uerbo. obliga. quem refert Boſſius in titu. de bonorum publica. num. 14. Et ex hoc infertur, quòd ſi fuerint alicui legata alimēta, & ille fuerit bannitus, & eius bona confiſcata, tale legatum non tranſit in fiſcum, neque etiam durante uita ipſius condemnati. Et ita refert iudicatum fuiſſe Boſſ. in tit. de bonorum publica. num. 22. tale enim legatum dicitur conditionale, ut dixi ſupra li. 3. §. Legatum, meritò non tranſit in fiſcū.

23 Vlterius quæro, † nunquid in confiſcatione ueniant bona futura, id eſt acquiſita poſt confiſcationem? Reſpond. quòd non, ſed

ſed ueniunt tantum ea, quæ delinquens habet tempore publicationis. Et eſt communis opin. ut dicit Nellus de bannitis. in prima parte ſecundi temporis, nume. 18. quem refert pract Conradi fol. 430. nume. 4. in fin. Curt. Sen. in d conſi. 59. poſt num. 13. uerſi. conſequenter. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, num. 6. ff. de uerbo. obli. Hanc etiam dicit eſſe communem regulam Boſſ. in d. titu. de bonorum publica. poſt nu. 80. In hoc Ducatu adeſt decretum confiſcans omnia bona delinquentium ab ipſo die commiſſi delicti; nihilominus ſeruatur, quòd etiam ea, quæ acquirunt poſt delictum, uſque ad confiſcationis ſententiam, quæ à iudice profertur, ueniunt etiam in ipſa confiſcatione. Et ita abſque controuerſia ſeruari atteſtatur Boſſ. in loco præallegato, num 80. in fin. In bonis autem quæſitis poſt confiſcationem quomodocunque fiſcus ea apprehenderit, uel habeat penes ſe, illa retinet tãquam legitimus & iuſtus occupator, ex quo ſunt bona banniti. Si uerò reperiantur penes alium, credo quòd fortè non poſſet fiſcus ea petere, ſed quòd deberent remanere prius occupanti. Et in hanc ſententiam viſus fuit inclinare magiſtratus in cauſa bonorum cuiuſdam capitanei Amandi Theutonici, licet alijs etiam ex fundamentis motus fuerit ad iudicandum contra fiſcum.

24 Sæpe contingit, † quòd tempore confiſcationis delata eſt hæreditas delinquenti, nunquid ſequuta confiſcatione ius adeundi illam hæreditatem tranſit in fiſcum? Reſpon. In hoc articulo uariæ fuerunt ſcribentium opin. nam aliqui tenuerunt quòd ſic, & dicit Ruin. conſi. 22. num. 2. lib. 5. quòd uidetur eſſe communis opin. quòd deportatus intra annum à die delatæ hæreditatis illam tranſmittit in fiſcum, ſecus autem ſi poſt annum fuiſſet deportatus. Multi uero tenuerunt contrarium, quòd ſcilicet illam non tranſmittat. Et hanc opin. dicit uideri magis communem, ſaltem in bannito, qui poſſit retinere ius adeundi, Rui. in eod. cõſ. 23. nume. 26. Tu uerò dic, quòd Aut illud ius adeundi eſt tale, quod tranſit etiam in extraneos hæredes, & tranſit in fiſcum. Aut uerò non tranſit ad extraneos hæredes, & neque etiam tranſit in fiſcum. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Iaſ. in l. ſi quis mihi bona, §. ſeruus municipum, circa fi. ff. de acqui. hæred.

25 Videndum eſt † etiam, nunquid facta bonorum confiſcatione, *f* reſeruetur filijs aliqua portio bonorum? Reſpon. ſecundum iura digeſtorum reſeruabatur filiis dimidia pars bonorum, & hoc ex gratia & clementia principis, ut dicit tex. in l. 1. in fin. & in l. fi. ff. de bon. damn. hodie tamen hoc in practica non ſeruatur, ut dicit Chaſſ. ſuper conſue. Burg. fol. 89. num. 16. nam ubi ex aliqua lege uel ſtatuto bonorum confiſcatio imponitur, omnia bona confiſcantur nulla portione liberis reſeruata. Sed certe apud nos reſeruatur filiis legitima, *g* prout etiam eſſe de iure obſeruandum, etiam quòd per ſtatutum ſimpliciter & abſque ulla reſeruatione imponatur pęna confiſcationis bonorum, conſuluit & oſtendit eſſe magis communem opin. Roland. con. 97. maxime poſt nume. 29. lib. 2. non tamen reſeruatur dimidia, ſed illa tantum pars, quæ filiis regulariter debet in bonis patris. Scias tamẽ, quòd in bonis matris, quando confiſcantur per eius delictum, filii nihil debẽt habere, ut eſt tex. in l. de bonis matris, C. de bo. proſcrip. Et hanc concluſionem indiſtinctè approbãt doctores, ut dicit Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Et eius bona, ſub num. 28. An autem filius exhæredatus, uel ingreſſus religionem incapacem, uel filia excluſa à ſtatuto faciant partem in computatione legitimæ, uidenda ſunt ea, quæ dixi ſupra lib. tertio, §. Legitima.

26 Sed hic † quæro, nunquid ſententia publicationis bonorum trahatur ad bona ſita extra territorium iudicis confiſcantis? Reſpon. quòd ſic, *h* & eſt communis opin. legiſtarum, & cano. ut dicit Roma. ſing. 572. licet magna, quem refert Auguſti. ad Ange. de maleſi. in uerbo, Et eius bona, num. 7. in fin. relatus per Pract. Conradi fol. 438. colũ. 1. Hanc etiam dicit eſſe communem ſententiam doctorum Amo. Epito. 75. meminimus. Bona autem ipſa applicantur domino in cuius iuriſdictione ſita ſunt, & eſt cõmunis opin. ut dicit Brun conſi 31. feudali, nume. 15. Et dicit Roland. conſil. 78. nume. 14. lib. 2 quòd hæc concluſio eſt magis communiter recepta. Hoc tamen intellige ut procedat, dummodo ille dominus habeat etiã ipſe ius confiſcationis bonorum, aliàs fiſcus. Et hæc eſt cõmunis opin. legiſtarum, ut dicit Roma. in loco præall. quem refert & ſequitur Afflic. deciſ. 282. num. 16. Item intellige ut procedat, modò confiſcatio fiat ſecundum diſpoſitionem iuris communis,

nis, aliàs enim ſi fieret ex ſtatuto, vel lege ſpeciali, non extenderetur ad bona ſita extra territorium, in quo viget illa lex, uel ſtatutum, etiam q. eſſet idem dns vtriuſque territorij, & ſic idem fiſcus. Ita dicit Bar. in l. cunctos populos, in l. fi. C. de ſumma Tri. & eſt communis opi ut atteſtatur Boſ. in ti. de bonorum publicatione, nu. 62. Illam et deci. Bar. dicit eſſe communiter approbatã Cœphal. conſ. 79. nu. 15. fi. t. Sed certe quando huiuſmodi territoria eſſent ſub eodem præſide prouinciæ, indiſtincte crederem omnia bona fiſco applicati, ſecus tamẽ ſi eſſent ſub diuerſis præſidibus. Et ita in hoc Ducatu uidi plerunque obſeruari. Intellige etiã, vt procedat in bonis immobilibus, ſed bona mobilia non circũſcribuntur territorio, & ideo applicantur domino iudicis confiſcantis, etiam ſi ſint extra illius territorium. Ita tenuit Bal. in l. mercatores, num. 1. C. de commer. & merca. Et licet idem Bal. in c. 1. in prin. nu. 6. de pace tenenda, tenuit contrarium, tamen opi. Bald. in d. l. mercatores, eſt magis approbata, ut dicit Carauita ſuper ritu 132. magnæ curiæ, nu. 3. & ſeq. quam tñ ego in practica nunquam uidi obſeruari.

27 Sed quæro, †an hoc caſu creditores vnius territorij, & dominij prorſus ſeparati poſſint agere contra fiſcum alterius territorij, cui bona ipſius delinquentis ſunt confiſcata? Rñ. q. non, & fuit opi. Cy. quam dicit eſſe communem Aug. ad Ang. de malefic. in verbo, Et eius bona, nu. 9. aliàs de facili ficet & fraus fiſco, vt ſcilicet oẽs creditores condemnari agerent contra bona ſita in territorio cõdemnatis, omiſſis bonis ſitis in alio territorio, quod nullo modo eſt dicendum. Bene uerum eſt, q. ſi bona unius territorij non ſufficerent, eo caſu ne creditoribus iura ſita parierent, eſſet eis ſatisfaciendum ex ſitis in alio territorio, ut ita pluries concluſum fuit, & ſeruatum in hoc magiſtratu. Et nota in hoc propoſito, q. in cauſis creditorum contra fiſcum, dẽt procedi ſummarie, & ſine dilatione, licet (vt dicit Sal. in l. ſi qs, poſt nu. 1. in fi. C. de bonorum proſcrip.) iudices moderni ſtudentes magis placere uoluntati rapientium, quàm rationi iuris, & æquitati, ſeruent contrariũ in animarũ ſuarum detrimentum. Quod tñ dici non põt in hoc magiſtratu, cuius ego ſũ pręſes, in quo ex prærogatiua illa data in eius erectione, pceditur ſola facti veritate inſpecta, & cãæ creditorum fiſci expediuntur cum ſumma æquitatis ratione, & maxima celeritate.

28 Sed an †tenetur fiſcus, ad quem perueniunt bona confiſcata, ſatisfacere oĩb. creditoribus condemnati? Rñ. q. qñ fiſcus capit bona tanquam confiſcata, tenetur ad onera legatorum & fideicommiſſorum, & creditorib. hæreditarijs, quaſi hæres, & habetur loco hæredis, ſm gl. in l. non intelligitur, § cũ ex cauſa, in uerbo, pertinet, ff. de iure fiſci, Et eſt cõmunis opi. ut dicit Crau. conſ. 265. nu. 7. Et ſic tenetur perſoluere omnia debita condemnati Et hanc dicit eſſe communẽ opi. Albe. in l. actione, §. publicat. ff. pro ſocio. Sed quando capit bona ut uacantia, eo caſu non tenetur ad legata, neque ad fideicommiſſa. Et iſta ſnia eſt cõmuniter recepta, ut atteſtatur Ripa, in l. ex facto, poſt nu. 6. ff. ad Treb. Quando autem bona deferuntur ad fiſcũ ex ſucceſſorio edicto, ſ. deficientibus aliis ſucceſſoribus, iuxta ea quæ dixi ſupra li. 3. fuerunt opin. inter Doctores, an eo caſu teneatur fiſcus ad onera legatorum & fideicommiſſorum, nã Bal. in l. eam quã, nũ. 5. in fi. C. de fideicom. tenuit q. ſic, & dixit Sal. in l. vnica, §. pe. nu. 39. C. de cad. tol. q. ita communiter tenetur. Contrarium autem ſententiam, q. ſ. non teneatur, multi ſequuti ſunt. Et hanc dicit communiter teneri Claud. in l. recuſare, § ſi fiſco, nu. 3. ff. ad Treb. aſſerens q. Sal. in loco præal. male dixit, & reuera credo hanc opin. eſſe magis cõmunem, & in practica obſeruari, & ideo ab ea non putarẽ in iudicãdo eſſe recedẽdũ.

29 Vnum ſcias, †q. in omnem caſum, quãdo fiſcus ſuccedit alicui, ſiue tanquam in bonis vacantibus, ſiue ex confiſcatione, nunquam tenetur ultra uires hæreditarias, ẽt ſi non eõ fecerit inuentarium. Et eſt communis opi. vt dicit Iaſ. in l. ſcimus, in prin. num. 1. C. de iur. deli. Apoſt. ad Abb. in ca. 1. in fi. in uerbo hæreditarias, de ſolutio.

30 Vidi quandoque †dubitari, an aliquo caſu fiſcus præferatur creditoribus delinquentis. Veritas eſt, q. pferẽ creditorib. delinquẽtis ex delicto, etiã in pœnis pecuniarijs, non tamen præfertur eius creditorib. ex contractu. Et eſt cõmunis opi. ut atteſtatur Dida. lib. 1. reſolu. c. 16. poſt nu. 8. In Francia tamẽ ſeruatur, q. quando ex eodem delicto & ex eadem ſententia pars prætendens intereſſe, & fiſcus pœnam, concurrunt, præfertur pars pro intereſſe & emẽda damni, ut atteſtatur Papo li. 24. ti. 16. arreſto j. dicens ita fuiſſe iudicatum in parlamento Pariſienſi.

Sed

31 Sed hic incidenter quæro, an quid fiſcus habeat bona delinquentis tacitè obligata, vel hypothecata? Reſpon. aliqui dicūt ſimpliciter q non, & hanc dicit eſſe plurimorū ſententiam Fulg. conſi. 179. nu. 3. Hanc etiā op. dicit eſſe communem Saly. in d. l. ſi quis. poſt nu. 6 C. de bo. proſcr. Boſ. in ti. de bono rum publ. nu. 81. Tu uerò dic, q Aut loquimur ante delictum commiſſum, & tunc certum eſt, q non habet in eis aliquam hypothecam. Et hæc eſt communis opi. ut dicit Butr. conſi. 61 nu. 3. Picus in repe. l. poſt contractum, nu. 40 ff. de donat. Aut loquimur poſt delictum cōmiſſum, antequam inchoatum ſit iudicium criminale, & pariter dicendum eſt, q nullam habet hypothecam. Et eſt communis opi. ut dicit Alex. in l. reſcriptum, in prin. num. 8. ff. de pact. aut loquimur poſt ſententiam, & dic, q à die latæ ſententiæ habet fiſcus bona delinquentis hypothecata. Et eſt cōmunis opi. ut dicit Augu ad Ang. de maleſi in verbo. Dictum Sempronium, ſub nu. 12.

ADDITIONES.

a Epiſcopo.] Quid ſi clericus delinquit in vna Diœceſi, & in alia habet beneficium; quis iudex procedet: Oldrad. eod. conſilio 17. & quis ipſorū exequeretur, uide Bal. de pace tenen. colum. 3. ad idem per Alex. conſil. 16. in 2. dub. uolum. 2. & in conſi. 31. eodem lib.

b Quæ ueniant.] Quid de alimentis, an cōpræhendantur in bonorū publicatione, donec legatarius uiuit, quod nō uide per Boſ. ti. de bonorum publica. ſub nu. 72. ubi ſubiungit ita fuiſſe iudicatum, at ſecus de uſu fructu, ut ibid.

c In extraneos hæredes.] Et quòd alienari prohibita, & in extraneos hæredes non trāſmiſſibilia, non confiſcentur, habetur plene, & in terminis per Alex. in eius conſi. 23. per totum uolum. 1. & ſequitur Deci. in conſi. 442. numero 27. & quanquam hoc magis communiter teneatur, redditur tamen dubium ex deductis, & per Boſ. allegati, eodē titu. poſt numerū 42. ubi citat Imol. tenentem oppoſitum. Declara tamen, & dic uerum, ut per eundem illic, & nu. 41.

d Quod non.] Adde, & per Crauet. conſi. 213. in fi.

e Eius dos.] Quid ſi bona mariti publicentur ex eius delicto, & uxor habeat bona mariti hypothecata pro dote cum tranſlatione dominij, & poſſeſſionis, an poterit illi inſiſtere, & impedire publicationem bonorum mariti donec ei fuerit ſatiſfactum? Reſp. quod ſic, per Rolan. eius con. 31. nu. 39. libro 1.

f Bonorum confiſcatione.] Aduerte, quòd publicatis bonis mariti, & uxore comparente cum inſtrumento, atque contra dicente, quod eidem ſunt interim alimenta præſtanda donec fuerit iudicatum, uide per Boſſ. titu. de alimen. uxori præſtanda, colum. j. & 2. Item aduerte, quòd uxor petens donationes propter nuptias à fiſco, eas conſequi debet ſummarie, & remoto iudicio ordinario; & ſufficit, ut eas petat a fiſco, ut per Bar. in l. rem, §. 1. ff. de iure fiſci, & tradit Rolan. eius conſi. 31. nume. 36. libro 1.

g Legitima.] Adde, q hanc communem, et ſequitur Ioan. Ant Maſuer. ad pract. Papiē. ti. inquiſitio gl. ult. additio. ult. & ui. etiam in collect. mea commu. opi. §. decretum, numero 11.

h Quòd ſic.] Ad idem uide per Boſ. tit. de bono. publica. ſub nu. 62.

i Tenetur fiſcus.] Quid de eo, cui princeps concedit damnatorum bona. An teneatur ad onera, caſus eſt, in l. princeps, ff. de uerbo. ſignificatio. uide per Bar. & Boſſ. ti. de bon. public. nu. 12. ubi, quod ſic.

K Omnibus creditoribus.] Adde, quòd non poteſt eis dicere, ut ſatiſfaciant ſibi in aliis non confiſcatis per Caſtren. in conſilio 210. uolumine 1. uide Ioann. de Amicis, conſilio 68.

l Creditoribus.] Item, quòd fiſcus poſſidēs bona publicata teneatur ſatiſfacere creditoribus, habetur etiam per Boſſ. ti. de bono. public. nu. 11. quod tamen qualiter procedat ui. eodem ti. poſt num. 21. Et ubi contingeret propter publicationem bonorū exiſtentium in diuerſis territorijs, quod quilibet fiſcus caperet bona ſui territorij, tunc æs alienum diuiditur inter eos non pro modo territorij, nec pro nirili, ſed pro rata bonorum ad quemlibet fiſcum pertinentium, uide per Alex. in conſi. 31. col. fi. uer. unde reperio, uol. j. & Guliel. de Cu. & Albe. in l. 2. per illum tex. ff. de cap. dimi.

Quæſt.

Quæſt. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *De pœna confiſcationis certa partis bonorum vel aliquarum rerum.*

2 *Stuprum committens punitur in dimidia parte bonorum, uerſ. Stuprum committens, Remiſſiue.*

3 *Arma noua, quę quis vendiderit aut emerit, fiſco applicantur, verſ. Arma noua.*

4 *Domus priuatorum, in quibus fiunt ſacra myſteria, fiſco applicantur, verſ. Domus priuatorum.*

5 *Item domus ędificata iuxta aliam domum, nō dimiſſo ſpatio. 15. pedum, fiſco applicatur ver. Si quis ædificat.*

6 *Locus, in quo ędificatur ſepulchrum in ciuitate, fiſco applicatur, uer. Locus in quo.*

7 *Bona, pro quibus quis accommodat fidem defuncto de eis reſtituendis alicui incapaci, fiſco applicantur, uer. Quando hęres.*

8 *Harede non uindicante nocem defuncti, hęreditas fiſco applicatur, ver. Item quando.*

9 *Hareditas per metum alicui relicta, fiſco applicatur, ver. Si teſtator.*

VISVM eſt de pœna confiſcationis omninm bonorum, uideamus nunc de ijs caſibus, in quibus non omnium bonorum, ſed alicuius partis pœ
1 na imponitur. Scias autem, † quod quādoq; imponitur pœna certæ partis bonorum, puta dimidiæ, aut tertiæ, aut alterius quotæ partis, quandoque nequè omnia bona delinquentis, neque certa eorum pars fiſco applicatur, ſed ſolummodo certa bona; nos uero hos omnes caſus ſimul proſequemur.

2 Stuprum † committens condemnatur in dimidia parte bonorum, ſupra hoc eo. li. §. Stuprum, ver. Sed quæro.

3 ARMA noua, † quæ quis fecerit, uendiderit, aut emerit, fiſco applicantur, ut in auct. de armis. Scias tamen, quòd illa conſtitutio non ſeruatur de cōſuetudine, ut atteſtatur Bar. in l. 1. nu. 1. ff. ad legem Iuli. de ui publ. quem refert Stracca de mercato. fol. 114. nume. 10. Alber in ea. l. 1. num 3. in fi. Alcia. in l. armorum, ff. de uerborum ſig. Calic. in Margarita fiſci, fol. 64. uerſic. 337. caſus. Sed quęlibet ciuitas, uel prouincia habet in hoc ſua ſpecialia ſtatuta vel conſuetudines, de quibus dixi infra q. 82. ſtat. 6.

4 Domus † priuatorum, in quibus fiunt ſacra myſteria, fiſco applicantur, ut eſt tex. in §. ſciant, in Auc. ut in priuatis domibus, collat. 5. intellige ſine licētia epiſcopi, uel eius vicarii, & ita ſeruatur per uniuerſum orbē, vt dicit Calic. in Marga. fiſci, fol. 41. verſicu. 82. caſus.

5 Si quis ædificat † domum iuxta aliam domum publicam uel priuatam, non dimiſſo ſpatio 15. pedum, domus fiſco applicantur. l. pe. C. de ædific. priu. Scias tamē, quod illa lex, non ſeruatur, ut dicit gloſſ. fin. ibi, & refert Calic. in Marga. fiſci, folio 50. uerſicu. 200. caſus.

5 Locus, † in quo quis ſepulchrū *a* in ciuita-
a te ædificat, cōfiſcatur, l. prætor ait. §. diuus, ff de ſepul. uiola. Scias tamen, quod iſtud de cōſuetudine non ſeruatur, ut dicit Calic. in Marg. fiſci, fo. 66. uer. 356. caſus. Fiunt enim quotidie non modò in ciuitatibus, ſed etiā in cœmeteriis eccleſiarum, imò in ipſis etiā eccleſiis ſepulcra priuatorum; & quòd hodie permittatur etiam in corpore ipſius eccleſię mortuos ſepeliri, atteſtatur Remigius de immuni. eccleſ. fol. 8. nu. 4. Ita etiam hodie ſeruari dicit Summa Angelica in uerbo Immunitas, q. 6. quem refert Remig. in loco præal. fol. 44. in fi. & eſt omnibus notiſſimum.

7 Quādo hæres † tacitè accommodat fidem defuncto de reſtituenda hęreditate alicui incapaci, puta filio ſpurio, aufertur tāquam ab indigno, & applicatur fiſco, l. eum qui, ff. de his quibus ut indi. ut in caſu in quo conſuluit Bologni. conſi. 24. Scias tamen quòd ille, qui fuit iuſtitutus hæres a patre filii ſpurii, poteſt talem hęreditatem, ſibi puentam, ipſi ſpurio teſtatoris in teſtamēto relinquere, neque id pręſumetur factum in fraudem ut dixi ſupra lib. 3. §. Teſtamentū, q. 31. uer. Sed pone. Si tamē probari poſſet, quod illo defuncto fidem accommodaſſet, tūc fiſcus poſſet auferre, ut in caſu, in quo conſuluit Soc. conſi. 84. lib. 4.

8 Item quando † hæres non uindicauit necem defuncti, priuſquam, adiret hęreditatē,
b fiſcus illam ab eo aufert, *b* tanquam ab indigno, l. hæredem, ff. de his quib. ut indig. l. 1. C. eo. tit. Scias tamen, quòd de conſuetudine illa pœna non ſeruatur, ſed prorſus abiit in deſuetudinem, & receſſit ab aula, ut atteſtatur Foller. in prac. crimi. cano. fol.

45. nu.

45.nu.32. & ſeq. Imò quotidie hæredes remittunt occiſoribus defuncti, & cum eis pacem faciunt: eſſet enim iſta lex nutritiua peccati, ſi per eum impediretur pax & concordia & iniuriarum remiſſio.

9 Si testator † ductus fuerit metu, ut aliquem inſtitueret, hæreditas ab eo auſertur, & fiſco applicatur, ut traditur in l. fi. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib. & eſt communis opin. vt atteſtatur Boſſ. in tit. de his qui prohibent aliquem teſtari, num. 4. Hoc tamen intellige, ut procedat, quando talis inſtitutus erat defuncto proximiori in gradu, & ſic ſucceſſurus ab inteſtato. Cæterum ſi adeſſet alius proximior, uel etiam in pari gradu cum inſtituto, eo caſu hæreditas non applicatur fiſco, ſed ad iſtum proximiorem vel æqualem in gradu deuoluitur. Et ita tenent doctores, ut atteſtatur Chaſſ. ſuper cõſilio Burg. fol. 89. verſi. 27. caſus eſt. Qui autem pœna ſit puniendus compellens aliquem teſtari, dixi infra q. 83. verſi. Compellens aliquem.

ADDITIONES.

a Sepulchrum.] Obiter hic nota ſepulchrorum violatores quibus feriantur pœnis, & etiam quàm laudabile fuerit apud legem antiquam diuinam apud Græcos, & Romanos mortuos ſepultura donare, uide per Iacob. Menoch. de arbi. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 387.

b Fiſcus illam ab eo auſert.] Et hic nota, vbi opinio iſta eſſet in viridi obſeruantia: quòd ſi occiſores ſunt mortui, quos hæres neglexit accuſare de occiſione defuncti, & ſic non vendicauit necem: quòd hoc caſu fiſcus poterit agere petitione hæreditatis cõtra ipſum hęredem, qui non uendicauit necem defuncti. ita poſt Alexand. in conſilio 172. lib. 5. nume. 3. determinat Iacobi. de S. Georg. in l. 1. numero fin. C. de his quibus vt indig. quinimò do. Alexan. in d. ca. nume. 4. ex doctrina Bartol. & Ang. in l. in cognitione. ff. ad S.C. Sylla. determinat, quòd quando occiſores ſunt incerti, & ſic ob incertitudinem non poſſunt accuſari criminaliter: poterit etiam fiſcus ciuiliter agere contra hæredes occiſi, qui ante habitã quæſtionem hæreditatem adiuere.

Quæſtio LXXX.

SVMMARIVM.

1 *De pœnis pecuniarijs.*
Caſus, in quibus pœna pecuniaria eſt à iure impoſita, qui ſint, ibid. Remiſſiuè.
2 *Bladum emens cauſa reuendendi, punitur in viginti aureis, verſ. Bladum emens.*
3 *Miles aliquid accipiens ab hoſpite, in cuius domo hoſpitatur, punitur in decem libris auri, verſ. Miles, metator.*
4 *Dos mulieris contrahentis matrimonium ſcienter in caſu prohibito, fiſco applicatur, verſ. Dos mulieris.*
5 *Prælati an poſſint imponere clericis pœnas pecuniarias, verſ. In hac autem.*
6 *Seruus an poſſit condemnari in pœnam pecuniariam, verſ. Item quæro.*
7 *Condemnatus, an teneatur pœnam fiſco perſoluere in foro conſcientiæ, verſ. Sed hoc incidenter.*

1 QVANDOQVE † etiam non certa aliqua bona fiſco applicantur, ſed delinquenti certa pœna pecuniaria imponitur, vt in caſibus, quos enumerat Calic. in Margarita fiſci, ubi ſupra, & Fab. in pract. arbit. fol. 419. & aliis ſequen.

2 Bladvm emens † cauſa reuendendi, ut penuria ſequatur, punitur in uiginti aureis, l. 2. ff. ad leg. Iul. de anno. Sed certe hodie hoc non ſeruatur, imò illud communiter fit, maximè in Burgũdia, ut dicit Chaſſ. in loco præallegato, fol. 91. uerſ. 51. eſt caſus.

3 Miles, † metator, uel menſor, qui aliquid accipit ab hoſpite, in cuius domo hoſpitatur, punitur in decem libris auri, vt eſt tex. in l. deuotum, C. de metat. & epide. lib. 12. Sed hoc malè obſeruatur, ut dicit Bolenc. in repe. l capitalium, § famoſos, poſt nume. 89. ff. de pœnis. Et dicit Lucas de Penna in d. l. deuotum, in primis uerbis. quòd illa lex pulchra & bona eſt, ſed ob neglectum iuſtitiæ, peccata prouincialium, & nequitiã militum, male ſeruatur. Dicit ẽt idẽ Lucas de Penna in l. hoc proſpectũ, eod. tit. de metat. ubi iubetur militibus, ut in hoſpitijs non horribiles, nec ſuperbi, ſed humiles manere debeant, ꝙ illã legẽ maxime Theutonici, & Neapolitani, qui arrogãtiam imitantur eo

rũ, peſſime ſeruant. Et quòd nõ modò à dominis ædium balenæ poſtulant, contra expreſſam diſpoſitionem illius legis, ſed etiam luminaria, confectiones, & quæcunque utilia, nedum poſtulant, quin etiam rapiunt, & extorquent, quod bene nouit infelix Lombardia iam tot annis militum hoſpitationibus, & extorſionibus expoſita.

4 Dos mulieris † ſcientis factum ex quo naſcitur impedimentum matrimonij, & tamen contrahentis matrimoniũ... iure prohibitum, licet errauerit in iure, ſi matrimonium fuerit carnali copula conſummatum, applicatur fiſco. Et ita tenet gl. in l. ſi. in uerbo, Nupſit, ff. de cond. ſine cauſa. & eſt communis opi. vt dicit Abb. in c. & ſi neceſſe, nume. 7. de do. inter uirum & uxorem, prout illum refert Bello. conſ. 84. nu. 3.

5 In hac † autem materia pœnarum pecuniariarũ quæro, nunquid prælatus poſſit imponere clericis pęnas pecuniarias pro delicto? Reſpon. quod ſic. Et eſt communis concluſio, ut dicit Abb. in c. ut clericorum, nu. 10. de uita, & hone. cleri. nam hodie, epiſcopi de generali conſuetudine habent fiſcum, vt dicit Fran. de Pauinis, quem refert Diaz, in prac. crim cano. c. 134 num. 2. Hãc etiam opi. dicit eſſe ueriorem & conſuetudine roboratam Diaz, in d. prac. cap. 124. in ſi. Hanc etiã opin. eſſe uſu comprobatam atteſtatur Fel. in c. irrefragibili, §. 1. nu. 11. in ſi. de of. ordi. Et ideo quamuis epiſcopi de iure deberent pęnas pecuniarias applicare cameræ Romanæ, non ſuæ; ipſi tamen de conſuetudine contrarium ſeruãt, ut dicit Bal. in auc. Bona damnatorom, nu. 2. C. de bo. proſcrip. quem refert Ana. in ca. excommunicamus, in prin. nu. 9. de hære. & Angel. de maleſi. in uerbo. Et eius bona, nu. 30. & Barbat. conſi. 22. nu. 12. lib. 3. & Marcus deciſ. 339. nu. 12. & Gomez Arias ſuper l. 7. Tauri, nu. 75. Et dicit Foller. in pract. cri. cano. fol. 68. nu. 14. ꝙ hanc opi. tenent omnes. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Didac. lib. 2. reſolutionum, c. 9. nu. 11. ubi ſubdit, ꝙ licet hæc ſit communis opi. tamẽ id non eſt temere permittendum, ad explendam auaritiam epiſcoporũ, ſed ut ea, quæ eorum fiſco fuerint, delata, in uſus pios erogentur; quod tamen (ni fallor) in paucis locis ſeruatur.

6 Item quęro, † nunquid ſeruus poſſit in pęnam pecuniariam condemnari? Reſponde, Glo. in l. hos accuſare, §. in omnibus, in uerbo, Quia ea lege, ff. de accuſat. tenuit quòd non, & hæc opi. uſque ad tempora Bar. fuit communiter approbata, abſque ulla limitatione, ut dicit Salic. in l. 2. nume. 4. C. de accuſa. Bar. autem in d. §. in omnibus, nu. 5. tenuit cõtrarium, ſcilicet quòd immo poteſt ſeruus in pęnam pecuniariam condemnari. Sed certè magis communis opi. eſt contra Bar. ut dicit Gregorius Lopes in l. 10. in littera I, quem refert & ſequitur Placa li. 1. delictorum, nu. 18. in fin.

7 Sed hic † incidenter quæro, nunquid cõmittens delictum, pro quo à lege fit impoſita aliqua pęna pecuniaria, uel ſolnenda fiſco, uel danda parti, teneatur in foro conſciẽtiæ illam perſoluere? Reſpon. ꝙ non. ita tenuit gl. in c. fraternitas, in glo. ſi. 12. q. 2. quã dicit eſſe communiter approbatam Mechiaca in 1. parte, de teſta. § 10. num. 662. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Berous, in c. 1. numero 232. & ſequen. de conſtitu. & in ca. dilecti fi!i, num. 61. de arbi. & in ca. quoniam contra, nume. 228. de probatio. Gomeſ. in d. §. ex maleficijs, nume. 14. inſtit. de actio. Didac. ſuper 4. decretal fol 94 colum. 2. ſubdens quòd neque etiã theologi diſſentiunt ab hac communi ſententia canoniſtarum. Benè tenetur in foro conſcientiæ emẽdare ſeu reſarcire damnum ex eo delicto parti illatum, iuxta ea, quæ dixi ſupra quæſtio. 62. uer. Vnum autem. Faciunt, quæ dixi ſupra hoc, co. li. § Furtum, ver. Eſt igitur. Nec dicatur, quòd delinquens videat delinquendo conſentire pęnæ, quæ à lege pro ipſo delicto imponitur, quia illud eſt contra communem opin. doctorum, ut atteſtatur Arius Pinellus in auc. niſi tricennalis, num. 32. C. de bon. mater. Menchiaca in loco prę allegato, poſt num. 665. Et quòd delinquẽs non accuſatus neque condemnatur, etiam ſi ipſo iure per legem vel ſtatutum eius bona per illud delictum fiſco applicentur, non teneatur in foro conſcientiæ bona fiſco deferre, dicit eſſe communem opi. ferè ab omnibus approbatam, Simancas de hæret. cap. 9. nume. 27. & aliis ſeq. præcipue, nume. 82. Et licet aliqui dixerint, hoc locum non habere, quando delictum eſſet notorium, tamen illud dictum communiter non tenetur, ut dicit Summa Silueſtrina, in verbo. Pęna, quæſtio. 25. numero 3. Et ab hac concluſione non recedas in iudicando.

Quæſt.

Quæſt. LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *De pœna talionis.*
2 *Et quid ſi accuſator ſit perſona honeſtior, quàm reus, verſi. Sed pone.*
3 *Et an hec pęna talionis hodie ſit ſublata, verſi. Sed quæro.*

1 NON eſt † etiam omittenda pœna talionis, à iure communi introducta aduerſus accuſatores; qui calumniantur, & in probatione deficiunt, quæ quidem eſt ſimilitudo ſupplicii, quod inferendum eſſet reo, ſi de crimen ipſo conuictus fuiſſet.

2 SED pone † quòd accuſator ſit perſona honeſtior quàm reus, ita quòd pro eodem crimine eſſet mitius puniendus, prout videmus in pœna legis Corneliæ de ſicariis, & aliis à iure digeſtorum impoſitis, in quibus honeſtiores mitius, quàm humiliores puniuntur, nunquid accuſator, qui eſt calumniatus, erit puniendus pœna, quæ pro crimine deberet imponi ipſi reo, an autem illa, quæ eſſet imponenda ipſi accuſatori? Reſpond. quòd debet puniri ea pœna, quę imponenda fuiſſet reo, & fuit opi. Gul. de Cun. que communiter ab omnibus approbatur, vt dicit Alber. in l. athletas, §. calumniator, nu. 4. ff. de his qui not. infa.

3 Sed quæro, † nunquid hæc pœna talionis hodie ſit ſublata? Reſpond Afflic. lib. primo conſtitutionum, rubr. 23. poſt nume. 9. dicit quòd hæc pęna hodie non eſt ſublata, & allegat. l. fin. C. de accuſatio. iuncta l. qui nõ, C. de calumniato. ſed dicit ſublatam eſſe tantummodo ſolemnitatem ſubſcriptionis. Breuiter ſi loquamur de iure, Afflic. verum dicit, quia etiam ſecundum iura nouiſſima talis pęna imponitur accuſatori calumnianti: ſed ſi loquamur de conſuetudine, vtique pęna talionis eſt ſublata hodie, & penitus receſſit ab aula. Ita atteſtantur multi ex his, qui dicunt ſolemnitatem ſubſcriptionis ſublatam eſſe à conſuetudine, præſertim Io. Andr. Bar. Salic. Feli. Aretin. quos omnes citaui ſuprà quæſt. 12. uer. Cæterùm, quos etiam refert & ſequitur Afflic. lib. 1. conſtitutionum, rub. 12. nume. 16. & rubr. 51. §. præſenti in princip. lib. ſecundo, rub. 13. numero 7. Idem atteſtatur Alberi. in l. eum quem temere, in princ. nu. 3. in fi. ff. de iudic. & in l. ſeruum, §. publice, poſt nume. 23. ff. de procu. Salic. in l. qui crimen, nu. 4 C. qui accuſ. non poſſ. & in l. non ideo minus, nu. 3. C. de accuſat. Card. Alexand. in c. de accuſatione, col. 4. in fi. 2. quæſt. octaua. Mantua centuria prima, nume. 11. Blan. in prac. crim. fol. 15. poſt nu. 14. Carauita ſu per ritu magnæ curiæ 199. nu. 2. Simancas de hæret. c. 62. nu. 35. Apoſtil. ad Bellamer. deciſ. 79. Villalpand. in repet. l. 22. c. 21. poſt num. 3. Et in ſpecie illam non practicari in Gallia atteſtatur Papo lib. 24. tit. 1. arreſto 3. Ratio autem, quare conſuetudo ceſſauit hanc pęnam, illa fuit, quia propter rigorem huiuſmodi pęnæ, multi ſe retrahebant ab accuſando: atq; ita delicta remanebant impunita: pauci enim reperiebantur, qui cũ tãto capitis ſui periculo uellent accuſationes criminales proponere. Et ideo conſuetudo (reiectis his pęnis & difficultatibus) admiſit quoſcunque ad querelandum abſq; alia inſcriptione. Ita dicit Gandi. de maleſi. in rubr. qualiter fiat accuſatio, poſt nu. 6. Scias tamen, quòd licet ſit ſublata pæna talionis, ſi aliquis faceret capi aliquem, qui eſſet innocens, & appareret quòd id per calumniã feciſſet, ut illum decapitari faceret, forte ipſe non euitaret ſimilem pænam. Et refert Bald. in l. 2. nume. 4. C. de his qui latrones, quòd propter hoc fuit decapitatus quidam Peruſii. Et ſemel uidi in facti contingentia, quòd quædam Angelina Corbeta, quæ accuſauerat quoſdam de Burris, quod illam per uim & prępoſtera uenere cognouiſſent, & deinde falſa fuerat querelam eſſe falſam, vix euaſiſſet pænam vltimi ſupplicii, niſi fuiſſet prægnans: ſed hac re attenta, fuit tantummodo condemnata ad catenam infamem, 26. Auguſti 1558. A.C. Et alias etiã quidam Chriſtophorus Adornus propter falſam notificationem fuit per triennium ad triremes condemnatus, 13. Septembris 1560. A.C.

Quæſt. LXXXII.

SVMMARIVM.

De pœnis ſtatutariis.

STATVTVM PRIMVM.

1 *Quòd villa teneatur pro damnis datis in eius territorio.*

2 *An ſtante hoc ſtatuto poſſit damnum probari per iuramentum ipſius damnnm paſſi, verſi. Quæro nunquid.*

3 *Et qnid ſi damnum ſit datum in cõfinibus duarnm villarum, qua villa teneatur, verſ. Sed qnid ſi damnum, &c.*

4 *Et an teneatur contribuere abſentes temporo maleficij, verſ. Item quæro.*

STATVTVM II.

1 *Quòd bannitus poſſit impunè offendi. Remiſſiuè.*

Quòd nemo det auxilium bannito.

2 *Aduocatus & procurator intercedentes pro bãnito, an incidant in pœnam huius ſtatuti, verſ. Quæro nunquid.*

3 *Statutum punient loqnentem cum bannito, an habeat locum in eiſcribente, verſicu. Quæro, ſi ſtatutum, &c.*

Vxor an teneatur alere virum bannitum, verſ. Item quæro.

STATVTVM III.

1 *Statutum prohibens matrimonium contrahi inter aliquas perſonas, an valeat, verſ. Statutum prohibens.*

2 *Et quid ſi prohibeat contrahi matrimoninm cum foreñſe, verſ. Hinc infertur.*

3 *Et an valeat ſtatutum prohibens filiam contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, verſ. Sed nunquid.*

4 *Et an valeat ſtatutum prohibens ſororem, &c. nubere ſine conſenſu fratris, verſicu. Item quæro.*

5 *Et an valeat ſtatutum priuans filiam dote, ſi nubat indigno ſine conſenſu patris, verſ. Sed quæro.*

STATVTVM IIII.

1 *Ingrediens poſſeſſionem alterius ex decreto iudicis inualido, an incidat in pœnam ſtatuti de turbata poſſeſſione, verſicu. Quæro nunquid.*

STATVTVM V.

1 *Statutum prohibens rem immobilem alienari in forenſem ſub pœna, an valeat, verſic. Statutum prohibens.*

2 *Et an liget clericos, verſ. Sed quæro.*

3 *Et an ſtante hoc ſtatuto cenſeatur etiam prohibita hæredis inſtitutio, verſicu. Quæro nunquid.*

4 *Et an locatio, verſ. Sed nunquid.*

5 *Et an ſi forenſi legata ſit res immobilis, teneatur hæres præſtare legatario æſtimationem, verſ. Sed pone.*

6 *Et an cenſeatur prohibita præſcriptio, verſicu. Item quæro.*

7 *Et an ex alienatione facta contra diſpoſitionem huius ſtatuti, transferatur dominium vel poſſeſſio in forenſem, verſi. Sed quid ſi non obſtante.*

8 *Et an cedens forenſi actionem ad rem immobilem, incidat in pœnam huius ſtatuti, verſicu. Quæro etiam, &c.*

9 *Et an hoc ſtatutum habeat locum in alienatione neceſſaria, verſ. Sciendum eſt.*

STATVTVM VI.

1 *Statutum puniens inuentum cum armis, an comprehendat etiam eum, qui non fuit captus cum illis, verſicu. Quæro, ſtat ſtatutum, &c.*

2 *Et quid ſi puniat deprehenſum, verſi. Sed quid ſi ſtatutum, &c.*

3 *Appellatione armorum an veniant arma defenſiua, verſ. Quæro nunquid.*

4 *Et an fuſtes, & lapides, & cultelli parui, verſ. Et ſcias.*

5 *Si ſtatutum prohibeat arma deferri poſt ſonum campanæ, non punitur illa deferens in diebus ſanctis, in quibus non pulſantur campanæ, verſicu. Pone, in ſtatutis.*

6 *Deferens arma prohibita ad vſum itineris, non eſt puniendus, verſi. Item quæro.*

7 *Habens domi arma prohibita, non punitur, verſ. Quæro etiam.*

8 *Clerici deferentes arma prohibita, an poſſint à iudice laico puniri, verſi. Vlterius quæro. Remiſſiuè.*

9 *Portans arma prohibita, debet ea perdere, ver. Scias autem, &c.*

STATVTVM VII.

1 *Statutum prohibens exportari blada extra dominium, an valeat, verſicu. Statutum quòd blada, &c.*

2 *Et an liget forenſes, verſicu. Quæro nunquid.*

3 *Et an liget portantem per tranſitum, verſicu. Item quæro.*

Et

4 *Et an liget exportantem pro uſu ſuo, uerſicu. Vlterius quero.*

5 *Et quid ſi mutato deinde propoſito, illud vendat, uerſi. Sed pone.*

6 *Et an tale ſtatutum liget exportantem, farinam, uerſi. Praterea quæro.*

7 *Et an comprehendat eum, qui non fuit deprehenſus, uerſi. Sed hic quero.*

8 *Et quid ſi deprehenſus ſit prius, quàm exportet in itinere, uerſi. Pone quòd illo.*

9 *Et an exportans merces licitas cum illicitis, perdat etiam licitas, verſicu. Vltimo quæro.*

STATVTVM VIII.

1 *Statutum iubens pro aliquo delicto bona alicuius deuaſtari, an ualeat, uerſicu. Plerunque.*

2 *Et quid ſi delinquens habeat plures domos in communi cum aliis, uerſi. Sed quæro.*

3 *Et quid ſi habeat ipſe partem inferiorem domus, & alius ſuperiorem, uerſi. Sed quid ſi delinquens.*

4 *Et quid ſi uxor pro dote ſua ſe opponat deuaſtationi, verſi. Sed pone.*

STATVTVM IX.

1 *Statutum duplicans pœnam pro maleficiis, an habeat locum in blaſphemia, uerſi. Quæro nunquid. Remiſſiuè.*

2 *Statutum duplicans pœnam percutienti in domo poteſtatis, an habeat locum in percutiente in confinibus ipſius domus, uerſicu. Hoc ſtatutum.*

3 *Si adſint duo ſtatuta duplicantia pœnam, quomodo ſit facienda duplicatio, uerſi. Pone, ſtat ſtatutum.*

4 *Nox quomodo intelligatur, in ſtatutis duplicantibus pœnam, in maleficijs commiſſis de nocte, verſi. Quæro quomodo.*

Statutum minuens pœnam confitenti delictũ, an habeat locum in eo, qui prius negauit, ver. Stante ſtatuto.

STATVTVM X.

1 *Statutum puniens facientem inſultum ad domum, an habeat locum in faciente inſultum ad porticum domus, uerſicu. Statutum puniens.*

2 *Quid ſi domus ſit communis, an locus ſit ſtatuto.*

STATVTVM XI.

1 *Si ſtatutum puniat percutentem in centum, an ſi quis plures percuſſiones inferat, ſit pluribus pœnis puniendus, verſi. Si ſtatutum. Remiſſiuè.*

2 *Et quid ſi eodem ictu plura vulnera inferat cũ bidente, verſicu. Sed quid ſi eodem. Remiſſiuè.*

STATVTVM XII.

1 *Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, an valeat, verſi. Remiſſiuè.*

2 *Statutum quòd quis pro homicidio decapitetur, intelligitur de homicidio doloſo, verſicu. Statutum quòd. Remiſſiuè.*

STATVTVM XIII.

1 *Stante ſtatuto, quòd pro tertio furto quis ſuſpẽdatur, an computanda ſint furta commiſſa extra territorium, & ea, pro quibus fur iam fuerat punitus, uerſicu. Stante ſtatuto. Remiſſiuè.*

STATVTVM VLTIMVM.

Statutum nouam pœnam imponens, an recedat a pœnis iuris communis.

VISVM eſt de pœnis à iure communi impoſitis, nunc de pœnis ſtatutariis aliqua ſubiiciamus.

STATVTVM PRIMVM.

Circa damna data.

1 QVOD villa † teneatur pro damnis datis in eius territorio. In hoc propoſito ſolet quandoque allegari deciſ. Ang. in §. quoniam uerò, nu. 3. in Aut. Vt nulli iudicum, collat. nona. ubi dicit, quòd

a ſi i aliqua uilla a uel plebe datur aliquod dãnum per aliquem, uilla nõ tenetur emendare damnum, nec debet grauari pro delicto alterius; & ſubdit quòd ita ſeruatur de conſuetudine, quando ſcitur quis damnum dederit & eſt ſoluendo. Sed quandò ignoratur quis dederit damnum, uel ſcitur, ſed non eſt ſoluendo, & villa potuit ipſum prohibere, & non prohibuit, tunc uilla benè tenetur, & quòd ita per Tuſciam ſeruatur. Et il

lud dictum Ang. refert Calcan. conſilio 63. poſt numerũ quartũ. verſicu. & eodem modo, & Roland. de Curte in eo. vol. conſilio 64. quod eſt ſubſcriptio præcedentis conſilii, in vltimis uerbis, & Barb. in eo. vol. conſilio 66. quod eſt contra conſilia præcedentia. Ego tamen puto illam deciſ. Ang. intelligendam eſſe iuxta ea quæ dicunt Calcan. & Roland. in conſiliis præallegatis, declarantes illam procedere ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſed quòd ubi extat ſtatutum, illud ſeruandum eſt.

2 Qværo, † nunquid ſtante hoc ſtatuto, poterit damnum probari per iuramentum ipſius damnum paſſi? Reſpond. quòd non, & eſt communis opin. vt ait Dec. conſilio 410. poſt numer. 13. verſi. quarto ptincipaliter Iaſ. in l. ſi quando, numero 37. & ſeq. C. unde ui, quem refert Grammat. ſuper conſtitut. Regni, fol. 22. col. quarta, numero 16. & ibid. numero 39. in fin. Afflic. ſuper prima parte conſtitutionum Regni, rubr. 27. poſt numerũ 54. uerſic. in eadem. ibi, formo hic, Bertrand. conſilio 298. in fi. lib. octauo. Quinimò licèt ſtatutum diſponat, ſtandum eſſe dicto ſiue iuramento damnum paſſi, poterit nihilominus contra tale dictum ſeu iuramentum probari. Ita colligi videtur ex dictis Innoc. in c. ſi. numero 4. & 5. quod metus cauſa, & eſt communis opin. ut dicit Auguſtinus ad Ang. de maleſi. in uerbo nec non & ad denunciationem, numero 16.

3 Sed quid ſi † damnum datum ſit in confinibus duarum villarum? Reſpond. quòd vtraque tenetur. Et ita tenent communiter doctores, ut dicit Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſtione 75. Item quæro ſtatuto, quem refert Afflict. in loco præallegato, numero 16. Vnica tamen ſolutio ſufficiet.

4 Item quæro, † nunquid abſentes tempore maleficii teneantur? Reſpond. quòd ſic. Et ita de facto ſeruatur, ut dicit Alber. in ſecũda parte ſtatutorum, quæſt. 83. Item videtur. Cætera in hac materia damni dati vide ſupra lib. 3. quia reuera hęc non eſt propriè materia criminalis.

ADDITIO.

a Damnum paſſus ſi ſit de uilla: quòd teneatur, pro ſe contribuere, vide per Bartol. conſi. ſi. lib. ſecundo.

STATVTVM II.
Circa bannitos.

1 Statvtvm, † quòd bannitus poſſit impune offendi. De hoc ſtatuto late dixi ſupra hoc eo. lib. §. Homicidium, uerſicu. Plerunque etiam, & aliis ſeq.

Statvtvm, quòd nemo det auxilium bannito

2 Qværo † nunquid aduocati & procuratores patrocinantes bannito, dicantur ei præſtare auxilium & fauorem, ut incidant in pœnam ſtatuti? Reſpon. quòd non, & eſt cõmunis opin. ut atteſtatur Taeg. in pract. crim. c. 12. n. 25. Videntur enim præſtare auxilium iuris miniſterio, meritò puniri non debent. Quid autem in hæreticis, an liceat pro eis aduocare & patrocinari, dixi ſupra hoc eo. lib. §. Hæreſis, uerſ. Vlterius.

3 Quæro † ſi ſtatutum prohibeat, quòd nemo loquatur cum bannito ſub aliqua pœna, nunquid ſcribens litteras bannito, incidat in pœnam ipſius ſtatuti? Reſpon. ꝙ non, & eſt communis opi. ut dicit Alciat. in l. 1. in principio, num. 20. ff. de uerb. oblig.

4 Item quæro, † nunquid vxor teneatur alere virum ſuum bannitum ex fructibus ſuæ dotis? Reſpond. quòd ſic. Sed quid ſi fructus dotis non ſufficiant, nunquid renebit illum alere ex bonis ſuis parafrenalibus? Reſpon. Glo. in l. ſi ſtipulata, in ſi. in uerbo contra ſexus naturam, ff. de dona. inter uirũ & vxor. dixit, ꝙ non tenetur uxor alere virum ex bonis propriis. Sed certe illa glo. communiter reprobatur, ut dicit Gigas de crim. læſæ maieſtatis, fol. 158. q. 21. nu. 4.

STATVTVM III.
Circa matrimonia.

1 Statvtvm † prohibens matrimoniũ contrahi, nõ ualet. Et ita tenent omnes, vt dicit Alexand. conſilio 97. poſt numerum ſecundum, uerſic. & quamuis, lib. primo. Et quòd talia ſtatuta non procedant de iure canonico, dicit eſſe communem opi. Curt. Sen. con 27 nu. 3. & ſeq. quem refert Cotta in memorial. uerſ. ſtatuto Mediolani & Laudæ circa ſi.

2 Hinc infertur, † quòd ſtatutum prohibens matrimonium contrahi cum forenſæ, & contrahenti pœnam imponens, non valet, neque quo ad prohibitionem matrimonii, neque quo ad pœnam. Et eſt communis opin.

opin. vt atteſtatur Curt. Sen. conſ. preallegato, poſt nume. 3. quem refert Cotta in loco præallegato circa principium.

3 Sed nunquid † valet ſtatutum laicorum, diſponens, quòd filij non poſſint contrahere matrimonium ſine conſenſu patris? Reſpon. In hoc articulo fuerunt uariæ ſcribentium opin. Nam Barto. in l. adiicimus, C. de murileg. lib. 11. tenuit quòd ſic. Et dicit Paris. conſil. 29 nume. 42 lib. tertio, quòd communiter concluditur, quòd quando lex ciuilis imponit pœnam contrahenti matrimonium, & hoc in fauorem alterius, ex eo quia ille tertius ex tali matrimonio læditur, talis pœna de iure ciuili appoſita ſubſiſtit, neque per ius canonicum dicitur ſublata uel correcta, licet ius canonicum conualidet ipſum matrimonium; addens quòd licet ſtatuta laicorum non poſſint imponere pœnam contrahenti matrimonium circa ſubſtantiam ipſius matrimonij, ſcilicet ut matrimonium ipſum non ualet, ſecundum magis communem opin. de qua atteſtatur Card. Alexand. in ca. 1. de ſponſal. poſſunt tamen diſponere ſuper dependentibus à matrimonio, puta ſuper dote. Et ita ſeruari atteſtat Ant. de Butrio in d c. 1 quem refert Præpoſ. ibi. Cõtrariam ſentẽtiam, quòd ſcilicet tale ſtatutum non ualeat, tenuit Io. And. in c. ſtatutum, el primo. de hęret. in 6. & dicit Brunell. de ſpõſal. concluſione 19 nu. 4. & 5. quòd illum ſequuntur communiter doctores. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Alex. in d. conſi. 97. in fin. lib. 1. & conſilio primo, poſt nume. 21. lib. 3. Feli. in d. c. 1. nume. 13. de ſponſal. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, poſt nume. 59. verſicu. ſed contra de conſti. Curt. Sen. in d. conſi. 27. in primo dubio. Dec. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 36. & in l. nuptias, num. 7. ff. de reg. iur. & conſi. 231. num. 2. Et in ſpecie dicit Dec. in d. l. nuptias, nume. 13. in fin. quòd communiter tenetur contra Bar. in d. l. adiicimus. Ego credo hanc opi. de iure eſſe veriorem & magis communem, ſed vbi de conſuetudine obſeruaretur opin. Bar. crederem ab ea non eſſe in iudicando recedendum, non quidem circa prohibitionem matrimonij, ſed bene circa pœnam priuationis dotis, & alias ab ipſo ſtatuto impoſitas.

4 Itẽ quęro, † nũquid valeat ſtatutũ prohibens ſororem nubere ſine conſenſu fratris? Reſp. quod non, & eſt communis opin. ut dicit Alexand. in d. conſilio 97. poſt numero 5.

5 Sed quæro, † nunquid ualeant ſtatuta laicorum priuantia filiam dote, caſu quo nubat indigno ſine conſenſu patris? Reſpond. quòd talia ſtatuta ualent, & ſunt firmiſſima, neq; de iure canonico reperiſtur correcta. Et ita ſeruari i practica atteſtatur Card. Alex. in d. c. 1. col. 4. de ſponſal. quem refert Paris. conſi. 29. nu. 34. lib. 3.

STATVTVM IIII.
De turbata poſſeſſione.

1 QVÆRO, † nunquid ingrediens poſſeſſionem alterius ex decreto iudicis inualido, incidat in pœnam huius ſtatuti? Reſpond. quòd ſic. Ita dixit Bar. in l. iuſte poſſidet, nu. 4. ff. de acqui. poſſeſſ. quem ſequuntur communiter doctores, ut dicit Crauetta conſi. 248. col. fin. verſi. non obſtat aliud dubium. Ita etiam cõiter teneri atteſtatur Claud. in d. l. iuſte poſſidet, nu. 15.

STATVTVM V.
Circa alienationes.

1 STATVTVM prohibens † rem immobilem alienari in forenſem ſub pœna, ualet. Et ita communiter tenetur & ſeruatur, vt dicit Alberi. in ſecunda parte ſtatutorũ, quæſt. ſecunda, nume. 10. Hanc etiam dicit eſſe communem Barba. in rubr. de rebus eccle. non alie. Curt. Sen. conſi. 27 num. 8. Iaſ. in l. filiusfam. §. diui, in ſecunda lectura, nume. 106. ff. de lega. primo. Ripa in eo. § diui, nume. 74.

2 Sed quæro, † nunquid tale ſtatutum liget clericos, uel eccleſiaſticas perſonas? Reſpon. quòd non ligat clericos, neque eccleſias, & quatenus reſultat in eorum præiudiciũ, nihil ualet. Et ita dicunt communiter ſcribentes fere omnes, ut dicit Barbatia. conſi. 47. nume. 9. lib. tertio, & eſt communis opi. ut dicit Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, numero 89. de conſt. Iaſ. in d. § diui, in prima lectura, nume. 71. & in ſecunda, nume. 100. Ripa in d. § diui, numero 81. Soci. Iun. conſilio 76. numero 30. lib. tertio. Plottus inter conſilia criminalia diuerſorum, conſil. 108. numero 12. libro primo. Quod quidem multo magis procederet, ubi ſtatutum prohiberet ſpecialiter in eccleſias uel eccleſiaſticas perſonas alienari: nam eo caſu diceretur expreſſe contra libertatem eccleſiaſticã, & ideo nihil prorſus valeret. Et ita tenent

omnes doctores in hac materia loquentes, vt dicit Chaſſ. ſuper conſ. Burg. folio 314. numero 51.

3 QVAERO, † nunquid ſtante hoc ſtatuto, cenſeatur etiam prohibita hæredis inſtitutio? Reſpond. Glo. in l. prima, in uerbo Loca ſui, C. non lice. habi. lib. 11. tenuit ꝙ non. Sed certe illa glo. communiter reprobatur, vt dicit Ludouicus de Interamne in l. peto, §. frater, ff. de lega. 2. quem refert Fabia. de emptio. & vendit. in vlt. quæſt. quæſtionis principalis, nu. 27.

4 Sed nunquid † ſtante hoc ſtatuto, cenſebitur prohibita locatio in forenſem? Reſpon. quòd non, ſi eſt ad modicum tempus: ſed locatio ad longum tempus vtique cenſebitur
* prohibita, & eſt communis opin. vt dicit Plottus in d. conſi. 102. nu. 59. Talis enim locatio transfert vtile dominium in conductorem, ut dixi ſupra lib. 4. §. locatio.

5 Sed pone, † quòd teſtator legauerit forenſi aliquam rem immobilem, nunquid tenebitur hæres præſtare legatario æſtimationẽ? Reſpon. ꝙ ſic, & eſt communis opi. ut dicit Alexand. in l. apud Iulianum §. conſtat, nu. 14. ff. de legat. 1. Iaſ. in d. §. conſtat, num. 34. Curt. Sen. in d. conſi. 27. poſt nu. 6.

6 Item quæro, † nunquid tale ſtatutum prohibens alienationem, cenſeatur etiam prohibuiſſe præſcriptionem? Reſpon. quòd ſic. Ita tenet Bar. in l. vbi lex, nume. 1 ff. de uſucap. & eſt communis opi. ut dicit Alexand. conſi. 1. num. 23. lib. 4. quem refert Plott. in repe. l. ſi quando, nu. 266.

7 Sed quid, † ſi non obſtante ſtatuto facta ſit alienatio, nunquid ex ipſo contractu cenſebitur translatum dominium in acquirentem? Reſpondeo, ꝙ non, nam tale ſtatutum impedit dominij translationem. Et ita di-
* cunt omnes doctores, ut ait Claud. in l. ſi ita quis, §. ea lege, poſt nume. 17. verſic. item prædicta, ff. de uerb. oblig. Benè non obſtante ſtatuto transfertur poſſeſſio in acquirentem. Et ita uolunt communiter doctores, vt atteſtatur Claud. in d. §. ea lege, in vltimis verbis.

8 Quæro etiam, † pone quòd ſtatutum prohibeat, quòd aliquis non alienet rem immobilem in forenſem, neque alienanti conſentiat ſub certa pœna, modò aliquis cedit forenſi actionem ad rem immobilem, quæ (ut ſcis) computatur inter immobilia, ut dixi ſupra lib. 7. §. Mobilia, & ego illi præſto conſenſum, nunquid ex eo conſenſu dicat incidiſſe in pœnam ſtatuti? Reſpond. ꝙ non. Ita determinat Bart. in l. Gallus, §. videndum, nu. 10. ff. de lib. & poſthu. quem ſequuntur communiter doctores, ut dicit Claud. in d. §. videndum, nu. 10.

9 Sciendum eſt, † ꝙ hoc ſtatutum habet locum ſolummodo in alienatione voluntaria, non autem in neceſſaria. Et ita tenent communiter doctores, vt atteſtatur Alber. in 2. parte ſtatutorum, q. 206.

STATVTVM VI.
Circa delationem armorum.

1 QVAERO, † ſtat ſtatutum imponens aliquam pœnam ei, qui fuerit inuentus
2 cum armis, nunquid ille, qui detulit arma, ſed non fuit captus cum illis, poterit puniri pœna ſtatuti? Reſpond. In hoc articulo variæ fuerunt ſcribentium opi. nam aliqui tenent, ꝙ etiam ſi non ſit captus, dicatur inuentus cum armis, & in eo locum habeat pœna ſtatuti. Et dicit Iaſ. in l. 1. in princ. ff.
* ꝙ quiſque iuris, ꝙ hanc opin. tenent communiter moderni, prout illũ refert Claud. in l. poſſideri. §. Neratius, nu. 6. in fin. ff. de acquir. poſſ. licet ego in libro meo Iaſ. ibi de hoc loquentem non inueniam. Alij uerò tenent, ꝙ imò ſi non ſit captus cum armis, non dicatur inuentus cum illis, & conſequenter non ſit puniendus pœna ſtatuti. Et fuit opi. Bart. in l. ſi barſatorem, C. de fideiuſſo. & dicit Bello. conſi. 42. nu. 4. ꝙ illum ſequuntur communiter doctores. Dicit etiam Claud. in d. §. Neratius, nu. 6. in fi. ꝙ hæc eſt magis
3 communis opi. antiquorum. Ita etiam communiter teneri affirmat Alex. in l. 1. in principio, num. 77. ff. de acqui. poſſ. Cepolla in l. ſi fugitiui, nu. 81. C. de ſer. fugi. Hanc etiam opi. eſſe magis communem atteſtatur Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Fama publica, nume. 75. in fi. Amad. de ſyndic. nu. 90. ubi etiam ſubdit, quòd ita ſeruatur in practica. Iaſ. in d. l. 1. in princ. nu. 87. ff. de acqui. poſſ. prout illum refert Ripa ibi, nu. 53. & Viuius in lib. communium opi. fol. 198. uerſi. ſtatutum diſponens. Marſil. in prac. crim. § pro cõplemẽto, nu. 24. ubi etiam ſubdit, ꝙ ita ſeruatur. Ripa de peſte, in rubr. de conſeruãda vbertate, fol. 24. num. 104. Et ita etiam hodie non eſſe in uſu, ut portans arma puniatur, niſi quando reperitur per familiam, atteſtatur Aug. in l. 1. nume. 4. ff. ad leg. Iul. de vi. publ. Et ab hac opi. tanquam ueriori & magis

gis communi, & etiam cõſuetudine approbata non puto vllo modo recedendum. Et generaliter, ꝙ deferens veſtes, aut res prohibitas ex ordinibus, contra formam ſtatũti, non incidat in pœnam, niſi deprehendatur cũ ipſis rebus prohibitis, dicit eſſe communem opi. Antonius Gomes. in l. Tauri 45.nume. 50. quem refert Villalobos in ſua collecta communium opin. in littera S, nu. 112. Dicit tamen Bal. in d.l. ſi barſatorem, nu. 7. quòd conſuetudo interpretatur hoc verbum, Inuentus, contra quem maleficium probatur. Sed ſuſpicor verba Bal. ĩ libro meo eſſe corrupta.

2 Sed quid† ſi ſtatutum puniat deprehẽſum cum armis, nunquid habebit locum in eo, qui non fuerit captus cum armis, ſed teſtib. conuictus, quòd ea detulit? Reſpond. Glo. in l. 1. in verbo deprehenſus, C. ubi ſenato. vel clariſſ. videtur velle quòd ſic, & illam dicit eſſe communiter approbatam Ripa in loco præallegato, numero 105. Sed certè conſuetudo ſeruat totum contrarium, vt atteſtatur Didac. in prac. quæſt. 33. in fin. dicens quòd frequentior conſuetudo in toto orbe Chriſtiano eſt, quòd arma prohibita deferrens, nunquam ea amittit, niſi effectualiter cum illis fuerit deprehenſus, etiam ſi conſtet illum arma detuliſſe. Et ita ſeruarẽ, ſi caſus contingeret. Benè uerum eſt, quòd ſi ſtatutum diceret, quòd poſſet etiam procedi per inquiſitionem, ut communiter dicitur in edictis, quæ fiunt in hoc ducatu: tũc utique puniri deberet, etiam ſi non eſſet cũ armis deprehenſus.

3 Quæro, † nunquid appellatione armorũ cenſeantur etiam prohibita arma defenſiua? Reſpond. quòd non, & eſt communis opin. vt ait Placa lib primo delictorum, cap. 8. nume. 9. Reperio tamen, quod Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt. 115. item quærit, dicit, quòd uidit ſeruat contrarium, & illum refert Auguſtin. ad Ang. de maleſi. in uerbo. Vno ſtocco ferreo, poſt num. 5.

4 Et ſcias† in hoc propoſito, quòd licet de iure loquendo, appellatione armorum veniant etiam fuſtes & lapides, vt eſt tex. in l. armorum appellatione, ff. de uerb. ſignifi. nihilominus quem ex communi vſu loquendi ſaxa & lapides non intelligantur appellatione armorum, edicta prohibentia delationẽ armorum, non comprehendunt ſaxa deferentes. Et ita reſcripſit ſenatus prætori Alexandriæ 13. Octobr, 1558. P. N, declarauit etiam ſenatus in cauſa cuiuſdam Benedicti della Matthiola, quòd cultellus non venit appellatione armorum 6. Octobr. 1554.

5 Pone, † in ſtatutis & edictis prohibentibus arma deferri de nocte, ſolet apponi tempus præciſum, puta poſt pulſatam ſecundam horam noctis, vel poſt pulſatam tertiam campanam, quid ſi in nocte Iouis aut Veneris Sancti, quibus non pulſantur campanæ, fuerit aliquis repertus cum armis prohibitis, nunquid tenebitur pœna edicti? Reſpond. quòd non, & ita tenent doctores, ut dicit Alber. in ſecunda parte ſtat. q 7. Item quæro retentis.

6 Item quæro, † nunquid deferens arma prohibita ad vſum itineris, debeat puniri pœna ſtatuti? Reſpond. quòd non, & ita obſeruat hodie conſuetudo, ut dicit Ang. in l. 1. num. 3. ff. ad leg. Iul. de ui publ.

7 Quæro etiam, † nunquid ille, qui habet domi arma prohibita, puniatur? Reſpond. Ex diſpoſitione l. Iuliæ de ui pub. utique uidetur puniendus, iux. tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de ui pub. Sed certe hodie hoc nõ eſt in vſu, ut dicit Ang. in d.l.1. num. 4.

8 Vlterius † quæro, nunquid clericus repertus cum armis prohibitis poſſit à iudice laico puniri? Dixi ſupra quæſt. 36. uerſi. Vlterius quæro.

9 Scias autem, † quòd regulariter portans arma prohibita debet ea perdere. Et ita ſeruatur de conſuetudine, ut dicit Marſil. in prac. crim. §. pro complemento, num. 12. Dicit etiam Paris Put. de ſynd. fol. 303. numero 21. quòd officialis, qui inuenit aliquem cum armis prohibitis, poteſt illa frangere. Et ſubdit quòd ita ſeruatur, & dicit Bald. in ca. primo, §. ſi quis ruſticus, in fi. de pace tenenda, quòd ſi regulariter non licet deferre arma, multo minus deferri poterunt in palatio principis. Et ita ſeruatur, teſte Mantu. obſeruat. 54 circa ſi. Loquitur autem Bald. ibi in palatio communis Florentiæ, ſed ego in palatiis Imperatorum & Regum ſemper uidi ab omnibus arma deferri.

ADDITIO.

a Statutum imponens aliquam pœnam.] Nunquid comprehendat foreſes, vide per Marſil. in practi. crimin. §. conſtante numero 23.

STA-

STATVTVM VII.
Circa blada.

1 STATVTVM,† q̃ blada non exportẽtur extra territorium, valet etiam quo ad amiſſionem rerum. Et ita de conſuetudine quotidie obſeruatur, ut dicit Vitali. de maleſi. in rub. quid ſit accuſatio, nume. 79. In hoc ducatu non ſolùm eſt impoſita pœna amiſſionis reum, ſed etiam pœna furcarum & confiſcationis bonorum, & ſuper hoc eſt erectus Magiſtratus præfectorum annonæ, cuius ego nunc ſum præſes. Bene uerum eſt, quòd raro ſernatur rigor ipſarum conſtitutionum, ut ſcilicet fraudatores ſuſpendãtur, ſed ſolent ut plurimum admitti ad compoſitionem. Dicit autem Boſſ. in tit. de pœnis, poſt num. 20. quòd huiuſmodi decretum eſt valde terribile. Et quòd quamuis uideatur continere utilitatem publicam, ne ſcilicet ſequatur caritas frumentorum, tamen (ſi practicam attendamus) continet auaritiam, ex quo finis eſt, ut pro quolibet ſacço frumenti extrahendo, ſoluatur quoddam vectigal. Et quòd omni tempore conceditur extractio frumẽti cũ ſolutione dicti vectigalis, quę res & penuriam auget, & nobiles dimittit inanes, ſubdens quòd ipſe quotidie clamabat cõtra hoc. Sed certe credo ego, q̃ ſi principes huius dominij, qui omnia cum ſumma maturitate conſtituere ſolebant, non animaduertiſſent id ſummo reipu. commodo cedere, tale decretum non condidiſſent, uel ſaltẽ poſtea illud abrogaſſent. Et proculdubio niſi eſſet hoc decretum, continuè in hoc dominio maxima eſſet frumẽti inopia, licet enim ager huius dominij ſit ualde fertilis, tamen cum multi ex finitimis populis, ut ſunt ſubditi Heluitiorum, Genuẽſium, & Venetorũ, ſemper inopia frumenti laborent, certe niſi per officiales huius magiſtratus prouideretur, ne blada ex hoc dominio extraheretur ſine mota totum illud frumentum, quod eſt prope confinia, exportaretur in vicinias prouincias, in quibus ſemper uenditur longe cariori precio, prout adhuc magna ex parte fieri videmus etiam ſtante ipſo decreto. Neque uerum eſt, quòd omni tempore cõcedatur extractio cum ſolutione uectigalis, ut ipſe dicit. Imò quando eſt ſuſpicio penurię, ſẽper ſolet extractio ſuſpendi, & interdici, ut quotidie experientia docet. Et ideo non uideo, quare tantum clamauerit; tanto magis, quum uideret neminẽ eſſe, qui de ęius clamore curaret. Et ideo melius dicit Paris Put. qui ex patria mea fuit oriundus, in ſuo tract. ſynd. fol. 271. poſt nume. primo, quòd in hoc feliciſſimo Mediolani ducatu, ſunt decreta optime prouidentia circa omnia.

2 Quæro † nunquid talia ſtatuta prohibentia blada aut carnes exportari, ligent etiam forenſes? Reſpond. quòd ſic, & ita communiter ſeruatur, ut dicit Alberi. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt. prima, nume. 13. Quum enim talia ſtatuta vigeant fere per totam Italiam, non videtur prætextu ignorantiæ excuſandus qui contra ea deliquit. Vide quæ dixi infra quæſt. 85. uerſ. Sed quid ſi delictum.

3 Itẽ quæro, † nunquid talia ſtatuta, prohibentia blada aut merces extra territorium exportari ſub pœna, ligent etiam portantẽ per tranſitum? Reſpond. quòd non, & ita tenent omnes, ut dicit Alberi. in loco præallegato, quæſt. 3. Et dicit Iaſ. in l. cætera, § ſed & ſi quis ad opus, nume. 21. ff. de leg. primo, quod ita tenent communiter doctores, quẽ refert Viuius in lib. commuium opin. fol. 200. verſicu. ſtatutum prohibens, in quarta limitatione. Sed certe quicquid ſit de iure, apud nos de cõſuetudine ſeruatur totũ contrarium. Et illi qui uolunt per tranſitum cõducere, tenentur impetrare licentiam à noſtro Magiſtratu.

4 Vlterius quæro, † an tale ſtatutum comprehendat exportantem pro uſu ſuo? Reſpond. quòd non, Ita dixit Bartol. in d. § ſed & ſi quis ad opus, nume. 4 & ita communiter receptum eſt, ut dicit Alciat. in l. in lege cenſoria, in uerbo, victus ſui, ff. de uerb. obligatio. Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Iaſ. in eo §. ſed & ſi quis ad opus, nume. 7. ff. de lega. 2. prout illum refert Viuius in loco præallegato, in ſecunda limitatione. Sed certe quicquid ſit de iure, apud nos ſeruatur oppoſitum, nam tales etiam pro uſu ſuo exportantes puniuntur, prout cæteri omnes.

5 Sed pone † quòd ſtatutum expreſſe permittat exportari pro uſu ſuo, modò aliquis exportauit animo conſumendi pro uſu ſuo, deinde mutato propoſito illud uendidit, nũquid incidit in pœnam? Reſpond. quòd nõ, & ita communiter tenetur, ut dicit Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quęſt. 206. Prędicta etiam, & ita quotidie obſeruatur.

6 Prætereа † quæro, nunquid ſtante hoc ſtatuto, puniatur extrahens farinam? Reſpon.

aliqui

aliqui tenent ꝗ non. Et ita tenere cōiter doctores affirmat Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſtio. 5. ſubdens etiam, quòd ita uidit de facto ſeruari. Cōtrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet tale ſtatutum locum habeat etiam in extrahente farinam, tenuit Barto. in l. quæſitum, §. illud, num. 1. ff. de legat. 3. Et hanc dicit eſſe communem Ripa de peſte, in rub. de remed. ad conſeruandam ubertatem. fol. 24. nume. 75. prout illū refert Viuius in loco præallegato, licet Ripa in eo loco loquatur in alio propoſito, prout ego retuli infra verſi. Pone quod ille. Bene verum eſt, quòd ego ſemper vidi ſeruari, ꝗ puniatur extrahēs farinam, aliàs de facili heret fraus legi.

7 Sed hic † quæro, ſi ſtatutum puniat eum, qui fuerit inuentus exportare bladum, nunquid locum habeat non ſolum in eo, qui ſit perſonaliter apprehenſus, ſed etiam in eo, qui ſit teſtibus conuictus? Reſpon. quòd ſic, & eſt communis opi. vt dicit Ripa in loco præallegato, nume. 104. prout illum refert Viuius ubi ſupra in tertia ampliatione. Sed certe Ripa in libro meo, licet teneat hanc opinio. fatetur tamen illam eſſe contra communem. Et patet ex his, quæ dixi ſupra hac ea. quæſtio. ſtat. 6. uer. Quæro ſtat ſtatutum.

8 Pone, † quòd ille, qui exportat bladū extra territorium deprehenſus eſt in itinere priuſquam exeat, nunquid erit puniendus pœna ſtatuti, perinde ac ſi exportaſſet? Reſpondeo. Aut ſtatutum loquitur per verbū extraxerit ſeu exportauerit, & nō punitur. Aut loquitur per uerbum extrahet ſeu exportabit, & punitur. Et hanc dicit eſſe cōmunem opin. Ripa de peſte, in loco prçalleg. fol. 24. num. 71. & ſeq. Albe. autem in ſecunda. parte ſtatutorum, quæſt. 4. nume. 6. dicit, ꝗ ipſe uidit diuerſimodè ſeruari. Mihi certe hæc diſtinctio nunquam placuit; nunquā enim poſſent tales delinquentes in flagranti crimine deprehendi, ſi antea quàm exirent inuenti non punirentur, quum certum ſit, ꝗ poſtquam exierunt, non poſſunt officiales illos extra territorium perſequi nec cōprehendere, propterea apud nos indiſtincte ſeruatur, quòd deprehenſi in itinere conſtito quòd vellent illud exportare extra territorium, perinde puniuntur ac ſi exportaſſent. Et illam diſtinctionem de conſuetudine non obſeruari atteſtatur Ripa ubi ſupra, poſt nu. 75. uer. Ego tamen.

9 Vltimo, † quæro, quid ſi ſtante hoc ſtatuto aliquis exportet ſimul aliquas merces licitas cum illicitis, nunquid amittet ſolum illicitas, uel etiam licitas? Reſpon. Aliqui dicunt, ꝗ omnes confiſcantur, & ſiue ſint ipſius portantis, ſiue alterius, modò ſit ſciens, & conſentiens. Et hanc opi. dicit eſſe cōmunem Boer. deci. 178. nu. 25. Aliqui uero dicunt, ꝗ ſolum illicitæ perduntur. Et ita cōmuniter ſeruari atteſtatur Alb. in loco præallegato, quæſtio. 4. numero 5. Et hæc opinio mitior eſt, & ideo tenenda, ubi uerba legis, uel edicti, aliud expreſſe non diſponerent.

STATVTVM VIII.

Quòd pro aliquo delicto bona delinquentis deuaſtentur.

1 PLERVNQVE † in ciuitatibus pro aliquo graui crimine, puta rebellionis, uel proditionis, uel huiuſmodi, imponitur pœna delinquenti, ut eius bona deuaſtentur. Quæro nunquid tale ſtatutum ualeat? Rñ. ꝗ de iure loquendo non ualet, ſed tamen de conſuetudine communiter ſeruatur contrarium, ut dicit Alberi. in tertia parte ſtatutorum, quæſtio. 3. & etiam quæſtio. 11. atteſtatur ſe uidiſſe ita teneri, & ſeruari. Ita etiam de facto ſeruari atteſtatur Pariſ. Put. de ſynd. folio 184. poſt numerum 1. uerſic. Officialis fuit.

2 Sed quæro, † quid agendū ſit, ſi delinquēs habeat plures domos in communi cū alijs? Reſpōd. debent bona diuidi, & deſtrui tantum illæ, quæ contingent in partem delinquentis. Et hęc opi. placet communiter antiquis doctoribus, ut dicit Albe. in 3. parte ſtatutorum, quæſtio. 47.

3 Sed quid † ſi delinquēs habeat partē inferiorem unius domus, & alius habeat partē ſuperiorem, nunquid debebit tota domus deſtrui? Reſpō. ꝗ non, ſed debet pœna commutari, & ita communiter tenetur, ut dicit Corſetus in ſing. ſuis, in uerbo, Cōmunitas: verſ. Duo fratres.

4 Sed pone, † quòd compareat uxor cōdemnati, & pro intereſſe dotis ſuæ opponat ſe huiuſmodi deuaſtationi, nunquid erit audienda? Reſpond. De iure certe uidetur dicēdum, quòd poſſit talem deuaſtationē impedire pro ſumma ſuæ dotis; nihilominus de facto contrarium obſeruatur, ut dicit

dicit Alb.in 3. parte ſtatutorum, in d. qõ.7. quem refert Aug.ad Ang.de maleſi. in uerbo, Et eius bona, poſt nu.10. Bona enim condemnati deuaſtantur iuxta diſpoſitionem ſtatuti, & fiſcus de ſuo ſatisfacit uxori, & alijs creditoribus, licet Pariſ.de Put. in facti contingentia referat ſe iudicaſſe, quòd uxor debeat habere bona mariti pro eius dote, non autem accipere dotem à fiſco, ut ipſe aſſerit in trac.ſynd.in uerbo, Publicatio bonorum, num. 3. cuius contrarium apud nos obſeruatur.

STATVTVM IX.
Augens vel minuens pœnam.

1 QVÆRO, † nunquid ſtatutum duplicans pœnam pro maleficijs, habeat locum in blaſphemia, iniuria uerbali, & alijs delictis, quæ verbo aut ſcripto committuntur? Dixi ſupra hoc eod.lib.§.1.uerſicu. Sed quæro.

Statutum duplicans pœnam percutienti in domo poteſtatis.

2 Hoc ſtatutum † habet locum non ſolum in percutiente in ipſa domo, ſed etiam in percutiente in confinibus ipſius domus. Ita tenuit Guido de Suzar.in ſuis quæſtionibus ſtatutarijs, in fi.& ita communiter obſeruatur, ut dicit Alb.in l.præſenti, in fi. C.de his qui ad eccle.confug.quem refert Barb.conſ. 33.poſt nu.5.lib.4.

Statutum pœnam duplicans in maleficijs commiſſis de nocte.

3 PONE, ſtat † ſtatutum, quòd in delictis commiſſis de nocte pœna duplicetur. Item ſtat aliud ſtatutum, ꝙ in delictis commiſſis iu platea pęna duplicetur. Modo aliquis deliquit de nocte, & in platea. Quæro, nũquid debeat duplicari duplicatio, uel tantum duplicari illa ſimplex pœna, quæ pro illo delicto erat impoſita? Reſpond.quòd debet tantummodo duplicari illa ſimplex pęna. Et eſt communis opi. ut dicit Auguſt. ad Ang. de maleſi in uerbo.In platea cõmunis, poſt nume.20.

4 QVÆRO, † quomodo intelligitur nox in terminis huius ſtatuti? Reſpõ. Aliqui dicunt ꝙ illud delictum intelligitur commiſſum de nocte, quod commiſſum fuerit ante ſolis ortum. Et hanc dicit eſſe communem opi. Alex.in l.more, num.5.ff. de ferijs. Alij uerò diſtinguunt, quòd aut ſtatutum expreſſe determinat, quãdo dicatur dies, uel nox, puta ad ſonum campanæ uel huiuſmodi, & dicunt illud eſſe ſeruandum. Aut uerò expreſſe non determinat, & tenent ſtãdũ eſſe arbitrio iudicis, qui conſiderabit an eſſet tanta claritas, ut attribuendum ſit diei, an tãta obſcuritas, vt ſit attribuẽdum nocti. In dubio autem mitiorem partem ſequendam. Et hæc fuit opi.Io. And.in ca.ſi perfodiens.de homicid.quam tenent commmuniter cano.ut atteſtatur Aug.ad Ang. de maleſi.in uerbo, De nocte, poſt nu.4. quam ego etiam ſequerer in iudicando, ſi caſus cõtingeret, prout etiam illam ſequuti fuerũt tres Doctores in regia camera Summariæ, ut refert Afflic.ſuper prima parte conſti. Regni, rubr.5. nume. 9. Et ita etiam iudicatũ fuiſſe per Rotam Mantuanam atteſtatur Natta conſ.469.

5 Stante ſtatuto, † quòd ei, qui ſponte cõfitetur delictum, diminuatur pęna, quæro, nunquid ſi quis primò negauit delictum commiſiſſe, deinde cõfeſſus eſt, debeat gaudere beneficio ſtatuti? Reſpõd. Bar.in l. eum, qui nu.4.ff de iureiur. tennit ꝙ nõ, & eius opi. dicit eſſe communiter approbatam Soc. in l.nõ fatetur, poſt nu. 7.ff.de excep. quem refert Menchiaca li.3.de teſta.§. 23. nu.22.licet deinde referat Iaſ.& Fel.atteſtantes cõmunem opi.eſſe cõtra Bar.mitior eſt, & mihi magis placet, & ex doctoribus allegatis per Iaſ.in d.l.eum qui, nume.8.apparet eam eſſe etiam magis communem, ſatis enim eſt uerificari cõditionem à ſtatuto requiſitã.quòd ſcilicet ſponte cõfeſſus fuerit, quæ nõ impeditur per negationem primo loco factam. Et ideo ſi caſus contingeret, ego cõtrà Bar.intrepide iudicarem.

STATVTVM X.
Puniens inſultum.

1 STATVTVM † puniens facientem inſultum ad domum, habet locum in faciente inſultum ad porticum domus. Et ita communiter tenetur & ſeruatur, vt dicit Albe.in 2.parte ſtatutorum, quæſt.208. Hanc etiam opinio. communem appellat Aug.ad Ang.de maleſi.in uerbo, Fecit inſultum, poſt nu.3.

2 Item quæro, † an hoc ſtatutum habeat locum, ſi aliquis fuerit inſultatus in domo, quam habeat communem cum alio? Reſp. ꝙ ſic, modò non eſſet communis cum ipſomet inſultante. Ita tenet Bal.in l.1.nume.1.

C.de

C.qui teſta.face.poſ. cuius opi.communem appellat Aug.in loco præallega.nu. 5. Militat enim nõ minus in domo communi, quá in ꝓpria ratio ſtatuti, ꝙ ſcilicet domus ſua vnicuique tutum refugium eſſe debet.

STATVTVM XI.
Puniens percuſſiones vel vulnera.

1 SI ſtatutum† puniat percutienté vel vulnerantem, & aliquis plures percuſſiones ſeu vulnera inſerat, an ſit pluribus pęnis puniendus? Dixi infra q.84.ver. Scias etiam, & alijs ſequentib.

2 ET quid† ſi eodé ictu plura vulnera inferat cũ bidente, vel alio telo bifurcato? Dixi in ea.q.84.uerſ.Hæc autem omnia.

STATVTVM XII.
Contra homicidas.

1 QVÆRO, † nunquid valeat ſtatutum imponens pęnam pecuniariã pro homicidio? Dixi ſupra hoc eo.li.§.Homicidium, ver.Sed nunquid.

2 Statutum,† ꝙ pro homicidio, quis decapitetur, intelligendum eſt, quãdo homicidiũ fuit dolo commiſſum. Secus autem ſi culpa tantum interuenerit, ut dixi infra quæſtio. 84.circa principium.

STATVTVM XIII.
Contra fures.

STANTE ſtatuto, ꝙ ꝓ tertio furto quis ſuſpendatur, an cõputanda ſint furta extra territorium commiſſa, & an ea pro quibus fur iam fuerat punitus? Dixi ſupra hoc, eo.lib.§.Furtum, ver. Sed pone, & ſeq.

STATVTVM VLTIMVM.

QVÆRO, an ſtatutum imponens pœnam a nonã pro aliquo delicto, cẽſeat abrogaſſe pęnam iuris cõmunis? Dixi infra q.85. ver. Debet etiam, & in eadem quæſt. per totam vidẽda ſunt quæ in propoſito ſtatutorum pœnalium ſatis diffuſe tractauimus.

ADDITIO.

a Pęnam.]Puta in rerum amiſſione ſecundum veram realem concluſionem, & quam ſeruari in practica dicit Foſ.de Ludo.Peruſi.dec.80.nu.17.quem vide per totam illam deciſionem.

Quæſt. LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *De pœnis arbitrarijs.*
Caſus, in quibus pœna iudicis arbitrio committitur, qui ſint, ibid. Remiſſiuè.
2 *Iudex male iudicans ex imperitia, tenetur parti arbitrio iudicis, uerſicu. Iudex male iudicans.*
3 *Impoſtores puniuntur arbitrio iudicis, uerſicu. Si quis impoſturam.*
4 *Vim publicam ſeu priuatam committens, punitur pœna ordinaria, uerſic. Item publicam.*
5 *Compellens aliquem ad teſtandum, qua pœna puniatur, uer. Compellens aliquem.*
6 *Oſculum inferens mulieri per uim, punitur pœna extraordinaria, uer. Oſculum inferens.*
7 *Partum exponens punitur pœna extraordinaria, verſi. Partum exponens.*
8 *Mittens præcepta uallis Ioſaphat, uel huiuſmodi, puniuntur extra ordinem, uer. Puniuntur etiam.*
9 *Iniuriam alteri facientes contra bonos mores, puniuntur extra ordinem, uerſicu. Item puniendi.*
10 *Amouens terminos agrorum, qua pœna puniatur, uer. Terminos mouens.*
11 *Iudex, cuius arbitrio pœna eſt à iure commiſſa, an poſſit arbitrari, pœnam mortis, uerſicu. Sed quæro.*
12 *Et quid ſi ſtatutum imponat pœnam centum, vel aliam maiorem, uel minorem arbitrio iudicis, uer. Præterea.*
13 *Iudex habens arbitrium in pœnis imponendis, debet illas imponere iuxta qualitatem delictorum, ver. Scias etiam.*
14 *Pœnitentiæ impoſitæ pro peccatis à ſacris canonibus hodie ſunt arbitrariæ confeſſoribus, verſicu. Aliud eſt etiam.*

1 DIXI etiam† eſſe nonnulla crimina, in quibus nulla certa pœna eſt à iure impoſita, ſed relicta eſt imponẽda arbitrio
2 iudicis, quæ recẽſet a Fab. in prac.arbi.fol. 435. & alijs ſequen. Et uideri poſſunt apud Calic. in Margarita fiſci, fol. 95.& ſequen. 94 caſus, in quibus à iure irrogatur pęna extraordinaria arbitrio iudicis imponenda.

2 Iudex male† iudicans ex imperitia tenet
b parti arbitrio iudicis. b Et hæc eſt communis mens

mens doctorum, ut dicit Boſſ.in tit. de officialibus corruptis pecunia,num.22.

In hac autem materia criminum extra ordinariorum habemus duos titulos,alterũ de extraordinarijs criminibus , & alterum de crimine ſtellionatus. Et quia plerunque contingit tractari de pœnis imponendis in huiuſmodi delictis, exiſtimaui non incongruum fore, ſi aliquot exempla ſubijcerem.

3 Si quis † impoſturam fecerit, poterit ſtellionatus poſtulari, inquit tex.in l.3.ff de cri. ſtellio. Et proximis annis quidam impoſtores, qui totqbus adulterinis decipiebãt uiatores, fuerunt iuſſu ſenatus fuſtigati, & eiecti à ducatu, 29.Martij 1558.P.N. Sic ẽt quidã impoſtor Venetus Petrus de Nigris, qui mentitus erat ſexum & manus debilitationem, iuſſus fuit fuſtigari, & eijci, ſub pœna triremium, 28, Nouemb. 1551.P.N. Nec omittendum eſt hoc loco memorabile arreſtum latum Tholoſæ.12.Sept.1560. contra quendam Arnaldum de Tilla impoſtorem, qui finxit ſe eſſe Martinum Guerram ,qui iam per plures annos aberat. Et ita cohabitauit cum eius uxore multis annis , & ex ea liberos ſuſcepit,deinde quum rediſſet Martinus Guerra, & res ſumma cum difficultate detecta fuiſſet, fuit Arnaldus ſuſpenſus, & flammis combuſtus. Et huius arreſti mẽtionem facit Papo lib. 22.titu.9 arreſto 20. cuius etiam proceſſus libellus eſt apud me, Tholoſæ impreſſus.

4 Item † publicam ſeu priuatam uim cõmittens, hodie ex generali conſuetudine punitur arbitrio iudicis. Et in ſpecie de ui priuata, quòd ex uſu & in praxi puniatur pœna arbitraria, atteſtatur Prac.Iodoci,c.100.nu. 9.Scias autem quòd lex Iulia de ui publica, punit uim inferentem cum armis, lex autem Iulia de ui priuata, punit inferentem vim ſine armis . Faciens igitur inſultum cum armis, punitur lege Iulia de ui publica. Et hoc etiam ſi ſolus & non coadunato cœtu huiuſmodi inſultum fecerit. Et ita communiter tenetur, ut ait Gramma. ſup cõſt. Regni, fol. 10.nu.5.& num.12.ubi etiam dicit, quòd ita obſeruat communis vſus iudiciorum.

5 Compellens † aliquem teſtari, criminaliter punitur arbitrio iudicis. Ita dicit gl in l.1.in verbo crimen,C.ſi quis aliquem teſtari prohib. Tu uerò dic, ꝙ aut in tali coactione interuenit uiolentia cum armis . Et tunc puniendus eſt pœna l. Iuliæ de ui publica. Aut facta eſt violentia ſine armis, & puniendus eſt pœna l.Iuliæ de ui priuata. Aut non interuenit uioléria, ſed ſolus metus, & tũc punitur arbitrio iudicis. Et ita in hoc articulo diſtinguunt doctores, ut atteſtatur Iacobi.de ſancto Georgio in d.l.j. num.4. Hæreditas autem per metum alicui relicta fiſco applicatur, ut dixi ſupra quæſt 79. verſic. Si teſtator.

6 Oſculum † inferẽs mulieri per vim, punitur pœna extraordinaria. Et ita cõcluſum fuit ĩ cõſilio Neap. ut refert Affl. dec.276. Sereniſ. Rex , Aliter tamen iudicatum fuit per Triultium, qui fecit cuidam Gallo, q per uim oſculatus fuerat mulierem nuptam , caput amputari, vt refert Boſſ.in tit. de extraordi. crimin. poſt nu. 3. Gramm. autem conſ.48. conſuluit quòd quidam, qui oſculatus fuerat puellam in uia publica, cum qua præceſſerat tractatus matrimonij, erat abſoluẽdꝰ. Et refert, quòd ita fuit iudicatum. Mihi placet quòd pęna in huiuſmodi caſibus relinquatur iudicis arbitrio, iuxta facti & perſonarum qualitatem, nunquam tamen imponerem pęnam mortis pro oſculo , uel cũ ui, vel ſine ui illato, niſi plus quàm magnę circũſtantiæ factum aggrauarent.

7 Partum † exponens punitur pęna extraordinaria, ut eſt tex. cum gloſ. in uerbo, animaduerſioni, C. de infan. expoſ. ſenatus tamen in facti contingentia quandam Paloſinam puellam nubilem, quæ ut infamiam uitaret, puerum, quem pepererat, exponi iuſſerat, abſoluit, 16 Decemb. 1547.

8 Puniuntur † etiam extra ordinem illi, qui ſuperſtitione numinis alios terrent, prout faciunt illi, qui mittunt pręcepta uallis Ioſaphat, quorum vnus, qui appellabatᷣ Carlettus , fuit poſitus ad catenam infamem , 10. Apr.1553. Et alius quidam Thomas Mãtellus, qui tranſmiſerat quoddam præceptum ſub nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, iuſſus fuit renunciare pręcepto, & fuſtigari, 10. Septem. 1556. P.N.

9 Item † puniendi ſunt extra ordinem illi, qui iniuriam alteri faciunt contra bonos mores, ueluti ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, ut dicit tex.in d.l. 1.ff. de extraordi crim. prout quidam Paulus Comete, qui amphoram ſtercore plenam in quandã mulierem proiecit, & fuit affectus duobus ictibus funis , licet haberet remiſſionem à muliere, & eius uiro, 17.Iun.1556. P.N.

10 Terminos † mouens c punitur arbitrio iudicis,

eis, vt eſt tex. in l. 1. ff. de term. amo. Vt tamen colligi poteſt ex legibus illius tituli, vera reſolutio uidetur eſſe, quòd ille, qui ſciẽs eſſe terminos, eos dolo malo mouerit cauſa iurium occupandorum, ſi eſt nobilis, relegatur ad tempus; ſi eſt vilis, fuſtigatur, & relegatur per biennium, Ille verò, qui illos mouet cauſa fines offuſcandi, punitur pęna arbitraria. Qui autem illos mouet dolo malo, non quidem animo occupandi confinia, neque ea offuſcandi, neque lites ad ſui commodum ſuſcitandi, ſed alia ex cauſa, puta vt lapides ipſos furaretur, uel vt alijs negociũ faceſſat, punitur pęna quinquaginta aureorum. Et hæc eſt communis opi. vt atteſtatur Plottus in repe. l. ſi quando, num. 726.

11 Sed quæro, † quãdo pęna eſt à lege iudicis arbitrio remiſſa, nunquid iudex ipſe poſſit imponere pęnam mortis? Reſpond. Hęc quęſtio eſt adeò dubia, ut indigeat deciſione Imperatoris, vt dicit Maranta in ſuo ſpeculo, fol. 52. poſt nume. 69. Nam glo. in §. in ſumma, in uerbo, extraordinaria Inſtit. de iniur. tenuit, quòd poſſit hoc caſu iudex arbitrarii etiam pęnam mortis, & illam glo. in hoc cõmuniter approbari atteſtatur Barba. conſil. 11. poſt num. 6. lib. 1. quem refert Dec in ca. ex litteris, poſt num. 14. de conſti. Bolenc. in repe. l. capitalium, §. famoſos, nume. 29 ff. de pęnis. Et ita dicit Alcia. conſi. 472. in fi. quòd illam glo. ſequuntur communiter doctores. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Maranta in loco præallegato, quẽ refert Vinius in lib. communium opin. in uerbo, iudicis arbitrio. Et ſecundum opin. illius gloſ. iudicatum fuiſſe in parlamento Pariſienſi atteſtatur Papo. lib. 24. titu. x. arreſto ſecundo, Cõtrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet hoc caſu non poſſit iudex arbitrari pęnam mortis, multi tenuerunt, adeò quòd Decius ſibi contrarius in l. qui iuriſdic poſt num. 9. uer. non obſt. glo. ff. de iuriſdict. omnium iud. dixit quòd illa gloſ communiter reprobatur. Idem dicit Afflic. deciſ. 276. poſt nume. 6. quem refert Pract. Carer. fol. 566. num. 112. Grammat conſil. 48. poſt nume. 2. Chaſſ ſuper conſuetud. Burgund. fol. 43. num. 2. Petrus de Soncino inter conſilia criminalia diuerſorum, conſi. 98. nume. 13. lib. 1. Carauita ſuper 41. ritu magnæ curiæ, nume. 15. in fin. Menchiaca controuerſ. uſu frequentium, ca. 39. num. 26. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Felin. in cap. inquiſitionis. de accu. prout illum refert Villalpãd. in repe. l. 22. c. 9. num. 4. Et hęc opi. reuera eſt magis tuta & mitior, ideoque mihi ſemper placuit, & non putarem in iudicando eſſe ab ea aliquo modo recedendum. Sed dato etiam, ꝙ eſſet vera opi. illius gl. illa tamen intelligenda eſt ut procedat, modò qualitas delicti aut circunſtantiarum ſit talis, ꝙ de iure communi uel conſuetudine eſſet pro eo delicto pęna mortis imponenda, aliàs ſecus. Et ita illam gloſ. communiter limitari atteſtatur Afflic. ſuper ſecunda parte conſtit. Regni, rub. decima, nu. 22 Hanc etiam eſſe communem opi. dicit Ale. conſ. 121. in fi. li. 7. quem refert & ſequitur Crauetta conſ. 224. poſt nu. 2. uerſ. 2. aduertendum. Dec. in d. c. ex litteris, prout illum refert Crauetta conſ. 220. poſt num. 14. Gramma. conſ. 39. poſt nu. 8. Don Anton. de Padilla in l. tranſigere. nu. 27. C. de tranſac.

12 Prætereà † ſi ſtatutum diceret, ꝙ pro tali delicto iudex imponat cẽtum uel aliã maiorem uel minorem arbitrio ſuo, hoc caſu debet iudex imponere pęnam ſimilem, & ſic pecuniariam, non autem pęnam capitalem. Et iſta eſt ſententia omnium, ut dicit Augu. ad An. de male. in uerbc, ibi caput, nu. 46.

13 Scias etiam, † quòd iudex ẽt habens arbitrium debet in pęnis imponẽdis ſeruare modum conſuetum. Et ſi pro aliquò paruo delicto, puta leui percuſſione, imponeret pœnã nimis exceſſiuã, puta li. 200. poterit reus appellare, & ſuperior reducet illam pęnam ad congruum modum. Et ita practicatur, ut dicit Cagnol. in l. unica, nume. 21. ff. ſi quis iuſd non obtemper.

Et nota in hoc propoſito, ꝙ ſi quis reperiatur condẽnatus in contumaciã in pęnã arbitrio ſenatus imponendã, & petat à ſenatu declarari arbitriũ, non ſolet ſenatus id facere, niſi prius ille ſe in carceribus cõſtituat, aliàs enim poſſet declarationẽ faciendã eludere, præſertim ſi ſenatus arbitraretur pęnam corporalem. Et ita in facti contingentia concluſum fuit in cauſa cuiuſdam Rentii id petentis, qui pro blaſphema atroci fuerat condãnatus in pęnam arbitrio ſenatus imponendam, 4 Feb. 1556. P. N.

14 Aliud eſt † etiã genus pęnarum arbitrariarum, quæ pęnitentiales appellantur, Et ſunt illæ, quæ ſecũdum ſacros canones imponi deberent per confeſſores in foro pęnitentiali, ſiue cõſcientiæ, nã hodie pęnæ prorſus abierunt in deſuetudinem, & ſunt remiſſæ arbi-

d trio ſacerdotũ. Et ita communiter tenẽt vt dicit Ab. i c. at ſi clerici, §. de adulterijs. poſt nu.

Vide Marant. dispt. 3a

nu. ſ. de iudi.quem refert Bermon.de concu
bi.fol.28.nu.3. Idem atteſtatur ſumma An-
gelica, in verbo Confeſſio, §. 6.in prin. Dec.
in d.c. at ſi clerici, §. de adulteriis, num.6.

ADDITIONES.

a Que recenſet,] Adde,nt per Iac.Menoch.
de arbi.iudi. lib. 2.cent.4.caſ.381. cum plu-
ribus ſequentibus.

b Arbitrio iudicis.] Adde fuſius per Iac.Me
noch. de arbitrar.iudic. lib.2.centur.4.caſu
339.vbi declarat,nu.5. Quæ hoc in caſu ſit
pœna arbitraria, & extendit principalem cõ
cluſionem ſex modis, de quib.uide ibi cum
ſuis declarationibus.

c Terminos mouens.] Adde, & fuſius per
Menoch. de Arbitr.iudi. lib.2.centur.4 caſ.
393. & inibi quid in ſuis legibus contra hos
ſancinerint Plato, Numa Põpilius, Lex 12.
tab. Caius Cæſar, ac alij nonnulli Cæſares.

• Adde, ꝙ fuerit originale dictum Ioann.
de Imo. in c. inquiſitione. ſuper Gl.in verb.
alioqui. de accuſat. vbi dedit talẽ intellectũ
ad gl.reputatam ſing. in d. §.in ſumma, ex
quo ſaluaui aliam gl. in l. ſaccularij, la 2. in
verb. conſiderandum,ff.ad l.Iul. pecul.quæ
ſentit, quòd pęna extraordinaria, ſeu arbi-
traria non ſit,de pęna capitis intelligenda,vt
conſiderauit do.Alex.conſil.111.col.penul.
uer.& ſecundum,li.j.& in d.conſ.121.col.fi.
lib.7.& vide,in collec.mea commun.opin.§.
iudex.numero 43.

d Arbitrio ſacerdotum.] Adde,& fuſius,vi-
de per Iac.Menoch. de arbi.iud.lib.2.cẽtur.
4.caſ.391.vbi tres habet extenſiones, pari-
terque tres declarationes.

Quæſt. LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 Puniri corporaliter nemo poteſt, niſi in delicto dolus interueniret.

Statutum diſponens quod homicida decapitetur, debet intelligi de homicidio doloſo, ibi.

2 Plura delicta ad eundem finem tendentia an debeant pluribus pœnis puniri, verſicu. Scias etiam.

Et quid ſi eodem tempore commiſſa fuerint, ibidem.

Et quid ſtante ſtatuto puniente vulnera, ſeu percuſſiones, ibi.

Percutiens clericum pluribus vicibus eodem impetu, an incurrat plures excommunicationes, ibid.

3 Et quid dicendum, ſi cũ eodem telo plura vulnera, unico ictu inferantur, verſicu. Hac autem.

4 Et quid ſi delicta ſint diuerſi generis, uerſicu. Alius eſt caſus.

Et quid ſi extent tria ſtatuta, vnum puniens delationem armorum, aliud puniens inſultum, & aliud puniens vulnera, an ſi quis inſultum faciat, & vulneret cum armis, ſit unica pœna, vel pluribus puniendus, ibid.

5 Vulnerans animo tantum vulnerandi, & deinde aſſumens animum occidendi, & occidens, an puniatur de homicidio tantum, an autem etiam de vulneribus, verſiculo. Sed pone.

6 Et an propter reiterationem delictorum, vel conſuetudinem delinquendi quis poſſit grauius puniri, verſiculo. Sed hic incidenter.

7 Plures delinquentes contra vnum, an teneãtur omnes inſolidum, uer. Vltimo quæro.

DICTVM eſt de pœnis, nunc de
ſententijs pœnalibus videndum
eſt, nam in ipſarum pęnarum im-
poſitione multa ſunt, quæ iudi-
cem præ oculis habere oportet, quæ quidẽ
nos hoc loco breuiter attingemus. Et in pri-
1 mis † quidem ſcias, ꝙ regulariter in pęnis cri
minalibus, nunquam poteſt quis puniri cor
poraliter, niſi dolus interueniat, Ita tenet
Bar. in l.1.§. 1.nu. 1 ff.ſi quis teſtam.libe. &
• eſt communis ſententia doctorum, ut dicit
Cępol.conſi.crim. 33.col.2.uer quod ſic pro
a batur, Neque ſufficeret lata culpa, nam in
criminalibus lata culpa nõ æquiparatur do-
lo. Et hanc opi. dicit eſſe communem Iaſ.in
l. in actionib. nu.23.& nu.26 ff.de in litẽ iu.
quem ſequitẽ Blã. in prac.cri.fol.56.nu.137.
& ſeq. Nunius de los corrigidores, fol.240.
col.3. in prin. Bermond.loquendo in crimi-
ne adulterii, in trac.de concub.fol.158.num.
71. Diaz reg.540.vbi ponit hanc concluſio-
nem pro regula. Claud.in l.1.nu.33.ff.de le-
gi. Et loquendo de pęna mortis, uel mutila-
tionis membri imponenda, idem atteſtatur
Cagno.in l.contractus, num.10.ff de reg.iu-
ris, quem refert Villalobos in ſua collecta
communium opi.in littera L, nume. 6. Sed
certe hoc locum habet, non modò ſi aga-
tur

tur de imponenda pœna mortis uel mutilationis membri, uerùm etiã ſi agatur de imponenda quacunque alia pœna corporali, ſm gloſ. quæ ſimpliciter loquitur in d. l. in actionibus, in uerbo, Non etiam ob culpam, quam doctores ſequuntur, teſte Marſi. conſi. 67. num. 40 Et ex hac cõcluſione inſertur, q ſi ſtatutum diſponat, quòd homicida ſit decapitandus, debet intelligi, dummodo homicidium ſit cõmiſſum dolo, non autem culpa. Et eſt communis opi. ut dicit Iaſ. in d. l. j. num. 70. ff. de legib. & in d. l. in actionibus, nu. 26. quem refert Viuius in libro cõmunium opin. fol. 239. uer. ſtatutum diſponens. Dec. in d. l. in actionibus, nu. 20. quem refert Plottus in repe. l. ſi quando, nu. 765. Curt. Iun. in l. fi. nu. 9. ff. quòd quiſque iur. Menchiaca controuerſ. illuſtr. c. 96. nume. 32. Et hoc receptiſſimum eſſe atteſtatur Alcia. in l. magna negligentia, ff. de ver. ſignifi. Faciunt quę dixi ſupra hoc eo. lib. §. Homicidium, ver. Culpa dicitur. Pro culpa verò punitur delinquens, quando culpa præceſſit delictum. Et ita dicunt communiter doctores, ut dicit Anan. in c. de infantibus, nu. 4 de his qui filios occid. Reperio tamen aliquos tenuiſſe, q etiam pro lata culpa a poſſit quis corporaliter puniri, licet non eadem pœna, qua poſſit puniri pro dolo, ſed alia leuiore. Et hanc opinionem dicit eſſe communem Maranta in ſuo ſpeculo, fol. 26. numero 59. in fine. quam ego etiam quandoque vidi in ſenatu obſeruari; ſed regulariter pro culpa non ſolet aliquis corporaliter puniri. Quæ autem dicta ſunt de pœna corporali, eadem locum habent etiam in pęna infamię, nam condemnatus propter culpã, nõ efficitur per talem ſententiam infamis. Ita tenuit d. gl. in d. l. in actionibus, in uerbo, nõ etiam ob culpam, & eſt cõmmunis opi. vt dicit Roma. ibi nu. 16. Fama enim & uita æquiparantur. Faciunt ea quæ dixi ſupra hoc eo. li §. Homicidium, uerſ. Idemque & multo.

2 Scias etiam, † quòd regulariter plura delicta ſimul concurrentia, omnia puniri debẽt. Ita colligitur ex tex. in l. nunquam plura, ff. de priua. delictis. Hæc tamen concluſio non eſt ita generaliter intelligẽda, ſed pro clariori reſolutione diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Primus eſt, quando quis plura delicta eiuſdẽ generis committit, puta quia plures percuſſiones, uel plura vulnera infert alicui. Et tũc, ſi quidẽ id facit ex interuallo, omnes fatentur, quòd pluribus pœnis eſt puniendus pro numero percuſſionum illatarũ uel vulnerum. Et ita vr ſenſiſſe glo. in d. l. nunquã plura, in uerbo occiderit, quæ in hoc cõmuniter approbatur, ut dicit Boer. deciſ. 82. num. 10. præſertim ſi pp iterationem delicti interſit partis offenſæ. Et ita de facto ſeruari atteſtatur Alber. in 2. parte ſtatutorum, quæſt. 24. nu. 4. Si uerò illa inferat eodẽ tempore, tunc aliqua eſt controuerſia inter ſcribentes, vr tenere, q quando non interuenit plura, vr tenere, q quando nõ interuenit ſeparatio delictorum, unica tantùm pęna puniri debeant. Sed Bar in ea. l. nunquã plura, poſt nu. 4. poſt Dy. reprehendit illã gloſam, & dicit quòd illa glo. eſſet ueta, deſtrueret totum mundum, & quòd eſt contra textũ illius legis. Et dicit Soci. conſi. 63. num. 9. lib. 1. quòd in hoc communiter doctores videtur ſequi opi. Dy. & Bar. quòd ſ. etiam ſi plures percuſſiones uel vulnera eodem tempore illata ſint, debeat pro eorum numero pęna multiplicari. Et illum refert Placa li. 1. delictorum, ca. 1. nu. 18. refert etiam atq; ita frequentiori calculo hanc quæſtionẽ diffiniri atteſtatur Didacus lib. 2. reſolutionum, c. 10. nu. 8. Cęterùm Iacob. de Arena in l. apud Labeonem, §. cõnicium, ff. de iniur. dixit in hoc articulo eſſe diſtinguendũ, iuxta uerba legis uel ſtatuti: ut ſiquidem ſtatutũ imponat ſimpliciter vulneranti uel percutienti pęnã centum librarum, eo caſu etiã ſi plura vulnera eodem tempore illata fuerint, unica tantum pęna centum librarum imponenda ſit: ſi uerò ſtatutum imponat pro quolibet uulnere pęnam centum librarum, tunc puniendus ſit in tot centum libris, quot vulnera intulerit. Et hanc opin. Iacobi de Arec. dicit eſſe commnem Floria. in l. 4. ff. ad l. Aquil. prout illum refert Placa in loco pallegato. Et ex hac opi. Iacob. de Are. infertur, quòd quum ex diſpoſitione c. ſi quis ſuadẽte, percutiẽs clericum incidat in excommunicationem, ut dixi ſupra quęſt 77. verſ. Percutiens clericum, ſi quis percutiat clericum eodẽ impetu quattuor aut quinq; vicibus, unam tamen excommunicationẽ tantum, non plures incurrit. Et hanc dicit eſſe communem opi. Didac. in d. c. x. poſt nu. 8. verſic. quartum ſi eiuſdem. Placa in d. c. 1. num. 19. Sed certe hanc diſtinctionem Iacobi pariter reprobat Bar. in d. l. nunquam plura, nu. 11. tenens quod indiſtinctè pęna pro numero vulnerum multiplicanda ſit, ſubdens q ita obſeruat cõſuetudo. Et ego ſtatim dicã.

3 HÆC autem † omnia locum habent, qñ huiuſmodi vulnera pluribus ictib. illata fuerunt, ſed quid ſi quis vnico ictu plura vulnerã inferat, quia cum bidente, uel alio inſtrumento bifurcato eodem ictu aliquem in diuerſis corporis partibus vulnerauit? Reſp. quòd pro unico tantùm vulnere puniendus eſt, ſecundum communem opin. antiquorũ, ut dicit Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, q. 37. licet ipſe contrarium teneat; quam ẽt opi. dicit eſſe cõmunem, & quotidie in practica obſeruari, Viuius in lib. communium opin. fol. 200. verſi. ſtatutum imponens. Angel. autem de Maleſi. in uerbo, & dictum Titium, num. 2. refert pariter in hac quæſtione Iacob. de Are. diſtinxiſſe eo modo, quo ſupra dictum eſt; & ſubdit quòd opin. Iacob. communiter tenetur, referens ita atteſtari Florian. in d. l. 4. ff. ad leg. Aquil. quem tamẽ in libro meo non reperio hoc dicentem. Et affirmat quòd illam vidit ĩ practica ſemper obſeruari. Hoc idem atteſtari Florianum dixit Barba. in Apoſtil. ad Bar. in l. ſi gemina, ſub nu. 1. in uerbo, ego puto, ff. arbo. furtim cęſarum. Bar. autem in d. l. ſi gemina, num. 1. tenuit quòd etiam hoc caſu debeat indiſtincte pro pluribus vulneribus puniri. Alexan. in l. quod dicitur, la prima, in fi. ff. de uerb. oblig. dicit quòd diſtinguendum eſt, vt per Barto. in d. l. ſi gemina, deinde ſubdit quòd oẽs concludunt eſſe inſpicienda verba ſtatuti, an loquatur de percuſſionibus, aut de vulneribus. Ego certè ſemper uidi in practica obſeruari opin. Barto. vt ſcilicet ſiue ſtatutũ loquatur per verba, Si percuſſerit, uel vulnerauerit, uel per uerba, Quòd ꝓ qualibet percuſſione uel vulnere, &c. ſemper puniatur delinquens ſecundum numerum percuſſionũ, vel vulnerum. Et hoc ſiue illata ſint eodem ictu, ſiue pluribus. Poterit tamen iudex, ubi huiuſmodi caſibus dubitari contingat, informare ſe à peritis ſuper interpretatione, quam talia ſtatuta habuerunt à conſuetudine, & ſecundum illa iudicare, quia minime mutanda ſunt, &c.

4 ALIVS eſt † caſus, quando delicta ſunt diuerſi generis, & hoc caſu ſi committantur ex interuallo, res nullam habet difficultatẽ, quin omnia punienda ſint, ut habetur in d. l. nunquam plura, ſi verò facta ſunt eodem tempore, & ad eundem finem tendãt, punitur delinquens ſolummodo pœna maioris delicti. Et põt poni exẽplum, ſi extẽt ĩ ciuitate tria ſtatuta, vnũ puniens delationem armorũ in centũ, aliud puniens inſultũ in c. aliud puniens vulnus in c. & aliquis inſultet alium cum armis & vulneret, certe nõ eſt in omnibus iſtis pœnis puniendus, ſed ſolũmodo puniri debet in centũ pro vulnere, quia pœna inſultus & armorum confunditur cũ pęna vulneris. Ita colligitur ex gl. in l. qui de crimine, in uerbo Plurima, C. de accuſa. quã ſequuntur omnes ſcribentes, ut dicit Marſi. in l. ſi rixa, nu. 15. ff. de ſicar. Prac. Iodo. c. 77. nu. 4. Io. Arno. dialogo 47. Per conſtitutionem. Hanc etiam dicit eſſe communẽ opin. Iafred. deciſ. 95. quem refert Viuius in li. cõmunium opi. fol. 198. verſi. ſtatutum puniẽs. Et illa gloſ. ſolet allegari, ꝙ minora delicta confunduntur cum maiori, ita ꝙ ſolum maius delictum punitur. Et dicit Marſi. in l. vnica nu. 54. C. de rap. uir. quòd illam gl. ſequũtur doct. Et ita ſeruauit ſenatus in quodam Io. Baptiſta Furnariis, qui proiecerat pilam ferream in ſuum aduerſariũ, & deinde prior enſem euaginauerat, quem vnica tantum pœna iuſſit puniri 1559.

5 SED pone, † aliquis aggreſſus eſt aliũ animo tantùm illum vulnerandi, & vulnerauerit, deinde ex aliquo delicto vel facto illius peruenit impetus vulnerati, & mutato propoſito illum occidit, nũquid erit puniendus de occiſo tantum, an autem de vulnerato, & etiam de occiſo? Reſpon. Bar. in d. l. nunq̃ plura, nu. 5 dicit, ꝙ ex quo fuit duplex impetus, ſ. primo vulnerãdi, & deinde occidẽdi, debet de utroque teneri. Sed certe vniuerſalis cõſuetudo cõtrariũ obſeruat, ut dicit Ang. in d. l. nunq̃ plura, nu. 7. quẽ refert Ana. in c. fi. poſt nu. 5. de colluſ. dete. Nã ex unitate rixæ minus delictũ cũ maiori confunditur. Et q̃uis forte opi. Bar. ſit de iure uerior, nihilominus ab hac opi. q̃ cõſuetudo approbauit, nullo modò eſſet in practica recedendũ, nam pœna homicidii, quę eſt pœna mortis & confiſcationis bonorũ, abſorbet omnes alias pęnas corporales & pecuniarias.

6 Sed hic † incidẽter, q̃ro nũquid ꝓpter reiterationẽ delictorũ, uel conſuetudinẽ delinquẽdi, reus poſſit grauius puniri? Rñ. Bar. in l. 1. nu. 2. C. de ſuperexactor. li. 10. dicit ꝙ licet aliàs crimina nõ eſſent capitalia, põt tñ reus ꝓpter conſuetudinẽ delinquendi puniri pęna mortis. Et ſecundum hanc opin. aliquando fuiſſe practicatũ in ſacro con. Neap. atteſtatur Grammat. conſil. crimin. 17. num. 16. & uoto 17. per totum, ubi refert fuiſſe ad mortem condemnatum quendam, qui eodem

eodem tempore quinque vxores habebat. idem etiam practicatum fuiſſe per parlamẽtum Pariſienſe refert Papo lib. 24. tit. x. arreſto nono. Sed idem Grammat. deciſ. 16. nu. 7. Sed dicit quòd quicquid ſit in puncto iuris, hoc in practica non recipitur, vt ſcilicet propter conſuetudinem delinquendi pęna ordinaria augeatur. Et hæc opin. mitior eſt, & illam ſequi ſolet ſenatus, qui nunquã in delictis non capitalibus propter quamcunque reiterationem, ſolet pęnam mortis imponere, ſed tantummodo vel torturam atrocius inferre, vel ad extraordinarie puniendum grauius arbitrari.

7 Vltimo quæro, † nunquid plures delinquentes *b* ſimul contra unum, teneantur omnes inſolidum? Reſpond. quòd ſic, ut eſt tex. in l. ſi plures, ff. de iniur. & eſt communis regula, ut atteſtatur Natta conſilio 79. num. 10.

ADDITIONES.

a Lata culpa.] Item lata culpa an, & quãdo ſit punibilis vide, per Angel. de Aret. in §. quia autem, nu. fin. Inſt. ui bono. rapto. ubi etiã quid de leui, & leuiſſima relatiue uide.

b Plures delinquentes.] Aduerte tamen, quòd condemnatio vnius ex pluribus qui tenentur de eodem crimine, non nocet alteri, tex. & ibi Bal. in l. & ſi crimine. C. de adul.

Quæſtio LXXXV.

SVMMARIVM.

1 Iudex an debeat imponere delinquenti pœnam loci originis, domicilij, vel delicti.

2 Et quid ſi delinquens ſit forenſis, an poſſit puniri ſecundum ſtatuta loci, in quo deliquit, verſi. Secundus eſt.

3 Et quid ſi illud delictum non ſit à iure communi prohibitum, v. r. Sed quid ſi delictum.

4 Et an ſtatuta, pro delictis pœnas imponentia, ligent etiam ſubditos delinquentes extra territorium, uerſic. Tertius eſt caſus.

5 Et an pœnæ ſtatutorum pro delictis impoſitæ, tollant pœnas pro eiſdem delictis à iure communi impoſitas, uerſi. Debet etiam.

6 In pœnis alternatiuè impoſitis cuius ſit electio, iudicis an rei, uerſi. Solet etiam.

7 Et quid ſi ſtatutum diſponat, quòd quis pro delicto condemnetur in centum libris, quas ſi non ſoluerit intra decem dies, amputetur ei manus, an eo caſu poſſit iudex omittere pœnam corporalem, & exequi pecuniariam, verſi. Sed hic quæro.

8 Et quid è conuerſo; ſtante ſtatuto quòd non comparens ponatur in banno, de quo non eximatur, donec ſoluerit mille, an ſi ipſe nolit ſtare in banno, poſſit iudex eum cogere ad ſoluenda mille, uerſi. Succeſſiuè quæro.

9 Vbi agitur de pœna imponenda ex aliqua ſpeciali conſtitutione, debent omnes qualitates verificari, de quibus in ipſa conſtitutione fit mentio, verſi. Vbi agitur.

10 Iudex an poſſit ex cauſa minuere pœnam ordinariam pro aliquo delicto à iure communi vel à ſtatuto impoſitam, ver. Vlterius quæro.

11 Et an poſſit illam commutare, ſi delinquens non eſt capax illius pœnæ, uerſicu. Non omitto.

1 SED quoniã † plerunq; pp diuerſitatem fori originis, domicilij, vel delicti, & eorum locorum, iura vel ſtatuta diuerſas pęnas imponentia, in faciẽdis condẽnationib. dubitari ſolet ꝙ pęna ſit pro delictis imponẽda, videamus, an iudex dẽat imponere pęnã loci originis vel loci delicti, & an pænã iuris cõis vel ſtatuti. Et qa materia eſt ualde intricata, diſtinguendi ſunt nõnulli caſus:

Primvs eſt, qñ iudex loci delicti procedit cõtra delinquẽtẽ, qui eſt ſibi ſubditus etiã rõne originis ſeu domicilij. Et hic caſus modicã habet difficultatẽ: nemo. n. dubitat, qn ſit puniẽdus ſecundũ leges & ſtatuta ipſius loci. An autẽ qñ in eodẽ loco reperiť vna pęna impoſita à iure cõi, & alia à ſtatuto, dẽat iudex imponere pœnã ſtatutariam, vel pęnam iuris communis, dixi infra uerſi. Debet etiam.

2 Secvndvs eſt † caſus, qñ iudex loci delicti procedit cõtra forenſem, qui deliquit in ſuo territorio. Et hoc caſu, ſi quidem pro eo delicto non reperitur impoſita alia pęna per ſtatuta locorum, ꝗ ea, quæ eſt impoſita à iure cõi, nulla etiã eſt controuerſia, quominus puniri debeat ſecũdũ diſpoſitionẽ iuris cõis. Et in hoc pariter nemo dubitat. Pũctus eſt, qñ ſtatutũ loci delicti imponit ꝓ eo delicto aliã pœnã, nunquid poſſit iudex ipſius loci delicti condẽnare hmõi forenſem in pęnã ſtatuti; & ſic an ſtatuta pęnalia ſup delictis, ligẽt ẽt forenſes. In qua quidẽ qõne

aliqui ſimpliciter dicunt, q iudex loci delicti pōt punire delinquentē, etiā ſi nō ſit de iuriſdictione ſua, nō ſolum ſm iura cōmunia, ſed etiam ſecundū ſtatuta ſua. Et ita tenere cōiter legiſtas dicit Feli. in ca. à nobis, el primo, nu. 1. de ſenten. excom. Ita etiā cōmuniter teneri atteſtatur Abb. in ca fin. nu. 24. de foro cōpe. Hanc quoq; opi. dicit eſſe cōem Feli. in d. c. fi. nu. 24. Et illam vbiq; ſeruari atteſtatur Alber. in 3. parte ſtatut. qſt. 2. Bar. aūt in l. cunctos populos. nu. 21. C. de ſumma trin. diſtinguit, q aut tale delictum erat prohibitum etiam à iure cōi, & eo caſu poteſt forenſis delinquens puniri etiā pœnis contentis in ſtatuto. Aut uerò nō eſt delictum de iure cōi, ſed ſolummodo ſecundū ſtatuta ipſa ciuitatis uel loci, & tunc nō punitur niſi fuiſſet ſciens, vel ignorantia ſupina. Et hanc opi. Bar. oſtēdit eſſe cōem Iaſ. in d. l. cunctos populos, in prima lectura, nu. 30. prout illum refert Boſſ. in tit. de pœnis, nu. 18. licet in libro meo aliter loquatur, q; nimò (ni fallor) in 2. lect. nu. 67. concludit q in iudicando melior eſt opi. cōtra Bart. Hāc etiā opin. Bar. dicit eſſe æquiorē & magis cōmunem Marſil. in l. fin. num. 8. ff. de iuriſd. omnium iudi. Plus dicunt Moder. ſuper con ſuet Paris §. 30. poſt nu. 150. q hæc eſt cōis & uera concluſio, q etiam forenſes & alij probabiliter ignorantes pœnas à ſtatuto loci vltra ius cōe impoſitas, nihilominus ſubijciūtur pœnis ſtatuti loci, in quo delinquunt, ex quo intēdunt delinquere, & cōmittūt tamen à iure cōi prohibitum. Et illum refert Didac. in repe. c. alma mater, fol. 493. col. 2. de ſenten. excom. in 6. Hanc etiā dixit eſſe opin. cōiter doctorū Gandi. in titu. de pœnis reorū, nu. 16. Et generaliter, q delinquēs debeat puniri pœna impoſita à ſtatuto loci, in quo punitur, dicit eſſe cōem concluſionem Marian. in ca. poſtulaſti, nu. 16. de foro cōpe. Hoc tamen intellige, ut procedat in pœnis ſecularibus, ſecus aūt in pœna ſpirituali, prout eſt pœna excōmunicationis à ſtatuto impoſita: illa n. non ligat probabiliter ignorantes, etiam in actu à iure communi prohibito & damnato. Et hanc opi. dicit eſſe cōem Crott. in repe. c. vt animarum, in fin principij. de conſti. in ſexto prout illum refert Didacus in loco præallegato. Et licet in pūcto iuris hæc limitatio vix poſſet ſuſtineri, quū non videatur ſubeſſe aliqua probabilis ratio differētiæ inter pœnam excōmunicationis, & alias pœnas: nihilominus quum hæc opinio magis faueat animabus, credere non eſſe ab ea in iudicando recedendum.

3 Sed quid ſi delictum, de quo agitur, nō quidē ſit prohibitum à iure communi, ſed tū per totam prouinciam vt plurimum vigeant ſtatuta illud prohibentia, prout eſt in extractione frumenti, quæ communiter per totam Italiam eſt prohibita per ſtatuta ciuitatum, ut dicit Bar. in loco præallegato? Reſpond Bar. ibi tenet, q poſſit forenſis etiam hoc caſu puniri pœna ſtatuti id prohibētis, nec poſſit ſe excuſare prætextu ignorantiæ. Et dicit Corn. conſi. 64. in fi. lib. 3. q in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit eſſe cōem opi. legiſtarum Imola in l. ſi §. licet quis, ff de publica. Videtur. n. eo caſu talis forenſis delinquens contra hmōi ſtatuta eſſe in ſupina ignorantia, meritò non eſt excuſandus. Ego tamen, quicquid ſit de rigore iuris, dicerem in prædictis caſibus ſtandū eſſe iudicis arbitrio, qui inſpecta facti & perſonarū qualitate pro ſua religione decernet, an forenſis plectendus ſit pœna ſtatuti, uel in totum excuſandus, uel ſaltē pœna ex aliqua parte temperanda. Et ita ego in hoc ducatu ſæpiſſime uidi excuſari forenſes, qui morā non traxerant in dominio, à pœna impoſita contra deferētes archabuſios rotatos, & huiuſmodi: & conſulerē (vbi aliquo modo poſſet ignorātia dicit probabilis) vt iudices ſemper in mitiorē partē inclinarēt. Vide quæ dixi ſupra q. 82. ſtat. 7. verſi. Quæro nunquid.

4 Tertius eſt caſus, qn iudex originis uel domicilij procedit contra ſubditū ſuum, qui deliquit extra territorium, an. ſ. poſſit imponere pœnam ſtatuti loci originis vel domicilij. Et ſic an ſtatuta imponentia pœnā pro delictis, ligēt ſubditos delinquentes extra territoriū, ſuper quo opus eſſe deciſione Cæſarea, ut dicit Angel. in l. fi. ff. de iuriſd. omniū iud. prout illū refert Euerard. cōſi. 45. col. 3. verſi. non obſt. etiā, licet Ang. in libro meo id nō dicat. Et in hac qōne Bart. in d. l. cunctos populos, nu. 47. & ſeq. tenuit q qū ſtatutū expreſſe loquit de delinquētib. extra territoriū, comprehēdat etiā eos, q extra territoriū delinquunt. Et in hoc opin. Bar. cōiter approbari dicit Soci. conſi. 302. num. 4 in fi. lib. 2. Quando uerò ſtatutum ſimpliciter loquitur, tunc dicit Bart q iudex originis uel domicilij non poteſt punire ſubditū delinquentem extra territorium, niſi ſecūdū pœnam impoſitam à iure communi, uel ſecundū ſtatuta loci, in quo deliquit, non aūt ſecū dum

dum ſtatuta ipſius loci originis uel domicilij. Et hanc opi.dicit eſſe communem Alex. conſi.111.poſt nu.1.col.2.uerſ.& cum ſit,li.2.quem refert Pariſ.conſi.159.nu.6.lib.4.& Ruy.conſ.84 in fi.li.4 & Afflic.ſuper 3.parte conſti.Regni,rubr.55. poſt nu. 19. & Rochus,de conſue.fol.114 nu.20.& Boſ.in tit. da pœnis,nu. 19. Idem atteſtatur Auguſ. ad Ang.de maleſi. in uerbo. Hæc eſt quædã inquiſitio, nu 84 Ita etiam communiter teneri atteſtatur Fel.in ca. à nobis el 1 num.6.de ſenté.excommu.quem refert Pariſ.in d. cõſil.159.num.7.& ſeq.Dueñas reg.146.Et ita plures uidi apud nos obſeruari, quia ſcilicet vbi poterat haberi notitia ſtatutorũ loci delicti,ſemper fuit impoſita illa pœna, licet per conſtitutiones huius ducatus alia pœna eſſet impoſita. Et in ſpecie ita concluſum fuit in ſenatu in cauſa cuiuſdã Thomæ Bolognini,contra quem procedebatur pro uulneribus animo deliberato illatis cuidam in caſtris Senarum 15.Octo.1556.D.P. Et memini quòd quum illuſtr. Alex. Vicecomes, tunc ſenator & prætor Cremonæ condemnaſſet quendam Adam Tinctum Cremonẽſem pro uxoricidio per eum cõmiſſo ſuper territorio Brixienſi, in amputatione capitis abſq; bonorũ cõfiſcatione, & fiſco reclamante, fuiſſet ei cõceſſa reſtitutio in integrum, ſenatus intellecto quòd licet ſtatutum Brixiæ pro eo delicto imponeret pœnam confiſcationis bonorum, nihilominus ex conſuetudine illius curiæ non ſolebat talis pęna imponi, & ꝙ prius idem Adam fuerat ꝓ eodem delicto à prætore Brixię condẽnatus ſolummodo in amputatione capitis, omiſſa bonorum confiſcatione, confirmauit ſententiam latam per ipſum illuſt. Vicecomitem, & fiſco ſilentium impoſuit 19. Decẽb. 1548. P. N. Et ideo à prædicta diſtinctione non recedas in iudicãdo, quamuis (ut dixi) Maria in d.c.poſtulaſti,nu.16.generaliter dicat communem concluſionem eſſe,ꝙ delinquens debeat puniri pœna impoſita à ſtatuto loci,in quo punitur.

An autem poſſit iudex loci domicilij, vel originis procedere contra ſubditum,qui deliquit extra territorium,per uiam inquiſitionis,dixi ſupra q.39.uer. Sed quæro.

5 Debet † etiam iudex aduertere, quia ſi pro aliquo maleficio ſit impoſita aliqua pœna per ius commune,uel aliam legem antiquam,poſtea fuit condita lex noua uel ſtatutum, imponens aliam pęnã pro eodẽ maleficio,eo caſu imponenda eſt pęna ſtatuta à lege noua, nõ autem à lege antiqua uel à iure communi.Bene uerum eſt ꝙ in hoc articulo uariæ fuerunt aliquando opi. doctorũ: nam aliqui tenuerunt, ꝙ per ſtatutum imponens pęnam nouam,non intelligatur ſublata pœna iuris communis. Et ita poſt nonnullos antiquos tenuit Bar. in l.1 nu.1.ff. ui bon rap. Et hanc opi.communiter teneri atteſtatur Cy.in l.q ſepulcra.C. de ſepul.viola.quẽ refert Anch.in c.generi, de reg iur. in 6.& Caccial.in reper l omnes populi,nu.90 ff. de iuſti. & iu. Idem dicit Bal. in l.non eſt nouum,ff.de legib.quem refert Aug. ad Ang.de maleſi. in uerbo, Et ibi caput.nu.9. Et hanc opin. teneri per doctores atteſtatur Ang.in d l.q ſepulchra, uer.in tex. ibi nihil enim.Hanc etiam dicit eſſe communẽ opin. Abb.in ca.de cauſis, nu.14.de of.dele.Idem dicit Sal.in d.l.qui ſepulchra,poſt nu.6.uer. quæro nunc. C. de ſepulcr. uiola. prout illũ refert Anan.in ca fi.nu.16.de collu deteg q. tamẽ hoc explicitè nõ atteſtatur, imò dicit, licet quoad natiuitatem ſit dubium, tamen quo ad executionẽ,omnes tenent quòd pęna ſtatuti tollat pœnã iuris communis. Berous in d.c.de cauſis. poſt nu. 75. Contrariã autem opinionem, ꝙ ſcilicet per pœnã ſtatutariam ſit ſublata pœna iuris communis, tenuit Bal.in l. data opera, nu.19.& ſeq. C. qui accuſ. non poſ. ſubdens ꝙ fatuus eſſet iudex, qui aliam pœnam imponeret quàm ſtatutariam,& dicit Prac. Carer.fo.319.nu. 14.quòd hanc opi.tenent omnes Doctores. Hãc etiam opi. dicit eſſe communem Dec. in d c.de cauſis,nu.14 in fi.prout illũ referat Alcia.conſ.453.poſt nu.6.uer.non obeſt igitur.Marſi.in prac crim.§ quæritur.poſt nu. 6.quem refert Viuius in lib. communium opi.in uerbo Statutum inponẽs. Dicit etiã Blanc in prac.fol.72.nu.61.& ſeq.quod hæc opi. uidetur magis communiter recepta, & quòd ita communiter practicatur. Et dicit Albe in 1.parte ſtatutorum, quæſtio.8. numero 10 in fin. quòd totus mundus ita obſeruat, licet dicat quòd in hac quæſtione opus eſſet deciſione imperatoris, quem refert Aug.ad Ang. de maleſi. in uerbo, Et ibi caput. poſt nume.6. & Marſi.conſi 61 num. 19. refert etiam Anton. Gomeſ.lib delictorum,c. 1.nume.38.in fi.ſubdens, quòd licet contraria opinio ſit magis communis, tamẽ iſta ſeruaretur iudicando, & conſulendo. Hanc ẽt opi. communiter obſeruari atteſta-

tur Gandi. in titu.de aliquib. quæſtio.nu.4.
Idem dicit Paul. de Caſtro in l. 1. §. dixerit
aliquis,nu.6.ff de publica quẽ refert Gram.
conſi.53.nu.35.& Rolan. conſi.35.num.48.
lib.2.Et dicit Rota Senẽ.deciſ.9. poſita poſt c
conſilia criminalia diuerſorum, lib. 2. num.
3 quòd hæc opi præualuit, & eſt approbata
per vſum. Et ita in hac prouincia indiſtin-
ctè obſeruatur. Quum itaq; hæc opi.ſit pro
culdubio magis communis, & à communi
conſuetudine approbata, non eſſet ab ea in
iudicando recedendum. Et hæc concluſio
multo magis procederet, vbi pro aliquo de
licto iudex impoſuiſſet pœnam ſtaturariã:
nam eo caſu proculdubio non poſſet poſtea
imponi delinquenti pœna iuris communis,
etiam ſi eſſet maior q̃ ſtatutaria. Quũ enim
utraque pœna tẽdat ad uindictam, una per
aliam tollitur. Et in hoc omnes concordant,
ut dicit Bart.in d.l.1.in ultimis uerbis,ff.de
ui bono.rapto.quem refert Anan. in d. c.ſi.
num.16.de colluſ.deteg.

6 Solet etiam † plerunq; in facto dubita-
ri,nunquid quando a lege uel ſtatuto ſunt
impoſitæ plures pœnæ alternatiuè pro ali-
quo delicto, ſit eo caſu electio iudicis an rei.
Et in hoc quidem articulo glo. in cap. ſicut
Iudæi,in glo ſi. de Iudæis,uidetur ſimplici-
ter tenuiſſe, ꝙ electio ſit ipſius iudicis. Et il
lam glo. communiter teneri per doctores af
firmat Anan.in eo ca.ſicut Iudæi,poſt num.
17.Idem uidetur ſenſiſſe glo. in c. a crapula,
in glo.ſi. de uita & hon. clericorum,quã di-
cit ſequi cõiter a doctoribus Abbas in eo c.
a crapula,nu.4. Tu uerò pro clariori intelli
gentia inhærendo dictis Bar.in l.1.§. expila
tores,nu.2.ff de effractor. diſtingue tres ca-
ſus. Primus eſt,quando uerba legis uel ſta-
a tuti ſunt directa ad iudicem, *a* puta ſi ali-
quis commiſerit tale maleficiũ,iudex faciat
illũ fuſtigari, uel condemnet in ſcutis 10.Et
tunc electio eſt iudicis.Et dicit Ripa in c.in
ter cæteras,nu.59 de reſcrip ꝙ cum hac cõ-
cluſione tranſeunt cõiter doctores. Et ratio
eſt, quia lex dirigendo uerba ad iudicẽ,cen-
ſetur etiam ei dediſſe arbitrium eligendi.
Secundus eſt caſus, qñ uerba legis uel ſtatu
b ti diriguntur ad reum, *b* puta ille,qui fece-
rit tale maleficium, ſoluat 10.aureos,uel re
laxet fiſco tertiam partem bonorũ ſuorum
mobilium. Et tunc ex quo lex dirigendo
uerba ad reum, uidetur ẽt ei dediſſe optio-
nem,dicendum eſt ꝙ arbitrium eligendi ſpe
ctat ad ipſum reum, & ita tenent commu-
niter doctores, ut dicit Ripa in d.c. inter ce-
teras, nu. 65. dicẽs ꝙ ita tenent cõmuniter
docto. Tertius eſt caſus, qñ uerba non ſunt
directa neq; ad iudicem, neque ad reũ, ſed
c ſunt imperſonaliter prolata, *c* Et in hoc eſt
difficultas, Barto. in loco præallegato, pri-
mò dicit ſe dubitare,deinde ſubdit,putare ĩ
dubio electionem eſſe ipſius rei Glo. aũt cõ
muniter ſentiũt, quòd electio ſit iudicis, vt
atteſtat̃ Sum.Silu.in uerb.pęna,nu.7 Tu ve
rò,dic quòd Aut vtraq; pęna eſt corporalis,
puta quia lex dicat,quòd pro tertio furto q̃s
ſuſpẽdatur,vel decapitetur. Et hoc caſu oẽs
fere concordant, ꝙ electio ſit iudicis,nõ rei,
quinimo ꝙ non põt iudex,etiam ſi uelit,re-
linquere ipſi reo optionem, ut dixi infra.q.
99.verſi.Item quæro. Aut utraque pœna eſt
pecuniaria,puta pro furto ſit pœna x.aureo
rum, uel amiſſionis tertiæ partis bonorum
mobilium. Et hoc caſu oẽs tenent, ꝙ electio
ſit rei, ut atteſtatur Cepolla in l. ſi fugitiui,
nu.51.C.de ſer.fug.qui tamen ponit exem-
plum,iudicio meo, valde abſurdum, ſcilicet
ſi lex pro delicto imponet pœnam centum
vel quinquaginta. Ego certè talẽ legem vel
ſtatutum nũquam uidi. Aut altera pœna eſt
corporalis, altera pecuniaria Et hic caſus ꝓ
ximis diebus cõtingit in quadam Lancellot
to Ferr.qui executionem quandã prohibue
rat, pro quo delicto eſt à conſtitutionibus
huius ducatus impoſita pœna trium ictuum
eculei,uel 200.aureorum. Et poſt multa Se
natus cenſuit his caſibus eſſe in arbitrio rei,
an uelit ſoluere pęnam pecuniariã,vel ſubi-
re corporalẽ. Et ita reſcripſit ꝑtori Vigleua-
ni 4.Apri.1561.P.N.Quæ tñ omnia intelli-
ge ut procedant,niſi aliud ex verbis ipſius le
gis uel ſtatuti colligi poſſet,puta q̃a lex di-
ceret ſecũdum qualitatem perſonarum,uel
inſpecta facti qualitate,uel huiuſmodi,nam
hoc caſu, quum adhibenda ſit cauſæ cogni-
tio, dicẽdum eſt quòd indiſtinctè electio ad
iudicem pertineat.

7 Sed hic † quæro,pone,ſtat ſtatutũ,quòd
uulnerans puniatur in centum libris,quas ſi
nõ ſoluerit intra decem dies, amputetur ei
manus dextra. Modo condemnatus non ſol
uit in termino, nũquid poterit iudex omit-
tere pœnam corporalem, & facere executio
nem pro centum libris in bonis rei? Rñ. ꝙ
ſic. Ita tenent Bar. in l.cum duobus,§ ſi.nu.
2.ff pro ſocio, cuius opi. doctores ſequunt̃.
Et de illa doctrina multum exclamat, ut di-
cit Aug.ad Ange.de male.in verbo, Quas ſi
non

non ſoluerit,nu.18.& ita in facti contingen-
tia conſuluit Corn.conſi.5. lib.3.

8 Succeſſiuè† quæro, pone ſtat ſtatutum, ꝙ
non cõparens ponatur in banno,de quo non
eximatur, donec ſoluerit condemnationem
librarum mille.Modò quidam vocatus non
cõparuit,& fuit poſitus in banno,& condem
natus in mille, nunquid ſi ipſe vult ſtare in
banno,& non ſoluere condemnationẽ, po-
terit eo non obſtante fiſcus facere executio
nẽ in bonis ipſius pro ſumma librarũ mille?
Rñd.ꝙ non,& ita in practica ſeruatur, vt di-
cit Bal.in auc.bona damnatorum,in fi.C.de
bo.proſcrip.licet relinquat cogitandum , an
ſit uerũ de iure. Sed certe ego credo hoc ẽt
de iure procedere: Mens.n ſtatuti vr̃ eſſe,ut
ille principaliter ſit poſitus in banno,& dein
de ſit in eius facultate ſoluendo lib.mille ab
ipſo banno ſe eximere,unde quum ipſe eli-
gat ſtare in bãno, videtur plene ſatisfactum
diſpoſitioni ipſius ſtatuti.

9 V b i agitur† de imponenda pœna alicu-
ius ſpecialis conſtitutionis, oportet ꝙ in il-
lo caſu verificentur omnes qualitates in ip-
ſa conſtitutione expreſſæ, aliàs pœna nõ cõ
mittit̃.Eſt doctrina Io.And.in c.1.de homi-
cid.in 6.quam dicit eſſe ſing.& ab oĩbus ap-
probatã Tortus inter conſilia Anto. de Bu-
trio,conſi.vlt.nu.1.in fi Vide quæ dixi ſupra
hoc eo.lib.§.Aſſaſſinium, circa princ.

10 V l t e r i v s† quæro,nunquid iudex *d*
d poſſit ex cauſa minuere pœnam ordinariã
impoſitam à iure pro aliquo delicto? Rñd.
ꝙ ſic , ſiue agatur de pęna impoſita per ius
cõe,in quo fere oẽs conſentiunt. Et ita eſſe
cõem opi.atteſtatur Dec. in c.de cauſis,nu.
18.de offi.deleg quẽ refert Public.ſuper cõ
ſue.Aluern.fol. 163. nu. 9. & Viuius in lib.
cõium opi.in verbo, iudex vbicunque: ſiue
etiã agatur de pęna impoſita à ſtatuto: quo
caſu,licet aliqui tenuerint contrariũ,magis
tamen communis opin. eſt, ꝙ poſſit iudex
etiam pęnas ſtatutarias ex cauſa minuere,
vt atteſtatur Aretin.in c. qualiter & quan-
do,el ſecondo,nu.24.de accuſatio.quem re
fert Didacus lib.2 reſolut.c.9.nu.8.& Placa
lib.1 delictorum,c.33.num.5.Dec.in d.c.de
cauſis,nu.19 quem refert Menchiaca cõtro
uerſ.illuſtr.c.14.nu.4. Blanc. in prac. crimi.
fol.73.nume.71.& ſeq. Tiraquel. de pęnis,
in præfatione, num. 22. quem refert Taeg.
in prac. crimi.c.13.nu. 17. Sed hæc quidem
concluſio intelligenda eſt , ut procedat in
maioribus magiſtratibus : illi enim poſſunt
pœnas ſtatutarias minuere ex cauſa, ſiue ta-
lis cauſa ſit cohærens delicto , ſiue ſit cauſa
extrinſeca : ſed minores magiſtratus bene
poſſunt minuere pęnam ex cauſa cohæren-
te delicto; ſed ſi uolunt pęnam alterare ex
cauſa extrinſeca , debent principem conſu-
lere. Ita videtur colligi ex deciſ. Bal in auc.
hodie iurant,C. de iudi. Et hanc limitatio-
nem dicit eſſe communiter receptam Blãc.
in loco præallegato, poſt nu.90. Hãc etiam
dicit eſſe communẽ opi Dec.in d.c.de cau-
ſis.in loco ſupra per me allegato , prout illũ
refert Boſſ in tit.de pęnis, num 10 & hoc,ni
ſi conſuetudo prouinciæ aliter ſe habeat,
prout in Francia, vbi ex conſuetudine illius
regni , omnes pęnæ criminales ſunt in arbi-
trio iudicantis, ut atteſtatur Prac. Millei,
fol.128.nu.47.& fol.147.nu. 30. nam eo ca-
ſu talis conſuetudo ſequenda eſt. Scias ẽt,
quòd hæc concluſio intelligenda eſt,ut pro-
cedat ante ſententiam , prout loquitur glo.
in l.quid ergo,§. pęna grauior,in uerbo one
raſſet,circa princ.ff.de infam.quam dicit eſ-
ſe communiter receptam Didac. practica.
quæſt. 35.circa fi. ſecus autem poſt ſenten-
tiam.Caueant tamen iudices, ne id ſine iu-
ſta cauſa & à iure approbata faciant , ne ali-
quid eis deterius contingat: nam iudex,qui
in cauſis criminalibus minorem pęnam im-
ponit,quàm de iure imponere debebat, eſt
infamis,l.ſeruos, C.ad legẽ Iul. de ui publ.
prætereaque debet puniri eadem pęna,qua
erat puniendus reus, ut colligitur ex tex.in
l.3.in fi.C.ne ſanctum baptiſ. reiteretur.Et
refert And.de Iſern. quòd rex Carolus pri-
mus fecit quendam iudicem furca ſuſpen-
di,ex eo quòd quendam reum,qui erat cõ-
dẽnandus in amputatione capitis, condẽna
uit,tantùm in amputatione manus, quẽ re-
fert Paris Put.de ſynd.fol.358. poſt nu.3.&
Afflic.ſuper 2.parte conſtitutionum Regni,
rubr.3.nu.22.& Chaſſ. ſuper cõſuetud. Bur
gund.fol.45.nu.29. & Prac. Carer. fol. 515.
nu.10. Prætereaq; debet iudex , qui minuit
pęnam à iure uel ſtatuto impoſitã, exprime
re cauſam in ſententia , pp quam mouetur
ad illam minuendã, prout ſe frequenter ui-
diſſe de facto fieri, atteſtatur Iac. de Beluiſ.
in prac.crim. fol.46.in rubr.de fuga reo.nu.
62.Puto tñ ſufficere,ꝙ iudex dicat ex iuſtis
cauſis animũ ſuũ mouentib.id facere , abſq;
eo ꝙ in ſpecie cãm ipſam exprimat,quã ſen
tentiam cõem eſſe dicit Menchiaca contro
uerſ.illuſt.c.14.nu.5. Ex quibus autẽ cauſis

poſſit iudex pœnam à lege impoſitā minuere,dixi ſupra quæſt.60. Item ſcias, ꝙ quando pœna ordinaria ex aliqua cauſa minui debet,non pōt de iure imponi pœna corporalis. Sed hoc de conſuetudine non ſeruat: nam plerunq; ſenatus minuendo pœnā ordinariam tranſmittit delinquentes ad triremes ad tempus, & q̄nq; etiā in perpetuum, prout etiā ſeruat conſil. Neapol.ut ꝑ Grammat.deciſ.8.& alibi pluribus in locis. Et ita practicari atteſtatur Nunius de los corregidores,fol.105.col.4.in princ.

11 Non omitto† etiam circa hanc pœnarum impoſitionem, ꝙ quando delinquens nō eſt capax pœnæ, quæ à iure imponitur pro delicto, tūc poteſt iudex illam pœnam in aliam commutare. Et ideo, ſi ex forma ſtatuti ꝓ falſum teſtimonium ſit alicui amputanda manus dextra, & ille non habeat manū dextram, vel habeat illam aridam, debet officio iudicis illa pœna in aliam commutari. Et ita dicunt doctores,ut atteſtatur Bald.in l.nouerint,nu.5.C.ut intra cer.temp. Ana. in c.1.nu.2.de calumni. Vide in hoc propoſito quæ dixi ſupra quæſt. 69. verſi. Sed quid ſi reus. Et ita vidi quandoq; per ſenatū iuſſum fuiſſe fuſtigari quendam Laurentium Blancū pro delatione armorū prohibitorū, eo quia quum eſſet gibboſus, non potuit affici pœna edicti, quæ erat trium ictuum funis, & aliàs ſæpiſſimè uidi mutari ex hac cauſa ictus funis in fuſtigationem, uel alligationem ad catenam infamem, uel exiliū, iuxta qualitatem facti & perſonarū. Viſum quoq; eſt ſenatui,ꝙ pœna ictuum funis publicè,non ſit irroganda mulieribus. Et ideo iuſſit admitti ad compoſitionem quaſdam meretrices,quę ludum prohibitum luſerāt, 2.Ian.1551.P.N.Et quandoque etiam vidi mutari pœnā triremium in exilium, ut in Io.Angelo de Portu 9.Martij 1558. A. C. Bene uerum eſt, ꝙ in hoc ducatu non liceret iudici inferiori hoc facere, niſi conſulto ſenatu. Et propter hoc fuit grauiter reprehenſus quidam prætor,qui fecit alligari catenæ infami quendam Antonium Rauariū condemnatum in pœnam duorum ictuum funis, ſub ꝓtextu quòd eſſet hernioſus, 29. Auguſti 1559.P.N.

ADDITIONES.

a Ad iudicem.] Adde,& vide Iacob.Menoch.de arbitr. iudi.lib.1. quæſt.87.

b Ad reum.] Adde,& vide per Iacob.Menoch.de arbitr.iudi.lib.1. quæſt. 94. in 2.caſ.ꝑ totum,vbi cōprobat,extēdit,atq; declarat.

c Prolata.] Adde,quod refert, & ſequitur Menoch.d.q.94 nu. 9.

d Nunquid iudex.] Adde,an, & quando pœnam remittere, mutare, vel minuere poſſit iudex,plene examinatum, vide quæ dixi ſupra quæſt.60.in princ. & plene per Menoch. de arbi.iudi.quæſt.96.Et e conuerſo quādo ex cauſa poſſit leges tranſcendere, vide per Dec. & per Syl. Aldobran. ad eundem in c. 1.2.lectu.col.fin.verſ.3.& ult.de cōſtitutio.

Quæſtio LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vnus pro alio puniri non debet.*

2 *Dominus non tenetur pro delicto famulorum ſuorum, uerſi. Hinc infertur.*

3 *Pater non tenetur pro filio, neque etiam in legitima, uerſi. Secundo infertur.*

4 *Quicquid facit filius occaſione patris, uel famulus occaſione domini, & eo ſciente, præſumitur factum de eius uoluntate.*

5 *Statutum quòd unus pro alio puniatur, an valeat, verſi. Sed hac quidem.*

6 *Et an valeat ſtatutum, quòd dominus teneatur pro familia, uerſi. Et ex hac.*

7 *Et an quòd filij vel nepotes amittant bona propter aliquod delictum parentum, uerſicu. Infertur etiam.*

8 *Et an quòd pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio vſque ad legitimam, uerſicu. Valebit igitur.*

9 *Et quid ſi ſtante hoc ſtatuto filius fuerit in contumaciam condemnatus, verſicu. Sed quæro.*

10 *Et an ualeat ſtatutum, quòd villa teneatur pro delictis commiſſis in ſuo territorio, verſic. Ex hac etiam. Remiſſiuè.*

1 DEBET etiā† iudex animaduertere,ne aliquem puniat pro delicto alterius: nā regulariter unus pro alio puniri non debet.

2 Hinc infertur,† ꝙ dominus non tenetur pro delictis famulorum ſuorum, ſecundum Bar.in l.ne quid, num. 1.ff.de incen.rui.naufragio. Et eſt communis opin.ut dicit Curt. Iun.in l.1.poſt num.13.C.de ſer.fugiti. Nō enim

enim debet culpa ſeruorũ, vel quomodocũque ſubditorum eſſe nociua dominis ſuis. Et eſt communis opin. vt dicit Curt. Iun. in d. l. 1. nu. 13. Hoc tamen intellige vt procedat, niſi dominus teneret in domo viros notorie ſcęleſtos: nam eo caſu vtique teneretur pro eorum delictis. Et ita ſentit tota iuris ſchola, ut dicit Placa lib. 1. delictorum, c. 14. nu. 1. in fi. & nume. 3. dicit quod hæc eſt recepta omnium ſententia, & ideo quando dñs moleſtatur pro delicto commiſſo a famulis ſuis, bonum eſt, quod probet ipſos fuiſſe reputatos communi opinione pro hominibus bonæ vocis, conditionis & famæ: nam hoc ipſum valde excuſaret. Scias etiam, quod quicqd facit famulus occaſione domini, eoq; ſciente, cenſetur feciſſe de eius voluntate. Et eſt communis opi. vt dicit Curt. Sen. conſi. 41. nu. 10. ſecundum quam videtur conſuluiſſe in facti contingentia Grammat. conſ. crim. 8. Cæterum de his delictis, quæ famulus facit domino inſcio, vel prohibere non ualente, dominus non tenetur. Et eſt communis opi. vt dicit Cagnola in l. culpa caret, poſt nu. 13. ff. de reg. iur.

3 SECVNDÒ infertur, † quod neque etiam pater tenetur pro filio. Et ideo filius fuerit condemnatus pro aliquo delicto, non tenebitur pater ſoluere huiuſmodi condẽnationem, neque etiam ex legitima debita ipſi filio poſt mortem patris. Ita tenuit Gul. in l. ſi qua pœna, ff. de his qui ſunt ſui uel alie. quem ſequuntur cõmuniter doctores, vt dicit Laur. Palat. de ſtat. exclud. fę. in prima parte principali, poſt num. 15. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Imola in cap. Raynutius, nu. 42. de teſtamen. Hanc etiam opi dicit eſſe communem Viuius, qui alios refert. in lib. communium opinio. fol. 208. verſic. ſtat. diſponens, in prima limitatione. Quinimò pro delicto filij, non poteſt fieri executio in peculio aduenticio ipſiuſmet filij, neque etiam in eius proprietate, licet ſit tota filij. Ita tenuit Barto. in l. ſi finita, §. ſi de uectigalibus, numero 12. & ſeq. ff. de damno infecto, quem ſequuntur communiter doctores, ut atteſtatur Maranta in ſuo Spec. fol. 181. numero 35. Vide quæ dixi ſupra quæſt. 78. uerſi. Sed quid in aduenticiis.

4 Scias tamen, † quod quicquid facit filius occaſione patris, & eo ſciente, præſumitur factum de eius uoluntate. Et eſt communis opin. ut dicit Curt. Sen. in d. conſi. 41. num. 7. ubi facti in contingentia conſuluit, patrem teneri pęna extraordinaria de homicidio commiſſo per filium eo præſente, & non prohibente. Vide quæ dixi infra quæſt. proxima, verſi. Dictum eſt.

5 SED hæc † quidẽ omnia de plano procedunt ſecundum diſpoſitionem iuris communis: ſed quæro, nũquid valeat ſtatutum, quòd unus pro alio teneatur? Reſpond. quòd ualet ſtatutum ex cauſa, quòd unus puniatur pro alio, modò non corporaliter. Et eſt communis opin. ut dicit Anan. in ca. ſecundo, de delic. puerorum. Feli. in ca. cognoſcentes, numero 2. de conſtit. Berous in d. c. cognoſcentes, numero 18. Didac. lib. ſecundo reſolut. ca. 8. numero 7. Et dicit Alber. in prima parte ſtatutorum, quæſtione 47. numero octauo, quòd quicquid ſit de iure communi, talia ſtatuta fiunt, & ſeruantur, & tolerabilia ſunt, maxime ubi ſolummodo imponunt pęnam pecuniariam. Quinimò poteſt etiam pęna infamię aliquis pro alterius culpa puniri, ut eſt exemplum in l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſtatis, & eſt communis opin. vt atteſtatur Didacus in d. c. 8. poſt numerum 7. Quod certe duriſſimum eſt: nam apud bonos uiros honor & uita æquiparantur. Poteſt tamen tolerari in crimine læſæ maieſtatis propter eius immanitatem, iuxta ea quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. læſæ maieſtatis.

6 ET ex hoc † concluſione infertur, quòd valet ſtatutum, diſpones quòd dominus teneatur pro familia delinquente, & ita communiter tenetur, ut dicit Alberi. in prima parte ſtatutorum, quæſt. 50. Intellige quo ad pęnam pecuniariam, non autem quo ad corporalem, ut ſtatim dixi.

7 INFERTVR † etiam, quòd poteſt lex humana, propter publicam utilitatem & ex cauſa, ſtatuere quòd propter parentum culpam filij uel nepotes pœna amiſſionis bonorum, uel alia ſimili afficiantur. Et eſt communis opin. ut ait Didac. in d. c. 8. poſt numerum 1. uerſ. quarta poterit.

8 Valebit igitur † proculdubio ſtatutum, diſponens quòd pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio uſque ad legitimam. Et eſt communis opin. ut atteſtatur Alexand. in l. lex Cornelia, numero 8. ff. de vulga. Vbi etiam ſubdit, quòd ita ſeruatur in practica; quem refert Iaſ. in Aut. nouiſſima, numero 8. C. de inoffi. teſtam. Soci. in l. cum filiusfa. nume. 8. ff. de uerbo. obligatio.

Gomez.

Gomeſ.in §.actiones, num.24.Inſtit.de act. Didac.in loco Marſi.ſing.367. ſtatutum volẽs, & ſing.481.communis opi.quem refert Viuius in lib.communium opi.ſol.278.ver. ſtat.diſponens.

9 Sed quæro, † nunquid hoc ſtatutum habebit locum cõtra patrem, etiam filius ſuper ipſo delicto ſeu imputatione ſe non defenderit, ſed fuerit in contumaciam condemnatus, virtute alterius ſtatuti, diſponentis, quòd contumax habeatur pro cõfeſſo, & conuicto? Reſpon. quòd non, ſed tantummodo tenetur, quando filius eſt per veras probationes conuictus. Ita dicit Bart in d.l. cum filiusfam.nu.4. cum quo tranſeunt communiter Doctores, vt dicit Iaſ.in ead l. cum filiusfam.num.18. Nam vbicunque ex ſtatuto pater obligatur pro delicto filij, vel filius ex delicto patris, ita demum vnus pro alio tenetur, ſi verè conſtat de delicto, ſecũdum Bar.ibi, qui in hoc communiter approbatur, vt ait Soc.conſi. 37. poſt nume. 10.li. 3. Hoc tamen intellige vt procedat quando verba ſtatuti ita ſunt concepta, ut apparet ſtatuentes voluiſſe patrem ex ipſo delicto filij teneri; puta quia dicat, ꝙ vbicunque filius aliquod delictum commiſerit, pater teneatur ad ſoluendum, &c. nam eo caſu vtique opus eſt, vt de ipſo delicto verè appareat; ſed vbi ſtatutum non delictum, ſed cõdemnationem tantummodo reſpiceret, puta quia diceret, quòd pater tenetur ſoluere quamcunque condemnationem factam contra filium, eo caſu ſequuta condemnatione ſiue contra filium præſentem, ſiue in eius contumaciam, poteſt pater cogi ad illam ſoluendam. Ita diſtinguit Bart. in d.l. cũ filiusfam.num. 3. Et hanc diſtinctionem dicit eſſe communem Fel.in c.cum Bertoldus nu.2.de re iud. quem refert Boſ.in ti.de car ce.fideiuſ.relax nu.58. Cæterum ſi filius cõpareat, & ex eius confeſſione vel alijs probationibus conſtet de maleficio, tunc vtique pater tenebitur virtute huius ſtatuti, etiã ſi in eo iudicio citatus non fuerit. Et eſt communis opinio, vt dicit Alexand. in d.l. cum filiusfam.in princip. numero 6. in fin. quem refert Iaſ.ibi poſt numerũ 14. verſiculo, prima concluſio.

10 Ex hac † etiam concluſione infertur, valere ſtatutum, ꝙ villa teneatur pro maleficio commiſſo in eius territorio, de quo dixi ſupra quæſt.82.ſtatuto 1.

Quæſt. LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Sciens delictum committendum, & non reuocans, an ſit puniendus.*

2 *Et quid in crimine læſæ Maieſtatis, verſic. Punctus eſt.*

3 *Et an quis puniri debeat, ex eo quod potuit prohibere delictum, & non prohibuit, ver. Dictum eſt.*

Et quid de iure canonico, ibi.

Et quid in foro conſcientiæ, ibid.

4 *Et quid ſi talis ſciens delicto conſenſit, ver. Hæc autem.*

5 *Ratificans delictum commiſſum, an ſit puniendus, verſ. Quæro nunquid.*

Et quæ requirantur ad hoc, vt ex ratificatione quis puniri poſſit, ibid.

Præcipue verò debet iudex aduertere in ſententia condemnationis ferenda, non modo quis ſit titulus delicti commiſſi, ſed etiam quæ ſit illa qualitas, de qua delinquentes imputant. ſæpiſſimæ.n.contingit, ꝙ in eodẽ crimine multi interueniũt, qui tñ oẽs diuerſis pœnis ſunt puniendi Poteſt aũt quis imputari, aut ꝙ delictum ipſum proprijs manib.commiſerit, aut ꝙ ſciens ac particeps fuerit, aut ꝙ de delicto faciẽdo tractauerit, aut cõſiliũ ſeu mandatum dederit, aut auxiliũ præſtiterit, aut illud poſtea ratũ habuerit. Aliter ẽt punit delinquẽs, qui maleficiũ tãtũmodo attẽtauit, aliter maleficio iã cõſummato conſentiẽs: de qb.oĩbus, qa ſuper eis quotidie ĩ practica diſputari contingit, bř videamus.

1 a Et in primis † q̃ro, nũquid ex ſola ſciẽtia delicti cõmittẽdi quis puniatur? Rñ ꝙ regulariter ſola ſcientia non eſt punibilis, & in hoc non eſt difficultas, præſertim in eo, qui non habet facultatem prohibendi. Et ita tenẽt Doct. vbique, ut atteſtatur Carauita ſuper 4. ritu magnæ curiæ, nu.2. Communis.n. eſt doctorum ſententia, ꝙ non tenetur quis obuiare delicto, etiam clamando vel reuelãdo, ut dixi infra uerſi. Dictum eſt.

2 Punctus eſt † tantum in crimine læſæ Maieſt. ĩ quo Bar.ĩ l.vlti, ff.de par.tenuit ꝙ ſciẽs tractatum proditionis cõtra principem vel contra patriam, & illum nõ reuelans, debet puniri pœna mortis. Et ita tenere communi con-

cōſenſu doctores, atteſtatur Placa li. delictorum, c. 22. nume. 17. Hanc etiam opin. communē appellat Menchiaca controuerſ. illuſt. ca. 16. poſt nume. 1. Et hanc opin. in pract. obſeruari affirmat Ang. de maleficijs, in uerbo, Et hai tradito la tua patria, num. 10. & in §. publice. circa fi. ver. & ſingulariter, Inſti. de pub. iud. quem refert Marſi. ſing. 164. nemo debet, & Capic. deciſ. 130. nu. 65. & deciſ. 155. nume. 18. & Socin Iu. conſi. 105. nu. 43. li. 3. & Carauita ſuper dicto ritu quarto poſt nu. 4. & Taeg in pract. cri. c. 5. nu. 9. Idē dicit Fel. in c. 1. poſt nu. 4. de offi. delega. quē refert Cotta in uerbo, Scientia ſola. Et ſecūdum hanc opi. ſe iudicaſſe in facti contingētia refert Aug. ad Ang. de malefi in loco pallegato, & feciſſe decapitari quendam potentem dominum, qui ſuo principi tractatum contra eum committendum non reuelauit. Ita etiam ſeruatum fuiſſe Mediolani atteſtatur Boſſ. in ti. de crim. læſæ maieſtatis, nu. 67 & ſeq. Multi tamen tenuerunt cōtra Bar. ſcilicet, ꝙ imò ſciens talem tractatum & non reuelans, non ſit puniendus pęna mortis. Et hanc opin. dicit eſſe magis cōem Cagnola d l. culpa caret, num. 21. Alcia. in l. facere, ff. de uer. ſig. & in l. bona fides, nu. 20. ff. depoſ. & in l. 4. § Cato, nu. 30. ff. de uer. obl. quem refert Gigas de crim. læſæ maieſtatis, fol. 180. nu. 10. Roland. conſi. 88. nu. 10. li. 2. Quinimò Carer. in prac. crim. fol. 253. nu. 20. dicit ꝙ cæteri omnes ſequuntur opin. contra Bar. Et exclamat Bal. in quodam conſ ꝙ anima Bar. propter illud dictū cruciatur in inferno, & deplorat memoriam domini Donati de Barbadoris, qui propter ſolam ſcientiā fuit decapitatus. Et illum refert Igneus in l. fideicommiſſum, nu. 35. & poſt nu. 47. ff. ad Sylle. & Placa lib. 1. delictorum. c. 28. nume. 30. & Reſtaurus de Imperatore, quæſt. 118. nu. 6. & Rol. conſi 67. nu. 35. lib. 2. Breuiter licet opi. Bar. prima facie uideatur ex vna parte multùm rigoroſa, tamen ex alia habet in ſe magnam æquitatem. Quomodo enim poterit princeps de ſubditis ſuis confidere, niſi pro certo teneat, ꝙ cūm ſciuerint aliquē contra eius uitam aut ſtatum moliri, id ſtatim ipſi ſint notificaturi? Certè nemo negabit, ꝙ ſi famuli ſcirent aliquos decreuiſſe de nocte ingredi domum, & dominum ſuū trucidare, idque ei non notificarent, dicerentur rei eius mortis, arg. tex. in l. 1. § occiſorū. ibi quid ergo ſi dominus, ff. ad Sylle. Cur ergo non idem dicendum eſt etiam in ſubdito uerſus principem; tanto magis, quū in hoc etiam verſetur publica utilitas, nam ex uita & ſalute principis, & eius ſtatus quiete, dependet ſalus & quies populorum ei ſubditorū. Teneo ergo cum Bar. in duobus caſib. prędictis, ſ. in tractatu, qui fiat cōtra perſonā principis, uel cōtra eius ſtatū; in alijs aūt caſibus, ēt ſi ſint comprehēſi in capite lęgę maie. non putarem eſſe puniendum pœna mortis ſubditum non reuelantem, ſed alia pœna extra ordinem arbitrio ipſius principis. Conſulo etiam principibus, ut in huiuſmodi caſibus potius humanitate, quàm ſeueritate vtantur, & ex quacunque iuſta uel probabili cauſa illos excuſent à pęna mortis.

3 DICTVM eſt, † ꝙ ex ſola ſcientia delicti quis non punitur. Quæro nūc, an ille, qui potuit prohibere, ne delictū committeretur, & non prohibuit, ſit puniendus? Reſpon. ꝙ de iure ciuili nemo tenetur obuiare delicto, nec malefactorem indicare. Et eſt communis opin. ut dicit Gratus conſi. 1. poſt nume. 47. lib. 1. Carer. in pract. crim. fol. 252. nu. 19. & fol. 379 num. 63. prout illum refert Placa lib. 1. delictorum, c 28. num. 29. Bolenc. in repe. l. capitalium, §. famoſos, num. 92. ff. de pęnis. Didacus ſuper regula, peccatum, fol. 109. in fi Pract. Iodo. c. 80. num. 6. Berous in ca. 1. num 48. de offi. deleg. Nouel. in trac. ad defenſam, fol. 105. num. 99 & ſeq. Et ideo dicimus, ꝙ non tenetur quis alium inſultatum defendere, neque prohibere quin offendat, etiam ꝙ licitè id facere poſſet. Ita dicit glo. in d. l. culpa caret, in gl. j. ff. de reg. iuris, quā dicit paſſim eſſe ab omnibus receptā Placa lib. 1. delictorum, c. 22. poſt nu. 17. Hanc etiā dicit eſſe communem opi. Claud. in repe. l. ut uim, num. 168. ff. de iuſti. & iure Bertran. conſi. 297. num. 8. lib. 8. Et ꝙ quis non teneatur obuiare delicto; neque alium, etiam ſi poſſit, defendere, etiā clamando uel reuelādo, dicit eſſe communem opi. Dec. in d. l. culpa caret, num. 5. & ſeq. Cagnol in ea. l. culpa caret, num. 10. De iure autem canonico, glo. in d. l. culpa caret, tenuit ꝙ quis tenetur obuiare delicto. Et hanc dicit eſſe communem ſententiam canoniſtarum Placa in d. ca. 28. poſt nu. 31. Sed certè Dec. c. j. num. 8. de offi. delega. dicit ꝙ in contrarium eſt communis opi. modernorum, quem refert Berous in d. c. 1. poſt num. 75. & Pra. Conradi. fol. 333. nu. 1. Et hanc opin. ꝙ etiam de iure canonico nemo teneatur obuiare delicto, dicit tenere cōmuniter doctores, Iaſ. in d. l. vt vim. nume-

nu.31. quẽ refert Apoſtil.ad Dec.in d.l.culpa caret,ſub nu.12 & Viuius in li. communiũ opi.in uerbo,defendere offenſum. Dicit tamen Cagnol.in loco prꝗallegato,ꝙ quando aliquis commode, & ſine ſuo periculo poteſt prohibere,& nõ prohibet,tenetur, & ꝙ hæc concluſio uidetur per doctores communiter iſto caſu approbata, ſecundum quã in facti contingentia conſuluit Curt.Sen.conſ. 41.contra patrem, præſentem homicidio patrato per filium, qui potuit prohibere,& nõ prohibuit, de quo mentionem feci ſupra q. proxima,uer.Secundo infertur.Quod tamẽ ego non credo uerum,imò doctores expreſſe dicunt totum contrarium,propterea non puto recedendum eſſe à communi opin. ꝙ ſcilicet nũquam quis puniatur,ex eo ꝙ delictum non prohibuerit,etiam ſi prohibere potuerit,excepto tamen caſu læſæ maieſtatis, de quo ſupra dictum eſt uerſic. Punctus eſt. Cæterum in Gallia ſeruatur, quòd ſi in conſpectu multorum,qui rixante,prohibere potuerunt,ne ſe offenderẽt,homicidium commiſſum fuerit, teneantur omnes obtinere à principe litteras, quas uocant innocentiæ, aliàs pſumuntur eſſe in culpa. Et hoc ita ordinatum eſſe cõi totius Galliæ praxi atteſtatur Igneus,in l.1.§.ſerui appellatione,num. 186.ff ad Syll.quæ practica mihi non diſplicet,& vbi viget,ſeruanda eſt. Sed præſuppoſita pro uera contraria opi. quod ſcilicet qs teneatur prohibere & defendere,&c.nũquid ſi quis non fecerit,tenebitur in foro conſciẽtiæ ad emendationem damni?Reſpon.quòd non, & hæc eſt communis theologorum reſolutio,vt dicit Io. Medina de reſtitut. q.9. quem refert, & idem atteſtatur Didacus in d.regula peccatum,fol.111.in prin.

4 Hæc autem,† omnia,quę de ſcientia & de eo, qui prohibere potuit neque prohibuit, dicta ſunt, intellige ut procedant, quando ſciens delictum committendum, illi non cõſenſit; ſed quid ſi ille conſentiat? Reſpond. Aut eſt tantummodo ſimplex conſenſus, & non punitur. Aut verò quis conſentit delicto per uiam authoritatis & defenſionis, & tũc plus puniri debet,quàm ipſe delinquẽs. Ita dicit glo. in clem.1. in uerbo, defenſionis de pœnis, & eſt communis concluſio, ut ait Bolenc. in repe.l. capitalium, §.famoſos,nu. 24.ff. de pœnis.Et põt poni exẽplum in prælato, qui diſſimulet aliquem concionatorẽ in ſua diœceſi falſa dogmata prædicantem. Item in domino ciuitatis aut uillæ,qui non pſequatur latrones ſpoliantes & occidentes eos, qui tranſeunt per ſuum territorium. Quod tamen intellige, ut procedat in ſimilibus grauioribus delictis, cæterùm in aliis minoribus criminibus non maiori, ſed tantùm pari pœna punitur. Et ita intelligunt communiter omnes, ut dicit Prac.Conradi fol.332 nu.8. Illud autem, quod dici ſolet, quòd agentes & conſentientes ſunt pari pęna puniendi, intelligendum eſt,quando conſenſum, & auxilium præſtiterunt ex propoſito ad committendum maleficium.Et ita dicunt omnes,ut atteſtatur Mantua conſ.251. num.24.lib.primo.

5 Quæro † nunquid ex eo ſolo, quòd quis delictum iam commiſſum ratificauerit, debeat puniri? Reſpond. Aliqui dicunt ſimpliciter quòd ſic. Et hanc opi. atteſtatur eſſe cõem Bal.in l.obſeruare,§ proficiſci,nu.9.ff. de offi. proconſ. licet ipſe ualidis rationibus videatur in contrariam ſententiam inclinare. Et illum refert Augu.ad Ang.de maleſi. in uerbo, & Sempronium,num.36.Tu uerò diſtinguendo dic, quòd quædã ſunt delicta,quæ ſolent cõmuniter principaliter propter libidinem ipſius delinquẽtis,ut eſt adulterium, ſtuprũ & huiuſmodi. Et in talibus delictis non habet locum ratihabitio, & in ſpecie in adulterio ꝙ non poſſit ratũ haberi, tenuit gl.in l.1.§.deieciſſe,in verb.mãdato, ff. de ui & vi armata. Et ita cõi conſenſu receptum eſſe ait Placa li.1.delictorum,c.18. poſt nu.1.Quædã autẽ ſunt delicta,quę principaliter committi ſolent ad offenſam & iniuriã alterius,vt eſt homicidium. Et talia delicta pñt rata haberi per alium. Et hæc ſententia eſt frequentius à doctoribus recepta, vt dicit Placa in loco præallegato,nu.2.in fi. Sed certe ſi appareret adulteriũ commiſſum fuiſſe,non propter libidinẽ adulterantis,ſed ꝑ iniuriam mariti ad alterius inſtantiam, vtique dici poſſet geſtum nomine illius, & conſequenter poſſet ratum haberi. Scias autem, quòd ad hoc,ut ratificatio delicti obliget ad pęnam, duo requiruntur; Primum quòd delictum fuerit commiſſum nomine meo.Secundum, quod ego ſciens illud commiſſum fuiſſe meo nomine, illud tanquam meo nomine factum ratificẽ. Ita dicit glo.in d.§.deieciſſe,in verbo,ratum habuero,& eſt communis ſententia, ut atteſtatur Aretin. conſ.163.poſt nume.3. verſicu.circa primũ. Et quòd requiratur delictum fuiſſe nomine meo commiſſum, tenuit gloſ. in Clemen.1. in

prim. in uerbo Rata. de pœn. quem ſequuntur communiter doctores, ut dicit collegium Flor. inter conſilia Curt. Senioris, cõſilio 21. poſt numerum 6. Benè verum eſt, quòd in dubio, ex eo quòd quis ratum habet aliquod delictum cenſetur illud ratum habere ut nomine ſuo geſtũ. Et ita dicunt doctores, ut ait Sali. in l. non ideo minus, poſt numerum 31. C. de accuſatio. Et ſic opus eſt, quòd ratum habens probet, quòd non fuerit geſtum nomine ſuo, quod nota.

ADDITIO.

a Ex ſola ſcientia.] Hic no. conſcius criminis, quando illud detegere debeat, & qua plectatur pœna, ſi non detegit, explanatum plene per Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. conſilio 355.

Quæſt. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium dans alicui ut delinquat, qua pœna ſit puniendus.*

2 *Exhortans aliquem ad delinquendum, qua pœna puniri debeat, uerſiculo. Hoc autem.*

1 2 QVÆRO, † numquid ille, qui conſilium dedit a alicui, ut delinqueret, debeat puniri eadem pœna, qua ipſe principalis delinquens? Reſpondeo, Aut ille, cui conſilium dedit, non erat aliàs delictum ipſum commiſſurus, & tunc conſulens pari pœna cum delinquente punitur. Aut verò ille nihilominus erat patraturus delictum, & eo caſu conſulens non eſt pari pęna cum delinquente puniendus, ſed mitiori. Et hæc eſt communis opin. ut dicunt ſcribentes, in capitu. primo, de officio delega. & in ſpecie Imola, nume. 9. & Fely. nume. 8. & Dec. numero 9. prout illum refert Hyppo. Riminald. inter conſilia criminalia diuerſorum. conſilio 105. nume. 43 lib. 1. Berber. in uiatorio iuris, in rubrica de homicid. col. 6. verſ. ſupereſt uidere. Fel. in ca. ſicut dignum, numero 7. de homicid. Dec. in l. conſilij, numero 4. ff. de regulis iuris, quem refert Prac. Conta di folio 332. poſt numerum 1. Cagnol. in d. l. conſilij. nume. 6. Carer. in pract. crimi. folio 343. numero 163. Berous in d. capitu. 1. numero 85. vbi dicit, quòd hęc eſt communis opinio legiſtarum, & canoniſtarum. Didac. in repetitio. clem. ſi furioſus, folio 291. colum. 2. in fi. & repet. cap. peccatum, folio 291. Bolenc. in repetitio. l. capitalium. §. famoſus, numero 94. & ſequenti. ff. de pęnis, Dueñas reg. 149. Placa libro 1. delictorum, capi. 17. nume. 1. & nume. 7. in fin Boer. deciſ. 262. poſt numerum 2. Boſ. in ti de manda. ad homicid. num. 59. Taeg. in prac. crim. cap. 11. numero 7.

2 Hoc autem, † quod dictum eſt in conſulente, locum habet etiam in exhortante, nam exhortans aliquem ut committat delictum, tenetur & ipſe, ſi ille aliàs non fuiſſet commiſſurus, ſi uerò fuiſſet aliàs commiſſurus, non tenetur. Et ita cõiter Doctores tenent, vt dicit Albe. in l. ob hæc verba, in fi. ff. de his, qui notan. infam. Senatus tamen ſolet huiuſmodi exhortatores ſeu per ſuaſores delictorum prius torquere ſuper mandato, & ubi negent mandatum dediſſe, illos punire extra ordinem. Et ita ſeruatum fuit in quadam Ambroſina Monina, quę perſuaſerat adultero, ut uirum ſuũ interficeret, nam prius torta ſuper mandato, quum nihil faſſa fuiſſet, iuſſa fuit fuſtigari, 30. Ian. 1548. P. N.

ADDITIONES.

a Cõſiliũ dedit] Adde, quot modis, & qualiter dicatur præſtari cõſiliũ, & aliqua de concernentibus cõſiliũ. Item de exceſſibus conſilij, & de pęna conſulentis in maleficio, de omnibus plene, vide per Carer. in prac. criminal. pag. 333. cum pluribus ſequentibus. Adde fuſius conſilium malum delinquenti præbens, qua pęna puniatur, cum ſuis requiſitis, & extenſionibus atq; declarationibus, vt per Menoch. de arb. iud. li. 2. centu. 4. caſ. 351. vide per Ange. de Aret. in §. in fraudẽ, nu. 7. Inſt. quib. ex cau. manumit. non licet, vbi etiam dicit, quod ad hoc, vt quis teneatur ex cõſilio, opus eſt, vt articuletur, quòd Titius dictum maleficium ſine dicto conſilio non commiſiſſet. Item nota, quòd conſulens maleficium ei, qui aliàs illud facturus erat, de maleficio in totum non tenetur, ſed mitius punitur, niſi in delictis atrocioribus, veluti læſæ maie. venenationis, pditio nis

uis, & ſimilium. Ita per Matih. in l. commu. opin. diuerſ fol. mihi 343. verſi. conſuetudo. Sed quando præſumatur quod erat alias facturus. uide per Iacobi. de S. Georg in l. 1. C. de ſetu fugi. poſt nu. 5. Item quomodo cognoſcatur, quòd mandatarius erat alias facturus, uide per eundem Iacobi. in l. 1. ff de eo, per quem fact. erit, num. 10. Item conſulens delictum committi tenetur, ſi delinquens non eſt ſoluendo, per Iaſ. in l. ex hoc edicto, nu. 2. ff. de eo per quem fact. erit. Itē vi. per Dec. in c. quia quęſitum. de off. deleg. Et adde, quòd in dubio uerba conſulentis ſemp ad bonum interpretari debent, ut conſulens haud teneat, per Dec. ſuo conſi. 189. col. 2 num. mihi. 5. Item conſilium an & qñ obliget vi per Ang. de Are. in §. 1. & Inſt. de mandat.

Quæſt. LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Mandans fieri delictum, an puniatur eadem pœna, qua principalis delinquens.*

2 *Statutum puniens committentem delictum, an habeat locum in eo, qui mandauit illud committi, ver. Sed quæro.*

3 *Mandans an debeat puniri in loco dati mandati, vel in loco patrati delicti, ver. Quæro, in quo, Remiſſiuè.*

4 *Mandans committi homicidium, tenetur de homicidio propter mandatum, non autem ex mandato, verſiculo. Scias tamen.*

5 *Mandans vulnerari, ſi ſequatur mors, an teneatur de homicidio, verſiculo. Pone aliquis.*

6 *Si dominus dicat famulo, Vade, & non reuertaris, donec ſentio nouum de tali, &c. an præſumatur mandatum, ſi famulus illum occiderit, ver. Sed hic incidenter.*

7 *Si dominus poſt acceptam iniuriam loquatur alicui ad aurem, & ille poſtea iniuriantem interfecerit, an præſumatur mandatum, verſicu. Sed quid ſi dominus.*

1 SVCCESSIVE quęro, † nunquid mandans fieri delictum
a debeat puniri eadē pęna, qua punitur ille, qui maleficiū proprijs manib. committit? Rñd. In hoc articulo magna fuit aliquando controuerſia inter ſcribentes, nam aliqui dixerunt, quòd aut mandatarius erat alias facturus delictum, & eo caſu mandans non tenetur; aut uerò non erat aliàs facturus, & tenetur. Sed certe hæc diſtinctio communiter reprobatur, ut dicit Iaſ. in l. j poſt num. 21. C. de ſer fugit. nam quando mandatum cadit in delictum, non eſt adhibenda diſtinctio, an mandatarius eſſet facturus vel non, vt dicit gl. Approbata, in l. 1. §. perſuadere, in gl. magna, ff. de ſeruo corrup. & eſt communis regula, ut ait Gomeſ. in §. pęnales, poſt nu. 10. inſt. de act. Et ideo Bar. in l. nō ſolum, §. ſi mandato, nu. 19. ff. de iniur. tenuit indiſtincte, quòd mandans puniatur eadem pœna, qua puniendus eſt mandatarius ipſe, qui delictum commiſit. Et illa doctrina Bar. eſt cōmuniter approbata, ut dicit Cur. Iun. conſi. 137 nume. 5. Cotta in uerbo, Mādans homicidium. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Gandi de malefi. in ti. de trāſac. & in ti. de pænis, prout illum refert præ. Carer. fol. 331. poſt nume. 523. ver. ſequitur etiam, & quinto. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit, nu. 16. ff. de acquir. hære. in d. l. 1. nu. 22. C. de ſer. fugi. quem refert prac. Care. fol. 310. nu. 75. & Didac. in repe. clem. ſi furioſus, fol. 291. ver. hæc vero diſtinctio, & prac. Conradi fo. 326. num. 11. Et hæc opi. tenenda eſt tanquam uerior & magis communis, quam etiam uidi ſeruari in quodam Auguſtino Marentio, qui mandauerat filio ſuo, ut uxorem ſuam interficeret prout ille interfecit, & fuit patri mandanti caput amputatum, 3. Aprilis 1558 P. N.

2 Sed quęro, † nunquid ſtatutum puniens facientem delictum, habeat locum etiam in mandante fieri illud delictum? Reſpond. Aut ſtatutum loquitur in perſonam, puta ſi quis occiderit, ſi quis vulnerauerit, &c. & non comprehendit mandantem. Aut vero loquitur in rem, ſcilicet in ipſum maleficiū puta pro homicidio ſit pæna mortis. Et hoc caſu vtique comprehendit mandantem. Et hæc eſt doctrina Bart. in l. ſed & ſi vnius, §. ſeruus, nu. 2. & ſeq. ff. de iniur. & in l. aut qui aliter, § fi. nu. 3. ff. quod ui, aut clam, quam dicit, eſſe communiter approbatam Deci. in l ſi quis id quod, num. 38. & ſeq. ff. de iuriſd. omn. iud. Cur. Iun. in l. 2. §. ſi procurator, nume. 4. ff. quod quiſque iur. Hanc etiā opi. dicit eſſe communem Alexan. in l. 5. in prin. nume. 23. ff. de verbo. oblig. quem refert Aug. ad Ang. de malefi. in verbo, Sempronium,

pronium, poſt num. 33. & Bologni. conſ. 34. col. 4. ver. quod autem conſtitutio, & Boſ. in ti. de pœnis, num. 14. Iaſ. in d. l. ſi quis id qđ num. 36. in fine. & in l. ſi is qui pro emptore, num. 361. ff. de vſuca. prac. Carer. fol. 302. nume. 39. Placa lib. j. delictorum, c. 1. nu. 8. & c. 15. num. 22. Villalpand. in repe. l. 22. c. 66. nume. 6. Taeg. in prac. crim. c. 10. nu. 20. Mandans enim non dicitur proprie facere, ſed interpretatiue, ſecundum Bar. in locis preallegatis, cum quo eſt communis opin. ferè omnium ſcribentium, vt dicit Vinc. Paleot. inter conſilia Alexan. conſi. 65. nume. 11. lib. 4. Bene uerum eſt, quòd ex antiquis multi tenuerunt contrarium, ſcilicet, quòd etiam ſi ſtatutum loquatur in perſonam, puta quicũque fecerit homicidium, &c. comprehendat nihilominus ipſum mandantem. Et hãc opi. eſſe magis communem dixit Gandi. in tit. de tranſac. in ſi. ubi etiam ſubdit, quòd ita communiter obſeruatur, quẽ refert Alber. in 3. parte ſtatutorum, q6. 44. nume. 15. Ita etiam ſeruare iudices & aſſeſſores atteſtatur prac. Carer. fol. 305. nu. 62. Vide quæ dixi ſupra q. 58. uer. Vnum autem volo. Et certe ſi ſtatuta receperunt talem interpretationem à conſuetudine, minime ſunt mutanda, &c. Sed circunſcripta conſuetudine, opinio Bar. proculdubio eſt magis communis, vt ex prædictis apparet. Et ideo non eſſet ab ea in iudicando, aut conſulendo recedendum.

3 Quæro, † in quo loco mandans debeat puniri, an in loco commiſſi delicti? Dixi in d. q. 38. uer. Quæro etiam.

4 Scias autem, † quòd mandans homici-
b dium *b* committi, tenetur de homicidio propter mandatum, non autem ex mandato. Ita dicit Bal. in d. l. non ſolum, §. ſi mandato, poſt nume. 9. & eſt communis opin. ut dicit Maria in c. propoſuiſti, poſt numerum 22. ver. 9. quæro, de foro compe. Boſ. in ti. de foro compe. nume. 109. Vtilitas autẽ huius concluſionis poteſt eſſe maxima, quia quũ teneatur de homicidio propter mãdatum, ſufficit quòd in inquiſitione, uel accuſatione ponatur locus, & tempus ſequuti homicidij abſque eo, ꝙ ponatur locus, & tempus
c dati mãdati. *c* Item poterit puniri in loco homicidij, vt infra ſtatim dixi. In hoc autem propoſito uidendum eſt elegans conſi. Nattæ 422. vbi conſuluit, ꝙ licet ignoretur nomen mandatarij, poteſt procedi contra mã-
d dantem, *d* quod nota.

5 Pone, † aliquis mandauit
e *e* Titio, vt vulneraret Seium, & Titius illum occidit, nunquid mandans erit puniendus pœna homicidij? Reſpon. Aliqui dicunt, ꝙ non. Et hãc opi. dicit eſſe communem Dec. cõſ 482. nu. 16. & conſi. 622. circa fi. ſecundum quam refert etiam conſuluiſſe Ant. de Roſellis Frã. de Capitibus liſtæ, & Ange. de Caſtro inter conſilia criminalia Cępollæ conſil. 35. 36. 37. 38. Sed certe hæc opin. mihi nunquam placuit; nam (vt dici ſolet) vulnera non dantur ad mẽſuram; propterea ego dicerem, ꝙ ſi fuit mandatum ad percutiendum alapa, vel baculo, tunc ſi mandatarius occidet, nõ tenetur mandans de homicidio, quia facilè poterat ille percutere, & non occidere. Et ideo puniendus eſt mandans tantummodo pęna extraordinaria. Et hanc eſſe communem opi. atteſtatur Placa lib. 1. delictorum, c. 15. nu. 1. ſecundum quam conſuluit Grammat. conſi. crim. 20. Idem etiam dicerem, ſi fuit mandatum ad ſfriſandum, prout in caſu in quo conſuluit Dec. in conſi. 622. Apparet enim, quòd iuſſit fieri actum, ex quo de ſui natura non ſolet ſequi mors, maxime quum ſfriſatio fiat in facie cæſini, quo quidem modo nunquam ſolet quis ad mortẽ vulnerari. Idemque ſi mandaſſet famulo, ut daret alicui vnum gnoccum, vt in caſu Iaſ. conſi. 188. li. 2. Sed ſi mandatum fuit ad vulnerandum, tunc ego dico, quòd ſi ille occi-
f dat, ipſe tenetur de homicidio, *f* quia nulla fere eſt pars corporis præter faciem, in qua vulnera non poſſint eſſe lethalia, ut experiẽtia quotidie docet. Et hanc opi. dicit eſſe cõmunem Boſ. in ti. de mandato ad homicid. nu. 10. ſecundum quam conſuluit Cępolla conſi. crim. 34.

6 Sed hic † incidenter quæro, pone ꝙ domi-
g nus, *g* qui ab aliquo iniuriam accepit, dicat famulo, Vade, & non reuertaris domum, donec ſentio nouum de tali, nunquid ſi famulus poſtea illum occiderit, erit ex eo præſumendum mandatum occidendi ab ipſo domino præceſſiſſe? Reſpond. ꝙ ſic. Ita tenet Bar. in l. ſi quis mihi bona, §. ſed ſi mandauit, alias incipit pater Seio, num. 2. ff. de acqui. hære. qui in hoc ab omnibus indifferenter approbatur, ut dicit Iaſ. in d. §. ſed ſi mãdauit, nume. 12. & ſeq. & in l. 1. nume. 28. & ſeq. C. de ſer. fugi. & Marcus deciſ. 423. nume. 1. & Marſil. 132. in primis uerbis. Hanc etiam dicit eſſe communem opinionem Boſ. in ti. de man. ad homici. ſu. 50. & refert ibi

ibi Bart.quòd iſte caſus contigit Florentiæ, & ꝙ dominus fuit decapitatus. Et illud dictum Bar.refert Rui conſi.6.num.1 li.5.vbi tamen conſuluit in facti contingentia pro patre,qui dixerat filijs ſuis.Taci,taci, nô ſta te à far ciácie,ma andate,& mazzatene due ò tre di loro,&c.refert Chaſſen.conſi.58.nu me.8.vbi tamen dicit,quòd illa deciſ.eſt nimis rigoroſa.Hanc etiam opin.dicit eſſe cõmunem Aug.ad Ang. de maleſi.in uerbo,& Sempronium,num.42.quem refert Pra.Cõradi fol 326.in 10.ampliatione. Alex. conſi. 28.num.5.li. 4. quem refert Placa li 1.delictorum,c.14.num.5.qui etiam eo.li.c.15.nume.3. affirmat hanc ſententiam frequentiori calculo receptam eſſe.Pract.Carer.fol.295.
b nu.37.&ſeq b quem refert Didac.in repeti. clem.ſi furioſus, fol.287.poſt nu.3.de hom. Dueñas regula 307. Et hoc locũ habet, ſiue iniuria facta fuerit principaliter ipſi domino,ſiue facta fuerit ipſi famulo.Et hęc eſt cõmunis opi.vt dicit Carer.in loco præallegato,nume 41.Quod tamen intellige ſecundũ ea,quæ dixi infra ſtatim,verſic. Sed quid ſi dominus.

7 Sed quid † ſi dominus poſt acceptam iniu
i riam ab aliquo,loquatur ad aurem i famulo,vel conſanguineo ſuo, & paulo poſt talis famulus vel conſanguineus illum interfecerit,nunquid tenebitur dominus de homicidio,tanquam ſi mandatum præceſſiſſet? Reſpon ꝙ ſecũdum aliquos tenetur, ex quo ꝑpter breuitatem temporis præſumitur ad id mandatum dediſſe.Et ita allegatur tenuiſſe Bar. in l.ſi ventri. §.ſi nu.1.ff.de priui.credito.cuius opi dicit eſſe communem Placa in d.c.14.poſt nume.5.uerſi.his ſane pręmiſſis. Sed certe ego ex eo ſolo non punirem dñm pœna homicidij,niſi alia concurrerent, puta quòd dominus ſolitus eſſet talia facere, & quòd iniuria eſſet talis,pro qua veriſimiliter debuiſſet mandare illum occidi Et in dubio crederem tutius eſſe torquere dominũ, & etiam punire pęna extraordinaria,quàm pœna mortis.

ADDITIONES.

a Mandās fieri delictum.] Adde,atq; fuſius declaratum vide per Iac.Menoch.de arbi.iu di.li.2 cent.4.caſ.352.vbi,quãdo, & quã pęna mandans perpetrari delictum puniat,declaratũ habes.Et quid ſi vel iure cõi,uel municipali certa pœna nõ ei,ſed ſolũ mandatario eſt indicta,latè,& diligenter explicatum vi.per eundē caſ.ſeq.Et de.17. cauſis excuſãtibus mãdantem,vi.plene per Carer.in prac. crim.§ homicidium. 5.a nu.22.vſq; ad 95.

b Mandās homicidiũ.] Quid ſi unus mãdat alteri,vt occidat,& ille alteri mãdat,ꝙ vterque teneatur,hr̃ ꝑ Lud.Carer.in pract. cri. §.homicidiũ 5.nu.63.An aũt inquiſitio poſſit formari contra illum,qui dr̃ mandaſſe homicidium,qñ neſcitur,neque apparet de mãdatario, vi. per Natt.eius conſil. 422. vbi ꝙ ſic.Similiter inquiſitio formari põt contra,ſi ignoretur nomẽ homicidæ,per Boſſ.titu.de delicto,nu.33. Sed qualiter hoc ultimũ practicatur,vide per Boſſ.ti. de inquiſiti.nu.78. vbi inquiſitio dẽt cõtinere perſonam delinquẽtis certã,ſaltẽ per duas demõſtrationes. Imo bonũ eſſet,vt ceſſet dubitatio, ſequuto banno,& capto bannito, an ſit ille,quòd plures duabus ponãtur.vi.ibid.& an & qñ reuocãs mãdatum teneatur:& qñ dicatur reuocare,vi.per Carer.ubi ſupra nume.79.

c Dati mandati.]Adde ad idem,ac declara, vt per pract.Carer.ubi ſupra poſt nu. 83.

d Contra mandantẽ.]In contrarium tamẽ vi.per Carer.in prac.cri. di. §. homicidium. 5.nume. 89.

e Aliquis mandauit.] Idẽ in nuntio portãte literas de homicidio:nã eo ſequuto tenetur nuntius ſi fuerit ſciens,ſicut mandans,vt poſt ꝑfatos per Carer.in prac.crim.§.homicidium.5.nu.64.& 98.vbi idem de nũtio portãte literas de proditione,& tractatu contra Rempub.aut contra Principem, quia tenetur ut principalis.

f Tenetur de homicidio.]Vide ꝑ Carer.in pract.cri §.homicidium 5.poſt num.73.ubi circa hoc quatuor tradit limitationes,quas Author non tangit.

g Quod dñs.] Adde, & vi. in collecta mea commun.opi.cap.mandatum.ubi remiſſiue habes cõem ſententiã iſtam ampliatã,ac limitatã.Item & inibi etiam habes,quòd mandatum patris,vel domini,mitius dẽt puniri.Vide ẽt de hoc per practicã Carer.in §.homicidium.5.nu.103.qui nu.101.poſuit, an mandatarius poſſit eſſe teſtis cõtra mandantem, ita ut faciat indicium,& nu.ſeq.An mandatarius torqueri poſſit,vt oſtendat mandantem.& poſt nu.104.col.2.ponit,in quibus ſi lius aut ſeruus, aut quis inferior non tenetur obedire patri,domino,aut ſuperiori,ſi q bus tamen parendo mitius puniri, poſt relatos voluit,quibus adde vt per Soci.poſt reg. mihi.

mihi 251.ſub 1. fallentia in ſi.

h Et ſeq.]Vbi extendit etiã ſi dominus proferens talia verba expreſſe inhibuiſſet, ne occideret, & deinde tradit octo limitationes, & quando inducatur mandatum, nume. ſequentibus.

i Loquatur ad aurem.]Et quando ex allocutione ad aures oriatur mandati præſumptio, & quando conſilii, & quando neutrum vide per Care.in pract.crim.nu. 134.& in d. §. homicid. 3. ſub nu.53.ſed quid ſi famulus aut filius in præſentia Domini, uel patris occidit, an præſumatur mandatum domini, aut patris, ui.per eundem ibid.ſub nu.56.& quid in dubio ſub num.57.

Quæſt. XC.

SVMMARIVM.

1 *Auxiliator an ſit puniendus eadem pęna, qua principalis delinquens.*

2 *Et quid ſi delictum fuit animo deliberato patratum.verſi. Aut verò.*

Et an præſtans auxilium poſt maleficium, dicatur propriè auxiliator, ibid.

3 *Et an in inquiſitione expreſſè ſit facienda mentio de auxilio, ad hoc vt contra auxiliantes ſequi poſſit condemnatio, verſi. In hac autem.*

4 *Et quando ſunt plures duobus, an ſufficiat dicere, quòd alter alteri auxilium præſtiterit, verſi. Item aduerte.*

5 *Et an requiratur, quòd in ſpecie dicatur, quod auxilium præſtiterint aſſiſtendo, verſi. Aduerto etiam.*

6 *Et an priuſquam procedi poſſit de auxilio, neceſſe ſit quòd conſtet de principali, uer. Scias etiam.*

7 *Et an ſi delinquens aliàs fuiſſet delictum commiſſurus, debeat auxiliator mitius puniri, verſi. Item ſcias.*

8 *Aſſiſtens maleficio an dicatur præſtare auxilium, ver. Quæro nunquid.*

9 *Receptator qua pœna puniatur, verſicu Quæro etiam.*

1 QVAERO, † nunquid præſtãs
2 auxilium a delinquẽti, puniatur eadẽ pęna? Hæc eſt ardua quæſtio, in qua doctores variè loquuti ſunt. Bar. enim in l. is qui opẽ; nu. 5. ff de furtis, videt̃ tenere, ꝙ indiſtincte auxiliator eadẽ pęna puniatur, qua principalis delinquẽs. Et hanc opi. dicit eſſe cõem Cor.cõſi.8.li.3 quẽ refert Dec.in c.1. nu.12.de off. dele.relatus per Crauettã conſi.220.poſt nu. 12.ver.ſed arguitur. Soci. conſi. 188.poſt nu.7.ver.ſi diceremus, lib.9. quẽ refert Prac.Conra.fol. 330. nu.4. Bolo. conſi.5. col.ſi.verſi.2. de hoc. Et hoc etiam ſi manũ maleficio non apposuerit, prout eſſe cõem opi.atteſtatur Dec. in loco præallegato. Alij verò dicunt, quod Aut auxiliator dedit immediatã cauſam delicto, & punit̃ eadẽ pęna. Aut uerò non fuit ĩmediata cauſa delicti, & puniendus eſt mitiorĩ pœna extraordinaria. Et hanc opi. dicit eſſe communem legiſtarum & cano. Socin.in d.cõſi. 188.li.2. prout illum refert Didac.in repe.clem.ſi furioſus, fol.291.nu.2 & Placa lib.1.delictorũ. c.16 num.2.in ſi.Ita etiam tenere communiter doctores atteſtatur Prac.Carer.fol.272. nu. 69. Quinimo etiam ſi propter aliquam qualitatem ueniret principali delinquenti imponenda maior pœna quàm auxilianti, adhuc eſſet auxiliator eadem pœna puniendus, dummodo tempore cõmiſſi delicti ſciuiſſet etiam qualitatem aggrauantem delictum. Et hanc dicit eſſe communem opin. Prac.Conradi fol.330.num.6. Et hæc quidẽ opi.æquior vr̃, nã proculdubio minor eſt culpa auxiliantis, q̃ principalis, & conſequenter mitius ẽt vr̃ puniendus. Et dicit Sali.in l. vnica, poſt nu.24.C.de raptu vir. ꝙ hanc rõnem ponderarunt theologi & canoniſtæ, & ꝙ opi. Bar.contraria, quã iudices imitantur, animam occidit. Ego tñ pro clariori reſolutione huius articuli, præſuppono ꝙ tripliciter põt præſtari auxiliũ delinquenti. Primo ante delictũ. Secũdo in ipſo delicto. Tertio poſt delictum conſummatũ, deinde ſic diſtinguo. Aut delictum cõmiſſum eſt præuio tractatu uel deliberatione, accedẽte conſenſu,

b uel ſaltem ſcientia *b* ipſius auxiliatoris, & tunc indiſtincte ſequor opi. Bar. ꝙ ſit eadem pœna, qua principalis puniẽdus. Et hoc quocunq; tempore auxiliũ præſtiterit, ſiue ante delictũ; ſiue in delicto, ſiue poſt, nã licet corpore ipſi delicto nõ interuenerit, animo tñ cenſetur interueniſſe; præſertim ſi illud auxiliũ erat vſq; à principio deſtinatũ, puta qa ſcienter promiſiſſet volẽti aliũ interficere,

c accõmodare equos, *c* ſuper quibus, patrato delicto, poſſet fugã arripere, & huiuſmodi. Et ad hoc propoſitũ allegatur dictũ Bart.ad quod oẽs nõ aduertũt; in l. in furti, § ope paulo ante fin. ff. de furtis, ubi dicit ꝙ ſpes data

auxilij ad euadendum, dicitur auxilium ad maleficium committendum.

2 Aut verò † non præceſſit aliquis tractatus vel deliberatio, & tūc placet opi. contraria, quòd ſi quidem auxiliator præbuit cauſam delicto, puniatur eadē pœna. Et in hoc mē- • bro omnes doctores ita concludunt nemine diſcrepante, ut dicit Gratus conſi. 52. num. 3. lib. ſecundo. Si verò non præbuit cauſam tūc puniatur mitiori pœna, quàm ipſe principalis delinquēs, præſertim ſi præſtitit auxilium poſt commiſſum delictum: nam reuera proprie loquēdo, præſtans auxilium poſt commiſſum delictum, non dicitur verè auxiliator, ut dicit Bar. in l. tertia, § ſi quiſquā ff ad Syll. & eſt communis opi. vt atteſtatur Aug. ad Ang. de maleſ. in verbo Et Andreā, num. 5. Et ideo regulariter non eſt puniendus eā pœna, qua principalis, ſed mitiori Et hāc eſſe frequentiori calculo receptam ſententiā dicit Plata, li. primo delict. c. 16. nu. 15. Aut eſt dubium, nunquid præceſſerit tractatus ſiue deliberatio, ſaltem reſpectu auxiliatoris: & tunc auxiliator eſt in primis tor- d quendus *d* ſuper ipſa deliberatione, aut tractatu, aut ſcientia delicti, Et ita in facti contingentia conſuluit Mantua conſi. 67. lib. 1. Et ubi nihil fateatur, debet adhuc pro ipſo auxilio puniri pœna extraordinaria. Maxima enim eſt ſuſpicio contra eum, qui præſtitit auxilium delinquenti, etiam poſt com- e miſſum delictum, *e* quòd fuerit particeps & conſcius ipſius delicti committēdi. Et ita ſeruauit ſenatus in cauſa cuiuſdam Baptiſtæ Mantuani, qui erat imputatus de aſſiſtentia ad vulnera illata animo deliberato: fuit enim bis tortus ſuper ſcientia, & cùm perſtitiſſet in negatiua, fuit abſolutus, vltimo Februarij. 1545. Et ideo miratus ſum ꝙ quidā Hier. Lampognanus, qui comita- f tus fuerat poſt delictum *f* quoſdam, qui homicidium animo deliberato commiſerant, non fuerit tortus, ſed ſimpliciter iuſſus puniri pœna pecuniaria arbitrio prætoris Cremonæ, 9. Iulij 1543. Sed fortè apparebat ex proceſſu, quod ipſe ignorabat tractatum & deliberationem homicidij committēdi. Sed hoc intellige ut procedat, niſi qualitas facti & perſonarum aliud ſuaderet, puta ſi nulla alia eſſet ſuſpicio contra eum, neq; affinitatis, neq; amicitiæ, uel huiuſmodi; & auxiliū fuiſſet ualde remotū ab ipſo actu maleficij, prout cōtigit in eo, qui commodauerat baliſtā alteri, cū qua ille deinde alium interfecit, de quo per Boer. deciſ. 167. nu. 2. ubi refert ꝙ fuit liberatus, & ſine impenſa relaxatur. Sed certè ille notarius me iudice non euaſiſſet ſine tortura, quum (ut in themate illius deciſionis præſupponitur) ipſe in ſuo examine negaſſet illam commodaſſe, neq; ſuam eſſe: ex quo mendacio utique poterit iuſte torqueri, iuxta ea quæ dixi ſupra quæſtio. 21. uerſi. Mendacium.

3 In hac autem † materia auxilii ſcire debes, ꝙ in accuſatione, vel inquiſitione debet expreſſe fieri mentio de auxilio, alias non poſſet ſuper eo. ſequi condemnatio, ēt ſi de auxilio præſtito conſtaret: quæ tamen opi. mihi non placet: nam etiam in criminalibus, licet iſta qualitas auxilii aut alia non ſit expreſſa in libello, ſufficit quòd iuris præſumptione ex narratis in ipſo libello colli- • gatur, prout communiter concluditur. teſte Soci. conſ. 188. in ultimis uerbis, lib. 2. Vide in hoc propoſito ea quæ dixi ſupra quæſtio. 66. uerſi. Sed quid ſi pro parte.

4 Item aduerte, † quòd quando ſunt duo tantùm, ſolet dici in inquiſitione: Alter alteri auxilium & fauorem præſtitit, &c. Sed q̄n ſunt tres uel plures, tunc debet dici. Vnus alii uel alijs auxilium præſtitit, &c. alias in- g quiſitio non procederet. *g* nam uerbum, alter alteri, ſecundum rectum ſermonē, non conuenit niſi duobus. Ita dicit Bal in l. ancillæ, nu. 3. C. de fur. ſubdens ꝙ ita fuit in facti cōtingētia iudicatū, & bene. Et ita in practica ſeruari atteſtatur Ang. de maleſ. in verbo, dicto maleficio ſemper aſtitit. num. 7.

5 Aduerte etiam † quia ſi duo ſimul vulnerarunt aliquem, uel aliud maleficium fecerunt, ad hoc ut poſſint puniri, non ſolum tāquam principales, ſed etiam ut auxiliatores, non ſufficit ꝙ in accuſatione uel inquiſitione dicatur, quòd alter alteri auxilium uel fauorem præſtiti: (nam illi verba intelligerentur, quòd auxilium præſtitit vulnerando uel percutiendo; & ſic ſolummodo poſſet de vulnere puniri, non autem de auxilio) ſed requiritur, quòd expreſſe dicatur, ꝙ h alter alteri auxilium præſtitit *h* aſſiſtendo, ut alius delictum facilius committeret. Ita dicit Bar. in l. qui ſeruo. § fi. nu. 2. ff. de furtis, cuius opin. in practica obſeruatur, ut atteſtatur Aug. ad Ang. de maleſ. in uerbo dicto maleficio ſemper aſtitit, poſt nu. 4.

6 Sciās etiam, † quòd quādo procedit contra aliquem, tanquam quòd præſtiterit auxilium delicto, debet primò in proceſſu conſtare

cōſtare principalem deliquiſſe aliter quàm
i ex ipſius contumacia: i talis enim contumacia non nocet ei, qui eſt de auxilio imputatus. Ita dicit Bar. in l. is qui rem, §. ſi tu Titium, num. 2. ff. de fur. quem ſequũtur communiter doctores, vt dicit Alex. conſil. 99. poſt num. 4. verſi. præterea iſte, lib. 1. Et idē Alexand. in Apoſtil. ad Bar. in loco prǽallegato, dicit, quòd omnes eum ſequuntur, & quòd ita tenetur & practicatur. Sed certe in hac prouincia hoc non practicatur, neq; tenetur, nam ſequuta condemnatione contra principalem contumacem, & quandoq; etiam ea non ſequuta, ſemper proceditur contra auxiliatores, nulla facta diſtinctione, an aliter quàm per contumaciam conſtet principalem delictum ipſum commiſiſſe, & eſt iudicio meo optima practica.

7 Item ſcias, † quòd licet in materia auxilij non diſtinguatur, an delinquens aliàs fuiſſet facturus, vel non: nihilominus ubi delinquens aliàs facturus fuiſſet, & auxiliator illi ſimplicem fauorem præſtitit, eſt mitius puniendus. Ita dixit Ioan. And. in c. fœlicis. de pœnis. in ſexto: propter quam deciſ. dicit August. ad Ang. de maleficijs, in verbo. Et Sempronium, nu. 44. ꝙ euaſit unum à furca, qui dederat auxilium cuidam furi, &c.

8 i Quæro, † nunquid ille, qui aſſiſtit k armatus
K vulneranti vel occidenti, dicatur ei præſtare auxilium? Reſpond. quòd ſi non eſt à longè, ſed iuxta homicidam, vel cum eo, utique dicitur ei præſtare auxilium. Et hoc fuit dictum Innoc. in c. continentia, de clerico percuſſore, quod ſequũtur communiter ubiq; legiſtæ & canoniſtæ, ut dicit Alexan. conſi. 138. nu. 4. lib. 6. Et licet aliqui dicant, ꝙ aſſiſtens maleficio non debeat puniri, niſi appareat ꝙ id fecerit ex propoſito, prout etiam in facti contingentia conſuluit Io. de Amicis conſ. 53. & Riminal. conſ. 13. nihilominus, vbi ex aſſiſtentia delinquens potuit reddi audacior, plerunque vidi per ſenatum puniri aſſiſtens, ſaltem aliqua pœna extraordinaria, prout etiam reperio in facti contingentia ſeruaſſe conſi. Neap. teſte Grammat. voto 21. Et quandoque etiam vidi illos torqueri, & interrogari, an ſcienter & tractate maleficio aſſiterint, ut ſeruatum fuit in Io. Ambroſio Caymo, 28. Iun. 1554. B. P. Si tñ apparet, ꝙ aliquis aſſitiſſet animo rixantes inter ſe diuidendi & ſeparãdi, non eſſet aliquo modo puniẽdus. Et pōt poni exemplum in eo, qui accurrit cum badili ad diuidendam rixam, in qua deinde ſequutum eſt homicidium, pro quo conſuluit Mātua conſi. 281. lib. 1.

9 Quæro etiam, † qua pœna puniatur rece-
l ptator? l Reſpond. In furibus ſeu furtis receptatis, dicimus ꝙ receptatores tenentur eadem pœna, qua ipſimet fures, & videtur tex. in l. eos, C. de fur. & dicit Bal. in ea. l. eos, ꝙ vidit, ꝙ vna mulier fuit ſuſpenſa, quæ p̄ſtabat furibus domum, & in ea receptabat res furatas, & illum refert Augu. ad Ang. de malefi. in verbo. Et uellam coleſtem, poſt num. 21. & in uerbo, dicto maleficio ſemper aſſitit, poſt nume. 23. Pro defenſione tamen eius, qui imputatus ſit receptaſſe res furatas, videri poſſunt ea, quæ in facti contingentia ſcripſit Bald. conſi. 410. lib. 2. & conſ. 48. lib. 3. & conſi. 382. num. 8 & ſeq. lib. 5. Riminal. conſil. 80. Roland. conſil. 45. in 1. dubio lib. primo.

ADDITIONES.

a i Præſtās auxilium.] Sed quō cognoſcatur, quòd aliquis auxilium vel fauorē præſtiterit homicidio; vt inde puniri poſſit, vide per Cepol. plene in conſ. 1. Itē adde, & fuſius de de pęnis eorũ, qui opem delinquentib. tulere p̄ Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cētu. 4 caſ. 349. & de cā propinqua ad homicidium, multa vide exempla per Carer. in pract. pag. 215. 216. Sed auxiliatores non debēt puniri eadem pęna, ubi agitur de ſtrage multorũ; quia tunc ſeueritati detrahit̃ com, ait Deci. in ca. 1. in tex. allegato col. 9. verſi. 6. Fallit, ꝙ etiam dixi in collect. cōmu. opin. in 1. parte. §. auxilium nu. 4 Item ſtante ſtatuto, quod dans auxilium delicto teneatur eadē pęna ſicut principalis, ſi pœna principalis fuit aucta propter eius contumatiam, vel negationem, ad illud augmentum pœnæ non tenetur, qui auxilium præſtitit. Ita Bartol. in l. libertus quos, §. poſthumis, de alimen. & ciba. lega. ſequitur Iaſ. l. prima, numero duodecimo, ff. de in litem iurand. & de hoc plene uide per Carer. in practi. criminali. pagina mihi 275. ſub numero 75. ubi etiam. Et e conuerſo, ſi propter confeſſionem ſit diminutio pœnæ, illud non prodeſt danti opem, & auxilium; quia in eo ceſſat ratio, quare condemnetur in minus, & pagina 329. & per Barb. poſt Bartol. d. §. poſthumis. Idem voluit Barto. d. l. 1. ad finem, loquens in fideiuſſore

de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, ubi ſi propter contumaciam vel inficiationem pœna augeatur, in illa pœna non tenetur fideiuſſor. Sed hoc non uidetur procedere; quando una ſententia tantum ferebatur, & in illis facta erat condemnatio etiam in augmento uigore contumatiæ, uel inficiationis, ſecundum Fulgo. quem ſequutus eſt Alex. ut legitur in Apoſtil. ad Bartol. illic, qui in fine docet cautelam, ut in recipiendo promiſſionem fideiuſſoris non ſolum dicas, quòd promiſit ſoluere omnem pœnam, omnemque condemnationem ſubſequendam ex maleficio illo uel accuſatione, uel inquiſitione: ſed addas, uel ex proceſſu. & Apoſtil. illic docet aliam, uidelicet, niſi dictum ſit de omni cauſa, quę ex iudicio naſci poſſent.

b Vel ſaltem ſcientia.] In contrarium, vide per Cępol. crim. conſi. 27. per totum, & per Card. Pariſ. in conſi. 152. per totum ... 16 ...

c Accommodare equos.] Alia etiam exempla uide per Carer. in pract. crimi. pag. mihi 247. numero 3. 4. qui num. ſeq. ponit relatiue, an in hoc auxilio præſtito ante delictum, neceſſe ſit ponere locum, & tempus delicti: Item exempla in auxilio cooperatiuo, uide per eundem plene ſub numero 7. Item qua pœna puniatur, auxilium, & opem præſtans homicidio, uide per eundem pagi. 272. 279. ubi ſuas ponit fallent. & declarationes, & alia notat. digna etiam vide per totum.

d Torquendus.] Ad idem uide relatiuè, tamen per Carer. in pract. crim. pag. 250. nume. 11.

e Poſt commiſſum delictum.] Puta in eo, q. poſt pecuniam ſubtractam, & ſic poſt maleficium commiſſum ad ipſam retiuendam, & celandam auxilium præſtitit, ut no. Ang. de Aret. in §. item lex Iulia peculatus. nu. 3. Inſtit. de publi. iudi. Alia exempla etiam uide in materia per Carer. in pract. crim. pag. mihi 255. nu. 26 27. & 30.

f Comitatus fuerat poſt delictum.] Adde, & uide relatiue per Carer. in pract. ubi ſupra nu. 30.

g Non procederet inquiſitio.] Adde, & plenius per Carer. in pract. crim. pag. 270. ſub nu. 63. qui nu. ſeq. docet deduci in inquiſitione tempus delicti, ut quia pręſtitit auxilium maleficio, & nume. 65. quod debet dicere in inquiſitione, & accuſatione, quòd præſtitit auxilium tali ad tale delictum, & exprimat ad quid faciendum. Item nume. 66. dicit, ut teneatur quis de auxilio, neceſſe eſt, ut ex tali actu, maleficium fuerit auctum, & interuenit, vt maleficium habilius committeretur; ſecus vbi fuiſſent plures, & unus nil faceret; ſed ſimiliter ſtaret præſtando ſimplicem fauorem, nam tunc non teneri de auxilio ſed mitius puniri dicit nu. 67.

h Auxiliũ pſtitit.] Adde, an vulnerãs aliquẽ nõ mortifere, ſed vulneratum mortifere ab alio, dicatur pſtitiſſe auxiliũ mortifice uulneráti, p Boſſ. de homi. nu. 21. & quot modis dicat pſtari auxiliũ maleficio, & qualiter, & de materia plenius vide p pract. Carer §. homicid. 4. pag. 247. cum plurib. ſequentib. & qđ aſſiſtens cũ armis, dicatur pſtare auxiliũ, licet non utatur illis, quinimò etiã ſi illa depoſuerit, dummodo ſub cuſtodia ſua habeat, & adeſſet ad finem auxilium pręſtandi per Boſſ. vbi ſupra, nu. 22. quod declara, ut per Gramm. deciſ. 25. num. 3. cum ſequentibus.

i Ex ipſius contumacia.] Adde idem & per Carer. in pract. crim. pag. 269. ſub, nu. 57. qui nu. ſeq. tractat, An confeſſio principalis delinquentis noceat acceſſoriè delinquenti, & nu. 59. quod nec etiam abſolutoria principalis prodeſt auxiliatori, nec condemnatoria nocet, & alia multa in materia auxilij vide per eum ibid. per totum illum. §.

K Qui aſſiſtit armatus.] Adde, quando dicatur armatus aſſiſtens opem inferre, & qualiter puniatur per Iacob. Menoch. etiam de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 4. caſ. 350. Item delinquenti auxiliari quis dicitur etiam poſt delictum iuuando delinquẽtem, ut euadat, & qualiter iſte puniatur, ui. per Craue. cõſi. 220. nu. 10. & Dec. in c. 1. col. 8. 9. 10. de off. deleg. Item an ſtatutum, quod punit præſtãtes auxilium cooperatiuũ ad delictum committẽdum ult. ſupplicio, comprehẽdat eos, qui armati aſtiterũt, ſed nihil amplius fecerunt, uide plene per Cœpol. crim. conſi. 2.

l Receptator.] Adde bãnitorũ receptatores, qñ, & quib. pęnis puniant per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cẽtur. 4. caſ. 348. Boſſ. titu. de rapinis: vbi & habes qs proprie dicat receptator. Idẽ titu. Bãni qd amittant nu fin. & pract. Carer. fol. 257. cum plurib. ſequentibus. Et quis dicatur receptator, uide per Foler. pract. cri. §. banniatur poſt nu. 2. Et omnino tex. in l. 1. ff. de furt. & ſeruo corrup. Item contra ſcienter receptantem malefactorem, ſibi nõ coniunctũ, eſt pſumptio quod

quòd mãdauerit, aut aliter conſcius fuerit, vide per pract. Carer.pag. 104.nu.130.Item de receptantium pœna, vide per eundem, pag.258.cum duobus ſeq. Item qualiter dicatur receptare per eundem nu.43.44.

Quæſtio XCI.

SVMMARIVM.

1 *Cogitatio an ſit aliquo caſu punibilis.*
2 *Tractatus de delicto committendo an ſit puniendus, verſi. Sed pone. Remiſſiuè.*

1 QVÆRO, † nunquid ex ſola cogitatione aliquis puniatur? Reſpon. regulariter quòd non, ut eſt tex. in l. cogitationis, ff. de pœnis. & eſt communis opin. ut dicit Bolenc. in repe. l. capitalium. §. famoſos, nu. 79. & ſeq. ff. de pœnis. Et hęc quidem cõcluſio de iure ciuili nullam habet difficultatẽ: nam ex ſola cogitatione quis non punitur, neque etiam in crimine læſæ maieſtatis, niſi ad aliquem actum exteriorẽ proceſſum fuerit, ut voluit glo. in l. quiſquis in uerbo. Eadem enim. C. ad leg. Iul. maieſt. quam omnes ſcribentes ſequuntur, vt dicit Foller. in prac. crim. fol. 396. nu. 70. De iure tamen canonico ſecus eſt: nam in aliquibus caſibus etiam ex ſola cogitatione quis punitur. Et poteſt poni exemplum in hæreſi: nã quum illud delictum ſola mentis cogitatione perficiatur, ſolent inquiſitores punire etiam hæreticum in mente, ut dicit Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, poſt num. 1. uerſi. uenio ad oppoſitiones, C. de epiſc. & cler.

2 Sed pone, † quòd quis non ſteterit in meris terminis cogitationis, ſed ulterius etiam proceſſerit ad tractatum cum aliquo de ipſo maleficio committendo, nunquid poterit de tali tractatu puniri? Vide quæ dixi ſupra quæſt. 38. uerſi. Vidi aliquando.

Quæſtio XCII.

SVMMARIVM.

1 *Affectus, conatus, uel attentatum an puniri debeat, perinde ac ſi ſequutus eſſet effectus.*
2 *Et quid in atrociſſimis, uerſiculo. Scias tamen.*
3 *Et quid ſi non fuerit deuentum ad actum proximum, uerſiculo. Scias etiam.*

1 QVÆRO, † nunqd conatus ſiue attẽtatũ ad delictũ cõmittendũ, debeat puniri. ẽt ſi nõ ſit ſequutus effectus? Reſpõ. q̃ de iure cõi punit̃ affectus & conatus ad delinquẽdũ,
2 ẽt ſi nõ ſequat̃ delictũ. Et eſt cõis opin. ut dicit Io de Lignano cõſ. 20. nu. 15. inter cõſilia criminalia diuerſorũ, lib. 1. tñ de generali cõſuetudine nõ punitur affectus, neq; conatus, ſiue attẽtatũ, niſi ſequat̃ effectus, ut de hac generali conſuetudine atteſtatur Specul in ti. de accuſatore, §. 1. nu. 7. in fi. quem refert Alex. conſi. 15. poſt nu. 2. lib. 1. & cõſi. 140. nu. 5. lib. 2. & Corſet. ĩ repertorio Abb. in uerbo affectus, & Iaſ. in l. 1. §. fi. in fi. ff. q̃d quiſq; iuris, & Boer. deciſ. 316. nu. 3. & Carer. in prac. crim. fol. 186. nu. 8. & Bertran. cõſi. 169. nu. 1 lib. 3. in 1. parte, & conſil. 31. nu. 3. eo. vol. & conſi. 10. nu. 8. & 9. lib. 6. & conſi. 228. nu. 6. lib 7. De hac etiã generali conſuetudine Italiæ atteſtatur Gandi. de maleſi. in tit de reb. non portand. circa fi. Bal. conſi. 361. in fi. lib. 1. & conſil. 443. nu. 3 lib. 3. & in l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn de ſicar. quem refert Bolenc. in repe. l. capitalium, §. famoſos, nu. 75. ff. de pęnis. Ang. in d. l. 1. §. fi. nu. 3. & conſi. 14. nu. 3 Vbi dicit, q̃ iſta conſuetudo eſt approbata per totum mundum, quem refert Marãta in ſuo ſpec. fol. 26. nu. 54. Fulgo. cõſi. 149 poſt nu. 4. verſi. ſupereſt de tertio Catald. de ſynd. q̃ſt. 198. Vbi ſubdit q̃ quũ hæc ſit generalis cõſuetudo, non indiget ꝓbatione. Aug. ad Ang. de maleſi. in verbo. Et ex interuallo, poſt nu. 16. & in verbo, Vna alia percuſſione. poſt nu. 5. & in verbo Sẽproniũ, nu. 4. quẽ refert Grammat. deciſ. 2. nu. 8. referens ita fuiſſe iudicatum in cauſa veneni. Petrus de Soncino inter conſilia criminalia diuerſorũ, cõſ. 98. nu. 10. lib. 1. Marſil. conſi. 51. nu. 14 Boer. deciſ. 316. nu. 3. Riminal. conſi. 281 in fi. Igneus in l. & ſi certus, §. ſi vnus, nu. 63 ff. ad Sylle. Gomes. in §. item ſi quis, poſt nu. 29. Inſti. de actio. Afflic. ſuper prima parte conſtit. Regni, rubr. 41. in princip. nu. 6. & ſuper prima parte, rubr. 11. num. 2. Vbi loquitur etiam in atrociſſimis. Didacus in repe. clem. ſi furioſus, folio. 281. nu. 53. de homicid. Foller. in prac. crimi. cano. fol. 235. nu. 4. Grammat. uoto 19. nu. 4. & uoto 20. nume. 9. & conſil. crimi. 25. numero 5. & ſuper conſtit. Regni, folio. 14. num. 6. Mantua centuria prima, numero 5.

Michellus patrocinio x.num.1.vbi loquitur in aſſaſſinio. Villalpand.in repe.l.22.c.9.nu. 9. Et licet aliqui ex prædictis videantur loqui de ſtatutis, per quæ ſublatæ ſunt leges punientes conatum; eſt tamen abſolutum, quod etiam abſque ſtatutis ita eſt generali conſuetudine totius mundi introductum, ut in ſpecie atteſtatur Ang. in loco præallegato, & Ioſephus Fontanellus inter conſilia criminalia diuerſorum, conſi.97. nu 9. & ſeq. lib.2.& Maranta inter eadem conſilia criminalia diuerſorum, conſi.98.circa principium eo.uol.2. & alij multi ex prædictis Et de cõſuetudine Franciæ atteſtat Prac. Millei fol. 50 nu.35.& fol.111. nu. 25. Idem in ſpecie loquendo de pœna legis Corneliæ de ſicar. atteſtatur Bar.in pluribus locis, quos refert Igneus in l.1.§ ſi dominus,nu.6.ff.ad Sylle. & in d.§ ſi vnus,poſt nu.63.Prac.Iodo.c.67. nu.19.& dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium,verſi.Punitur etiam, & verſi. Vltimo quæro. Idem loquendo de pœna l. ſi quis non dicam rapere, C.de epiſc. & cleri. atteſtatur Mantua conſi.31.nu 2. lib. 2. vbi conſuluit, quod quidam, qui appoſuerat ſcalas nocte ad domum mulieris,ut eam uiolaret, non debeat puniri pœna mortis, ſed alia mitiori, prout etiam iudicatum fuiſſe per cõſi. Neapol.refert Afflic.deciſ.276.in quo ſĩ propoſito uidenda ſunt ea, quæ dixi ſupra quæſt. 68.uerſi. Aſcendens cum ſcalis. Adde, quòd hanc eandem opin. quod ſcilicet non puniatur conatus, niſi ſequutus ſit effectus, dicit eſſe cõem Barba conſi. 33.lib.1. prout illum refert Apoſtil.ad Dec. in l.nõ vult hæres, ſub nu.4.ff. de reg.iur. Grammat. uoto 8.num. 15. Et ſecundum hanc opi. pluries vidi in ſenatu iudicari, & in ſpecie de pudicitia attentata, Petrus Vicarietus, qui puellę nubilis lectum aſcenderat,& pectus tetigerat, neque vltrà progreſſus fuerat, habita remiſſione fuit abſolutus, 3.Iunij 1547 P. N.

a Scias tamen, † quòd (ſecundum aliquos) hæc concluſio, quòd conatus non puniatur niſi ſequutò effectu, locum non habet in delictis atrociſſimis, nã in illis punitur

b affectus, *b* etiam quòd effectus non ſequatur. Ita dicit glo.in d.l.1.§. hæc aũt uerba, in verbo. Putamus, ff quod quiſque iur. Et hãc dicit eſſe communem opi. Feli.in c. 1. poſt nu. 9.verſi.limita ſecũdo.de offi delega. Didac. in d.clem.ſi furioſus, fol.276.nu. 6. Et ideo ſecundum eos in crimine læſæ maieſtatis ac oppugnatæ patriæ,& ſimoniæ, & in volente aliquem veneno perimere, punitur conatus, licèt non ſequatur effectus. Et hanc eſſe cõmunem opin. dicit Boer. de ſeditioſis. in 7. preſuppoſito, nu.42. Idem atteſtatur Igneus in l.1.§ occiſorum, nu.41.ff ad Sylle ſe pluries vidiſſe obſeruari in latronibus graſſatoribus,& in veneficio,& in l ſi ſequẽs, §.cùm ex parte, nu. 10. eo. ti.q refert fuiſſe capitali ſupplicio affectum quendam nobilem, qui ſæpius conſpirauerat in necem agnati ſui proximi liberis carentis, pluriesq; attentauerat illum interimi facere veneno & ſagitta, licet illum occidere non potuiſſet; & quidam forenſis, qui de mandato alterius inſultum fecerat in quendam Papiẽſem animo eum occidẽdi, confeſſus delictum, fuit laqueo ſuſpenſus, nullo facto proceſſu, neq; datis defenſionibus, 25. Aprilis. 1547. Et in pluribus caſibus punitum fuiſſe conatum, nõ ſequuto effectu, refert Papo lib.23 tit.10. per totum. Sed certe videtur quòd ſecundũ alios

c de generali conſuetudine *c* etiam in atrociſſimis minus punitur, qui actum non perficit, licet deuenerit ad actum proximũ. Et ita atteſtatur Afflic. ſuper tertia parte conſtit.rubrica 24 in principio, poſt nu.15. Bertrand.conſi.228.nu.6.lib. 7. Quinimò hanc opin. dicit eſſe communem Marſil. conſil. 105 nu.1 loquens in aſſaſſinio. Idem in aſſaſſinio atteſtatur Taeg.in prac. crimi. c.20. num.7.& generaliter loquẽdo in atrocibus, in ea.prac.crim.c.7. num. 2. Grammat. uoto octauo, col. fi. prout illum refert Didac. in d.clem.ſi furioſus, fol.276. verſi.uerũ circa. Ego autem dico ſic: Aut lex uel ſtatutũ in huiuſmodi atrociſſimis expreſſe punit ſolum conatum,& ſeruata eſt; Aut non punit expreſſe conatum, & ſtandum eſt generali conſuetudini, ut conatus non puniatur, niſi ſequatur effectus. Et hæc opin. iudicio meo tutior eſt: nihilominus quia pluries uidi in his caſibus diuerſimode iudicari, quandoque puniendo conatum in atrociſſimis pœna ordinaria, & quandoque pœna extraordinaria; crederem in practica poſſe iudicẽ adhærere cui opinioni maluerit, inſpecta facti & perſonarum qualitate: conſulo tamẽ, ut ſemper in mitiorem partem inclinet. In his uerò, quæ atrociſſima non ſunt, nullo modo debet iudex pro ſolo conatu pœnam mortis imponere, niſi id expreſſe (ut dixi) ſtatuto vel lege caueatur; & eo etiam caſu, non niſi deuentum fuerit ad actum proximum & immediatum ipſi maleficio. Regulariter

lariter autem non debet iudex conatum im
punitum relinquere, ſed ſemper aliquam
pœnam extra ordinem infligere. Et nota q̃
in illis caſibus, in quibus ille, qui deuenit
ad actum proximum, non poteſt puniri pœ-
na ordinaria: debet tamen acrius puniri pro
motu iudicis, quàm ille, qui deuenit ad a-
ctum remotum. Et ita tenet conſuetudo, ut
dicit Bal. in l. data opera, num. 77. C. qui ac-
cuſ. non poſſ.

3 Scias etiam, † quòd in omnem caſum
diſpoſitio d. l. ſi quis non dicam rapere, & ſi-
milium, quæ expreſſe puniunt ſolum cona-
tum, etiam non ſequuto effectu, ſemper in
telligenda eſt ut procedat, quando deuen-
tum eſt ad actum proximum maleficio. Et
eſt communis opin. ut dicit Grammat. con-
ſi. 36. nume. 19.

ADDITIONES.

a Et conatus ad delinquẽdum.] Adde cona
tus ad delictum, quando, & qua pœna pu-
niatur, fuſius, quam hactenus expoſitũ per
Menochium de arbitr. iudi. caſ. 360. ac etiã
per do. Fel. in trac. de conatu.

b In illis punitur affectus.] Intellige de co-
natu proximo cõſummationi, vide p Alciat.
reſpon. 28. nu. 2. tom 2 lib. 7. & per do. Fe-
li. d. tracta. col. penul. & Iacob. Menoch. ubi
ſupra in 2 caſu princip. per totum.

c De generali conſuetudine.] Adde, ut per
Iaſ. de Lud in deciſi. Peruſin. 50. nu. 3.

Quæſtio XCIII.

SVMMARIVM.

1 *De forma ſententiarum criminalium.*
Et an pronunciari debeant ab ipſomet iudice, ibidem.

2 *Et an in ſententijs criminalibus iudex teneatur exprimere cauſam, verſicu. Fuit aliquando.*

3 *Et an valeat ſententia, Condemno Titium in centum, quæ ſi non ſoluerit amputetur ei manus, verſ. Quæro nunquid.*

4 *Et quid ſi iudex condemnet reum in maiori ſumma, quàm ſtatutum diſponat, an ſententia ſit nulla, verſicu. Quæro ſi iudex.*

5 *Et quid ſi iudex appoſuerit clauſulam, Saluo & reſeruato, &c. verſ. Sed pono.*

DICTVM eſt de pœnis, quæ
ſecundum delictorum qua-
1 litates imponi debent, † nunc
de forma ipſius ſentẽtiæ pro-
ferendæ aliqua breuiter ſu-
bijciamus. Et in primis ſcire debes, quòd li-
cet de iure ſentẽtia ferri debeat, & pronũcia-
a ri ore ipſiuſmet iudicis, a vt dixi infra lib.
proximo, nihilominus de conſuetudine Ita-
liæ notarius legit ſententiam, q̃ iudex dein
de dicit, Ita abſoluo, vel ita condemno. Et
ita obſeruatur, teſte Vitali. de maleſi. in ru-
br. de pœnis condemnatorum, nu. 26.
2 FVIT aliquando † dubitatum, nunquid
b in ſententijs criminalibus b iudex tenea-
tur exprimere cauſam? In quo quidem arti
culo magna eſt inter doctores altercatio: ſed
quicquid ſit de iure, Alber. in l. properãdũ,
§. illo, nu. 34 & ſeq. C. de iudi. dicit quòd cõ
tinue ſeruat̃ de facto, quòd inſerat̃ cauſa, q̃a
iudices maleficiorum ponunt in ſententiis
ſuis, Quoniam talis accuſatus fuit de tali
maleficio, & nobis conſtat per teſtes uel per
eius confeſſionem, quòd illud maleficiũ cõ-
miſit, ideo illum condemnamus, &c. Vel e
conuerſo, Quia repertus fuit innocens, illũ
abſoluimus. Et illud dictum Alberi. refert
Augu. ad Ange. de maleſi. in uerbo. Et quia
nobis, nu. 4. ſubdens quòd ſi iſta ſunt in ob-
ſeruantia, non recedamus ab ipſa. Apud nos
certe non ſeruatur talis practica, niſi quãdo
rei in contumaciam condemnantur, ut dixi
ſupra quæſt. 44. verſi. Videamus: ſed quãdo
ſunt præſentes, non dĩ niſi, uiſo proceſſu cõ
demnamus, uel abſoluimus, & ſententia ua
let & tenet. Vide in hoc propoſito ea, quæ
dixi ſupra q. 85. uerſi. Vlterius quæro.
3 Quæro, † nũquid ualeat ſentẽtia hoc mo-
do concepta, Condemno Titium in centũ,
quæ ſi non ſoluerit, amputetur ei manus?
Reſpon. quòd de iure hæc quæſtio non ca-
ret difficultate: tamen conſuetudo obtinuit
quòd tales ſententiæ ualeant, & ita practi-
camus, ut atteſtatur Bal. in l. cum iudex, in
fin. C. de ſenten. quem refert Aug. ad Ang.
de maleſi. in uerbo, Quas ſi non ſoluerit, cũ
quarto pluri. nu. 4. Idemq; ſi dicat condem-
no te in centum, quæ ſi non ſolueris intra
decem dies, condemno te, vt ſoluas in qua
druplum. Et ita de conſuetudine obſeruari
atteſtatur Specul. in ſecunda parte in tit. de
ſenten. §. ſpecies autem, nume. 5. ubi dicit
quòd quia ſic conſuetum eſt fieri, ideo ſic
obſeruandum eſt. Et illum refert Auguſt. in

loco præallegato. Vbi tamen non uigeret ſtatutum uel conſuetudo id diſponens, nõ crederem talem ſententiam ualere, neque ego ita iudicarem.

4 QVÆRO, † ſi iudex condemnauit aliquem in maiori ſumma, quàm ſtatutum diſponat, nunquid illa ſententia ſit nulla. Rñ. quòd quantum ad ſummam, in qua iudex exceſſit diſpoſitionem ſtatuti, omnes fatentur quòd eſt nulla, ut dicit Io. de Canemortuo conſi. 33. nu. 2. inter conſilia criminalia diuerſorum, li. 1. Quinimò multi tenuerũt, quòd etiam in totum vitietur. Et hanc opi. communiter probari atteſtatur idem Ioan. de Canemortuo in loco præallegato. Et iudex, qui male iudicauit, tenebitur verſus rẽ pub. ad intereſſe, prout quandoque in facto vidi obſeruari.

5 SED pone, † quòd iudex non ſit ualde expertus, præſertim in pœnis ſtatutarijs, nunquid poterit pronunciare hoc modo, Cõdẽno Titium ex tali cauſa in centum, ſaluo & reſeruato, quòd ſi cõdemnatio eſſet in plus, vel minus, quàm eſſe deberet ex forma ſtatutorum, illam ex nunc reduco ad debitã quãtitatem? Reſpond. quòd ſic. Ita tenet Bald. in l. certa, in vltimis verbis, C. quãdo prouoca. nõ eſt neceſſe, vbi etiam ſubdit, quòd ita de facto ſeruatur, quem refert Alexã. i l iudex poſteaquàm, poſt nu. 26. ff. de re iudi. & Marſi in rub. de probatio. nu. 429. & Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo, ſaluo & reſeruato, poſt nu. 4. ſubdẽs, quòd ſi ita obſeruat ordo iudiciorũ, fatuus eſſet iudex, qui recederet ab iſta obſeruantia. Sed certe apud nos hęc practica non ſeruatur, quinimò iudex, qui ita iudicaret reputaretur fatuus, prout etiã illam in practica non ſeruari atteſtat̃ Ama. de ſynd num. 162. Bene uidi ab aliquibus apponi in fin. condemnationis clauſulam, Et in omnibus & per omnia, iuxta formam ſtatutorũ ſuperinde diſponentium; quæ forte idem operaretur. Bar. autem in d. l. iudex poſtea quàm, nu. 5. dicit, ꝙ ſi iſta clauſula apponitur in ſententia ante verbum, Condemnamus, eſt magnæ importãtię, ex quo iudex oſtendit animũ ſuũ, ꝙ non intẽdit imponere maiorẽ uel minorẽ pœnã, quàm imponi debeat, ſecus autẽ (ſecundum eum) ſi illã apponas poſt verbum cõdẽnamus. Et dicit Ama. de ſynd. nu. 235. quòd ita concludunt communiter doctores. Sed certè (cum reuerentia tanti doctoris) iſta cõſideratio eſt nimis ſubtilis, meritò (ut dixi) receſſit ab aula.

ADDITIONES.

a Ore ipſiuſmet iudicis.] Eſt tex. & glo. in c. ſi de ſenten. & re iudi. in 6. & hanc regulam unà cum ſeptẽ fallẽtijs poſuit Soc. reg. 249.

b In ſententijs criminalibus.] Quod ſic probatur in l. ſi Præſes. ff. de pœn. Et regulam, ꝙ iudex cauſam in ſententia exprimere non debeat, ui. per Soci. reg. 244. cui adde uidendum per Natt. in conſi. 525. ſub num. 32. & Soc. ponit ſexdecim fallentias, & undecima eſt in cauſa criminali.

Quæſt. XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *De appellatione in cauſis criminalibus, & quibus caſibus permiſſa non ſit.*

2 *Et quid ſi delictum ſit notorium, verſiculo. Solet etiam.*

3 *Statutum diſponens quòd in cauſis criminalibus non liceat appellare, ualet, verſ. Cæterum.*

4 *Appellatio unius in criminalibus, an proſit alteri. uer. Quæro nunquid.*

5 *Clericus an poſſit pro condemnato appellare, ver. Sed an clericus.*

6 *Pendente appellatione à ſententia banni, an poſſit bannitus impunè offendi, verſiculo. Prætere a quæro. Remiſſiuè.*

7 *Si condemnatus in pœnam capitis & bonorum confiſcationem pendente appellatione deceſſerit, an extinguatur bonorum confiſcatio, verſiculo. Sed pone.*

8 *Et quid ſi decedat pendente tempore ad appellandum, uer. Sed quid ſi condemnatus.*

9 *Iudex primæ cauſæ an ſit citandus in cauſa appellationis, verſi. Quæro nunc.*

10 *Pendente cauſa nullitatis ſententię ſuperſedendum eſt ab eius executione, uer. Scias autem.*

11 *Et an in cauſa huiuſmodi nullitatis poſſit interuenire procurator, uerſiculo. Quæro an in cauſa. Remiſſiuè.*

12 *De literis admittentibus condemnatos in contumaciam ad nouas defenſiones, verſiculo. Eſt etiam.*

1 DICTVM eſt de ſententijs, quæro nũc, † nunquid in cauſis criminalibus licitum ſit appellare? Reſp. Aut reus eſt plene de ipſo delicto conuictus, & etiam illud eſt ſpõte cõfeſſus, Et hoc caſu non poteſt appellare, l. 2. C. quor. appellatio

nes

nes non recipiantur. Et quãuis ſit in illis quinque criminibus exceptis, uidelicet homicidij, ueneficij, adulterij, maleficij, & uię publicæ, de quibus in d.l.2. omnes conueniunt, ꝙ in illis non ſit deferendum appellationi, ubi à iudice rei illorum criminum, argumentis conuicti ſint, & teſtibus ſuperati, & propria uoce confeſſi. Et hanc dicit eſſe communem omnium doctorum ſententiam Igneus, in l. Et ſi certus, in principio, num. 19. ff. ad Sylle.
a Sed certe tenendum eſt, ꝙ non ſolum in illis quinque, ſed generaliter etiã in omnibus alijs concluſio locum habeat. Et ita hãc eſſe communem opi. atteſtatur Imol. in l. fi. § iuſſus. nu. 8, ff. de appell. Butr. in tractatu de notorio, articu. 4. nume. 50. quem refert Dueñas regula 156. in fi. Dec. in c. cum ſpeciali, §. porrò, nume. 4. de appella. quem refert Didac. prac. q. 23. num. 5. Si ergo talis reus conuictus, & ſponte confeſſus appellat, reijciẽda eſt appellatio, neque debet ab executione ſuperſederi. Et ita de cõſuetudine ſeruatur, ut dicit Bart. in l. qui vltimo, in fi. verbis, ff. de pœnis, prout illum refert Afflic. ſuper 2. parte conſti. regni, rubr. 10. nu. 56. dicet Bar. ibi loquatur de expectandis decem diebus, de quibus ego dixi infra q. 96. circa prin. Aut eſt confeſſus tantum, & non conuictus. Et tunc ſi non reuocauit ſuam confeſſionem, non auditur appellans, ſed poteſt iuſte tradi morti, ſecundum gl. in c. Romana, §. finantẽ, in uerbo, Vel de quo, de appella. in 6. quam ſequitur communis practica aſſeſſorum, ut dicit Bald. in l. 1. poſt nume. 10. ver. interdum autem, C. ne ex delicto defunctorum, &c. quem refert Auguſ. ad Ang. de maleſi. in uerbo, Præſente Caio, poſt nume. 21. & Apoſtil. ad deciſ. Tholoſ. 176. Hanc ẽt opi. dicit eſſe communẽ Didac. in d. qõ. 23. folio 167. col. 3. uer. 2. concluſio. Dicit etiam prac. Carer. fol. 17. numero 17. & fol. 32. poſt numerum 46. & fol. 65. poſt numerum 101. & folio 136. nume. 175. ꝙ hodie ex conſuetudine iudices obſeruant, ꝙ ex ſola confeſſione ſpontanea, uel etiam extorta & perſeuerata exequuntur ſententias capitales non admiſſa appellatione, licet ſecundum eum male faciant, & contra ius canonicum, & ciuile. Et licet aliqui dixerint, ꝙ hoc locum habet ſolummodo de iure canonico, vt ſcilicet confeſſus tantum non poſſit appellare: tamen magis communis opin. eſt, ꝙ in hoc non ſit differentia inter ius canonicum, & ciuile, ſed quod utroque iure ille, qui eſt ſolummodo confeſſus & nõ conuictus, non audiatur appellans, niſi adducat in appellatione cauſam probabilem contra ſuam confeſſionem. Et ita eſſe communem opin. atteſtatur Boſ. in ti. de appel. poſt nu. 27. Bal. autem in l. 2. nu. 11. C. quorũ appell. non recip. tenet, ꝙ ad hoc, ut poſſit reijci appellatio, requiratur utrunque, ſcilicet ꝙ ſit confeſſus, & conuictus. Et hanc dicit eſſe veram, & communem opi. Anton. Gomeſ. in c. 13. delictorum nume. 31. etiam ſi agatur de cauſa criminis læſæ Maieſtatis; alias (ſecundum Bal.) tenet appellatio. Et poteſt iudex, à quo, ei ſi uelit deferre; ſed ſi putat ei non eſſe deferendum, poteſt exequi ſentẽtiam ſuam; & ſubdit ꝙ ita ſeruatur de conſuetudine; quem refert Xuarez in ſuo uolumine repetitionem, fol. 506. nu. 5. in fi. Et ita reperio etiam concluſum fuiſſe per Curiam Tholoſ. in dicta dec. 176. ꝙ dato, ꝙ appellatio valeret, poteſt iudex à quo prius, ꝙ ſit ei inhibitum per iudicem ad quem, ſententiam exequi. Dicit ẽt Ang. de maleſi. in uerbo. Præſente Caio, & appellante, nu. 18. quod quando reus eſt ſpõte cõfeſſus, & conuictus, uel delictum eſt notorium, poteſt iudex ſententiam exequi, appellatione interpoſita non obſtante; & quod ſi aliter facit, peccat, & quod ipſe de facto ita Nurſiæ obſeruauit.

2 Solet etiam † dici, quod qũ delictum eſt notoriũ, non admittitur appellatio. Et quod criminoſus manifeſtus non auditur appellans, dicit communiter teneri Ana. in c. quã pernicioſum, poſt nume. 1. de uſur. Puto tamen in hoc eſſe diſtinguendum, iuxta ea quæ dixi ſupra quæſtio. 9. uerſicu. Quæro nunquid.

3 Cæterum † in hoc ducatu hęc omnia ſunt ſuperflua, quum per conſtitutiones ſublata ſit in cauſis criminalibus omnis appellatio, & dicto nullitatis; prout etiam in Conſilio Flandriæ obſeruari atteſtatur prac. Iodoci, c. 149. nume. 2. etiam ſi reus non ſit proprio ore crimen confeſſus. Et talis cõſtitutio ſeu ſtatutũ ualet, & eſt obſeruanda. Licet enim aliqui tenuerint ꝙ non ualeat, ex quo appellatio eſt ſpecies defenſionis, quæ eſt de iure naturali & conſequenter à lege ſeu ſtatuto tolli poſſe non debet, (quam opi. dicit eſſe magis communem Nicell. in concord. glo. c. 6. col. antepe. & pen.) nihilominus uſu & conſuetudine receptum eſt talia ſtatuta valere. Et ita communiter ſeruari atteſtatur Alber. in 4. par. ſtatuto. qõ. 53. nume. 4.

quem

quem refert Aug. ad Ang. de maleſi. in loco præallegato, poſt nu. 25. dicẽt reuera Alb. ibi loquatur in ſtatuto diſponente, quòd banni tus non audiatur etiam ad ſui defenſionem, ſed ab hac conſuetudine nullo modo eſt in practica recedendum.

4 Quæro, † nunquid in criminalibus appellatio vnius proſit alteri? Reſpond. quòd ſic. Et ideo ſi plures complices ſint condemnati, & vnus appellet, eius appellatio alijs prodeſt, & eſt communis opin. vt dicit Aug. ad Ang. de maleſi. in uerbo, præſente Caio, num. 33.

Regulariter autẽ in criminalibus poteſt quilibet de populo pro reo condemnato ap-
b pellationem interponere, b ut eſt text. in l. non tantum, ff. de appell.

5 Sed an † etiam clericus poterit pro huiuſmodi condemnato appellare? Reſpond. Aliqui dicunt quòd non, & dicit Spe. de aduoc. §. 1. nume. 8. quòd totius eſt, quod clericus à talibus cauſis abſtineat. Contrarium tenuit glo. in l. addictos, in uerbo, quibus. C. de epiſc. au. quam doctores ſequuntur, ut dicit Aug. ad Ange. de maleſi. in uerbo, præſente dicto Caio, nu. 5. Et hæc opi. uerior eſt, quũ enim appellatio veniat ad defenſionem rei, merito poſſe debet clericus illam interponere.

6 Præterea, † quæro, nunquid pendente appellatione à ſententia banni, poſſit bannitus impune offendi? Dixi ſupra hoc eo. li. § Homicidium, uer. Succeſſiue quæro.

7 Sed pone, † quòd Titius fuit cõdemnatus in amputatione capitis, & confiſcatione bonorum, appellauit, & pendente appellatione deceſſit, certum eſt, quòd reſpectu pœnę corporalis crimen habetur pro extincto, ut dixi ſupra quęſt. 51. uer. Quæro nunc. Quæro, an etiam ſit extincta confiſcatio bonorum? Reſpon. Aut ſententia eſt concepta per dictionem: Cum, puta, condemnamus Titium ad mortem cum confiſcatione bonorum, & eo caſu quum publicatio bonorum ſit acceſſoria ad pœnam corporalem, extinguitur morte, ſicut & ipſa condemnatio corporalis. Aut verò ſententia eſt cõcepta per copulatiuam, puta condemnamus Titium in amputatione capitis, & in confiſcatione bonorum, & hoc caſu etiam ſi reus moriatur pẽdente appellatione, non extinguitur confiſcatio bonorum. Ita diſtinguit Barto. in l. 3. in fin. C. ſi penden. appel. mors interuenerit. Et hanc dicit eſſe communem ſententiam Auguſti. ad Angel. de maleſi. in verbo, qui dominus iudex, nu. 49. & in uerbo, & eius bona, num. 3.

Vide quæ dixi in d. quæſt. 51. verſicu. Scias etiam.

8 Sed quid † ſi condemnatus decedat non quidem interpoſita appellatione, ſed pendẽte tempore ad appellandum, nunquid erit locus bonorum confiſcationi? Reſpõ. In hoc articulo variæ fuerunt opin. doctorum, tu vi dere potes diſtinctionem traditam per Ang. de maleſi. in uerbo, præſente Caio & appellante, nu. 35. quã dicit ipſe eſſe ex mente omnium. Et quia nimis longa eſt, eam hic non tranſcribo. Quid autem dicẽdum ſit, ſi reus poſt condemnationem admiſſus fuerit ad nouas defenſiones, & pendente hoc ſecundo proceſſu deceſſerit, dixi ſupra quæſt. 44. verſicu. Dixi quòd.

9 Quæro † nunc, an in cauſa appellationis citandus ſit iudex, qui primam ſententiã protulit? Reſpond. Aliqui dicunt, quòd eſt citandus, aut iudex, aut ſyndicus fiſci, cuius intereſt. Et dicit Ang. de maleſi. in uerbo, præſente Caio & appellante. nume. 27. quòd ita uidetur practicari. Alij uerò dicunt, quòd quando iudex, qui primam ſententiam protulit, proceſſit ex officio, ſemper eſt citandus in
c cauſa appellationis. c Et hanc opin. dicit eſſe communem Carauita ſuper ritu 260. magnę curiæ, poſt nu. 14. ſubdens tamen quòd in Regno Nea. nullo caſu citatur primus iudex, ſed eius loco procurator fiſcalis illius curiæ. Apud nos autem, ex quo non datur appellatio, non ſeruatur hæc practica, nec alicubi uidi vnquam citari iudicem, niſi ageretur ẽt de condemnando ipſo iudice propter ſordes, uel iniuſtitiam Bene citandus eſt fiſcus, cuius intereſt, in cã appellationis, prout etiã citatur in cauſa principali, iuxta ea quæ dixi ſupra q. 31. uerſi. ulterius quæro.

Poteſt etiam dici de nullitate ſententiæ criminalis. Cauſas uerò nullitatis, quæ deduci poſſunt contra ſententia, potes per te videre in diſcurſu materiæ, & præſertim ſupra quæſt. 50. & ſeq.

10 Scias autem † ꝙ pendente nullitate ſnīæ criminalis, nõ ſit eius executio, quę cõtineat pœnã irretractabilem, etſi cognitio talis nullitatis requireret altiorem indaginem. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Iaſ. in l. 3. § ſi ſeruus, nu. 9. ff. de acqu. poſſ. prout illũ refert Boſ. in ti. de nullitate, aduer. ſent. nu. 4. Videtur enim, ꝙ pendente cauſa huiuſmodi nullitatis non calumnioſæ, bannum ſit ſuſpenſum, prout tenuit Alex. in d. l. 3. §. ſi ſeruus, nume. 7. cuius opi. dicit eſſe communem

Afflic.

Afflic. ſuper 2. parte conſt. Regni, rub. 1. nu. 15. & conſequenter non poteſt interea bãnitus impune occidi, Et ita communiter concluditur, vt dicit Boſ. in loco præal. nu. 5. Vide quę dixi ſupra hoc eo. lib. § Homicidium ver. Succeſſiue quæro.

11 Quæro, † an in cauſa nullitatis ſententiæ criminalis poſſit interuenire ꝓcurator? Dixi ſupra q. 32. uerſ. Quæro an in cauſa.

12 Est etiam † alius modus veniendi cõtra ſententiam criminalem, ſcilicet, quando cõdemnatus in contumaciam admittitur ad nouas defenſiones. Talis auté admiſſio non fit niſi per principem. Et hoc ex ſtylo & conſuetudine inolita, ut dicit prac. Iodo. fo. 83. nu. 3. & in hoc Ducatu non fit, niſi per principem, vel per ſenatum, qui repræſentat perſonam principis, & cui princeps commiſit omnia ad iuſtitiam pertinẽtia. Et ita declarauit ſenatus obſeruari debere, & grauiter reprehendit Commiſſarium Pontremuli, q ad nouas defenſiones admiſerat ſua authoritate quẽdam bannitũ pro fratricidio, vlti. Octob. 1550. P. N. Et de hac materia litterarum admittentiũ ad nouas defenſiones, nos habemus decretum in nouis cõſtitutionib. in ti. de accuſa. in fi. per quod datum eſt ſenatui arbitrium illas concedendi vel denegãdi, iuxta facti & perſonarum qualitatem. Regulariter autem ſenatus illas concedit, niſi indicia ſint adeo vrgentia, ut reus uteriſimiliter ſe tueri non poſſit, niſi producendo falſos teſtes, prout ſeruatum fuit in cã Alexandri Buccæ, 20 Septẽb. 1558 P. N. & Nicolai Coduri, 5. Iulii 558. Et ſcias, ꝙ extat ſenatu conſultum conditum de an. 1548. 26. a Octo. P. N. ꝙ admiſſi ad nouas defenſiones pro cauſa, quæ conſtitutionem perſonalem requirat, teneantur ſe conſtituere termino decem dierum à die conceſſionis admiſſionis, aliàs admiſſio habetur pro non facta. Et ideo ex ſtylo ſenatus ſemper apponitur in ipſis litteris terminus decem dierum eas impetrantibus, ad eas præſentandum, & perſonaliter ſe conſtituendum, quem terminum b ego nunquam vidi prorogari, niſi ſemel cuidam Perino Bertino, qui propter abductionem cuiuſdam quantitatis caſei fuerat capitaliter condemnatus, & hoc me contradicente vnà cum nonnullis aliis ſenatoribus, quibus placebat ordinum obſeruantia, ſed contrarium placuit maiori parti. Hanc autem admiſſionem, ut ſcilicet reus etiã poſtquam propter contumaciam fuit bannitus, c tanquam confeſſus & conuictus, ſit nihilominus audiendus, ſi uelit innocentiam ſuã demonſtrare, dicit eſſe de iure faciendã, Grãmat. ſuper prag. Regni, fol. 168. nu. 18. & ibi refert per conſi. Neap. in facti contingentia ita fuiſſe deciſum, & admiſſum quendã medicum condemnatum in amputatione manus. Et ita in facti contingentia cõſuluit etiam Natta conſi. 444. Vide quæ dixi infra q. 96. ver. Quæro nunquid. In hoc autem Ducatu per nouas cõſtitutiones, in tit. præallegato, talis admiſſio remiſſa eſt arbitrio ſenatus. q intellectis indiciis quandoq; illam cõcedit, eã quandoque etiam negat. Regulariter aũt iſtæ litteræ non conceduntur niſi petentib. dicit tamen Boſ. in ti. de litteris princip. &c. nu. 4. ꝙ præſes Marlianus eas quandoq; cõcedebat etiam non petentibus. Et ego etiã ſemel uidi, ꝙ quum fuiſſent conceſſæ literæ ad nouas defenſiones cuidã Io. Calmo Cerdoni capitaliter condemnato ad furcas pro robaria, qui fuerat deinde captus per prætorem Variſi, & eius gentes non curarét eas, (vt dicit) leuare & præſentare, ſenatus iuſſit eas tranſmitti ex officio ad ipſum prætorem, cui mandauit, ut eas exequeretur, etiã illo non petente, 4. Septemb. 1557. P. N.

An autem admiſſus ad nouas defenſiones, ſtatim facta admiſſione recuperet bona confiſcata, & an ipſi incumbat onus probandi innocentiam ſuam, dixi ſupra q. 44. uerſ. Dixi quod, &c.

ADDITIONES.

a Sed certe tenendum eſt.] Adde, ꝙ & hãc communem refert, comprobat, & ſequitur Rolan. in cõſ. 73. poſt nu. 26. li. 3. ubi plene. & plenius per Maſuer. ad prac. Papien. ti. de appella. à diffini. gl. 1. addi. Inci. In uero contumace. Et iſtam regulam unà cum octo limitationibus uide per Duen. ea. reg. 156. & plenius uide in collect. mea commu. opi. cap. conuictus.

b Appellationẽ interponere.] Quid ſi periculum eſſet in mora, vide per prac. Caret. pagi. 55. num. 89. vbi non admitti appellationem, ait: & quod tũc poteſt iudex facere cõuictum renuntiare defenſionibus, & ipſum propter periculum decapitare, & ſic accelerari executionem. Item quòd iudex poſſit accelerari executionem, ut per eundẽ § homic. vltimo. ſub nu. 79.

c In cauſa appellationis.] Adde, quod commune

munē etiam teſtatur. Dec. in c. cum ſpeciali. §. porrò, poſt nu. 27. de appella. qui declarat, nu. 28. & 29. Et communem hanc habes in collecta. mea commun. opin. cap. iudex, numero primo.

Quæſt. XCV.

SVMMARIVM.

1 *Qua ſit forma exequendi ſententias criminales pecuniarias.*

Et an condemnato detur dilatio ad ſoluendum, prout fit in cauſis ciuilibus ibidem.

2 *Et quid ſi reus non habeat modum ſoluendi, an luere debeat in corpus, verſic. Sed quid ſi reus.*

3 *Et quid ſi non in fraudem legis deliquerit, ver. Et ſcias.*

Et an id ſeruandum ſit etiam contra officiales in eorum ſyndicatu, ibid.

4 *Et quid ſi pars, cui venit applicanda pars pœnę pecuniarię, nolit conſentire, quòd fiat commutatio in corporalem, verſicu. Sed quaro.*

5 *Et quid agendum, ſi condemnatus offerat cedere bonis, verſ. Sed pone.*

Et quid ſi in ſolutione deficiat in uno nummo, verſ. Quaro quid ſi iſte.

7 *Et quid ſi reus ſit ſoluendo, malit tamen ſubire pœnam corporalem, verſicu. Quęro etiam.*

8 *Iudex an poſſit mulctam propter paupertatem remittere, verſ. Hat autem.*

9 *Quando pars pœna applicatur parti offenſa, & pars fiſco, an tota fiſco ſolui debeat, verſic. Solet etiam.*

1 QVÆRO, quæ † ſit fórma exequendi ſententias in criminalibus? Reſpon. quòd ſi quidē condemnatio eſt pecuniaria, & reus in carceribus detentus, ſolet retineri, donec ſoluerit ipſam condemnationem, nec relaxatur, ſi offerat idoneam cautionem. Et aduerte, quia licet in ciuilibus condemnatus in pecunia habeat terminum quattuór menſium ad ſol-
a uendum, a ut dixi infra lib. proximo, aliud tamen eſt in criminalibus, nam ille, q. eſt pro crimine condemnatus ad ſoluēdum pœnam pecuniariam, non habet huiuſmodi terminum quadrimeſtris ad ſoluendum. Et hæc eſt communis opi. vt ait Iaſ. in l. debitoribus, nu. 16. & ſeq. ff. de re iud. quem refert Boſ. in ti de ſenten. nu. 111. ſed compellitur ad ſoluendum ſtatim, uel intra modicum tempus arbitrio iudicis. Quando uerò dubitetur, an reus habeat modum ſoluendi, uel timeatur, ne bona eius mobilia occulte alio transferantur, ſolet (fiſco inſtāte) fieri apprehenſio bonorum condemnati. Si verò reus, condemnatus in pęnam pecuniariam, eſt extra carceres, tūc quidem in principio proceſſus præſtitit fideiuſſorem de ſe conſignādo, vocatur fideiuſſor, qui eum conſignet, & vbi ſit cōſignatus, non dimittitur, donec ſoluerit, vt ſupra dixi. Si uerò præſtitit fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, vocatur fideiuſſor, ut ſoluat, & contra eum, ſi non ſoluit, conceditur executio. Et ſcias, ꝙ contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo poteſt executio fieri ſine nouo proceſſu. Ita tenet Bar. in l. 1. num. 2. ff. de iudica. ſolu. & ita concludunt communiter Doctores; ut ait Cagnola, in l. nemo alienæ, in fi. ff. de regu. iur. Vide quæ dixi ſupra q. 46. ver. ubi verò, & ſeq. Si autē reus non ſit in carceribus, neque ſub fideiuſſore, tunc ſequuta condemnatione ſtatim conceditur contra eius perſonam, & contra eius bona executio realis & perſonalis, &c. Et ita hodie ſeruatur, ut dicit Carauita ſuper 134. ritu magnæ curię, nu. 1. licet forte (ſecundum eum) deberet obſeruari ordo traditus in l. à diuo Pio, §. in uenditione, ff de re. iudi.

2 SED quid † ſi reus nō habeat modum ſoluendi? Reſp. ꝙ hoc caſu ſeruanda eſt regula ꝙ qui non habet in ære, luat in corpore, l. ſi. ff. de in ius uoc. Et ita ſolet communiter dici, ut ait Berous in c. cognoſcentes, nu. 42. de conſti. Et poterit iudex, qui uidet reū nō eſſe ſoluendo, commutare pœnā pecuniariā etiam in corporalem. Et ita quotidie obſeruatur. Bene uerum eſt, ꝙ hæc commutatio in hoc ducatu non fit niſi per ſenatum. Et ideo fuit grauiter repręhenſus quidam Prętor, qui fecit fuſtigari incōſulto ſenatu quēdam Antonium Rauarium, qui non habebat modum ſoluendi pęnam pecuniariam in quam fuerat pro blaſphemia condemnatus, 29. Auguſti 1559. P. N.

3 ET ſcias, † ꝙ licet aliqui dixerint, ꝙ hæc regula locum non habet, niſi in eo, qui deliquit in fraudē legis, ſciens ſe nō poſſe ſoluere pęnam pecuniariam, communiter tamen

Do-

Doctores tenent contrarium, ſcilicet quod indiſtincte locum habeat, ſiue deliquerit ea cogitatione, ſiue non, ut atteſtatur Sal. in l. ſi. poſt num. 4 C. de ſepulc. viola. Et nota, quod hęc concluſio de rigore iuris ſeruanda eſſet etiam contra officiales, qui condemnantur in ſyndicatu, ut ſcilicet ſi non poſſunt ſoluere pœnam pecuniariam, in qua fuiſſent condemnati, punirentur pœna corporali: nihilominus de conſuetudine hoc nõ ſeruatur cõtra ipſos, ſed ſolummodo tenẽtur in carceribus, donec ſoluerint, ut dicit Bal. in c. 1. §. iudices, nu. 2. de pace iur. fir. ubi etiam Apoſ. atteſtatur, quod ita obſeruat practica, & illum refert Pariſ Put. de ſynd. fol. 300. nu. 12. & Amad. de ſyn. nu. 160. & Apoſtil. ad Bar. in l. ſi iudex, in verbo, Si iudex. ff. de varijs, & extraor. cogni. & Iacobi. de S. Georg. in l. filiusfam. nu. 5. ff. de iud. & in l. mancipia, nu. 9. C. de ſeruis fugi. ut plurimum tñ officiales, tam in principio officij, quàm tempore ſyndicatus, præſtãt idoneos fideiuſſores, q. deinde compelluntur ad ſoluendas cõdemnationes contra eos ſequutas. Et ſic iſta quõ raro contingit in practica.

4 Sed quæro, † quid ſi pars, cui in totũ uel pro parte uenit applicanda pœna pecuniaria, nolit conſentire, quod iſte condemnatus, q reuera non eſt ſoluendo, poſſit luere in corpus? Reſpond. quod hoc caſu non debet iudex aliquid decernere, ſed permittere, quod condẽnatus ſtet in carceribus. Et hęc eſt communis opi. ut dicit Boer. dec. 349. poſt nu. 8. colum. 3. verſi. 2. ſi is.

5 Sed pone, † quod iſte qui eſt condemnatus ex delicto in pœnam pecuniariam, offerat cedere bonis, nunquid erit audiendus? Rñ. quod non, ſed opus eſt, quod luat in corpore. Et ita tenent communiter Doct. ut dicit Albe. in 2. par. ſtatutorum, q. 196 Item quæro, an in pęnis. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Cępolla conſi. crim. 9. ver. & ex prædictis apparet, quem refert Didac. li. 2 reſolu. c. 1. nu. 8. Dec. in l. ſi quis id quod, numero 21. ff. de iuriſdict. om. iud. licet ſecus ſit in debitore ex contractu, ut dixi infra li. 7. §. obligatio. Regulariter in obligationibus deſcendentibus ex maleficio, non poteſt quis uti beneficio ceſſionis bonorum. Et ita tenent cõmuniter Doct. ut atteſtatur Albe. in rub. C. qui bo. ced. poſ. poſt nu. 14. ver. vlt. quęritur.

6 Quæro † quid ſi iſte reus in ſoluenda pœna in vno nummo cõtumaciter deficiat, nũquid adhuc opus erit, ut luat in corpore? Rñ. quod ſic. Ita tenet Bal. in d. l. fin. in ultimis verbis, C. de ſepulc. viola. & eſt communis opi. ut dicit Gomeſ. in § pęnales, nu. 18. inſti. de ac. ſubdens quod licet hæc opinio ſit dura, tñ quia communis, non eſt ab ea in iudicando recedendum, & illum refert Boer. in d. dec. 349. poſt nu. 8. verſi. quinimò ſi talis, & Viuius in lib. communium opi. in uerbo, Cedere volens.

7 Quæro etiã † quid ſi reus ſit ſoluẽdo, malit tñ ſubire pęnam corporalem, quàm pecuniariã nunquid erit audiẽdus? Rñ. quòd nõ, ſed cogendus eſt ſoluere pęnã pecuniariã. Et eſt communis opi. ut dicit Dec in d. l. ſi quis id quod, num. 22 & ſequen.

8 Hac autem † omnia locum habent in condemnatione pecuniaria per ſententiam diffinitiuã prolata, ſed ſi eſſet mulcta fiſco debita, eo caſu non eſſet neceſſe propter paupertatem rei illam commutare in pęnã corporalem, ſed poſſet iudex illam diminuere, & etiam remittere. Et hæc eſt cõmunis opi. ut atteſtatur Menchiaca controuerſ. illuſtr. c. 24. nu. 15. Et ita etiam ſæpenumero per ſenatum fieri vidi, & etiam magiſtratus ſolet ſumptis informationib. de paupertate, mulctatos admittere ad compoſitionẽ, quæ non ſit minor parte totius mulctæ.

9 Solet etiam † quãdoque in hoc propoſito dubitari, quando pars pęnæ applicatur fiſco, & pars delatori, uel notificãti, uel alteri priuato, an debeat tota ſolui fiſco, an autem cuiq; ſua pars? Tu dic, quòd tota dẽt ſolui fiſco, & poſtea ille, qui debet habere partẽ, debet ire ad fiſcum, & ſuam partem petere. Ita dicit Bar. in l. ſi quis delatorẽ, §. ſenatus, nu. 2. ff. de iure fiſci, & ita de conſuetudine obſeruatur, prout etiam ſe multoties practicaſſe atteſtatur Ang. de maleſi. in uerbo Dãdis & ſoluendis, num. 1. & ita ſæpius concluſum fuit in magiſtratu.

ADDITIO.

a Quatuor menſium ad ſoluendum.] Hanc regulam cum ſex fallẽtijs, uide per Soc. mihi ſub reg. 489.

Quæſt. XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia capitalis an ſtatim executioni mittenda ſint contra condemnatum, an autem*

tem expectandi ſint decem dies dati ad appel landum.

2 *Et quid ſi reus ſit crimen confeſſus, verſicu. Et hæc quidem.*

3 *Bannitus & condemnatus in contumaciam, ſi veniat in fortiam officialis, an ſtatim ſit contra eum facienda executio condemnationis, verſiculo. Quæro nunquid.*

4 *Et an eo caſu debeat iudex prius inquirere de ueritate criminis, verſ. Sed nunquid.*

5 *Et quid ſi bannitus uelit contra bannum aliquam exceptionem proponere, uerſiculo. Sed pone.*

6 *Et an poſſit iudex exequi ſententiam contra bannitum, qui per uim ductus fuerit in eius territorium, uerſiculo. Sed quid ſi bannitus.*

7 *Iudex ſecularis, ad quem remittitur delinquens condemnatus à iudice eccleſiaſtico, an debeat ſtatim exequi, vel ſuper ipſo crimine de nouo cognoſcere, uerſiculo. Quæro etiam.*

8 *Et quid è conuerſo, verſiculo. Quid autem. Remiſſiuè.*

9 *Iudex unius territorij an poſſit exequi ſententiam criminalem latam per iudicem alterius territorij, uer. Item quæro.*

10 *Mortuo condemnato ante executionem, quid facere debet iudex, uerſiculo. Sed hic quæro, Remiſſiuè.*

11 *Condemnatus ad mortem an poſſit teſtari, uer. Sed hic incidenter. Remiſſiuè.*

NVNC de executione ſententiarum corporalium videamus. Et in primis quæro, † nun-
1 quid lata ſententia capitali contra aliquem, debeat ſtatim eius executio fieri, an autem ſit differenda, donec lapſi ſint decē dies, quod eſt tempus à iure communi conceſſum ad interponendā appellationē, ut dixi infra li. proximo? Rñ. q eſt differenda executio, donec lapſum ſit tempus ad appellandum. Ita tenet Bartol. in l. qui vltimo, in fi. ff. de pœnis, & ita communiter tenetur, ut dicit Pariſ. Put. de Syn. fol. 162. poſt nu. 11. uer. & licet gl. Hanc etiā dicit eſſe communem opi. Fel. in c. quærēti, num. 3. de eſ. dele. quem refert Didac, prac. quæſt. 23. poſt nume. 4 ver. 6. eſt omnino, & Boſ. in tit. de appel. nume. 4. Card. Alexan. in c. ſicut, col. 1. ver. ſi uerò, 2. quæſtio. 1. Sed certe quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de conſuetudine, nam ſententiæ capitales immediate mittūtur executioni, nō expectatis dictis decem diebus, ut atteſtatur ipſemet Bar. in loco præallegato, quem refert Ang. de malefi. in verbo, Et ibi caput, num. 25. & Maria. in repe. c. qualiter & qñ, num. 3. & Diaz regula 110. Abb. in c. quærēti, n. 4. Gul. de Benedic. in 2. par. ca. Raynutius, fo. 100. num 267. Paris Put. in loco ſal. Foller. in prac. crim. fol. 350. nu. 5. Et in ſpecie in patria Delphi. ita ſeruari affirmat Guido Papæ deciſ. 74. in fi.

2 ET hæc quidem conſuetudo maximè locum haberet in eo, qui eſſet confeſſus delictum, de quo etiam aliter liquebat, nam hoc caſu forte non erraret iudex, qui ſententiā exequeretur intra tempus datum ad appellandum, ut dicit Bal. in l. obſeruare, § proficiſci, poſt nu. 9. ver. 12. quæritur. de offi. procon. vbi etiam ſubdit, q ita ſeruat conſuetudo, quem refert Aug. ad Ang. de male. in verb. Et ibi caput, nu. 26. & Amad. de ſynd. poſt num. 242. ver. ſic etiam, & Pariſ. Put. de ſyn. fol. 163. nu. 19. Ego uerò dicerem, q in caſibus in quibus iudex tenetur deferre appellationi in cauſis criminalibus, ſemper deberet differri executio, ubi uerò non poſſet appellari, uel iudex non teneretur appellationi deferre, crederem iudicem non male facere, etiam ſi non expectato lapſu temporis ad appellādum, ſententiam ſuam exequeretur. Sed in omnem caſum nō puto recedendum à conſuetudine prouinciæ.

3 QVÆRO, † nunquid ſi bannitus, & condēnatus in contumaciā, veniat in fortiam officialis, qui eum condemnauit, debeat ſententia contra eum lata executioni mandari? Reſpō. Aliqui dicunt q ſic. Et in hoc traditur forma, quam iudex ſeruare debet, ut ſcilicet faciat bannitum recognoſcere bannum, & fateri ſe eſſe eum, qui in ipſo banno eſt nominatus, deinde ſentētiam exequatur. Ita dicit Bar. in l. diuus, nu. 5. ff. de cuſto. reorum, ſe ita ſæpius practicaſſe, & in l. inter ſtipulantem, §. 1. nume. 13. ff. de uerb. obligat. ubi dicit, q boni aſſeſſores ita ſeruant, quem refert Sal. in l. quicunque, poſt nume. 2. C. de requ. reis, & Igneus in l. lege Cornelia, nume. 61. ff. ad Syll. Hanc etiam dicit eſſe communem practicam Ange. in d. l. inter ſtipulantem, §. 1. nume. 4. prout illum refert Prac. Carer. folio 43. nume. 64. Ioan. Arno. commentario 42. & epito. 87. ponam caſum. Et dicit Grammat. ſiue Bartholomeus Vinciguerra ſuper cōſt. Regni, fol. 54.

nu. 8. ꝙ ita in practica ab antiquo introductum extitit. Et adde, ꝙ ſi neget ſe eſſe illũ, de quo in bãno, poterit iudex illum torquere, vt confiteatur ſe eſſe perſonam deſcriptã in banno. Et hæc eſt cõis practica, ut dicit Marſi. ſing. 72. per totã fere, quem refert Rolan. conſi. 60 num. 27. lib. 2. Dicit etiam Nellus de bannitis in tertia parte prim: temporis, q. vltima, ꝙ rectores ſolent ex communi obſeruantia facere etiam ut bannitus confiteatur ſe delictum illud commiſiſſe, quam tamen practicam dicit eſſe plenam periculo Boſſ. in ti. banniti quid amittanr, nu. 18. licet dicat quòd ſenatus aliquando illã obſeruat. Multi tamẽ tenent contrariũ, quòd ſcilicet debere de iure non obſtante banno audiri; quinimò dicit Alber. in l. in eos, circa princi. ff. de cuſt. reorum, ꝙ deberent quaſi re integra audiri, licet de quadam praua conſuetudine ciuitatum ſtatim executioni mandẽtur. Et dicit Iaſ. in d. l. inter ſtipulantem, §. 1. in fi. quòd hæc practica cõmuniter reprobatur, & quòd in hoc Bart. cõmuniter damnaẽ. Sed qcquid ſit de iure, ego ſemper uidi practicam Barto. ab omnibus obſeruari, & ideo putarem minime mutandam eſſe, &c. Vide in hoc propoſito quæ dixi ſupra quæſt. 94. ver. Eſt etiam.

4 Sed nunquid † debet iudex, priuſquam talem ſentẽtiam exequatur, inquirere veritatem criminis? Reſpon. ꝙ non, quia quum ex diſpoſitione ſtatutorum ille habitus ſit pro confeſſo & cõuicto, ſupinus eſſet iudex, ſi eum admitteret ad nouum proceſſum faciẽdum, aut ipſe vlterius inquireret. Et ideo abſque ulla alia inquiſitione criminis debet fieri executio banni & ſententiæ. Et hæc eſt communis opi. vt atteſtatur Anto. Gomes. ſuper l. 76. Tauri, nu. 13. Et ita etiam cõmuniter ſeruaẽ, ut dicit Imola in l. is qui reus. circa prin. ff. de publi. iud. In aliquibus tamẽ locis cõtrarium ſeruatur, quia. ſ. prius diſcutitur cã banni ſiue condemnationis. Et ita ſeruatum ſemper fuiſſe in parlamento Rothomagenſi atteſtatur Igneus in l. 3. §. ſi maritus, num. 15. ff. ad Sylle. Reperio etiã quòd Boſſ. in tit. de confeſſis per torturam, nume. 23. & in ti. de requirendis reis, poſt nu 1 dicit, quòd ſenatus vtiẽ alia practica, quia ſ. qñ tales banniti ueniunt ad manus iuſtitiæ, ſi ex qualitate indiciorũ res nõ ſit clara, nõ dãnantur, ſed torquẽtur. Sed certè ego nunꝗ hoc uidi ſeruari, nec audiui ſeruatum fuiſſe, nã niſi talis cõdẽnatus petat ab ipſo ſenatu ſe admitti ad nouas defenſiones, ſemper ſententia cõtra eũ lata executioni mittitur. Bene uerũ eſt, quòd licet poſt admiſſionẽ nihil probet, quòd releuet, ſi tñ indicia contra eũ exiſtentia fuiſſent ualde debilia, non ſit executio ſententiæ, ſed uel torquetur, uel commutatur pœna, & mitigatur. Et credendum eſt etiam Boſſ. ita intellexiſſe, ut colligitur ex iis, quæ ipſemet dicit in titu. de litteris principis, &c circa fin.

5 Sed pone, † quòd bãnitus velit opponere aliꝗ exceptionẽ contra bannũ, nunquid erit audiẽdus? Rñ. quòd de iure talis bãnitus captus, licet ex forma ſtatuti habeaẽ pro cõfeſſo & cõuicto, põt nihilominus per uiã exceptionis impedire executionem, mõ exceptio ſit talis, quę ſi fuiſſet oppoſita à principio ante bannũ, nõ fuiſſet cõpulſus iudiciũ ſuſcipere. Ita dicit Bar. in l. nõ vr. la prima. in fin ff. de iudi. & eſt cõis concluſio, ut dicit Rolan. in d. conſ. 60. nu. 30. li. 2. Sed apud nos de conſuetudine, & ex ordinibus huius Ducatus, nũquam auditur bannitus ad aliquid apponendum, niſi ſit à principe vel ſenatu ad nouas defenſiones admiſſus, vt dixi ſupra q. 94. verſicu. Eſt etiam alius.

6 Sed quid † ſi bãnitus exiſtẽs extra territoriũ iudicis bãniẽtis, per vim ductus fuerit in eius territoriũ, nũquid ſñia poterit cõtra eũ mitti executioni? Rñ quòd nõ, ſed dẽt priſtinę libertati relaxari. Ita dicit Bal. in auc. itẽ nulla cõmunitas, circa ñ. C. de epiſ. & cler. & eſt approbata doctorũ ſententia, ut atteſtaẽ Rolan. conſi. 60. nu. 9. lib. 2. Quod quidẽ ego intelligo vt procedat, quando ita per uim capitur & duciẽ à priuatis, ſed ſi fuiſſet extra territoriũ iudicis cõdẽnantis captus à iudicẽ alteri⁹ territorii, & remiſſus ad iudicẽ bãniẽtẽ, credo ꝙ poſſet cõtra eũ exequi ſñiã. Licet enim iudices diuerſorũ territoriorũ, pſertim ſub diuerſis principibus exiſtẽtiũ, hodie ex cõſuetudine nõ teneãtur delinquẽtes, & bãnitos inter ſe remittere, ut dixi ſupra q. 38. ver. Sed certe, nihil tñ phibet quominus talis remiſſio fieri poſſit. Et ideo nõ cõfidant banniti ſuper conſi. Rolandi ſupra allegato, quia ego vidi plures bãnitos ita captos & remiſſos, ductos contra eorũ voluntatẽ in territorium iudicis bannientis decapitari, & ſuſpendi. Quinimò recordor, ꝙ ſuperioribus annis quidã ſicarii banniti ab hoc ducatu, q. traditi fuerũt nõ à iudice, ſed à carceratio loci Viarolę agri Brixienſis prætori Cremonę, iuſſi fuerunt illico ſuſpendi, 10. Ian. 1556. Et

licet

licèt ſuperinde fuerit exclamatum per Ve-
netos,quibus res aliter,q̄ ſe habebat, ſignifi
cata fuerat;ſñ re intellecta,acquieuerunt.

7 Quæro etiam † ſi iudex eccleſiaſticus ali-
quem condemnauit , deinde illum remiſit
curiæ ſeculari puniendum , nunquid debet
iudex ſecularis,cui facta eſt remiſſio,ſenten
tiam ipſam ſtatim exequi , an autem ſuper
ipſo crimine de nouo cognoſcere? Reſpon.
quòd regulariter non tenetur ſtare proceſ-
ſui facto coram iudice eccleſiaſtico , ſed de-
bet ipſe de nouo cognoſcere. Et hæc eſt cō-
munis opin.ut dicit Feli. in c. at ſi clerici,in
principio,nu.14.de iudi.quem refert Afflic.
ſuper prima parte conſtitut.Regni, rub.27.
nu.32.& Curt.Iun.in l. magiſtratibus , nu.
4. ff. de iuriſd. omnium iudic.Scias tamen,
quòd hęc cōcluſio intelligēda eſt vt ,pcedat
in illis criminibus , in quibus ſi reus fuiſſet
laicus , potuiſſet iudex ſecularis cognoſce-
re: ſecus autem ubicunque crimen , de quo
agitur,eſt mere eccleſiaſticum, & ſic tale,de
quo iudex laicus nullo modo cognoſcere
poteſt . Et ideo ſi inquiſitor,aut alius iudex
eccleſiaſticus condemnet aliquem tāquam
hæreticum, deinde illum tradat iudici ſecu
lari puniendum , non poterit iudex ſecula-
ris deilla condemnatione cognoſcere , quſi
crimen hæreſis ſit mere eccleſiaſticū,ut dixi
ſupra hoc eo.lib.§ Hæreſis uerſicu.Hoc cri-
men,ſed debet ipſius inquiſitoris ſnīam exe
qui . Et hæc eſt communis opi. ut dicit Ca-
gnol.in l.cùm quædam puella, in princ.poſt
nu.33. ff.de iuriſd. omniū iud. Et licet Bar.
in d.l.magiſtratibus,nu. 4. tenuerit contra-
rium, & hoc idē quaſi omnes legiſtæ tenēāt
pro communi, vt dicit Imola in c.1.nu. 16.
de offi.ordi.quē refert Prac. Carer.fol.597.
nu.63.& hāc dicat eſſe communem opin. le
giſtarum Menchiaca in prima parte de te-
ſta.§.6.poſt nu.16.verſi.denique, & illam eſ-
ſe uſu receptam atteſtetur Prac. Iodoci c.
61.nu.54. Nihilominus communis opi. præ
ſertim canoniſtarum uidetur eſſe cōtra Bar.
& hāc communem appellat Berous in c. at
ſi clerici,nu.79. & ſeq.de iudi.Boſſ.in tit.de
hæreti.nu. 35.Simancas de hæret. c. 36 nu-
mero 3. Refert tamen Igneus in l. prima, §.
quum dominus,nu.41. ff. ad Sylle.quòd cō-
trarium obſeruari uidit ꝑ ſenatum Mediola
ni tempore ſuo , & quòd fuerunt abſolutæ
quædam mulierculæ condemnatę de hęreſi
ab epiſcopo Parmenſi & inquiſitore , quas
cōpertū fuit ſemꝑ de fide recte ſenſiſſe,& re
fert idem ēt in Gallia contigiſſe. Hodie ta-
men regnante catholico Rege Philippo,
ſemper vidi ſeruari, ut lata ſnīa de hęreſi cō
tra aliquē per iudices ſuos eccleſiaſticos, ſta
tim quòd remittit iudici ſeculari, abſq; alia
cognitione traditur flammis comburēdus,
Et ita iuſſit ſenatus exequi in cauſa cuiuſdā
Vincētij Gambæ,2.Iulij 1554.A.C.& aliàs
ſæpe,quod & in Hiſpania uſu receptum eſ-
ſe atteſtatur Simancas in d.c.36.num.3.Ad
de quòd neq; ēt poteſt hoc caſu iudex ſecu
laris pœnam pro hæreſis crimine impoſitam
commutare. Et eſt communis opin. ut dicit
Boſſ.in tit de hęreticis,nu.37.Et ita ſemper
vidi ſeruari.Si uerò eſſet crimē ſeculare uel
mixtum , ſuꝑ quo potuiſſet iudex ſecularis
cognoſcere , nō tenetur ipſe iudex ſecularis
præſtare auxilium epiſcopo , niſi fiat ſibi fi-
des de proceſſu.Et eſt communis opi.vt dicit
Alcia in d c.1.num.119. de offi. ordina.

8 Qvid autem † dicendum ſit è conuerſo,
ſi iudex laicus remittat clericum ad iudicē
eccleſiaſticum,an teneatur iudex ipſe eccle-
ſiaſticus ſtare proceſſui facto coram iudice
ſeculari remittente,dixi ſupra quęſt.36.ver
ſicu. Vltimo quęro.

9 Item quæro † nunquid iudex unius ter-
ritorij poſſit exequi ſentētiā criminalē latā
per iudicem alterius territorij? Rñ.aliqui di
cunt quòd nō,niſi ad litteras illius iudicis,q
ſententiā protulit. Et hæc eſt cōis opi.ut di-
cit Paul.de Caſtro in d.l.cum quædam puel
la,nu.5.ff.de iuriſ.omnium iud.quem refert
Sapia ibi,poſt nu.28. Vide quæ dixi ſupra q.
54 uerſic.Sed pone.Sed hoc intellige vt pro
cedat qñ territoria ſunt ſub diuerſis princi-
pibus,ſecus aūt ſi ſint ſubdita eidē principi,
nam eo caſu utique pōt illā exequi non mo
dò ad requiſitionem iudicis,qui ſnīam pro-
tulit,ſed etiam à ſe ipſo , ſi uideat ꝙ execu-
tionem meretur. Et eſt cōmunis opin. ut ait
Boſſ.in tit.de foro cōp.nu. 86. q̄ mihi ēt pla-
cet . Intelligendo tñ quòd ſint etiam ſub eo
dem præſide prouincię,non enim poteſt offi
cialis in hoc Ducatu exequi ſentētiam latā
per officiales in Regno Neapolis,licèt ambo
ſint ſub eodem principe,quia in omnibus &
per omnia habentur tanquam regna & do-
minia ſeparata .

10 Sed hic † quęro,pone quòd reus,q eſt de
crimine confeſſus, uel conuictus , uel etiam
condemnatus,ante executionem moriatur,
vel naturali fato,uel quia ſibi ipſi manus in-
tulerit , quid debet iudex hoc caſu facere?

Dixi

Dixi ſupra quæſt. 51. verſi. Sed hic incidéter.
11 Sed hic† incidenter quæro, nunquid con-
a demnatus ad mortem poſſit teſtari? a Dixi
ſupra lib. 3. §. teſtamentum, quæſt. 21.

ADDITIO.

a Poſſit teſtari.] Breuiter dic non poſſe, niſi
eſſet impoſita pœna inſolita, vt quia faciat
veneno occidi, uel proijci de feneſtra, vide
per Lud. Carer. in practi. crimi. § homicidiſi
l'vltimo, poſt nume. 35.

Quæſt. XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Ex quibus cauſis executio ſententiarum capi-*
talium ſit differenda.
Et quid ſi compareat aliquis, qui dicat con-
demnatum eſſe ſibi obligatum ad aliquam
rationem reddendam, ibid.
2 *Et quid ſi reus condemnatus alium de aliquo*
crimine accuſauerit, uerſi. Eſt etiam.
3 *Et quid ſi reus eſſet decapitandus ex manda-*
to principis, quod iudici videretur iniuſtum,
verſi. Item eſt.
4 *Et quid ſi reus nolit peccata ſua confiteri, vèr*
ſi. Sed pone.
5 *Et quid in muliere prægnante, uerſi. Differtur*
etiam.
6 *Et quid ſi executio incidat in diem feriatum*
verſi. Quæro etiam.
7 *Regulariter non eſſe differendam executionem*
ſententiarum capitalium, verſic. Regulariter
autem.

1 VIDEAMVS nunc, †an ſint ali-
qui caſus, in quibus debeat ex ali
qua cauſa ſententiç capitalis exe
a cutio differri. a Et in primis re-
perio Cyn. in l. prima, in ſecundo notab. C.
de bo. proſcrip. tenuiſſe, quòd ſi poſt condé-
natonem capitalem contra aliquem ſequu-
tam compareat aliquis tertius, & dicat reũ
condemnatum ſibi eſſe obligatum ad reddẽ
dam rationem alicuius mercaturæ, vel ne-
gociationis, vel adminiſtrationis, uel huiuſ-
modi eo caſu differri debet executio, donec
reddita eſſet ratio, quod etiam affirmat Cç
polla cautela quinta. Sed certe hæc cautelã
parum prodeſſet: nam quicquid ſit de iure,
contrarium ſeruatur de cõſuetudine; quia
ſcilicet non expectata huiuſmodi redditio
ne rationis, ſententiæ capitales executioni
mittuntur. Et ita ſeruari atteſtantur ſcribẽ-
tes in d. l. prima, & in ſpecie Ang. & Imola,
prout illos refert Ang. de maleſi. in verbo.
Et ibi caput, num. 31. & Paris Put. de ſyndi.
fol. 356. c. 2. nume. 1. & Prac. Carer. fol. 552.
num. 82. Idem fatetur Cçpolla in d. cautelã
quinta, & Carauita ſuper ritu magnæ cu-
riæ 259. poſt nu. 5. licet dicat, quòd ideo nõ
ſeruatur de cõſuetudine, quia non petitur.
Iaſ. in l. ſeruus, in principio, nu. 3. ff. de lega.
1. Ego uerò dicerem non eſſe denegandam
breuem dilationem, puta bidui uel tridui,
vbi appareret illam non peti in fraudem diſ-
ferendæ aut uitandæ executionis, nec ſubeſ
ſet timor, quòd cõdemnatus poſſet e carce-
ribus euadere, aut alterius ſcandali, modò
b ille tertius non potuiſſet prius petere b tale
rationem ſibi reddi, atque ex eo quòd non
redderetur, pati poſſet aliquod præiudicium
irreparabile: nemo enim ex aliena culpa dã
num pati debet.
2 EST etiam† differenda executio ſenten-
tiç capitalis, quando reus, contra quem lata
eſt ſententia, alium de aliquo crimine accu-
c ſauit, c donec iudicium accuſationis ab
eo cœptæ perficiatur. Et ita tenent commu
niter omnes, ut dicit Imola in l. is qui reus,
num. 24. ff. de publi. iudi. Ang. in ea. l. is qui
reus, num. 17. in ſi. Sed hoc credo, quòd diffi
cile eſſet obtinere in practica, præſertim ſi
eſſet ſuſpicio, quòd in fraudem fuiſſet inſti-
d tuta d talis accuſatio.
3 Item eſt† differenda executio, quando of
ficialis, cui à principe iuſſum eſt vt faceret
aliquem decapitari aut ſuſpendi, uideret il-
lud mandatum principis eſſe iniuſtum: nam
deberet illius executionem differre, & prin
cipi reſcribere. Et ita communiter tenetur,
ut dicit Carer. in prac. crim. fol. 323. nume.
110. de quo uide quæ dixi ſupra quæſt. 60.
verſi. Solet dubitari.
4 Sed pone,† ꝙ reus decapitandus, aut fur-
cis ſuſpendendus, aut aliter morti tradẽdus
nolit pœniteri, nec peccata ſua confiteri, nun
quid propterea erit differenda executio ip-
ſius ſententiæ capitalis? Rñd. Aliqui dicunt,
ꝙ omnino debet ſuperſederi ꝓ ſalute eius
animæ, donec pœniteat, & peccata ſua con-
fiteatur; quod quidem omni ſtudio iudex
curare tenetur, ut eſt tex. in l. archigerõtes,
C. de epiſc. aud. Et dicit Chaſſ. ſuper conſue
tud. Burgund. fol. 56. nu. 125. ꝙ in hoc nemo
facit dubiũ, licet ſubdat ꝙ contrarium vidit

obſeruari. Ego putarem bonum eſſe ſuperſedere ab executione per aliquod ſpaciũ tẽporis, ubi non eſſet periculum in mora, quũ ſalus vnius animæ, pro qua Chriſtus mortuus eſt, uideatur cæteris omnibus rebus anteponenda. Ita tamen, ut propter talem dilationem non differretur in alium diẽ executio. Et interea iudex adhibitis etiam viris religioſis, & Deum timentibus, debet illum hortari ad pœnitentiam. Cæterum nõ auderem conſulere iudicibus inferioribus, ut ultra illud tempus, inconſulto principe, executionem differrent. Multa enim poſsẽt interea contingere & reipu. damnoſa, & iudicibus ipſis periculoſa, ut aliquando in facto experientia docuit. Scias etiam, quòd licet princeps aut ſenatus iudici reſcribat, vt aliquem reum incontinenti aut nulla interiecta mora morti tradat: debet tamen ſemper iudex illi cõcedere competens ſpacium temporis, ſi ſua peccata uelit ſacerdoti confiteri: & ſi id denegaret, male faceret, & Deũ & proximum grauiter offenderet.

5 Differtur etiam, † ne ſumatur ſuppliciũ
e de muliere prægante, *e* vt eſt tex. in l. prægnantis, ff. de pœnis, & ita iuſſit ſeruari ſenatus in quadam Vrſina Meleta capitaliter cõdemnata, quam mandauit cuſtodiri, donec pareret, 27. Iul. 1548. P.N. Et hoc locum habet non ſolum in pœna vltimi ſupplicij, ſed etiam in quacunque alia pœna corporali. Et
a ideo quædam Maria Agniota, quæ fuerat condemnata in fuſtigatione, quum reperta eſſet grauida, fuit iuſſu ſenatus in pace dimiſſa, 6. Aprilis 1554 P.N.

6 Quæro etiam, † an ſi incidat aliquis dies
b feriatus, ſit facienda executio corporalis? Reſpond. quòd de iure communi non eſt faciẽ-
c da aliqua executio, neq; etiam in diebus feriatis in utilitatem hominum, ut videtur tex. in l. ſi feriatis, ff. de ferijs, & in l. cuſtodias, ff. de publi. iud. Conſuetudo tamen aliter obtinuit; nam diebus feriatis in utilitatem hominum indiſtincte fiunt executiones criminalium ſententiarum, etiam capi-
d talium. Et in hoc nemo dubitat. Diebus autem feriatis in honorẽ Dei uel ſanctorum, & qui pro feſtis ſeruantur, quia ſcilicet ceſſatur ab operibus manualibus in toto po-
e pulo, ego nunquam vidi exequi ſententiam aliquam criminalem, in qua imponatur pœ-
f na ſanguinis, & certe licet non eſſet peccatum, eſt tñ horrendum & miſerabile ſpectaculum, & à quo propter Dei reuerentiã eſt omnino abſtinendum, prout etiam dicunt omnes doctores in c. 1. de ferijs, teſte Augu. ad Ang. de maleficijs, in uerbo inchoata facta, poſt nu. 12. leuis tamen caſtigatio quandoque permittitur etiam in die feriato. Et refert Prac. Millei fol. 34 num. 30. quòd ita uidit practicari Tholoſæ per quendam Regis locumtenentem, qui in die paſchatis latronem, qui crumenam abſciderat, cæſum virgis in exilium miſit. Quandoque etiam in enormiſſimis delictis ſolet fieri etiam in diebus feriatis capitalis executio, iuxta tex. in l. pen. C. de ferijs. Et ita ſeruari de facto atteſtatur Marcus deciſ. 409. nu. 2. Apud nos tamen ſemper uidi executionem in alium diem non feriatum differri, Et ita ſeruant iudices Deum timentes. Vide quæ dixi ſupra quæſt. 50. uerſi. Pariter etiam, & quæſt. 64 verſi. Quæro an tortura.

7 Regulariter † autem non debent iudices
f differre executionem *f* ſententiæ capita-
g lis. *g* Et dicit Ang. in l. cum reis, in fi. C. de pœnis, quòd vidit quoſdam aſſeſſores gratificantes in differendo executionem pœnæ, ut criminoſi gratiam habere poſſint: ſed male faciunt, quia amicus Dei eſt, qui interficit inimicos Dei. Vide quæ dixi ſupra quæſtio. 59. uerſi. Scias etiam.

ADDITIONES.

a Sententię capitalis executio differri.] Adde, quid de alijs ſententiis condemnatoriis vide per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 1. quæſt. 98.

b Nõ potuiſſet prius petere.] Hæc fuit limitatio Bal. quæ retulit Carer. poſt d. nume. 82. vide ibi.

c Accuſauit.] Puta ſi teſtes, atq; producẽtẽ accuſaſſet de falſo; nã tũc ſuperſedetur, qm̃ ſi teſtes cõuincerẽtur de falſo, ex cõſequẽti appareret de innocẽtia condemnati, ut per Carer. pract. crim. § homicid. ult. ſub nume. 90. vbi tamen limitat, niſi adſint alii teſtes numero opportuno.

d In fraudem fuiſſet inſtituta.] Vt poſt relatos p Carer. ubi ſupra, & p Capy deciſ. 25. nu. 4 quem uide, qm̃ in illa deci. alias poſuit limitationes quas non transcribo.

e Prægnãte. [Ad idẽ adde, atq; vi. p Care. i prac. cri. §. homicidium, ultimo, ſub num. 8.

f Differre executionẽ. Alios quãplures caſus, in quib. differt executio cõtra regulã, uide per diſcurſum apud pra. Carer. ubi ſup.

Sen-

g Sententiæ capitalis.] Adde, ut per Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 1. cod. 498. nu. 5. Et vide per eundem etiam lib. 2. centur. 4. ſu 334.

Quæſt. XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Et quibus cauſis poſſit executio ſententia capitalis impediri.*
Et quid ſi condemnatus confugiat ad eccleſiam, ibid. Remiſſiuè.
Et quid ſi dum ad ſupplicium ducitur, tranſeat per eccleſiam uel cæmeterium, ibid. Remiſſiuè.
2 *Et quid ſi amplectatur ſacerdotem portantem ſacram eucharistiam, ver. Sed pone.*
3 *Et quid ſi ipſe ſumpſerit ſanctiſſimum ſacramentum, ver. Sed quære.*
4 *Et quid ſi dicat, ſe prius, quam delinqueret, feciſſe votum ingrediendi religionem, verſicu. Sed quid ſi condemnatus.*
5 *Et quid ſi dum ducitur ad ſupplicium, obuium habeat Cardinalem, verſicu. Vlterius quæro.*
6 *Et quid ſi meretrix petat illum in maritum, verſi. Quæro etiam.*
7 *Et quid ſi poſt condemnationem effectus ſit furioſus, verſi. Præterea quæro. Remiſſiuè.*
8 *Et quid ſi poſt ſententiam latam appareat de ipſius condemnati innocentia verſic. Sed nunquid.*
9 *Et quid ſi in actu ipſe executioni frangatur laqueus, uel huiuſmodi, verſicu. Vltimo quæro.*

SVCCESSIVE videamus, an ſint etiam aliqui caſus, in quibus poſſit ex aliqua cauſa ſententię capitalis executio impediri. Et in primis † quæro nun-
1 quid ſi condemnatus forte dum ducitur ad ſupplicium, confugiat ad eccleſiam, debeat in pace dimitti? Reſpon. quòd ſic, ut dixi ſupra quæſt. 30. verſi. Scias autem. vbi etiam dixi, quid ſi condemnatus dum ad ſupplicium ducitur, tranſeat per eccleſiam uel cęmeterium. Multi tamen ſunt caſus, in quibus eccleſiarum immunitas non prodeſt delinquẽti. Et ideo multo minus debet prodeſſe iam condemnato, ut in d. q. 30. per totum.

2 Sed pone, † q̃ cõdemnatus ad mortem aufugiat è manibus ſatellitum, & amplectatur ſacerdotem portantem ſacratiſſimam eucharistiam, nunquid erit liberandus? Reſpõ. Glo. in c. quęſitum, in glo. unica. 13. q. 2. dicit quòd non. Sed cõtrarium tenent communiter doctores, ut dicit Gomez. in §. pœnales, poſt nu. 50. Inſt. de actio quem refert Viuius in lib. communium opi. in uerbo, condemnatus ad mortem, Et ideo tenendum eſt q̃ ſit liberandus, perinde ac ſi ad eccleſiam confugiſſet. Vide quæ dixi ſupra quæſt. 30. uerſi. Vltimo quæro.

3 Sed quæro, † tu ſcis quòd eccleſia permittit reos ad mortem condẽnatos poſt confeſſionis ſacramentum, ſumere ſacram eucharistiam, ut dixi infra quęſ. proxima, uer. Sed quæro, nunquid poterit condẽmnatus, ſumpto ſanctiſſimo ſacramento, dicere ſe eſſe liberatum? Rñ. quòd nõ. Et ita pluries iudicatũ fuiſſe refert Igneus in l. 1. in princip. nu. 6. ff. ad Sylla. Hoc enim modo eccleſia, quæ eſt cultrix iuſtitię, fieret auctrix iniuſtitię, quod nullo modo eſt dicendum. Bene (vt ibi dixi) eſt differendum ſupplicium in aliam diẽ ſequentem.

4 Sed quid ſi † condẽnatus dicat, quòd antequam delictum committeret, fecit votum ingrediendi religionem? Reſpond. Aliqui tenent, quòd non modo eſt ſuperſedendũ ab executione, ſed etiam quòd non attenta ſententia contra eum lata, eſt remittendus ad iudicem eccleſiaſticum. Et quòd ſuper hoc, an ſcilicet eo temporè tale uotum emiſiſſet, ſtandum eſt eius iuramento. Et hoc ab omnibus receptum eſſe dicit Placa li. 1. delictorum, c. 35. nu. 6. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Viuius in lib. communium opi. fol. 22. in uerbo, ordo eccleſiaſticus, vbi etiã refert Girard ſing. 51. atteſtari, quòd ita ſeruatur in practica; qui tamen in libro meo hoc non dicit. Certe apud nos hæc cautela parum prodeſſet, nam pręſuppoſito etiã uoto, non credo, quòd ante impreſſionem characteris clericalis, uel ſuſceptionem habitus, dici poſſit a iuriſdictione ſeculari exemptus. Et ſi hoc admitteretur, omnes ferè, qui non eſſent coniugati, poſſent facile pœnam mortis euadere, quod eſſet abſurdiſſimum. Et ideo rectè dixit Chaſſ. ſuper conſue. Bur. fol. 51. poſt nu. 69. q̃ non credit, q̃ illud obſeruaretur in practica; quem refert Didac. pract. q. 32. poſt nu. 4. uer. cæterum quidam.

5 Vlterius † quæro, quid ſi condemnatus dũ ad ſupplicium ducitur, obuium habeat

Cardinalem, qui pileum ſuum, ſiue galerũ purpureum in capite ipſius condemnati poni faciat, nunquid erit liberandus? Reſpond. Bar. in l. addictos, § ſi. C. de appel dicit q Cardinales ex conſuetudine habẽt hoc priuilegium, ut ſi obuiam facti ſint condemnato, poſſint eum à morte liberare. a Idem atteſtatur Ioan. Sanſon ſuper conſuet. Turonen. in ti des crimes artic. j. in fi. Gomez Aria ſuper l. 2. Tauri, nu. 85. Et dicit Placa li. 1. delictorum, c. 34. nu. 1. in fi. q tota fere utriuſq; iuris ſchola in hoc conſentit. Hanc etiam dicit eſſe cõem opi. Gomes. in § pœnales, nume. 50. Inſt de actio. Ita etiam in practica obſeruari atteſtat Pau. de Caſt. & alii, quos refert Tiraquel. de pœnis, cauſa 55. & Chaſſe. ſuper conſuet Burgun fol 53. num 101. licet dicat ſe non credere, quòd apud ipſos iſtud obſeruetur, quã refert Remig de immu. eccl. fol. 83. in xix. limitat. Ita etiam eſſe de cõſuetudine dicit Paris Put. de ſyndi. fol. 356. nu. 2. & Dueñas reg. 81. Ego nunquam vidi hoc in practica cõtingere, ſi tamen caſus contingeret, eſſem in ſnia, ut poſſet pœna mortis mitigari, & reus ad triremes tranſmitti. Et hoc in reuerentiam ampliſſimi ordinis Cardinalium, qui æquiparantur regibus, ut dixi ſupra li. 2 §. Cardinalis, & in quibus reſidet tota ferre maieſtas Chriſtianæ reip. & hoc, niſi crimen, pro quo ille fuiſſet condemnatus, eſſet ex attrociſſimis, vt etiam videntur ſentire doctores præallegati.

6 Quæro etiam† quid ſi dum condemnatus ducitur ad ſuppliciũ, compareat meretrix, qui petat illum ſibi dari in maritum, nũquid debet condemnatus liberari, & illi meretrici coniugio copulari? Rñ. Aliqui dicũt q ſic. Et ita practicari in Hiſpania atteſtatur Paris Put. de ſyndic. fol. 355. nu. 2 in fin. quem refert Ant. Gomes. c. 13. delictorũ, poſt nu. 37. verſi. 5. caſus, & Didacus ſuper 4. decret. fol. 48. nu. 17. & Viuius in lib. cõium opi in uerbo, cõdẽnatus ad morté uer. 3 etiam. Pract. Carer. fol. 553. nu. 85. Placa li. 1. delictorum, c. 34. num. 6. Ita etiam obſeruari de generali cõſuetudine totius Frãciæ atteſtatur Chaſſ. ſuper conſuet. Burgund. fol. 53. nu. 97. quem refert Public. ſuper cõſue. Aluer. fol. 26. uerſic. 12. caſus, ubi tamen ſubdit, q hoc Papiæ obtinere non potuit; refert etiam Mantua in l. tranſigere, poſt nu. 65. C. de tranſactio. & dicit Chaſſ. q ratio põt eſſe, quia maius ſupplicium eſt illi condemnato accipere uxorem, quam mori. Tu dic, quòd forte potuit eſſe ratio, ut hoc pacto anima illius meretricis reduceretur à ſtatu perditionis ad uiam ſalutis, tranſeundo à meretricatu ad matrimonium. Sed certe hæc practica in hoc ducatu non obſeruatur. Et dicit etiam Tiraq de pœnis, cauſa 56. in fin. ſe neſcire, an olim id in Gallia fuerit obſeruatum, bene certò ſcire q hoc tempore nõ obſeruatur. Semel tamẽ uidiſſe illud in facti contingentia obſeruari per parlamentũ Pariſienſe atteſtatur Papo li. 24. tit. x. arreſto 14.

7 Præterea quæro,† nunquid ſi poſt condẽnationem reus efficiatur furioſus, debeat nihilominus ſententia contra eum lata exequi? Dixi ſupra quæſt. 60. uer. Sed quæro.

8 Sed nunquid† ſi poſt ſententiã latã appareat de innocentia b rei, debet, eo non attento, exequi ſentẽtia contra eum lata? Rñ. q non. Ita dicit Innoc. in cap. ſignificãtibus, in fi. de purgatio. vulga. quem ſequuntur cõmuniter doctores, ut dicit Marſ. in pract. cri. §. oportune, num. 7. & in §. vltima, num. 13. Grammat. conſil. crimin. 16. nume. 23. Et põt poni exemplum, puta ſi ille, qui dicitur occiſus ab ipſo cõdemnato, appareat uiuus, uel huiuſmodi. Vide quæ dixi ſupra q. 52. circa prin. Scias tñ quòd nõ debet iudex hoc caſu reum abſoluere, nam neque poteſt id facere, quum lata ſnia iam ſit functus officio ſuo, ſed debet ſuperſedere, & principi reſcribere. l. 1 § ſi quis ultro, ff. de quæſtio. Et ita notant cõmuniter doctores, ut dicit Anto. Gomes. c. 8. delictorum, poſt nu. 4.

9 Vltimo quæro,† quid ſi in ipſo actu executionis contingat, quòd uel ſecuris non poſſit caput amputare cõdemnato, uel laqueus rũpatur, ita ut non potuerit remanere ſuſpenſus, nunquid erit reus liberandus tanquã innocens? Reſpõ. De iure credo q hoc parum prodeſſet, nam omnino eſt exequenda condemnatio iuxta formam ſententiæ, in qua communiter ſolent addi illa uerba, Furcis ſuſpendatur, ita q moriatur, ſecundum practicam, quã ſemper obſeruãt aſſeſſores, teſte Iac. de Beluſ. in pract. cri. in tit. de ſenten. crim. poſt nume. 8. & Fulgo. in l. præſenti, C. de his qui ad ſtat. confu. quem refert Practi. Carer. fol. 521. nu. 17. Et ita ſe uidiſſe in practica obſeruari atteſtatur Papo lib. 24. ti 17. arreſto 14. Nihilominus quando huiuſmodi caſus de facto contingunt, uideo plerunque non modo vulgus ignarem, ſed et viros doctos ſubſiſtere, præſertim qñ reus prius quàm ei inferatur ſuppliciũ, proteſtatur ſe eſſe

eſſe innocentem, & dicit Ioan. Arno. ſoliloquio v. Laqueus contritus, ꝙ quum hic caſus ex facto contigiſſet, ipſe reſpondit, ꝙ ille erat liberandus. Dicit ét Boſ. in ti. de fauorib. deſenſionis, nu. 11. ꝙ tunc iſte caſus contigerat in quodam condemnato in amputatione capitis, cui ſecuris caput amputare nõ potuit. Et dicit ſe certo credere quòd eſſet euaſurus. Dicit quoque Chaſſen. ſuper conſue. Burgun. fol. 55 poſt nu 124. uer. addo, & alium, ꝙ uidit caſum contigiſſe, & quòd ille cõdẽnatus aliquo modo probato miraculo, fuit per curiam relaxatus. Reperio etiam ꝙ Cremonę quidã Marchettus Capriolus laqueo ſuſpenſus, & pluries à carnifice pedibus calcatus, quum expiraſſe crederetur, cecidit fracto laqueo, & à ſeipſo ſurrexit incolumis. Et ſenatus juſſit, vt ꝑ dies aliquot ſuperſederetur, intra quos poſſet & pacem, & gratiam impetrare; & ita (ni fallor) habita gratia à principe fuit dimiſſus 10. Maij 1546. P.N.

ADDITIONES.

a A morte liberare.] Adde idẽ per Lud. Care. in prac. cri. §. homicidiũ ult. nu. 74. ubi retulit Cępol quæ ponit hanc cautelam in 2. caut. vt procuret, vt Cardinalis tranſeat per viam, per quam ducitur condẽnatus ad ſupplicium, & obuiã ſibi faciat, & apponat in capite condemnati pileum, & erit liber. Mihi tamen magis placet opinio Authoris noſtri, & Carer. etiam ibid ponit, quid de filio Regis, & alios caſus in materia liberationis, quos non tranſplanto, quia etiam alibi plenius tractantur.

b De innocentia.] Hic etiam nota, quòd bãnitus pro homicidio, ad mortem, & habitus pro confeſſo, & conuicto, poteſt nihilominus ſe oſtendere innocentem, ut hr̃ per Nat. plene, qui ſpinas nonnullas etiam euellit ſuo conſ. 444. Item, quòd differatur executio, ubi poſt ſententiam liquet de innocẽtia rei, vel vbi iudex videret iniuſtam eſſe ſñiam, habeť per Lud Care. in pra. cri. §. homicidium ultimo poſt citatos, num. 77. 78.

Quæſt. XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Quę ſit forma exequendi ſententias corporales.*

2 *Et quid ſi reus nolit peccata ſua confiteri, uerſiculo. Sed quid ſi reus. Remiſſiuè.*

3 *Et an capitaliter condemnatis dandum ſit ſanctiſſimum eucharistiæ ſacramentum, uerſiculo. Sed quaro.*

4 *Iudex an poſſit cogere aliquem, vt carnificis officium exerceat, uerſ. Sed pone.*

5 *Expenſa iuſtitia ad quem pertineat, uerſiculo. Quaro hic.*

6 *In quo loco fieri debeat executio iuſtitia, verſ. Item quaro.*

7 *Condemnati ad ignem an ſint uiui comburendi, uerſiculo. Vnum tamen.*

8 *Animal irrationale, quod aliquod maleficium commiſit, an ſit per carnificem morti tradendum, uerſ. Quaro etiam.*

Quando aliquis reperitur condemnatus pluribus pœnis corporalibus, quomodo ſit facienda executio, ver. Vltimo quæro.

1 QVÆRO, † quæ ſit forma exequendi ſententias corporales? Reſp. quòd ex mandato iudicis, reus conſignať collaterali, qui præeſt ſatellitibus, vt per miniſtrum iuſtitię illam exequi faciat, & ita ſeruatur. Si tamen condẽnatio eſt capitalis, laudabilis eſt conſuetudo, quòd talis ſententia intimetur condemnato per virum religioſum, qui accommodatis uerbis reo mortem denunciat, illumq; hortať ad patientiam, & pœnitentiam peccatorum ſuorum, & ſacramenta eccleſiæ ſuſcipiẽda, & ubi ſupplicium in alium diem differatur, mittuntur etiam alij uiri religioſi, qui eum confortentur, prout etiam ſeruari atteſtať Pariſ. Pur. de ſyn. fol. 208. in uerbo, Condẽnatio, c. 2. nu. 1 Marſi. in prac. crim §. quoniam, poſt nu. 51. Et dicit prac. Iodoci. c. 150. nu. 3. ꝙ in hac laudabili conſuetudine oẽs fere conueniunt, quam ipſe ualde eleganter exornat. Et quia hæc uarie in diuerſis locis ſeruantur, attendenda eſt cõſuetudo vniuſcuiuſque prouinciæ.

2 Sed quid † ſi reus nolit pœnitere, nec peccata ſua confiteri? Dixi ſupra q 96. uerſ. Sed pone.

3 Sed quæro, † nunquid capitaliter cõdẽnatis dandum ſit ſanctiſſimę eucharistię ſacramentum? Rñ.: Eccleſia quidem permittit illud eis cõmunicari, vt eſt text. in c quæſitũ, 13. q. 2. Et ita tenent communiter Doct. ut atteſtatur Anto. Gomeſ. c. 14. delictorũ, poſt num. 6. uer. item adde, ꝙ põt. Et dicit prac. Iodo.

Iodoc.in d.c.150.nu. 4. ꝙ hunc laudabilem
morem ſequuntur hodie pleræq; Romani
imperij ciuitates, alijq; pij deuotiq; magi-
ſtratus. Sed in pleriſq; regionib. hoc nõ ſer-
uatur, & in ſpecie in hoc Ducatu, neq; etiã
in Gallia, ut atteſtatur Igneus in l.1.in prin
cip.nu.6.ff.ad Sylle. neq; in Hiſpania, vt ait
Gomes.in loco pꝛallegato. Sciendũ eſt tñ, ꝙ
ubi eis daretur, eo caſu ꝓꝑ ſanctiſſimi ſacra
menti reuerentiã, nõ deberent illo die, quo
communicãr, ultimo ſupplicio affici Extre-
ma aũt vnctio non debet dari capitaliter cõ
demnatis Ita dicunt doctores, ut atteſtatur
Gomez. Arias ſuper 2 lege Tauri, nu.76.&
ita in practica obſeruatur.

4 Sed pone, † ꝙ in ciuitate nullus ſit carni-
fex, ſiue miniſter iuſtitiæ, qui ſententiam ca
pitalem exequatur, nunquid poterit iudex
ꝓꝑ publicam utilitatem cogere aliquẽ ho-
minem liberum, ut ſit carnifex, ſiue execu-
tor, & quòd ipſe in nihilo deliquerit? Rñd.
ꝙ ſic, ſi eſt vilis perſona. Ita tenet Bart. in l.
ſi, §. Titius, nu. 3.ff.de pignora. actio. quem
ſequuntur omnes, ut dicit Gaſpar Valas in
repe.l.imperium, poſt nu.17.ff.de iuriſd.om
nium iudi.& refert Paris Pur.de ſynd.folio
324 nu. 5. ꝙ ita vidit obſeruatũ Bononiæ,
ꝙ ſcilicet fuit captus quidam peregrinus, li
cet uideretur perſona honeſta, vt decapita-
ret quendam nobilem, quod (ſecũdũ eum)
fuit male factũ: nã ad hoc officiũ nõ debent
cõpelli niſi pſonę uiles, puta ſerui & ſimi-
les. Dicit ãt ibi Paris, ꝙ qñ officiales capiũt
aliquẽ ſeruũ, vel mẽdicãtẽ pro faciẽda iuſti-
tia, debent ei ſoluere mercedẽ quinq; aureo
rum, ut uidet̃ tex. in l. diuus, ff de bon.dam.

5 Quæro hic † ad quem pertineat expenſa
executionis iuſtitiæ, puta furcarum, carniſi
cis, &c. Reſpon. ꝙ pertinet ad fiſcum. Et ita
deciſum fuit per capel. Tholoſ.deciſ.41.qđ
intellige ut procedat, niſi adſit conſuetudo
in contrarium, puta quia communitas lo-
ci eſſet in poſſeſſione furcas ſuis impẽſis eri
gẽdi, ut eſt in multis locis: nam eo caſu non
eſſet ab ipſa conſuetudine recedendum.

6 Item quæro † in quo loco fieri debeat
executio iuſtitiæ? Reſpond. quòd debet
fieri in loco conſueto. Et ita regulariter
obſeruatur, præterquam in famoſis latrõ-
nibus: illi enim ſuſpendendi ſunt in loco,
vbi graſſati ſunt, ut dicit tex. in l. capitaliũ,
§ famoſos, ff. de pœnis. Et hoc, ut ſint ſolã-
tio conſanguineis occiſorum; & alijs ter-
rori Aliqui tamen, etiam in non famoſis, fa
ciunt erigi furcas in loco, in quo furtum eſt
cõmiſſum, qđ ſe vidiſſe ſæpiſſime obſerua-
ri atteſtat̃ Maria. ĩ rep. c. qualiter & qñ, nu.
260.& dicit Bald. in l. 1. C. de Nili agge. nõ
rumpendis, in primis uerbis, ꝙ ita fit in mul
tis locis, ꝓut ẽt dicit Ang. de male. in uerb.
vſq; ad locũ, ſe feciſſe obſeruari Peruſij. Qđ
tñ mihi nõ placet, neq; ẽt placet Aug ibi in
Apoſt. niſi eſſet enormiſſimũ delictũ; neque
ego id apud nos vidi unquã obſeruari, niſi ĩ
graſſatoribus uiarũ, prout fuit quidã Anto-
nius Lãbertus, qui in domo cãpeſtri robariã
cõmiſerit, iuſſus enim fuit duci ad locũ deli
cti, & ibi ſuſpendi 9. Nouemb. 1555. P.N.&
alij multi. Bene dicit Boſſ. in ti.de exe.ſen. ꝙ
ita ſæpe fieri uidit, maxime tpe regis Gallo
rum, ſed eo tẽpore ego nõdum eram natus.

7 Vnũ tñ † in hoc propoſito notabis, ꝙ quã-
uis lege aut ſtatuto caueatur, aliquẽ prop-
ter aliquod delictũ eſſe flãmis cõburẽdum,
prout in crimine hæreſis, ſodomiæ, & falſi, &
alijs, de quibus dixi ſupra q. lxviii. uſus tñ
obtinuit, vt prius ſtrãgulẽtur q̃ cõburantur.
Et ita apud Chriſtianos ſeruari atteſtat̃ Di
da. li.2.reſolut.c.10.nu.9.in fi. Et hoc obſer
uari ẽt in relapſis vere pęnitentibus, atteſta
tur Simãcas de hære.c.55. nu.13. Et hoc ad
euitandum periculum, ne propter lentum
& atrox genus mortis, condemnatus forte
in deſperationem inducatur. Et ſi caſus con
tingeret, ita omnino ſeruabis, qcquid dixe-
rit Corſet. in ſuis ſingul. in verbo Pęna. vno
tantum caſu excepto, ſcilicet quando dam-
natus propter hæreſim nollet pęnitere, ne-
que ad catholicam fidem redire, nam eo ca-
ſu utique eſſet uiuus exurendus, prout etiã
in Hiſpania ſeruari affirmat Didacus in lo-
co præallegato, poſt num. 10. ver. tandem in
Hiſpania. Quum enim nulla ſit ſpes ſalutis,
parum eſt de eius deſperatione curandum.

8 Quæro etiam † ſi animal irrationale ali-
quod delictum commiſerit, (ſi tamen præ-
ſuppoſita carentia rationis poteſt delictũ ap
pellari) puta quia hominem interfecerit, vel
huiuſmodi, nunquid debet iudex illud ani-
mal punire pœna mortis? Reſpon. de iure
dicendum eſt, quòd non, nam merum impe
riũ nõ exercet̃ in belluas. Et hæc eſt cõis opi.
vt dicit Sapia ĩ l. imperiũ, nu.6.ff. de iuriſd.
omniũ iud. Sed de cõſuetudine in multis lo
cis ſeruat̃ cõtrariũ. Et in ſpecie Guido Papę
deci.238. Si animal, atteſtat̃ ſe vidiſſe in Bur
gũdia quẽdã Porcũ ſuſpenſũ in patibulo, eo
ꝙ puerũ occidiſſet. Cęterũ hęc conſuetudo
mihi

mihi nunꝗ placuit, neq; ego illã ſeruarem,
niſi i vno caſu, qñ. ſ. homo ſe cũ beſtia carna
liter commiſcuiſſet; tũc enim propter dete-
ſtationem criminis, & ad terrorem aliorum,
ſi homo eſſet propterea ſuſpendendus, uel
comburẽdus, pariter facerem ipſum animal
irrationale cum ipſo homine ſuſpendi, aut
a comburi, prout etiam hoc caſu ita cautum
fuiſſe reperio in l. diuina, & pluries etiã ob-
ſeruatum, ut dixi ſupra hoc eo. lib. § Forni-
catio, ver. Cum animali, & ideo non debuit
iudicio meo Ant. Cauiſ. in apoſt. ad Areti.
in §. Item lex Iulia, poſt nu. 2. Inſt. de pub. iu
di. deridere quendã præpoſitum, qui, quum
quidam alienigena cognouiſſet equam, &
aufugiſſet, fecit abſcindi caput equæ, & in
loco eminenti affigi, dicens ꝙ erat ei indul-
gendum, quũ eſſet vir illiteratus, & habuiſ-
ſet cõſilium ab imperitis, quos ipſe peritos
exiſtimabat; licet reuera ubi non eſſet etiam
de homine ſupplicium ſimul ſumendũ, ego
fortè illud non facerem. In aliĩs aũt oĩb. caſi
bus non recederem à cõi doctorum opinio.

Non eſt etiam hoc loco prætermittẽda
conſuetudo, quę uiget in nonnullis regioni
bus, procedendi cõtra locuſtas, mures, lima-
ces, & huiuſmodi animalia fructib. terræ dã
num inferentia, ſuper qua in facti contingẽ-
tia conſultus reſpondit Chaſ. conſ. 1. valere
huiuſmodi proceſſum, & anathematizatio-
nem contra ea prolatam, afferens nonnulla
exempla, præſertim, num. 124. & ſeq. quę tñ
apud nos nunquã uidi in practica obſeruari.

9 Vltimò † quæro, ſi aliquis reperiatĩ cõdẽ-
natus plurib. pęnis, quõ erit facienda execu-
tio? Rñ. Si ſunt pecuniariæ, oẽs ſunt exequẽ
dæ. Et hoc nõ habet dubium, niſi una abſor-
beret aliã, puta quia poſt condemnationem
pecuniariam ſuperuenerit cõfiſcatio bono-
rum, nã eo caſu, ſtatim ſequuta confiſcatio-
ne confuſæ ſunt oẽs condẽnationes, & mul-
ctæ pecuniariæ ꝓcedentes, ſiue inflictæ ſint
ex eodem delicto, ſiue ex diuerſis. Et ideo ſi
reus haberet gratiã à principe pro delicto, ꝓ
quo fuiſſet condemnatus in pœnam mor-
tis & confiſcationis bonorum, non poſſet re
tineri in actu approbationis gratiæ propter
condemnationem pecuniariam prius cõtra
eum ſequutam. Et hoc pluries deciſum fuit
b per ſenatum. Si uerò ſunt pęnę corporales, *b*
tunc: Aut ſunt inter ſe compatibiles, puta
quia ex una ſñia fuit cõdẽnatus in amputa-
tione mẽbri, & ex alia in pęnã mortis. Et tũc
oẽs ſunt exequẽdæ, ita tñ ut incipiatur à mi
nori. ſ. ab amputatione mẽbri, & deinde in-
feratur vltimum ſupplicium, non aũt è con
uerſo, ut uĩ colligi ex gl. quæ reputatur ſin-
gularis in l. omnes, in gl. fi. C. de delat. li. 10.
Aut uerò ſunt incompatibiles inter ſe, pu-
ta quia omnes ſunt capitales, & nemo põt
niſi ſemel mori. Et tunc eſt in arbitrio iudi-
cis, exequi quam pęnam uelit, & ita ſeruat
communis conſuetudo, ut atteſtatur Ang.
in l. nunquam plura, nu. 2. ff. de priua. delic.
& in l. 1. §. fi. ff. nil noua appel. pen. quem re-
fert Ana. in c. fi. nu. 10. de colluſ. deteg. Quũ
enim omnes illæ pęnæ ſint debitæ fiſco, ſeu
iuſtitiæ ad publicam uindictã, poteſt iudex
eligere quam uult, neque poſſet hoc caſu
iudex dare electionem reo, ut habetur in l.
aut damnum, §. perinde, ubi gloſ. in uerbo,
Permittens, ff. de pęnis, quam gl. pro ſingula
ri commendat Rom. ſing. 131. Quæro an iu
dex. Vide quæ dixi ſupra q. 85. uerſic. Solet
etiam. Et ideo ſi quis ſit condemnatus pro
homicidio in amputatione capitis, & pro
furto ad furcas, non debet fieri executio, ut
prius ſuſpẽdatur, deinde amputetur caput;
ſed iudex eligit quàm pęnam uult exequi,
& illa ſola infertur. Si tamen eſſent plures
condemnationes contra aliquem in una ea-
dem ſentẽtia prolatæ, tunc ſunt ordine ſuo
exequendæ, prout uidemus plerunque reos
forcibus candentibus laniari, deinde ma-
num amputari, & poſtea decapitari, & ſuc-
ceſſiue etiam in fruſtra ſciendi, licet tales pę
næ non ſint niſi in atrociſſimis delictis impo
nendæ, minus enim, quàm fieri poteſt, ſæ-
uiendum eſt in humana corpora, ſalua tamẽ
ſemper iuſtitia.

ADDITIO.

a Suſpendi, aut comburi.] Adde, ut per Lu-
do. Carer. in prac. crim. § homicidium, ulti-
mo. ſub nu. 110. qui etiã allegat can. mulier.
15. q. 1. & quæ plene tradit Marſi. in locis il-
lic allegatis.

b Pœnæ corporales.] In hac q. etiam ui. per
Lud. Care. in pra. cri. §. homic. ult. ſub n. 26.

Quæſtio C.

SVMMARIVM.

1 *Cadauera damnatorum an poſſint deponi, & ſepeliri.*

Et

2 *Et an poſſint dari medicis ad anatomiam faciendam, verſ. Quæro numquid.*

3 *Et an ſi reus mortuus ante executionem, debeat nihilominus eius cadauer ſuſpendi, ver. Item quæro. Remiſſiue.*

5 *Et quid faciendum ſit de veſtibus damnatorum, verſ. Quæro etiam.*

1 VLtimo quæro, † facta executione capitali, quid faciẽdum ſit de cadaueribus damnatorum? Rñ. De iure ciuili habemus titulum, ff. de cadaueribus punitorum, in quo habes, quòd non licet ea ſepelire, niſi habita licentia a principe, præſertim ſi ſunt damnati ob crimẽ læſę Maie. De iure aũt canonico poſſunt corpora damnatorum ſepeliri, vt eſt tex. in c. quæ ſitum, 13. qõ. 2. Et dicit Chaſſ. ſuper conſue. Burg. fol. 94. poſt nu. 5. quòd ita in Italia obſeruatur. In Gallia verò ſeruatur ius ciuile. Sed (vt ipſe fatetur) melius faciunt Itali, ꝙ Galli. Hoc tñ intellige, ut fiat habita prius licentia a iudice, aliàs enim non ſolent deponi, neque tradi ſepulturæ. Et ita declarãt communiter Doct. ut dicit Anto. Gomeſ. c. 14 delictorum, nu. 8. prout etiam ſeruatũ fuit in ſacratiſſimo corpore Saluatoris noſtri, qui dc licentia Pilati præſidis fuit à cruce depoſitus, & traditus ſepulturæ. Ioan. 24. Bene verum eſt, quòd quandoque condemnati pp immanitatem criminis, puta læſæ maie. & etiam aggreſſores publicarum viarum ſolent, poſtquam ſuſpẽſi ſunt, relinqui in loco patibuli, vt cæteris ſint exemplo, & terrori, quod etiã teſte Igneo in l. 1. §. ſi ſibi manus, poſt nu. 49. ff. ad Syl. plerunque Gallia obſeruat, ut ſcilicet inſignium latronum cadauera membratim diuiſa, in locis, ubi frequentius graſſati ſunt, pendere permittãt.

2 Quæro, † nũquid cadauer puniti poſſit dari medicis ad faciendam anatomiam? Rñd. Bar. in l. fi. ff. de cada. puni. poſuit hanc qõnẽ & eam non decidit, ſed relinquit cogitandũ. a Ego non reperio a hoc in iure deciſum, ſed de conſuetudine paſſim obſeruatur, ꝙ dant huiuſmodi corpora medicis, habita tamen prius licẽtia à principe vel ſenatu. Et ita practicati atteſtatur Bertachi. in uerbo, Cadauera, nu. 5. Et refert Anto. Gomeſ. c. 14. delictorum, in fi. quòd de an. 1550. Carolus V. Imperator perquiſiuit uotum Vniuerſitatis Salmaticẽſis, an hoc liceret facere, & Vniuerſitas reſpondit quòd ſic.

3 Itẽ quæro, † an ſi reus moriatur ante executionem, debeat eius cadauer ſuſpendi? Dixi ſupra quæſtio. 51. verſicu. Sed hic incidenter.

4 Quæro etiam, † quid faciendum ſit de ueſtib. damnatorum? Reſpõ. Bar. in l. diuus, ff. de bo. dam. dicit, quòd debet eorũ precium conuerti in expenſas neceſſarias officii, puta in perſequendo maleſactores, & huiuſmodi. Ego puto in hoc ſeruandam eſſe conſuetudinem prouinciæ, & quid obſeruetur in Francia, habes apud Boer. deciſ. 349. poſt nu. 5. Apud nos autẽ ſeruatur, quòd ueſtes viles, quibus indutus eſt condemnatus, tẽpore, quo afficit̃ vltimo ſupplicio, præter eas, cũ quibus eſt honeſte ſepeliendus, ſunt carnificis; precioſæ verò diſtribuũtur inter milites, ſiue ſatellites, prout etiam inter ipſos diſtributæ fuerunt veſtes SALVATORIS noſtri tempore ſacratiſſimæ ſuæ paſſionis, cuius meritò nos ad cæleſtia gaudia perducat, illique ſit laus, & gloria in ſempiterna ſeculorum ſecula, Amen.

ADDITIO.

a Ego non reperio.] Tu adde ueram, atque cõem ſententiã eſſe dari poſſe per Rip. trac. de peſt. tit. de reme. præſeruati. contra peſtẽ, nu. 142. & refert cõprobatque ex aliis Iaco. Menoch. de arb. iud. li. 2. cent. 3. caſ. 285. nu. 10. qui tamẽ, nu fi. tenet iudicis arbitrio tribuendum, qui ſua prudẽtia conſiderare dẽt familiam, conditionem, & dignitatem. Nam ſi uilis, & deploratæ conditionis ſit, tradendum anothomiæ duxit; ſubiungit tamen tutius eſſe principis uoluntatem perſcrutari. Ego indiſtinctè obſeruarem incõſulto Principe, & nulla conſideratione conditionis, ac dignitatis familiæ habita, communem ſententiam in aſſaſſinis, qui per fruſta ſcinduntur, ut habetur ſupra §. Aſſaſſinium. nu. 4.

FINIS.

CONSILIA

SIVE

Reſponſa duo celeberrima,

D. HIERON. GIACHARIS

PRAESTANTISSIMI IVRISC.

LVGIENSIS.

QVORVM PRIMVM SYNDICATVS,
alterum verò monetæ Marchiſanæ
materiam complectitur,

Summo ingenij acumine elaborata.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Altobellum Salicatium.
M D LXXXIX.

[illegible] e carceribus.
Marchio Cabiffij filius Comitis [illegible] [illegible] Carbonarij d anno [illegible] e carceribus, [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] e carceribus [illegible] [illegible]
Dux Guisius d anno 1570 in Galia
Regina Scotiae d anno e carceribus [illegible] [illegible] in Scotia.

CONSILIVM D. HIERON. DE GIACHARIS IVRISCON. LVGIEN.

IN MATERIA SYNDICATVS, articulos ab eo non minus plene atque eleganter, quàm accuratè, & ſubtiliter diſcuſſos, atque examinatos ad defenſam continens.

SVMMARIVM.

1 *MVltiloquium prudentiſſimos ſtomacari ſolet.*
2 *Reÿcienda, quæ potius ad pompam, quam ad eſſe rei ſeruiunt.*
3 *In claris tàm ſtultum eſt argumentari, quàm ſub clariſſimo ſole mortale lumen afferre.*
4 *Subſtantialia dumtaxat ad rem conferentia ſunt attingenda.*
5 *De Vicarÿ mandato, fuit clericis, vt ſingulis, non autem capitulo facta monitio.*
6 *Monitio canonica quæ.*
7 *Canon requiritur vbi facti neceſſitas aliter ſuadet, & num. 346. cum ſeq.*
8 *Quod præcepti tempore neceſſitas ſuaſerit ſic probatur hic in textu.*
9 *Excommunicatio abſque monitione lata per ordinarium valet.*
10 *In excommunicatione pro futuris culpis monitio non requiritur. & nu. 304. exemplificatur etiam infra num. 286. & 287.*
11 *Dies interpellat pro homine.*
12 *Futuræ culpæ ex parte querelantium, & numero 14.*
13 *Canonicorum quorundam contemptus.*
14 *Culpa eſt non facere ea ad quæ tenemur.*
15 *Non facere eſt facere in pœnalibus.*
16 *Valet excommunicationis ſententia in pœnam delicti abſque monitione. & numero 304.*
17 *Valet excommunicatio pro negligentia. Item & pro contumacia. num. 277.*
18 *Præcepti emanati validitas cum duobus ſequen. num. & vſque ad num. 30. & idem num. 341.*
19 *Superioris præcepto iuſte eſt parendum, & num. ſeq. & vi. ſub num. 303.*
21 *Forma ſententiæ excommunicationis: quæ fallit vt infra, & ſub nu. 301. & 302.*
22 *Excommunicationis exemplum infra menſem eſt petendum.*
23 *Valet excommunicatio ſine ſcriptis lata, vbi non aderant ad ſcribendum neceſſaria.*
25 *Murmur tempore præcepti fiebat, & morbus ille aliter mederi nõ poterat, & nu 27.*

26 *Cauſa præcepti facti clericis, vt ſingulis quæ, & num 27. & poſt num.*

29 *Cap. 1. de ſenten. excomm. in 6. limitatur, & num. 30. 28. cum duob. ſequen. & nn 301. 302. 305.*

31 *Ob contemptum excommunicati, contempſere abſolutionem, & nu. 28. & 308.*

33 *Leges vim non habent, niſi poſt illarum promulgationem.*

34 *Ordinarius etiam cenſuris eccleſiaſticis annexus retinet clauium vſum, & num. 201. præterquam in caſibus conſil Conſtan numme. ſequen.*

36 *Cum quibus excommunicatis licitum eſt in vtilibus, & in ad l. pertinentib. participare. & num. 29*

37 *Ideo poterit Vicarius excommunicatos abſoluere per non annexos ad inſolidum deputatos. iſtud enim ei incumbebat ex officio, & num. 29. & ſeq.*

38 *Querelantium defectus atque de eorum fug. geſtione, & num 37.*

39 *Pro vicario ſunt deciſiones apertæ atque opiniones Doctor. recepta, à quibus non eſt recedendum.*

40 *Abſolutio ſententiæ latæ iuris ordine non ſeruato valet.*

41 *Syndicatus iniquitas. num. 37 & ſequen. & 411. 413.*

42 *Epiſcopus vbi cognoſcit inter ſuos clericos debet ſine ſcriptis cognoſcere & iudicare.*

43 *Diabolica vindicta in Vicarium. & num. 37. & ante num. 80.*

44 *Officiales de leuioribus non ſyndicantur. & num. 310*

45 *Neque contra eos eſt curandum de apicibus iuris.*

46 *Officiales non tenentur, niſi de dolo, de culpa autem lata non.*

47 *Pro officialibus præſumitur. Et contra eos omnis ſcrupuloſa inquiſitio reijcitur, aliàs frangeretur neruus iuſtitiæ, authoritaſq; iudicum deprimeretur atque vileſceret, & in officio ſucceſſores lento gradu, vel calce procederent, & quædam ex M. T. Cic. notatu digna.*

48 *Buſonius nomine capituli comparens abſque procuratoria ſpeciali, vti temerarius atque calumnioſus eſt puniendus, & num. 50. & 22.*

49 *Procuratorium ſpeciale requiritur vbi procurator poteſt facere incidere dominium in pœnam.*

52 *Procuratorium ad ſyndicandum debet eſſe in indiuiduo ad opponendum ſic & ſic.*

53 *Ratificatio poſt tempus facta non valet nec ratificanti prodeſt, ſed obeſt, num. 56. 22. & 34.*

54 *Reclamatio facta per Petrum nomine ſuo ac fratrum, à quib non habeat mandatum, niſi ſit ratificata infra tempus præfixum ad appellandum non valet.*

55 *Statutum mandans contra aliquem infra certum tempus procedi poſſe attendi debet, & lapſo dicto tempore proceſſus excluditur.*

56 *Lapſus temporis eſt fortior defectus, quàm expreſſa vel tacita renuntiatio.*

57 *Ratificatio ſerotina non operatur ad præiudicium eius cui ex medio tempore ius eſt quæſitum.*

58 *Ratificatio facta re non integra non trahitur retro, & eſt ac ſi facta non eſſet, & nu. ſeq.*

59 *Ratificatio non trahitur retro, vbi auſertur ius quæſitum alij contra quem ratificatur.*

60 *Qui declarat, nihil noui facit, ſed iam factum proponit, & dicitur ſolum detegere, vti is, qui grana à ſpicis excutit, num 61.*

62 *Declaratio, tametſi trahatur ad principum actus, non tamen trahitur ad præiudicium eius cui ius fuit ius quæſitum.*

63 *L. hæres palam. §. ſi qui poſt. ff. de teſt. declaratur.*

64 *Carcerati ſub uno iudice nõ ſunt contra eum in teſtes recipiendi.*

Aſſignatur ratio. num. ſeq.

66 *Officialis conuentus tempore ſyndicatus excuſatur, ſi non præſtat fideiuſſorem, quia ſufficit, ut iuratoriam præſtet cautionem.*

67 *Syndicatorum ignorãtia, quæ eſt cunctorum malorum mater. & num 61. cum trib. ſeq. Et nota, quia eccleſia viris literatis indiget, & num. 81.*

68 *Tempus ſyndicatus ſtatutum.*

69 *Teſtes inimici repelluntur etiam in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis, in quibus ob illorum immanitatem infames ac deplorati admittuntur.*

70 *Nec princeps iſtud facere poſſet. num. 69.*

71 *Inimicitiæ cauſa, quæ ſufficit, probatur, nu. 72. & num. 212.*

73 *Notorium haud indiget probatione.*

74 *Acta iudicij inducunt notorium.*

76 *Inimicitia grauis, & quæ leuis, relinquitur in iudicis arbitrio.*

77 *Teſtes ex inimicitia etiam præſumpta repelluntur.*

78 *Etiam ubi ex cauſa minus probabili proueniret.*

Teſtis

79 *Teſtis inimicus ſemiplenam haud facit probationem, etiam ſi non ſit capitalis.*

80 *Teſtes non admittendi, ſi admittantur cum clauſula, ſaluis exceptionib. non ſunt in conſideratione, & pro non receptis habentur.*

82 *Teſtes laici contra clericum in cauſis criminalibus intentatis criminaliter haud admittuntur, & num. 174.*

83 *Etiam in criminalibus exceptis, nu...*

84 *Fallit ubi ueritas aliter haberi non poteſt.*
Declara num. 84. 85.
Exemplifica num 87.
Quid articulandum & quid probandum, ut admittantur, nu. 92. 93. & 94.

89 *Iul. Clar. contra communem eſt locutus, & num. 183. 109.*

97 *Fatuus eſſet iudex ille, qui ob ſingularē unius opin. á communi deuiaret, & num. ſeq.*
Et recedenti poteſt dici, Tibi durum eſt contra ſtimulum calcitrare, num. 100.

101 *Contra perſonam publicam duo teſtes non ſufficiunt.*

102 *Ceſſat falſi ſuſpitio ubi ceſſat commodum.*

103 *Querelantium animus qualis, & numero 124.*

104 *Vicarij integritas, & nu. ſeq & per totum conſilium.*

106 *Temeritas querelantium inexcuſabilis.*

107 *Contra iudicem præſumptiones non ſufficiunt, ſed probationes luce meridiana clariores requiruntur, & nu. 352.*

110 *Teſtium examinatorum defectus, & num. 124. cum duobus ſequen.*

111 *Teſtes habentes plures defectus repelluntur etiā in cauſis priuilegiatis, atq; etiam ubi aliter ueritas haberi non poteſt, num. ſeq. & num. 118.*

113 *Querela contra iudices ſunt probandæ ex antiquis actis, non autem ex nouis.*
Scriptura negata eſt recognoſcenda.
Inficiata, fundanti ſe in illa incumbit onus probandi.

116 *Querelantium teſtes erant repellendi uti defectus quamplures habentes, & hoc etiam in cauſis priuilegiatis, cum duobus ſequen.*

119 *Canonicus pro canonico non eſt teſtis idoneus.*

121 *Donnus Cyprianus, ultra quòd ſit ſicarius atque irregularis, eſt etiam unus ex querelantibus ex quibus nouis repellendus.*

122 *Homicidium reſpectu presbyteratus dicitur grauius.*
Omne flagitium tanto conſpectius in ſe crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur, ibid.

124 *Teſtium ac querelantium conſpiratio in uicarium, quapropter illis, iure merito non creditur.*

128 *Teſtes fouentes eandem cauſam principaliter ſunt repellendi.*
Quinimo etiam ſi in conſequentiam, numero ſequen.

130 *Teſtes dicuntur deponere in facto proprio, ubi contra agi poteſt iniuriarum actione.*

131 *Item quando commodum uel incommodum ad eos poteſt pertinere, num. ſeq.*

132 *Teſtes dicuntur deponere in facto proprio ubi tractant de ſe exonerando.*

134 *Doctori præſertim claro ac Illuſtriſſimo teſtanti de conſuetudine eſt credendum.*
Et p ſito, quòd ſit dubium quo ad plenam probationem, uerum tamen dicitur quo ad præſumptionem; cui ſtandum eſt, donec probetur contrarium, numero ſequen.

136 *Teſtes fouentes cauſam conſimilem repelluntur.*

138 *Teſtibus nimium animoſe deponentib. haud eſt credendum.*
Item ſunt ſuſpectiſſimi, num ſeq.

140 *Teſtes contra iudicem debent eſſe omni exceptione maiores, neque tales præſumuntur niſi probentur.*

141 *Arreſtum contra nonnullos factum iuſtificatur.*

142 *In canonicorum Interamnæ materia notabilia quædam.*

143 *Dom. Io. Hieronymi Cherubini querelæ exploſa cum honore uicarij, cuius deuotio, religio, atque pietas proponitur, num. ſeq. & num. 146.*

145 *Canonicorum querelantium contemptus in audiendo concionatores.*
Item in Sanctiſſ. Sacramenti Euchariſtiæ adoratione, num. 138. & 149.

147 *Clericus non beneficiatus, uel haud in ſacris conſtitutus, non tenetur ad officium domini perſoluendum, & ſub numero ſequen.*

150 *Pœnarum diſtributio pijs locis facta.*

151 *Teſtes ſimplicem negatiuam ſirmantes cum ſit improbabilis, ob eorum temerariam aſſertionem ſunt puniendi, & qualiter.*

152 *Donni Leonori querela exploſa. Item eius abſentia ex ſuo capite, numero ſequen pluribus.*

154 *Parochi neceſſitas vbi illum abeſſe contingit, relinquendus eſt prius per ordinarium approbandus, & 351.*

155 *Ordinarius poteſt cogere abſentes ad reſidendum per cenſuras eccleſiaſticas.*

156 *Dimiſſoria ſcripturam exigit, & num. 349.*

157 *Caſus ſcripturam requirentes remiſſiue, & num 309.*

158 *Conſuetudo altera lex.*

159 *Prioris querelæ ab ipſomet ſpõte deſtitutæ.*

160. *Accuſantes Vicarium in quibus reperiantur terminis, & num 258.*

161 *Verbum iudicis obiter prolatum non irrogat infamiam.*

162 *Officialis non tenetur iniuriarum actione vbi corrigendi animo verbum iniurioſum protulit.*

163 *Conuitium generale iniuriam non infert, & exemplificatur, & aliud exemplum vide nu. ſeq de conſiliario alteri conuitianti.*

165 *Interlocutoria poteſt infra tempus debitum per ordinarium reuocari.*

166 *Priores cauſas eſſe per locorum ordinarios cognoſcendas, ex S. C. Trid diſpoſitione.*

168 *Vbi agitur de reuocatione interlocutoriæ coram eodem iudice, tunc illius reuocatio poteſt fieri etiam è nouis actis.*

169 *Relatio duplex, & quæ poſſit reuocari, & quæ non.*

170 *Reali in relatione oportet trãſmittere acta.*

171 *Relationis exemplum partibus dandum debet eſſe manu publica, & de reuocatione, num. 172.*

173 *Notario de extraiudiciali confeſſione deponenti ſtandum non eſſe.*

175 *Teſti deponenti ad ſe exonerandum non eſt credendum.*

176 *Teſtis tractans de ſe exonerando non probat,*

Et eſt ſuſpectus, num. ſeq.

Et ei vti deponenti in quo laus vel opprobrium poteſt euenire nõ creditur, nu 178.

179 *Teſtes pauperes, uiles & abiecti non probant.*

180 *Incauta locutio poteſt reuocari etiam non docto de errore.*

181 *Et huiuſmodi reuocatio haud irrogat infamiam, præſertim antequam ſit proceſſum.*

183 *Confeſſio in figura iudicij facta in criminalibus non nocet.*

184 *Pars ſimpliciter confitendo delictum, quod non eſt, non per hoc poteſt inducere delictum vbi non habetur, neque eſt.*

185 *Iudex poteſt quandocunque corrigere ſuum errorem.*

186 *Item & mutare ſiue errauerit in proceſſu, ſiue in interlocutorijs, num....*

187 *Iudex poteſt motu proprio reuocare ſuam interlocutoriam maxime non demandatam executioni, num ſeq.*

189 *Iudex debet errorem ſuum corrigere etiam nemine inſtante.*

191 *Iudex motu proprio propriaque authoritate poteſt corrigere errorem ſuum.*

192 *In iudice, qui dicitur vir bonus non cadit dolus, quæ regula procedit in vicario præcipuè uiro probatæ fidei laudatiſſimo atque nominis, & famæ integerrimo ſub num ſeq.*

193 *Præſumitur pro iudice actum gerente.*

195 *Commodum & utilitas dicuntur doli cauſa, quibus ceſſantibus dolum ceſſare eſt neceſſe, num. ſeq.*

197 *Sententia iudicis, aut arbitratoris, licet ſit iniuſta, nõ tamen dicitur doloſa, & quare.*

198 *Pœna ceſſat ubi delictum non eſt.*

199 *Dolo ceſſante, de pœna tractari non oportet.*

200 *Falſitas quæ non nocet nec ordinarie, neque extraordinarie, eſt punienda ſecundum quamplurium Dec. opinionem, uide nume. ſeq.*

202 *Falſitas ut committatur, tria requiruntur: & quæ.*

203 *Inſpicienda eſt uexationis cauſa unde originem duxerit, quando uicarius de bonis operibus dilapidatur, & ſub nu. ...*

204 *Tritiſſimum eſt in iure, Tutius ſanctiusq; eſſe nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare.*

205 *Etiam in crimine ſtellionatus requiritur dolus.*

206 *Dolus non nocens ſecundum ll. non punitur.*

207 *Diſputatio ad diſcuſſio hæc habita eſt ad ſplendidiorem demonſtrationem innocentiæ atque integritatis uicarij, ad querelantiumque confuſionem, & nu 220.*

208 *Iudex poteſt officium mercenarium exercendo non poſtulatum interponere circa illud, quod radicatur in illius perſona, ut facere pronuntias, & ualet etiam ſine partis petitione.*

209 *Item poteſt exercere officium parte etiam non petente, in illis quæ pertinent ad ſuum decorem, num....*

210 *Item poteſt iudex interponere officium non poſtulatum motu proprio circa illud, in quo publica uerſatur utilitas, nu...*

211 *Item in caſibus in quib. verſatur priuata, ſi con-*

concernat ipſius iudicis honorem. num.
Idem in illis, quæ principaliter iudicis perſonam iuriſque publicis obſeruantiam concernunt. ibidem.
213 Actori uerba emendare non eſt prohibitum & 190.
214 Sententia eſt de actis.
215 De actis ſtandum eſt ſimplici iudicis relationi.
216 Interlocutoria interpretatio ſacta per eundem iudicem, quæ bene potuit fieri, nu. ſeq.
218 Prætores omneſque iudices poſſunt ſententiam latam corrigere, & emendare.
219 Iudex poteſt emendare ſuam ſententiam circa verba
220 Tota præſens diſputatio fuit ad reprimendũ querelantium animos, & ſupra nu. 207.
221 Interamnæ nouum eſſet, niſi officiales ſuos dilacerarent, uexarent, calumniarentque.
222 Calumniari dicitur actor eo ipſo, quod non probat, & num. 258.
223 Dolus & calumnia præſumitur in illis, qui obiecta haud probant.
224 Vicarium dilacerantes puniri debent, nec ualeret conſuetudo, uel ſtatutum, quòd calumniatores non puniantur.
225 Et eo magis ſtante bonæ fama Vicarij, de qua nu ſeq. & ſup. nu 203. & ſup. nu. 232. 240. & 248. 249. & ſub nu. 253. cum pluribus ſequen.
226 Accuſantes uicarium ultra pœnam iuris, quam ferunt, debent etiam mulctari, & nu. ſeq Et qualiter relatiue. n. 255 et 256.
227 Clericus ſubdiaconus calumniam illatam haud probãs qualiter puniatur, et nu. 258.
228 Accuſantes uicarium, ut inimici, erant ab accuſando repellendi, qui etiam effecti ſunt irregulares. num. ſeq.
230 Honor & uita æquiparantur.
231 Accuſator, actus notabilis, & nu. 103.
233 Vicarius geſſit officium in multis difficultatibus atque in ciuitate ſeditioſa.
234 Interamnenſium natura quæ.
Quæ probatur eleganter, ſub nu. ſeq.
236 Experientia ueritatis lumen.
Item rerum efficax magiſtra, nu. ſeq.
Et ualdè argumentũ ab experientia, nu. 238.
Nec meliorem habemus teſtem, quàm natura ipſa, quæ mentiri non poteſt, num. 239.
240 Vicarius fuit ſacrorum canonum atque S C. Triden. ac Bullarum Sanctiſſimi executor moderatus.
243 Alex. de Imola authoritas eiuſque innumeræ laudes, uſque ad num. 247.
248 Vicarii bona uox, & fama, in genere ac in ſpecie probata, & pluribus ſeq.
Quæ in omnibus ſolet eſſe proficua, per eam enim confunduntur ſuſpitiones, num. 249.
250 Vicarius, qui ritè, rectè, piè, atque laudabiliter in omnibus ſe geſſit, eſt abſoluendus, & qualiter.
251 Dolum erga uicarium fuiſſe ex profeſſo adhibitum inficiari haud poteſt, ex quo in eum quamplura ſunt contra ius attentata.
252 De bonis bonæ uitæ effectibus conſilia aduocata.
253 Iudicis fauore bona fama præualet malæ, etiam ubi mala in ſpetie, bonaque in genere eſſet probata, num. ſeq.
256 Vicarius ultra damna, expenſas, intereſſe, iniuriaſq; atroces paſſa; dilaceratus cedit, ac ſui dilacerantes glorioſi incedunt de ſuis calumniis, quas iudices tenentur repellere.
257 Aequitatem præoculis habens boni iudices.
259 Accuſatoribus nimium fauorem fuiſſe præſtitum, uerum quo maiori conatu hæc acta fuere, tanto infirmiora eſſe debent apud graues, ſapientes, integerrimos iudices, quorum proprium eſt hominum, audacias ac malitias proterrere, innocentibuſque ſubuenire, num. 260.
262 Dubia tradita, ſed primum defectiuum, nume. ſeq.
264 Opponendo ac diſputando ueritas clarius eluceſcit.
265 Sæpius agitata magis ſplendeſcit in lucem, & latens argumentis & collationibus aperitur, num. ſeq.
267 Ferro uiam aperit, qui per cõtraria tranſit.
268 Sicuti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, ſic & ueritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur.
269 Veritatis ſectatores Deo placent.
270 Veritas ſuper omnia amanda eſt.
271 Veritatis uis ſecundum Iſidorum.
273 Veritas quid ſecundum Baldum.
Alia diffinitio ſiue manis deſcriptio ſecundum eundem, num 276.
Item quid ſecundum Afflic poſt relatoi numero 274.
275 Veritas omnia uincit mater iuſtitiæ, nu. ſe.
Et ueritati omnia cedunt, num. 277.
278 Iudex miniſter Dei debet inhærere ueritati atque illam adiuuare quibuſcunque modis, num ſeq.
281 Iudex tenetur occurrere ſcandalis etiam recedendo à regulis iuris.

282 *Faciens ea quæ debet culpa aſcribi non poteſt.*

283 *Culpa quælibet etiam leuiſſima abeſſe præſumitur ab eis qui dant operam rei licitæ, donec probetur contrarium.*

284 *Culpa non imputatur alicui, vbi ex illa damnum non contingit.*

285 *Argumentum pro uicario, ratione fundatũ.*

286 *Excommunicatio vbi fit pro aliquo, tunc non oportet illud eſſe mortale, quinimo nec veniale, & num....*

287 *Item non oportet tunc quem eſſe contumacẽ, ſed ſufficit, quod ſit inobediens, nu....*

288 *Veniens contra præceptum ſuperioris peccat mortaliter, & poteſt excommunicari.*

292 *Dolus eſſe dicitur contra eos, qui ſui ſuperioris mandatum tranſgrediuntur, & quare.*

293 *Prælatus promptus eſſe debet in puniendo.*

294 *Et inobedientia inducit peccatum mortale.*

295 *Quando aliquod præcipitur ſub pœna excommunicationis, tunc illud quod eſt veniale ob contemptum efficitur mortale, & numero 297.*

298 *Querelantes tenebantur parere vicario.*

299 *Rationem efficacem ſufficit adducere pro lege.*

303 *Contumax poteſt excommunicari abſque citatione, & ſeq.*

311 *Negatiua probatur, per librorum aperturã.* *Item per inſtrumentorum inſpectionem, nu me. ſeq.*

313 *Ordinarius etiam cenſuris eccleſiaſticis annexus modo in miniſterio eccleſiæ tolleratus, poteſt vtilia atque ad legem pertinentia gerere, ex quo ſibi incumbit ex officio, & num. 317*

318 *Ordinarius à fidelibus ſibi ſubditis requiſitus poteſt concedere facultatem abſoluendi excommunicatos.*

319 *Delegabilia ſunt de iure canonico illa, quæ ſunt mixti imperij.*

320 *Specialia trigintatria contra regulas iuris remiſſiue, & adde videndum inf nu. 305.*

321 *Caſus præcepti facti iuſti per ſummum Pontificem approbatus, & quia clericis e carceribus liberatis fuerit iniunctum, num. ſeq.*

322 *Meritis merito honor eſt tribuendus.*

323 *Honos virtutis præmium, & alia notabilia.*

324 *De geſtis per ſummum Pontificem atque de illius poteſtate diſputare fas non eſt.*

325 *Item multa notatu digna de principe ac de Principis poteſtate recollecta habes in textu vſque ad num 344.*

345 *Fatuum eſt ſe intromittere, vbi Papa manum appoſuit.*

346 *Quod Papa confirmat nemo infirmat.*

347 *Abſurdum magnum eſſet, ſi inferior poſſet reſcindere ſui ſuperioris geſta.*

348 *Non poteſt inferior ſe intromittere ſuper ſui ſuperioris factum etiam nullum.*

350 *Vnico teſti non eſt fides adhibenda.*

352 *Probationes contra officiales debent eſſe ſole clariores.*

353 *Succumbant vexantes temere vicarium.*

354 *Accuſatoribus non probantibus plene nec legitime, reus & ſi nil probauerit venit abſoluendus diffinitiue, etiam ſi accuſatoris intentio fundata eſſet ſuper negatiuam, numero ſeq.*

356 *Etiam in crimine falſi debet probatio de neceſſitate concludere & ſtrictior eſſe debet.*

357 *Adeo vt actoribus non probantibus eos iniuriarum actione conuenire poteſt vicarius calumniatus, & ſunt etiam damnandi, nu. 358. cum ſeq. & nu. 401.*

361 *Memoranda documenta pro iudicibus illorũq; pœnæ, niſi illa obſeruauerint, & num ſeq.*

363 *Iniuſtus iudex inter animalia bruta eſt connumerandus.*

364 *Iudex corruptus iniuſtam proferens ſententiam, efficitur infamis atque parti læſæ tenetur, & exemplum memorandum, vide nume. ſequen.*

366 *Iudices iuſti, beati, & horum memoria debet extolli: iniuſtorum autem aboleri, & num 369.*

368 *Ira diuina lento procedit gradu ad vindictam, tarditatemq; ſupplicij grauitate compenſat, & idem num. ſeq.*

370 *Subſcriptio alterius Iuriſconſul. cum vicarij commendatione, & nu. 379. & 423.*

375 *Ordinarius etiam ſuſpenſus poteſt excommunicatos abſoluere.*

380 *Nihil inter homines eſt ſic indubitatum, quin poſſit licet iuſtiſſimũ, ſuſcipere quandam ſolicitam dubitationem; legis enim ſæpe cauillantur, & captantur, ita ad diſſentiendum homines ſunt faciles.*

381 *Item nihil tam clare tanque aperte verbis poteſt proferri, quod non maligna, ſophyſticaque interpretatione euerti poſſit, & quare, num ſeq.*

384 *Ad diſſentiendum homines ſunt faciles.*

385 *Leges calumniantur, & captantur, cum ſequen.*

387 *Adimpletum in vicario dilacerato dictũ notabile Magiſtri Sententiarum ac aliorum dicen-*

dicentium, ambigendum non eſſe, omnem humani eloquij ſermonem calumniæ atq; æmulorum contradictioni ſemper obnoxium fuiſſe, & quare. vide in textu.
388 Accuſatores acriter contendere contra agnitam veritatem, quæ vtinam haberet tot inuentores quot habet contradictores, num. ſequenti.
390 Vicarius patuit inuidorum morſibus.
391 Partes iudicare debentium quæ, & nu. ſeq. Quod declaratur num. 393.
394 Vicarius dilaceratus de bonis operibus, atq; de ingratitudine ſatisfactus, & nu.
395 Ingratitudo quid.
396 Ingratus non dicitur viuere moraliter.
397 Multa notanda dicta pro vicario ibi. ad nu. ſeq. item vſque ad num. 408.
399 Apud iudicem non debet eſſe acceptatio perſonarum.
409 Iudex de quib. ſit ſyndicandus, & nu. ſeq.
411 Syndicatus cauſa quæ.
412 Cupiditas radix omnium malorum.
413 Vicarius ſyndicatus ſub iudice, qui ab eo fuit per ſententiam parochiali priuatus, atque etiam ab eodem proceſſatus, & eidem de falſo delatus.
414 Inuidia contraria virtuti, quæ labefactari haud poteſt. num. ſeq.
419 Cauſa atque vicarij innocentia ſplendidiſſima facta eſt atque poſita extra omnem controuerſiam.
420 Prolixas atque verboſas diſputationes euitandas eſſe.
421 Ob religionis reuerentiam, atque S. R. E. decorem multa in conſilio fuere de induſtria omiſſa contra dilacerantes, atque cupidos, qui in quibus gradibus ac terminis honoris reperiantur, aliorum ſit iudicium.

In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.

IN hac præſenti cauſa ſyndicatus, ſi ſyndicatus eſt nominandus, quia multum animoſe, atque malo zelo mota fuit, atque procurata per nonnullos clericos Internanæ, qui fatigauere, atque inquietauere lite iniquiſſima eorum vicarium virum integerrimum, & contra quem cuncta ſtricte
diſcutiuntur, neque erant contra eum ita
rigide procedendum, vt infra poſt nu. 18.
multa ſeſe offerunt digna conſideratione,
ex quib. perſpicuo de eiuſdem vicarii iniu-
ſte vexati impieque dilacerati indubitate
1 apparet innocentia. † Et non conterrendo
tempus in multiloquio, quod prudentiſſi-
mos ſtomacari ſolet, vt exordiar cum Fran
2 ciſco Aret. in conſil. 11. in princ. † Reiectiſ-
que etiam quibuſdã aliis, quæ ad pompam
potius, quam ad eſſe rei faciunt, vt exor-
diar cum Bartol. in l. edita. C. de eden. &
Iaſ. in conſil. 8. in prin. atque Rolan. in con-
3 ſil. 59. volum. 2. & 61. & 63. in 3. † Quini-
mo rem perſtringendo in claris terminis,
in quibus, tam ſtultum eſt argumentari,
quàm ſub clariſſimo ſole mortale lumen
afferre, vt docuit Quintil. lib. 5. oratio. In-
ſtit. referente eod. Rolan. conſil. 72. in prin.
4 volum. 2. † Sed ſubſtantialia dumtaxat, &
ad rem conferentia attingendo, vt docuit
Bald. auth. ex cauſa, in princ. C. de liber. præ
ter. & reaſſumit Iaſon in conſil. 2. in princ.
volum. 2. Roland. conſilio 34. in princ. vo-
lum. 2. dicitur imprimis, quo ad excommu
nicationis præceptum, ob quod coniura-
5 tum fuit in Vicarium: † dicitur quòd de
vicarii mandato fuit per Donnum Paulum
ſacriſtam facta monitio clericis, vt ſingu-
lis, non autem capitulo, vt in primo, atque
6 in ſecundo proceſſu conſtat. † Nec quic-
quam obſtat ſi diceretur, non fuit monitio
canonica, ideſt cum debito dierum inter-
uallo, vt requiritur, & habetur in cap. ſtatu
tum, de ſenten. excommun. lib. 6. quoniam
ex eodemmet text. reſpõdetur, illud verum
7 eſſe, † niſi facti neceſſitas ſuaſerit aliter,
quod & etiam habetur in c. ſtatuimus. eod.
iuncta gloſ. ibi, niſi neceſſitas aliter ſuaſe-
8 rit. † Et quod tempore memorati præcepti
neceſſitas ſuaſerit, ſic probatur expreſſe;
non enim aderat dierum interuallum à die
vigiliæ ad diem feſtum S. Catherinæ, & hæc
9 quo ad monitionem. † Vltra quòd excom-
municatio abſque monitione valet lata per
ordinarium, & tenet, vt voluit Rot. deciſio.
10. de ſenten. excommu. in antiquior. Quo
10 † verò ad præcepti validitatem clarum eſt
in iure noſtro, in excommunicatione pro
futuris culpis haud requiri monitionem,
puta, niſi in termino ſatisfeceris, quòd
idem ſonat, niſi ad miſſam conuentualem,
quam maiorem vocant, atque ad primas
& ſecundas veſperas in eccleſia ſanctimo-
nialium

monialium S. Cathærinę in die illius feſti non
11 interfuerint; †quoniam dies tunc interpel
lat pro homine, vt poſt relatos tradit Feli.
in c. cum ſit Romana, numero 22. de appel
la. Dec. in cap. repræhenſibilis, numero 4.
eodem. & per Gabriel. Roma. in ſuis com-
mun. concluſio. concluſi. prima. de citati:
numero 156. ad idem. & per Foli. in capit.
ſacro approbante conſilio, numero 4. de
12 ſentent. excommu.† futuræ culpæ aderant
rectis oculis intuenti, quoniam vlla ratio-
ne haud eſt credendum mentem ſanctiſſimi
Papæ fuiſſe in monialium abdicatione fa-
cta, atque in illarum conſignatione ſuis die
ceſanis iniuncta, moniales conſignatas
per epiſcopos regi, gubernarique quo ad
veſperas, Miſſas, confeſſiones ſacramen-
tales, & his ſimilia, ſed mediantib. eorum
13 clericis ipſis ordinariis inferiorib. † Qui
quidem clerici moniti ex induſtria renuen-
te aliqui, quiuimo pertinaciter contempſe-
re, poſteaquā in cathedrali adimpleuerint
adimplenda, atque perſoluerint perſoluen
da, interuenire ad miſſam maiorem, atque
ad veſperas debitas ex diſpoſitione Bullæ,
Sanctiſſ. alias inuitis dentib. fatendum eſſet
Bullā prædictam ſeruire de vento, quòd eſt
14 minime admittendum. † Aderant igitur,
aderant futuræ culpæ reſpectu clericorum
non patientium illa ad quæ tenentur, ar-
gumento tex. in regula, qui non facit. vbi
gloſſ. alia iura ſimilia citat. ff. de regul. iur.
15 † vbi Dec. expreſſe notat, quòd non facere
16 dicitur facere in pœnalib. † Clarum eſt
enim valere excommunicationis ſententiā
in pœnam delicti ſine monitione, vt per
Dec. in d. c. repræhenſibilis, numero 2. Ni-
col. qui declarat 52. concord. gloſ. 3. & 3.
fallentia. Feli. d. c. ſacro, numero 5. & Ga-
briel. Roman. eadem concluſio. 1. numero
17 159. † Item valet excommunicatio pro
negligentia. gl. 11. q. 3. placuit. & de conſe-
18 cra. di. 1. nemo. † ſiue igitur reperiatur di
ctum præceptū factum pro futuris culpis,
ſiue in pœnam delicti, ſiue pro clericorū cul
pa atque negligentia, valet, atque omnino
tenet per prædicta. neque ob illud poterat
vicarius vexari, cum contra officialem non
ſit agendum rigide, vt tradit Beci. conſilio
1. numero 7. & nouiſſime adde per Bertaz.
19 cri. conſilio 91. numero 4.† Item ſuperio-
ris præcepto iuſto eſt parendum, c. 2. de ma
20 io. & obe. & 14. q. 1.† Et prælatus debet eſſe
promptus in puniendo inobedictos ex ſen-

tentia Apoſto. relata in capitu. primo. de
poſtul. præla. vbi Dec. 19. notab. alia ad pro
21 poſitum ſcientia producit. † Hæſitatio fit
vt audio ex eo, quia præſupponitur dictum
excommunicationis pręceptum ſine ſcrip
tis factum fuiſſe, & ſic iuris ordine præter
miſſo, de quo dicto cap. 1. de ſent. excom.
22 in ſexto. † Hoc negato, quoniam moroſus
Prior atque alii obnoxii debebant de illa
intra menſem petere exemplum, vt dicit
pro parte eorum allegatus tex. Et vbi vica-
rius tūc requiſitus ſiue interpellatus illud
in ſcriptis ipſis petentib. non oſtendiſſet,
atque illius copiam poſtulantib. ipſis non
decretaſſet, poſſent vtique iſto in caſu que-
23 relantes pro certo aſſeuerari. † Ac poſito
etiam citra prę̨iudicium veri, rem ita ſeſe
habuiſſe, adhuc reſpōdetur dictum præce-
ptum vicarii intuitu validum, quū in illo
tunc non aderant illic ad ſcribendum ne-
ceſſaria, prout ita in terminis terminanti-
* bus reſpondet gl. * communiter recepta
in dicto cap. 1. quæ militat propriè in caſu
24 noſtro. † In cathedrali & enim adimpleta
erant adimplenda, quando Donnus Pom-
peius retulit vicario in choro aſſidenti die
dicta feſti S. Catherinæ de mane, illic haud
Miſſam ad celebrandam ſacerdotem adeſ-
ſe; & illuc adueniſſent atq; adeſſent Illuſt.
Dom. Gubernator hodie Eps Venuſinus,
Magnifici DD. priores ciuitatis, & denique
numeroſus vtriuſque ſexus populus pro
audienda miſſa in eadem die feſti ſolem-
25 ni. † Et quòd propterea murmur aderat at
26 que generabatur ſcandalum. † Et relatio
hæc fuit nempe cauſa proxima ob quam
non minus iuſte, quàm pie fuit motus vica
rius ad illud præceptum ſic promulgandū
pro vitandis ſcandalis, atque tollendis mur
murationib. quod nequaquam promulgaſ-
ſet etiam, lapſis primo ac ſecundo ſcanda-
lis, vt quia primam illius monitionem con
tēpſiſſent, atque vicarium increpaſſent ex
eo quod illis dixiſſet, *Signori Canonici, non*
pontate il R. Don Serafino per queſta fiata,
percioche io hollo mandato à dire meſſa per
diſagio, & à buon fine in S. Catherina.
27 † Cauſa vero iuſta, atque rationabilis fuit,
vt iam dictum eſt, bulla illa Sanctiſſimi, de
qua in actis, ex qua cum ſit pręcipua illi cō
traueniens obligatur ad mortale peccatū.
abundant ad hoc iura in capitul. ſecundo.
de maior. & obedi. 23. diſt. ſi quis ſunt, &
14. q. 1. quod percipitur. & 8. q. 1. ſciendum.
cum

cum ſuis ſimilib. citatis per Dec.in c. nam
cõcupiſcentiam.nu.2.& per Feli. ibi in pri.
de conſti. Et bulla prædicta præcipit ordi-
nariis omnib. in virtute S.obedientiæ, &
vt in illa, quatenus libenter ſuſcipiant
Monialium regimen in ſpiritualibus, at-
que temporalibus, eiſdem ordinariis dãdo
plenam liberamq́ue regendi, & gubernan-
28 di poteſtatem, vt fuſius in ea habetur. † Et
in illo temporis momento non ſine ſcan-
dalis aliàs tranſituro non aderant ibid. nec
ſerba, neque ad ſcribendum neceſſaria vt
explicite teſtati ſunt Donnus Cherubinus,
Donnus Paul. notus, ac aliis, & ſcandalum
29 imminebat. † Sileat igitur regula tex. præci
* tati, inſurgatque opin. gloſ. * approbatæ
30 à Doctoribus limitantis illum tex. ſic. † Et
adde, quod limitationem hanc tenent
etiam ſum. Sylue. verbo, excommunicati.
il primo. num. 14. & Feli. eod. c. ſacro, nu. 4.
quæ placuit ſimiliter Soci. ibid. nume. 372.
31 † Sed quid plura, querelantes excommu-
nicati ob contemptum de induſtria tenue-
re abſolutionem accipere ab illis quatuor
ſacerdotib. confeſſariis approbatis atq; ab
ipſo d. vicario tunc ſpecialiter delectis in ſo
lidumq́ue deputatis, vt eum iuramento in
terrogati depoſuerũt Dõnus Cherubinus,
Donnus Bartholomæus canonici, atq; alii
32 in proceſſu teſtium. † Et ſi diceretur, vica-
rius erat ab eccleſiæ ingreſſu per menſem
ſuſpenſus ob prętermiſſam formam iam
dictam, & ſic irregularis, hoc primo nega-
33 to † reſpondetur ſecundum do. Felin. in d.
cap. Rodulphus, nume. 35. de reſcri. atque
Gram. deciſio. 105. nume. 60. leges pœna-
les vim non habere niſi poſt declarationẽ,
34 quæ nullibi facta reperitur. † Itẽ in fortio-
rib. terminis dicitur, quòd tametſi eſſet vi-
carius irregularis, (quod negatur.) quòd ni
hilominus retinebat iuriſdictionem, qua
non erat propterea priuatus; vnde dubio
procul poterat vicarius iurè cenſuris an-
nexos abſoluere, ita q. hanc in terminis
terminantib. format atque pro vicario re-
ſoluit gloſſ. illa, quæ ponit falcem ad radi-
ces in d. c. ſacro. verbo interdictum. videant
rogo iuſdicentes eam, eſt vt dixi in ꝓpriis
terminis noſtris, & omnem tollit hæſitatio
35 nem. † Item reſpondetur quòd retinebat
vicarius vſum clauium, quoniam haud re-
periebatur in illis duob. caſib. cõcil. Conſtã.
ita ſignanter inquit Magiſter Victoria in
eius ſum. ſacram. fol. mihi 181. & in termi-
nis etiam fortiorib. fol. 194. verſicu. ſecun-
36 da, † vbi inquit, cum quibuſcunque ex-
communicatis licitum eſſe in vtilib. ac in
37 ad legem pertinentib. participare. † poterat
igitur vicarius illo etiam in caſu in perti-
nẽtib. ad officium vicarius atque in vtilib.
clauib. vtens, innodatos p alios ſacerdotes
confeſſarios cenſuris non annexos, & ab
eod. vicario delectos, atq; deinde detenta-
tos inſolidum abſoluere, niſi renuiſſent, cũ
vicario iſtud ex officio ſuo incumberet.
38 † Querelantium igitur perfidiæ adſcriben-
dum eſt, qui ex falſa ſuggeſtione illorum
Aduocati de Gubernatiis fuere decepti, &
hæc pro vicarii perſpicua defenſione ſuf-
ficiant in iſto paſſu. Et de ſuggeſtione Ar-
chid. habetur in capitu. cum acceſſiſſent. de
39 conſti. † Et pro vicario etiam ad ſunt de-
ciſiones apertę; atque rationes concluden-
tes, nec non opiniones Doctor. crebriores
atque vſu receptæ, à quibus in iudicando
non eſt recedendum, ad tradita in c. ne innii
40 taris. de conſti. † Item quòd valeat abſo-
lutio talis ſententiæ determinauit Rota de
41 ciſ. ſeptima; de ſent. excom. in nouis. † Et
iſtud haud erat hic prætermittendum, ſed
perpetuo notandum ad detegendum ini-
quitatem edicti promulgati de ſyndican-
do vicarium, atque ſyndicatu, quod in
ſyndicatu inaudito coram epiſcopo erat ſi
ne ſcriptis procedendum, iuxta text. & gl.
ibi in §. neceſſitatem. in Authen. vt iudi.
ſine quo. ſuffrag. & in §. primo. in Authen.
vt cleri. apud propri. Epiſ. vbi Barto. ex ea.
42 conſtitutione notat, † quòd quando epi-
ſcopus cognoſcit inter ſuos clericos, quòd
habet ſine ſcriptis cognoſcere atque iudica
43 re, † quòd in vicario obſeruatum haud vi-
44 deo ob diabolicam in illum † vindictam,
quia non erat de leuiorib. vti fuit, ſyndican
dus, ad tradita per Iaſo. in l. 1. nume. 9. C.
45 vt omnes iudi. & inferius habetur. † Item
neque contra eũ erat curandum de apicib.
46 iuris, vt per Bal. in conſ. 165. vol. 3. † offic. a-
les etenim de generali conſuetudine non
tenentur niſi de dolo & barataria, de culpa
autem lata non, per Bald. in l. obſeruate. §.
proficiſci, quæſt. 15. & 18. ff. de officio pro-
con. & lega. ac per Amod. de ſyndi. numero
136. vbi poſt Accur. citatum dicit, quòd de
conſuetudine, & per ſtatuta ciuitatum offi
ciales haud ſyndicantur niſi de furtis, pecu
nia accepta & male ablatis, & cæteris bara-
tariis, de iniquis autem ſententiis, & per im

peri.

peritiam male latis nō: vt per Bertaz. vtro-
47 bi.†Et pro quibus præſumitur.l.2.C.de of
ficio ciui.iudi. & per Bald.d.§. proficiſci.x.
q.ad fin. cum aliis citatis per Gramm. cri.
conſi.54. atque etiam cum conco. de quib.
nouiſſime per Bertaz. cri. conſ.71. num.8.
& 81. num.7.Et contra quos ſerupuloſa in
quiſitio omnis reiicitur, aliàs frangeretur
neruus iuſtitię, authoritasque iudicum de-
primeretur atque vileſceret, & in officio
ſucceſſores lento gradu vel calce procede-
rent, vt per Gramm.d.conſi.54.num.3. vbi
retulit Paris. de Pute. quòd per duas col.
exclamat ad iudicum fauorem, fol. mihi
92. & fuſius vi. in locis memoratis. Adde
etiam notanda verba Ci.in oratio. pro Lu-
cio Flacco.in ſecunda parte pag.mihi 170.
b. dicentis ad verbum, ò conditiones miſe-
ras adminiſtrādarum prouinciarū, in quib.
diligentia plena ſimultatū eſt, negligentia
vituperationum, vbi ſeueritas periculoſa,
liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſenta
tio puitioſa, frons oīum familiaris, multo
rū animus iratus, iracundię occultę, blādi-
tiæ apertæ, venientes prętores expectāt, præ
48 ſentes inſeruiunt, abeuntes deſerunt. †Cir
ca querelas nomine, capituli porrectas per
ſer Rutilium d.nomine comparentem ex-
preſſe ſine mandato procurę ſpeciali, atque
in indiuiduo, vt de iure requiritur, vt infra:
49 † cum poſſet facere incidere dominum in
* pœnam iux.theori. Bar. *communib.calcu-
lis apud.ll. vertices approbatam atque tra-
dita, per Iaſ.in l. ſi procurator, nu.7. ff.de
cond.indeb.& tradita per Card.Pariſ.conſ.
100.num.7.in 3.Roland.conſi.71.in fi.lib.
1.Natt.conſ.445.num.2.3.Cur. Iun.conſi.
50 149.in fi.& alibi, ſæpe per ſcriben.†dicun-
tur non potuiſſe admitti de iure, & ꝙ pro-
curator ille venit vti temerarius ac calum-
nioſus puniendus pęnis debitis, de quibus
51 5.q.6.can.1.& ſeq.†requirebatur certe pro
curatoriū ſpeciale ad opponendū, lic, & lic,
vt habetur in c.procurator, de electio.in 6.
& tradit Specu.titu.de procura.§.1.poſt nu
merum 15.& habetur in clemen. ſecunda,
de procu. atque probat.l. non ſolum.§.fin.
52 ff.eo.†Nec ob.ſi diceretur querelæ illę fue
re per canonicos ratificatæ, quoniam ad
hoc reſpondetur, quòd eorum ratificatio
vti ſerotina vic.reſpectu, cum ſit poſt tem-
pus decurſum facta, nil valeat, neque ratifi-
cantib.ipſis quicquā prodeſt. Bene verū eſt,
quod eis obeſt, oberitque ſemper, & ad hoc
probandum produco conſi. do. Alexand.
Imol.qui compulſus reſpondet eius conſi.
53 101.nume.3.volum.2. † quod reclamatio
facta per Petrū ſuo nomine proprio, atque
fratrū, à quib. non habeat mandatum, niſi
ſit ratificata intra tempus ad appellandum,
nō valet neq; tenet appellatio ſiue prouo-
catio.l.vt bonorū.ff.rem rat.habe.l.prima,
cum illic adnot.poſt gl.per Bar.ff.de appel
la.recip. cum aliis ꝑ eum allegatis loco præ
citato, quibus adde vt per Iacob. de Sancto
Geor.in l.prima C.qui admi. ad bono.poſ.
nume.12.& in l.licet verum. ff.de iudi.nu-
me.6.vbi etiam ſubiungit ſe ita pluries fe-
ciſſe iudicari, & per hoc mandat notari. Ad
de etiam ad idem Gabriel Eugubin. eius
* conſ.186.num.30.& 31.vbi * communem
54 inquit, ſubiūgens probanſq; †ꝙ temporis
lapſus eſt fortior defectus, quàm renuntia-
tio expreſſa ſiue tacita, quia ex quo dene-
gatur audientia, proceſſus redditur nullus,
vt per Iaſ. conſilio 165.colum. ſecunda, &
168.volum.2. & per Vant.de nullit.titulo
ex defectu inhabi.compa.nume.51. & ſeq.
55 †.Et ſtatutum mandans contra aliquem
intra certum tempus procedi poſſe, debet
formaliter attendi, ita vt lapſo tempore
pręfixo proceſſus excluditur per Marſ.con
ſil.69.in prin.87.nu.8.117.in prin.Syluan.
conſilio 7.num.2. atque per Bertaz.d.con-
56 ſil.71.nu.1.& 2 qui prædict.allegat.†Item
reſpondetur, quòd ratificatio illa ſerotina
non operatur, vt proxime dixi ad præiudi-
cium uicarii, cui ex medio tempore fuit
ius quæſitum, ita per Afflict. deciſio.335.
ante num.13.Nat.conſi.252 num.9. conſi.
26.num.4.& conſi.penul.Dec. conſil. 460.
Fabr.in ſuo breuia.vtili ſuper C.l.ſi filiusfa
milias.ad S.C.Maced. Soci.conſi.126.num.
1.lib.4. quod conſiderauit ſubtiliter re-
ctis oculis intuenti, Eugubin. loco ſupe-
rius citato, cui adde per Tobi.conſ.56. nu.
57 3.& Iacobi.de S.G.d.l.1.nu.13. †Itē reſpō
detur quòd ratificatio facta re non integra
non trahitur retro, vt per Alex.conſil.110.
vol.3. vbi Apoſtill. quamplures cōcordan.
58 aduocat.†Et eſt perinde ac ſi nō eſſet facta
quo ad vicariū, licet ſecus quo ad ratifican
tes, per ea quæ tradit Alex. conſ.126. in 2.
59 † Vbi ratificatio non trahitur retro quan-
do aufertur ius quæſitum ei contra quem
fit, qđ poſt relatos cōprobat atq; ſequitur
Rolan.conſi.78.nu.24.25. lib.3.quib.adde
per Iacobi.de S.G.in l.ſi tutor tuus, ſub.nu
me.

me.51. in tertia limit.C.ex quibus cauſis.
60 †Et ſi diceretur,aduerte,quia non eſt ratifi
catio,ſed declaratio actus præcedentis,quæ
quidem declaratio vtique pōt fieri ex iſto,
ꝙ qui declarat nil noui inducit, ſed quod
obſcurū eſt, coopertūque, ab eo detegitur
atque illuminatur, illuminatumque propo
nit.l.hęres palam,§.ſi qui poſt,ff.de teſtam.
61 †Et dicitur ſolum detegere, ſicuti qui ex-
cutit grana à ſpicis, vt eleganter inquit
Fulgo.conſilio 148.columna fi.de quo me-
minit Roland. conſilio 57.numero 27.lib.
62 tertio.†adhuc reſpondetur,quòd quamuis
declaratio trahatur retro quo ad princi-
pium actus, quòd non propterea retro-
trahitur ad pręiudicium Vicarii, cui per
medium tempus præfixum atque lapſum
ius eſt quæſitum, ita per plura reſpondet
Roland.omnino videndus eius conſil. 46.
63 nu.38.vol.ſecundo.† Et ita ego intelligo,
atque declaro text. in dicto §. ſi qui poſt,
64 † Quo vero ad querelas alias, eſt ſcien-
dum, quòd generaliter omnes illi,qui fue-
re per Vicarium carcerati non poſſunt con
tra eum in teſtes recipi, vt habetur per
Gramma. conſilio criminal.46. quod eſt
65 notatu dignū.†Ratio eſſe poteſt,quia non
ſunt omni exceptione maiores vt requiri-
tur per Gram.criminal.conſilio 35. nume-
ro 39. quem ſequitur Pract. Carer.in prin-
cip. ſub nume. 165.vbi alia multa ad pro-
poſitum, adde & nouiſſimè per Bertaz.
dicto conſilio 71.numero 12.vbi alios con
66 cord.citat.†Eſt & etiam notandum vnum
aliud, videlicet quod officialis conuentus
tempore ſyndicatus, in ſyndicatu excuſa-
tur, ſi non præſtat fideiuſſorem, quia ſuf-
ficit, vt iuratoriam cautionem det,per Ro-
land.alios conuocantem conſilio 43.nume
ro 23.volum. ſecundo,ex quibus perſpicua
detegitur iniquitas ſyndicatorum, imperi-
67 tiaque, †quæ eſt cunctorum malorum ma
ter.38. diſtin.ignorantia. quoniam eorum
abundāte ignorantia ſupina admiſere con-
tra Vicarium teſtes ſub ipſo carceratos,ip-
ſumque etiam in defectu fideiuſſionis non
præſtitæ, declarauere retineri, pariterque
retinuere in illius thalamo ſub pœnali
præcepto de eo non abeundo, recedendo-
ve abſque licentia licet ſæpius fuerit poſtea
68 ei conceſſa.†Item illum detinuere in ſyn-
dicatu per quatuor menſes,tam contra for-
mam ſtatuti laicorum, quàm etiam contra
iuris communis diſpoſitionem, de qua in
rubr. & nigro. C.vt omnes iudic.& tam en
circa prædicta, iuris diſpoſitio lippis, ac
69 tonſoribus eſt nota.†Omnes etenim non
ignoramus teſtes inimicos repelli etiam in
crimine læſæ maieſtatis vel hęreſis,in quib.
ob illorum immanitatem infames atque
deplorati admittuntur, vt tradit Bart.l. in
quæſtionibus.ff.ad leg.Iul.ma.& latè habe
tur per Ludouic. Carer. in ſua pract.crim.
pagina mihi 126. colu.prima.in fin.& col.
ſecunda. in princip. atque in tracta.de hæ-
ret. poſt nume. 18. vbi concludit eſſe in-
habiles,& ad hoc quamplures aduocat con
cord.Menoch.in ſuo tracta.de arbitra.quę-
70 ſtio.28.colum.prima. † Vbi etiam probat
principem iſtud haud facere poſſe vt inimi
71 ci teſtimonium recipiatur.† Et in propoſi-
to ſufficit probare cauſam inimicitiæ fuiſſe
commiſſam per Gramm.d.deci.86.num.6.
72 †quòd modo inimicitiæ cauſa fuerit com
miſſa,conſtat & ex carceratione audaciſſi-
mi Prioris,ac aliorum,ob quam Vicarium
omnium iudicio virum integerrimum, di-
73 lacerarunt, calumniaruntque.† Quæ qui-
dem canonicorum carceratio cum ſit vn-
dique notoria,probatione non indiget,iux
* ta gloſſ. * communibus calculis receptam
in clem.appellanti,de appell. ac tradita per
Natt.eius conſilio 174. numero 3. & 265.
numero 1.& probatur etiam de illa in pro-
74 ceſſu per deducta per illos in actis † quæ
inducunt notorium, vt tradit Natt. conſil.
540.numero 7. ex illo inſigni dicto Inno.
in cap.examinatione, colum.fin. de appell.
& in cap. olim, vbi etiam Abb. de verbor.
75 ſignifi. †Et quòd inimicitiæ cauſa ſit ta-
lis, vt repellat teſtes, probatur,malo zelo,
ex modo procedendi. Item ex tot ac tan-
tis immanitatibus, iniuriiſque atrocibus,
ex quibus probatur de rigiditate, atque de
ſæpius allegata, oppoſitaque inimicitia ad
repellendum teſtes requiſita, vt per Gram.
vbi ſupra numero.7. & deciſio.34.numero
26.poſt Iacobi. de Sancto Georgio. in l.te-
76 ſtium, numero 9.de teſtibus. † Quæ aliàs
relinquitur iudicis arbitrio,vt per eundem
Gram. dicta deciſio.46.numero 10. atque
per Menoch. de arbitra.iudi. caſ.110.& de
his habetur per Clar.in pract.criminal.quę
ſtio.24.in verſiculo quæro verum debebāt
iudices de Groſetto repellere teſtes prædi-
77 ctos per iam dicta.†Quinimo ex præſum-
pta etiam inimicitia, vt per eoſd. Menoch.
78 eadem quæſtione.28. num.6. † etiam vbi
pro-

prouenifet ex cauſa minus probabili, ibid.
79 numero 9.† Notandum eſt etiam, quòd
teſtis inimicus ſemiplenam non facit pro-
bationem, tametſi inimicitia haud eſſet
capitalis, per Craue. conſilio ſexto, nume-
80 ro 32. † Et iſta eſt profecto inexcuſabilis
iniuſtitia, & nõ video rationem vllam, ob
quam queant excuſari ſyndicatores, qui
poſito etiam quòd admiſiſſent cum clauſu-
la, ſaluis exceptionibus, non per hoc dicta
de cauſa illorum dicta eſſent in aliqua
conſideratione, & perinde eſt ac ſi recepti
haud fuiſſent, per Marſi.ſing.198.atque no
uiſſime per Bertaz. criminal. conſilio 81.
columna quinta, verſiculo quarto, in fine.
verum ſyndicatores recepere ſimpliciter
teſtes prædictos, quod an in iure vel iniu-
81 ria id actum ſit, aliorum ſit iudicium.†Et
ex prædictis atque ex infra dicendis rema-
net verificatum illud quod ſingula. dicit
Dec.in capitulo,cum in cunctis,de electio.
poſt numerum mihi quartum, videlicet
quòd eccleſia maxime indiget viris litera-
tis,per tex. in capitu.cum ex eo, de electio.
82 libro ſexto. † Eſt & etiam animaduerten-
dum, quòd teſtes laici contra clericum in
cauſis criminalibus criminaliter intentatis
* non admittuntur, * commune per Didac.
practi.quæſtio.capitulo octauo, numero ſe
cundo.Viui. lib.commu. opinio. Menchia.
83 libro tertio,de teſtibus, †qui etiam loqui-
tur in criminalibus exceptis,quòd eſt plus,
& prædictos refert atque ſequitur Clar.
84 quæſtio.24. verſiculo, tu dic. †Et vbi ad-
mittuntur aduerte, quia admittuntur vbi
veritas aliter haberi non poſſet,quæ quidẽ
neceſſitas ſiue qualitas non militat in caſu
aſſerto,quoniam aſſerta confeſſio illa aſſe-
ritur emanata in Epiſcopali Palatio,in quo
clericorum copia frequenter reperitur.
85 †reſpondetur & illud procedere,vbi de na
tura facti habiles haberi haud potuere, vt
per Marſil.plene eius ſing.73. vbi hoc men-
ti tenẽdum eſſe dicit,ſubiungens ſe ideo fe
ciſſe reprobari teſtes quamplures minus
idoneos,quod & etiam voluit Rolan. conſ.
7.num.6.& conſi.24.nu. 67.vol.1.conſ.27.
nu.8.lib.3.vbi plene,ſed plenius per Apoſt.
ad Alex.in conſ.64. libro 1. & ad ſaturita-
tem per Gabriel. Roman. concluſio.7. nu-
mero 5.de teſtibus. vbi per totam illam cõ
cluſionem hoc ſing. limitat; & iſtis adde
per Gramm.crim.conſilio 26. numero 37.
ac per Boſſi. tit. de indi. & conſiderat. an-
te tortu. nume.161.163. atque per Ludo.
Carr. in pract. criminal. pagina mihi 125.
colum.1.in verſicu. quid tamen. ex quibus
* facile dignoſcitur de * communi iſta, quæ
crebriori calculo eſt recepta,& hoc ex do-
ctrina do. Anto. docuit Alex.ad quem po-
86 ſteriores confugiunt,d.conſilio 64. † pro-
cedere vbi de natura facti habiles haberi
haud potuere,& ſic vbi veritas aliter habe-
ri non poteſt, quem fuſius concordantes
aduocans, ſequitur Carer. vbi ſupra, qui
87 egregie tractat materiam.†& ponit exem-
plum in facto de nocte, vel in nemore,aut
in proſtibulo, quibus in locis veroſimili-
ter teſtes integri adeſſe non potuere, & in
adulterio ac in huiuſmodi; quæ longe di-
ſtant ab ipſo vicario,neque adaptantur ad
88 caſum aſſertum.† Item ſumus in populo-
ſa ciuitate, in qua magna adeſt caterua
clericorum conſueuentium cõuerſari quo-
tidie in Epiſcopali palatio, vbi ius reddi-
tur, quo in caſu, poſito non tamen con-
ceſſo, quòd teſtes clerici ad aſſertam illam
confeſſionem emanatam, vt aſſeritur, ad
tribunal non adfuiſſent, ſat tamen eſt,
quod actu potuiſſent adeſſe; maxime,
quoniam quærebant capere vicarium in
ſermone,vt late per do. Alexand. qui con-
ſultus reſpondet in terminis in dicto con-
ſilio 64. libro primo, cuius opin. amplec-
ctuntur antiqui,& Moder. DD. & cum eo
89 pertranſeunt omnes, Iul.†Claro excepto,
qui quæſtio.24. verſiculo ſciendum illam
repellit opinionem, quando habitu adeſſe
non potuiſſent, quoniam exiſtimat & male
idem eſſe, vbi certum eſt alios non adfuiſ-
90 ſe,pro vt quando adeſſe non potuere.† At
* nobis ſat eſt Doct.* magis communiter cũ
Do. Anto.atque Do.Alexan. pertranſiuiſſe
91 in paſſu iſto, † qui comprobatur etiam
medio iſto,nam vbi habiles non reperiun-
tur, non tamen per hoc inhabiles admittũ
tur,etiam vbi veritas aliter haberi,non po-
teſt,p ea quę tradit Dec.in c.1.col.mihi 19.
92 ad fi.de probat.†vltra q̃ in caſu propoſito
nullibi probatum video alterum requiſi-
tum, videlicet, quòd aderat nemo alius:
aliàs ſemper diceret pars, veritatem pro-
bari aliter haud poſſe, & ita ſemper
probaretur per teſtes prorſus inhabiles.
93 †Et ad iſtud obtinendum articulari opor
tebat pariterque probari, quòd veritas ali-
ter haberi non poteſt, niſi per tales & ta-
les teſtes, quod erat probandum per que-
rel an-

telantes ; vt late habetur per Carerium
in practic. crimal. pagina mihi 125. colum.
prima, & pulchre per Benintend. deciſio.
94 53. numero nono. † de quo quidem requi-
ſito non eſſe ſtandum dicto ipſius teſtis ex
doctrina Barto. tradit d. Alex. in dicto con-
ſilio 64. prope fin. & ſequitur Roland. in il-
lis trib. conſi. ſuperius productis, vbi & ip-
ſe concordan. recentiores conuocat; verum
requiſitum hoc nullibi probatum eſt, qui-
95 nimo nec articulatum. † Quapropter cum
iſta ſit crebrior ſententia, non eſt ab ea re-
cedendum iuxta notata per Ioan. Andr.
atque alios in capitu. primo, & in capit. ne
innitaris, de conſti. Dec. in conſi. 45. in pri.
& conſilio 119. columna ſecunda, verſicu.
non obſtat. 131. in fin. & 194. poſt nume-
96 rum 2. & alibi ſæpe per docto. † Quoniam
etiam lęderet clericos, quibus laici ſunt in-
feſti. 2. quæſtio. ſeptima, in laicos, & cap. lai
ci. Qui laici indies in clericos efficerentur
97 proniores audacioreſque. † Et fatuus eſſet
iudex ille, qui ob ſingularem vnius do-
cto, ſiue paucorum, deuiaret à crebriori. fa-
ciunt not. in l. eum quem temere, ff. de iu-
di. Et ad rem noſtram, tendũt deducta per
Iaſo. in l. de quibus, num. ſeptimo, ff. de le-
98 gibus. † Ex quibus exploſa remanet opin.
illa noua Iu. Clar. à crebriori contra eius
99 ſolitum recedẽtis. † Quod haud eſt in indi
cando admittendum, per ea quæ tradidi
ſupra ſub. num. 89. quibus adde & per Ce-
phal. conſilio 288. num. 22. Et ſi Iul. Clar.
bene vidiſſet DD. omnes non illud firmaſ-
ſet, cum noſtra ſententia ſit crebrior, atque
100 ęquior. † Et clarius in hoc contra crebrio
rem ac æquiorem inſiſtenti poteſt reſpon-
deri, durum eſt contra ſtimulum calcitra-
re, vt in ſimili Socino contra communem
inſiſtenti prudenter reſpondet Dec. conſi-
101 lio 314. columna penultim. in fin. † Item
contra iudicem perſonam publicam ſi-
cuti contra notarium duo teſtes maxime
in iſtis terminis haud ſufficiunt, teſte Bal.
102 conſilio 28. volumine ſecundo. † Præ-
ſertim cum Vicarius aliquod non conſe-
quatur commodum aut emolumentum,
per ea, quæ tradit Crauet. conſilio 75. nu-
mero 13. & 17. atque habetur per Rolan-
dum conſil. 38. numero 36. cum pluribus
ſequentib. & per Syluan. conſilio ſepti-
mo, numero 12. 13. Cęphal. conſil. 230. nu-
mero 19. & nouiſſime per Bertazolum di-
cto conſil. 71. numero 34. qui ſupra in con-
ſilio alia deducit in materia ad excluden-
dum falſitatem, de qua officialis ille erat
103 accuſatus, quæ non tranſcribo. † Eſt &
hic pariter annotanda non modica mali-
gnitas ſiue mauis ingratitudo querelan-
tium, qui nituntur redarguere eorum Vi-
carium, de re nullius aut modici momenti,
& quod impium eſt de re ad illorum
commodum, & fauorem tendenti con-
tra anthidorale documentum lippis at-
104 que tonſoribus notum. † Ex quibus pluſ-
quam manifeſte probatur integritas om-
nium eruditorum teſtimonio, Vicarii, qui
ſicuti in aliorum DD. ſyndicatu conſuo-
ta ſunt notari ac querelari, iniuſticias, ba-
ratarias, ſymonias, extorſiones, iniquita-
tes, vel alia per ſordes, ſi ſimilia commiſiſ-
ſet: de illis inquam eum redarguiſſent, ac-
cuſaſſentque, non autem de iſtis friuolis te
mere, improbeque inquietaſſent, vexaſ-
ſent, atque calumniaſſent contra iuſtitiam
105 & veritatem. † Deprehenditur etiam vi-
carii integritas ex aliis, & ex iſto; quo-
niam quamplures inter laicos litigantes
coram illo promulgauit ſententias, &
tamen ex illis nemo eum accuſauit, in-
quietauit, dilacerauit, inſpiciantur obſe-
cro querelæ omnes ac acta, quoniam hæc
ſunt, quæ teſtimonium perhibent de no-
106 toria atque infallibili veritate iſta. † Inex-
cuſabilis eſt igitur temeritas querelãtium,
qui notati, obnoxiique incedunt de ca-
lumniis ſuis expoſitis falſo aduerſus eo-
rum Vicarium virum integerrimum,
æquitate, ac religione non ficta, tam in
genere, quàm in ſpecie compertum com-
107 probatumque. † Contra quem præ-
ſumptiones haud ſufficiunt, ſed proba-
tiones ſole clariores requiruntur, ad no-
tata in l. fi. C. de proba. quæ reperitur ca-
nonizata. 2. quæſt. vltima cap. ſciant. & ha-
betur etiam 5. q. 6. Epyphanium, & in
l. qui ſententiam. C. de pęn. & notantur in
108 cap. venien. de teſtibus. † Quinimo neque
* indicia etiam indubitata ſecundum *recep
tam ſententiam, de qua per Dec. eius conſ.
75. colum. fin. Quæ deſtruunt confunduntque
109 que ſententiam Iu. Clar. † loquentis cõtra
illius proprium inſtitutum aduerſus cre-
briores frequentiores æquioreſque ſen-
110 tentias, † Et propius accedendo, ſer Ioan.
Petrus tractat de ſe exculpando, & ſer Io.
Marius Iacobinus tenet pecunias aut ad
cenſum, aut ad vſuras ab induſtrioſo atque
multi-

111 multiplicante d. Priore.† Quapropter ſuc
cedit ſolida illa concluſio, quòd teſtes ha-
bentes plures defectus, repellnntur etiam
112 in cauſis ptiuilegiaris. † Et etiam vbi ve-
ritas haberi aliter non poteſt, de his habe-
tur per inſignem præceptorem meum Ri-
min. Iun. in conſ. 359. nu. 19. cum pluribus
ſeq. & in conſil. ſeq. nu. 90. adde & per Cep.
conſ. 95. nu. 27. 28. vbi cõcordan. recenſet.
quibus adde Gabriel. Rom. ead. concluſ. 7.
nu. 10. vbi & ipſe addit Grat. reſp. 59. col. fi.
113 verſ. 4. dico, lib. 2. † Item ſciendum eſt, ꝙ
querelantes debebant atque tenebantur iu
ſtificare illorum querelas ex antiquis: non
autem ex nouis actis & probationibus, per
114 Gram. crim. conſ. 54. num. 16. † Et tamen
haud recognita eſt, negata mutatio pronũ-
tiæ, ſicuti de iure requirebatur, vt legitur
atque not. in authen. contra qui proptiam.
C. de non nu. pec. Et vicarius ſemper illam
115 negauit, & in præſenti etiã inficiatur.† Et
regula eſt, quòd quando ſcriptura inficia-
tur, tunc fundanti ſe in ea incumbit pro-
bandi onus. Bal. in l. 1. nu. 7. C. de inram. ca-
116 lum. † Item querelantiũ teſtes alios quã-
plures patiuntur defectus, aliàs fuſius in
oppoſitionibus adnotatos; hoc maxime,
quoniam ſunt teſtes ac querelãtes, qui ideo
haud admittuntur, vt per Amo. d. tract. nu-
117 me. mihi 198. † Ex quibus prorſus iure
merito veniunt repellendi, vt per Marſil.
ſing. 385. Cephal. conſil. 169. nnm. 16. 208.
nu. 9. vbi dat cottas, & de quibus etiam per
118 Cran. conſil. 240. nu. 11. & 12. † Quod ve
rum eſt etiam in cauſis priuilegiatis, atque
etiam vbi aliter veritas haberi non poteſt,
per ſuperius citata, quod non tranſit ſine
119 iniuſtitia. † Nã dominus Pau. Aemil. vnus
ex querelantibus inducitur ter in teſtem,
terque etiam recipitur contra Vicarium, &
tamen in cauſa concanonicorum ſuorum
non poteſt eſſe teſtis, vt ſing. tradit Iacob.
de S. Georg. in l. in priuatis, ff. de iudi. & ſic
de ſingulis; & tamẽ totum contrarium ob-
ſeruatum video, quamplures inquam cano
nici pro concanonicis ſuis fuere in teſtes
120 inducti receptiq́ue. † Et iſtud an iure vel
iniuria actum ſit, nõ dico hic, dicat ſapiens
lector, quem etiam obſecro obteſtorq́ue, vt
reminiſcatur illo memorabili exemplo. C.
Caſſinii cognomento Schola, Interamnis,
querelantium atque teſtium conciuis, de
quo apud Cic. in oratione pro Ti. An. Mi-
121 lo. legitur mihi pag. 124. b. † Item Donnus

Cyprianus cõcanonicus, vltra ꝙ ſit irregula
ris ob homicidium nuperrime perpetratũ
in perſonã olim Pontii Braciliantis, eſt pa-
riter vnus ex querelantib. qui non admitti-
tur in cauſa criminali, per Amod. d. trac. nu
me. 168. atq; per Card. Par. licet in aliis ter-
minis in conſ. 152. ſub nu. 16. in 4. & in no
ſtris per Bert. nouiſſime d. conſil. 71. nu. 25.
122 Et hic non † erat diſſimulandum, homici
diũ, qđ dicitur grauius, ratione presbytera-
tus, per ea quæ tradit Tiraq. in tract. de no
bili. c. 20. ſub nu. 116. cum trib. ſeq. quanto
maior qui peccat, habetur, ſecundũ Poetã
ſaty. à Tiraq. citatũ vbi ſupra, atq; à Crane.
conſ. 168. col. 5. & eſt text. in c. ſicut dignũ,
de homic. & de presbytero ſicario in facti
ſpecie habetur per Crau. late conſ. 9. nu. 2.
123 † Item inducitur in teſtem ab eorum ca-
porali D. Priore Donnus Lancellotus Gu-
bet. & etiam ab aliis querelantibus, & ſic de
aliis, in quib. aperte detegitur conſpiratio
iſtorum qui conuenere in vnum aduerſus
illorum Vicarium virum religioni profe-
cto deditum, & vitę ac famę & in genere &
124 in ſpecie præſtãtiorem. † Et ſic nõ minus
impie quàm hoſtili animo vnus alii & al-
ter alteri dat mutuum teſtimoniũ, & nobis
nunquã ad rogatũ reſpondent, ſemper ve-
rò accuſatorib. pluſquã ad rogatũ: & nun-
quam laborant quemadmodũ probent, ſed
quemadmodũ ſe explicant dicendo. vnde
125 erant ab initio repellendi. † Qm̃ conſpira
torib. cõtra officialẽ non creditur, per Par.
de Put. de ſyn. in ver. teſtis, c. vniuerſitas. co-
126 ln. 2. ac per Berta. eo. conſ. 71. nu. 16. † Et
coniuratio hęc ortũ habuit ob querelantiũ
carcerationẽ in vrbe, & ſic per cauſam cri-
minalẽ, ſecundũ gl. & Bar. in l. 1. §. pręterea,
127 ff. de q. † Et tradita per Marc. dec. 894. nu.
5. 8. & 9. vbi dicit ſecundũ cõem remitti iu
128 dicis arbitrio. † Fouent & ẽt principaliter
eandem cauſam, quo in caſu ſunt repellẽdi
vti ſuſpecti. c. pſonas, de teſt. & hr̃ per Fran.
Are. conſ. 82. nu. 1. atq; per Iac. de S. G. in l.
129 de q́b. nu. 40. ff. de leg. Quinimo † ẽtſi nõ
in cõſequentiã, cũ ſpeciale ſit in legatariis,
igitur in aliis ius eſt in contrariũ, & ita ar-
guit inſignis præceptoꝛ meus Cep. cõſ. 65.
130 nu. 36. † Et dicitur deponere in facto pro
prio ex quo contra eos agi põt iniuriarum
actione, qui ideo ſunt repellendi. l. nullus,
de teſtib. l. omnibus, C. eo. quæ iura ad hoc
131 citat Crau. in conſil. 99. ante nu. 2. † Item
quòd huiuſmodi teſtes dicantur deponere
etiam

etiam in cauſa propria, ex quo commo-
dum, vel incommodum poteſt ad eos per-
tinere, tradit Bald. conſilio 227. libro quin-
132 to. †Imo dicũtur deponere in cauſa pro-
pria ex iſto ſolum, quòd tractant de ſe exo-
nerando, ad hoc vt repellantur, l. deferre, §.
idem decreuerunt. vbi Bartol. ff. de iure fi-
ſci. Caſtren. in conſilio 301. vltimo dub. li-
bro primo. Et has tres oppoſi. in ordine
conſideraui Crauet. dicto conſilio 99. co-
133 lumna prima. †Et licet non defuerint cõ-
tradictores circa illud quod dictum extitit
ſupra nume. 126. ita tamen obſeruatur, vt
dicit præceptor meus D. Ioan. Cephal. con-
134 ſil. 234. num. 27. †Cui de conſuetudinem
atteſtanti, cum ſit iuriſconſul. præclarus at-
que illuſtris, eſt credendum, per ea quæ tra
dit Socin. conſilio 68. numero 29. & conſi-
* lio 275. numero octauo, quod * commune
dicit Dec. in l. ſecunda, §. mutui datio, in ſe-
cunda lectu. nume fin. & vltimo, numero
14. ff. ſi certum petat. Adde etiam per Cra-
uet. conſilio 325. columna prima, verſiculo
nam, reſpondetur. vbi alios citat quamplu
135 res. † Verùm poſito etiam quòd dubia
eſſet opinio quo ad plenam probationem,
vera tamen dicitur, quo ad præſumptio-
nem, ita vt aſſertio doctoris talis ſuper con
ſuetudinem, inducit præſumptionem ta-
lem, quòd illi ſtandum eſt donec probetur
contrarium, ita per Crauet. poſt ab eo cita-
tos vbi ſupra, & in conſilio 166. ſub nume
ro nono, & per Rolandum conſilio 72. nu
mero 22. & 24. & conſilio 87. numero 12.
& plenius habetur in collect. mea commu-
nium opinionum. in verbo, doctor. ſub nu
136 mero 8. vbi Salic. & alios. †Item ſunt di-
cti teſtes repellendi, etiam ſi non eandem,
ſed conſimilem tantum foueant cauſam,
per gloſ. in capitulo cauſamque inter ab-
batem, de iudic. vltra quòd illi duo primi
ſub eodem Vicario fuere in carcerib. man-
137 cipati. † Et ſic non ex vno, verum ex
pluribus defectibus veniunt repellendi, vt
late per Cephal. dicto conſilio 169. nume.
16. Burſa. 70. nume. 42. & latius per Rolan.
138 conſil. 3. nume. 51. libro tertio. †Accedat
etiam vnum aliud, quod nimium animoſe
deponunt, ſi iſtorum dicta rectis oculis
perpendantur, vt etiam conſideraui ſupra
poſt nume. . . . . . quibus ideo non eſt cre-
dendum, vt habetur in capitulo primo, de
139 reſtitut. in integr. † Et eos ſuſpectiſſimos
vocat Iaſon conſilio 167. columna penult.
volumine quarto, & tradit Roland. eodem
140 conſilio ſeptimo, numero 20. † Item te-
ſtes examinati non ſunt omni exceptione
maiores ſicuti requiritur, neque tales præ-
ſumuntur, niſi probentur, vt per Curt. de
teſtibus, concluſio. 35. ac per Cephalum di-
cto conſilio 234. numero fin. & per Gram-
mat. crim. conſil. 35. poſt numerum 38. at-
que nouiſſime per Bertaz. crim. conſil. 81.
141 poſt numerum 7. † Age, de aliis querelis
videamus: querela Do. Cæſaris ac Donni
Ioan. Hieronymi de Areſto ex facto iuſtifi-
catur contra illos ex iſto, quòd, inuito at-
que reluctante Vicario acriter contradixe-
re, atque pertinaciter contrauenire Rub. Pa
ſcali de accendendo cereo in ſabbato ſan-
142 cto. † Vnde hic notandum eſt, An iſto-
rum canonicorum cupiditas, incuriave ſit,
in reiteranda ſacræ fontis benedictione ſin
gulis annis cum eodem cereo nunquam
accenſo, ſed cum dimidio faculæ ante ac
pluries accenſæ, ac in ipſo actu benedictio-
nis reaccenſæ, & poſtea ad fictionem poſi-
tæ ſupra memoratum cereum, ad cerei be-
nedicti officium perſoluendum, ſolenni-
143 zandumque ſingulo quoque anno. †Don
ni Ioan. Hieronymi querelæ remanent ex-
ploſæ, quoniam Vicarius vir vtique religio
ni valde deditus, & qui honorem tam Chri
ſtianum quàm mundanum proprium ſem
per magnifecit, ac indies magis magnifa-
cit, & nunquam abſque rationabili cauſa
144 Moniales alloquutus eſt. † Et de Vicarii
religione ac pietate eſt notum omnibus. Et
quotidie legitimo ceſſante impedimento
poſt Sanctiſſimi Sacramenti adorationem
debitam ſemper flexis genibus ac nudo ca
pite (corde non ficto) miſſas audiuit, & ho-
ris etiam canonicis ſemper interfuit, con-
145 cionatores aſſidue audiuit. † Quos non
audiuere accuſatores de induſtria negligẽ-
146 tes; & hæc Interamnæ nota ſunt. † Item
& priuatim horas canonicas legitima ceſ-
ſante cauſa dicit, & tamen ad illas perſol-
uendum non tenetur, cum non ſit benefi
147 ciatus, vel in ſacris conſtitutus. † Qui
tunc teneretur ſub priuatione beneficii &
* fructuum reſtitutione, commune * per Ul.
Clar. in pract. crimin. quæſtio. 73. verſicu.
pariter, poſt Bellon. conſilio 56. numero 3.
